

TOMO SCRITORUM OCTAVO CONTINUENTER

Præfatio	LXXX.
	VII. VIII.
I. Arnulfus gesta archiepiscoporum Mediolanensis usque ad a. 1071. edid. L. C. Bothmann et W. Wallenbach. (Tub. I. 1. 3.)	1—31
II. Landulfus historia Mediolanensis usque ad a. 1085. edid. L. C. Bothmann et W. Wallenbach. (Tub. I. 1. 2.)	33—100
III. Catalogus archiepiscoporum Mediolanensis usq[ue] ad a. 1355. ed. W. Wallenbach	101—110
III.—VIII. Gesta Treviornum abente d[omi]ni. Wahl Prof. Ph[il]. H[er]mann. (Tub. I. 5.)	111—160
VIII. Cora priori usq[ue] ad a. 1101.	161—174
V. Admonitio et continuatio psalmi n[on] 101—102.	175—210
VI. Gesta Godofredi archiepiscopi a. 1124—1127.	211—214
VII. Appendix monumentorum Treviornium. Ex translatione sancti Celii episcopi Theodosio.	221—240
De abbatis sancti Marcelli ex vita Augustini auctore Eburovino.	241—250
Ex miraculis sancti Symeonis magistri Eboracino.	251—252
Ex vita sancti Aprili.	253—254
Vita et passio Conventi archiepiscopi austro Theodosio.	255—256
Ex hagiographia Treviornum.	257—258
Ex miraculis sancti Medocaldi auctore Stephano.	259—260
Ex inventione et miraculis sancti Matthei.	261—271
VIII. Gesta Alberonis archiepiscop. (Tub. II.)	281—320
Gesta methion a. 1182—1185.	321—325
Gesta sancti Raddecole a. 1182—1183.	326—329
IX. Breviarium chronicon sancti Lazarini Leodiensis a. 950—1000. ed. W. Wallenbach.	331—370
X. Chronicon Regum meridionalium Virgiliensis et Divionensis, abbatis Rivoalensis. (Tub. III.)	371—400
Mercato p[ro]p[ter]e.	401—407
Chronicon ab a. 1—1192.	408—492
Terces oblationes Maximiliansis latu[m].	503—508

	Pagg.
XI. XII. Vita Wiberti et Gesta abbatum Gemblacensium auctoris Sigeberto et Godescalco Gemblicensibus. (Tab. III)	504—584
XI. Vita Wiberti auctore Sigeberto.	507—516
<i>Historia elevationis S. Wiberti auctore anonymo.</i>	516—518
<i>Miracula S. Wiberti auctore anonymo.</i>	518—523
XII. Gesta abbatum Gemblacensium auctore Sigeberto.	523—542
<i>Continuatio auctore Godescalco.</i>	542—557
<i>Panegyricus libellus.</i>	557—563
<i>De combustione monasterii Gemblacensis a. 1185. auctore Guiberto.</i>	563. 564
XIII. Chronicon sancti Huberti Andaginensis usque ad a. 1106. edd. L. G. Bethmann et W. Wattenbach Ph. DD. (Tab. III)	565—630
XIII. Gesta episcoporum Tullensium usque ad a. 1107. edens. G. Waitz Prof. Pohl. KH.	631—648
Index auctore D. Rogero Wilmans Ph. D.	649—687
Glossarium auctore D. Rogero Wilmans Ph. D.	688. 689
Kmendanda et addenda.	690
Tabulae: I. ad pag. 4. II. ad pag. 127. III. ad pag. 284.	



Quem hodie tandem lectoribus proponere licet octavus
scriptorum tomus complura aevi Salici chronica res epi-
scopatum et monasteriorum illustrantia exhibet. Con-
scripta sunt praecipue in Lotharingia et Italia, sed
quum res eius temporis ita comparatae sint, ut universa
imperii membra dissensionibus et bellis inter imperatores
et pontifices Romanos gestis aequaliter exagitarentur,
plurima ex chronicis nostris lux in universalem Ger-
maniae immo Europae historiam redundat. Hoc praecipue
titulo chronicon Hugonis commendaveris, quod
inter chronica universalia locum capere poterat, sed
autographo e tenebris eruto nunc tandem integritati
restitutum et mendis quae in editione priore haud
invito editore irreparant emendatum prodit. Nec minore
fructu prima vice integer typis datus Sigeberti et Go-
descalci liber de gestis abbatum Gemblacensium legetur.
Gesta archiepiscoporum Trevirensium ineditis antea Ge-

stis Alberonis metricis aucta, textum sistunt ope codicu-
m plurimorum integrati et fidei pristinae restitutum,
candemque operam gestis episcoporum Tullensium, histo-
riae duplci archiepiscoporum Mediolanensium, gestis
S. Laurentii Leodiensis et **S. Huberti Andaginensis** na-
vata, optimis qui in Germania Gallia et Italia reperiri
poterant codicibus adhibitis, reperies. Reliqua eiusdem
aevi chronica tomo sequenti servantur, qui iam diu
praelo paratus, propter infelicitatem tamen temporis in
primis Cosmae plagulis haeret.

Scripsi Berolini in Bibliotheca Regia die 2. Kal.
Septembris a. 1848.

ARNULFI GESTA

ARCHIEPISCOPORUM MEDIOLANENSIVM.

EDIDERUNT L. C. BETHMANN ET W. WATTENBACH.

Arnulfus Mediolanensis rerum quae saeculo XI. ad a. usque 1077 Mediolani acciderunt, scripsit historiam, oculatus ipse testis, praemissa brevi rerum post a. 925. gestarum narratione. De ipso nihil praeter ea quae ex hoc opere concludere licet, habemus compertum. Nomen et genus I, 8. indicavit, ubi de Arnulfo I. archiepiscopo (970—974.) locutus, haec addit: cuius aequivocus existo gestorum scriptor ego praesentium, fratris vero illius pronepos verus. Itaque quum Mediolanensium ordines ita inter se essent distincti ut capitaneorum aestimatio duplo maior esset quam vassorum, vassos pari intervallo sequentur negotiatores, deinde reliqua multitudo¹, Arnulfum primo ordini accenseri par est. Nam quum decumanorum primicerius de populo natus esset², inter ordinarios regum principum et capitaneorum filii erant³; archiepiscopos vero qui de ordinariorum numero legendi essent⁴, nunquam per haec saecula, ex quo inter Italiae⁵ principes primum locum obtinuerunt, ex genere capitaneis inferiore sumptos esse, et per se verisimile est, et Widonis monstrat electio, cui id ipsum quod de vassorum ordine esset⁶, maximas excitavit molestias. Accedit quod ipse Arnulfus nobilitatem generis non uno loco manifesto prodit, quum et causae nobilium aperte faveat⁷, et humiliter natos appelleat quos alii tanquam nobiles praedicant⁸, milites scil. minores, de capitaneis autem cum moderatione loquatur⁹, quorum sublimitatem ex imo loco mirabundus suspicit Andreas monachus, qui Arialdi vitam scripsit. Quod si observaveris multae evanescent difficultates, quum pugnare inter se videantur aequalium scriptorum assertiones, 25 qui tamen verbis usi diversis, in rebus consentiant. — Clericusne an laicus

¹) vide pacem anni 1067. III, 20. commemoratam.

²) Land. II, 35. ³) Arn. I, 3. Land. II, 35.

⁴) Arn. I, 3. ⁵) i. e. regni Langobardorum, quod

cuius aevi scriptores Italiae et regni nominibus appellare consueverunt. Tusciā finibus eius inclusam fuisse, Provana monstravit, Stud. critici p. 258.

⁶) ut videtur; nam incertum esse non nego; vide

⁷) Arn. III, 2. Land. III, 3. ⁷) quod iam comes

Giulini animadvertis, Memorie di Milano III, 363.

⁸) III, 2, 10. ⁹) ut de Arnulfo et Herlembaldo III, 10, 16.

¹⁰ fuerit Arnulfus, certo testimonio non constat¹⁰, sed totum scribendi genus, scien-
tia rerum ecclesiasticarum et animus in causis clericorum semper occupatus,
a laicis tanquam ab estraneis aversus, velant ne pro laico ipsum habeamus.
A. 1077. legationi a populo Mediolanensium ad papam directae, quo ecclesiae
Romanae reconciliarentur, sese interfuisse narrat V, 9. Neque enim ipse a
causa ceterorum immunis fuerat, clericis favens conjugatis, sed tunc de praet-
eritis, inquit, satisfaciens, in futuro castigari promisit. Nimurum homo vere-
cundus et suo ipse iudicio diffusus, res autem novas et Herlembaldi furorem
aversatus, antea cum plurimis sui ordinis viris senserat, quamvis non omnia
¹¹ eorum gesta sibi probari fateretur¹¹, postremo autem arctiore ecclesiae disci-
plinam ipse probavit. Sed quum magni momenti et quam maxime memorabiles
ei turbae illae viderentur, quibus totus ecclesiae Mediolanensis status immutatus
est, post Altonis electionem a. 1072, factam ad eas litteris consignandas se
convertit, non cupiditate famae, sed ne rerum memoria intercidaret, quae civi-
bus suis postea foret preliosa. Ad praeiens enim sub modio recondi opus¹²
¹² voluit, suo postea tempore promendum, sed fines urbis nunquam excessurum¹².
Tamen hoc statim tempore vulgatum fuisse videtur, quum tres priores libri
quos solos tunc absolverat, per se descripti sint: quangam Landulfum nullam
eius notitiam habuisse apparet. Arnulfus autem postea et quartum librum ad-
didit et quintum, licet non uno tempore scriptos, quum a priore sententia sensim²⁰
recederet, donec tandem ut diximus Romanae reconciliaretur ecclesiae. Simul
initio operis praefatiunculam — si modo ab ipso venit — cum no-
minibus regum et archiepiscoporum, et in prioribus aliqua mutavit, quae non
¹³ magni sunt momenti, eiusmodi tamen, ut auctoris manum prodant¹³. Subtilit
ipso illo a. 1077, quum longo schismati finis esset inpositus: grandaevis ipse²⁵
quum res post a. 1018, gestas videndo se cognovisse dicat.

Fides Arnulfi editoribus Palatinis satis mala visa est, quum hominem
haereticum pro mendaci haberent, neglecta accuratio inquisitione; sed iam
in Muratorii praefatione satis accurate scripsisse dicitur, quod quam verum
esset, singula perscrutatus Giulini expertus est. Neque vero minus iudicium³⁰
eius laudandum videtur, quum simplici modo quae audivit primo, deinde visa
¹⁴ retulerit¹⁴ spretis vulgi fabellis, quas cupide Landulfus conquisivit. Exordium
sumpsit a regno Hugonis Italiae regis, et quae post haec ad sua usque tem-
pora in regno acciderunt, Mediolanensis tamen potissimum respiciens, libro I.
breviter perstrinxit, libris nullis adiutus, sed audita tantum ut ipse ait utcunque³⁵
¹⁵ exsufflans¹⁵. Veniam igitur libenter tribuemus, si in his quandoque erravit,
quum res scitu dignas solus servaverit et scienter a vero declinavisse nusquam
argui possit. Auctorum autem idoneorum copia viro tam nobili genere orto
deesse non poterat. Quum ita viam sibi munivisset, post a. 1018. ea quae ipse
videndo cognovit, ex abundanti ut ait eructare studuit. Adhibuit autem ad⁴⁰
scribendum acta synodi Romanae a. 1027¹⁶, constitutiones a legalis Romanis
¹⁶ Mediolani factas¹⁷, et epistolas pontificum¹⁸; litteras vero parti adversae Roma-

¹⁰) nisi forte verba I, 1. fidei tamen seruos catholicos
ita interpretari velis, ut clericum ibi se profiteatur.
Arnulphus subdiaconus subscriptus sponsoni Widoni
archiepiscopi Petro Damiani servatae (v. in-
fra III, 14) ap. Baronium ad a. 1059. §. 55. Aliae
editiones hoc nomen quod fortasse ab historico
nostrorum subscriptum est, omitunt. (11) III, 14.
(12) I, 1. (13) I, 3. 6. 9. 11. 16. 20. II, 6. 12. 16.
III, 2. 8. 14. 22. (14) ipse I, 1. pollicetur verbis
prolatam communibus simplicem gestorum narratio-
nem, quae nostri reges nostrisque gessere pontifices, 45
nostri quoque concives in urbe Mediolano vel extra,
compatriotae vero nostri in regno Italico, quae ipse
vidi vel quemadmodum a videntibus vel paulo ulterius
audiui. (15) II, 1. Semel I, 3. privilegia ecclesiae
citat. (16) II, 5. (17) III, 14. 21. (18) III, 12. 20. 22. 50

directas commemorat quidem III, 17. IV, 2., sed insipexisse non videtur. Omnia vero quae ex his servata sunt fidem eius confirmant, et quam a Landulfo eiusdem partis scriptore saepissime recedat, ubique fere in rerum gestarum narratione consentit cum Andrea abate postea Vallis umbrosae, Arialdi discipulo et fautore fervidissimo, et cum Bonizone¹⁹ parti pontificiae prorsus ad dicto. Quod profecto summum est bonae eius fidei documentum, quam nusquam dissimulaverit, sibi Arialdi et reliquorum motus vehementer displicere; ita tamen cautus et moderatus, ut vel de Landulfo iudicium ferre recusaret²⁰ et clericos ex parte in culpa fuisse concederet²¹. Neque enim meliori cleri disciplinae repugnabat, ne Romano quidem pontifici se volebat opponere, sed res tumultarie gestas, laicorum de clericis iudicia, et subiugationem ecclesiae Mediolanensis abominatur²². Faciem autem per legatos Romanos a. 1067. compositam laudat III, 21. Haec igitur scripsit quum adhuc turbae illae dūrarent²³, vivente Herlembaldo²⁴ et Alexandro II²⁵, nondum consecrato Goto-fredo²⁶, i. e. ante ver anni 1073. Deinceps silentium servare sibi proposuerat, sed quum turbae modum viderentur excedere, tamen calamum resumpsit, ne memoria rerum periret. Addidit igitur librum IV, quo narrationem ad Herlembaldi mortem (1075) deduxit, finem schismatis ut tunc putabat. Finito autem opere ingenue protestatur se solo veritatis studio ductum scripsisse, neque a doctrina eorum qui venalitatem ordinum sacrorum et incontinentiam sacerdotum impugnarent dissentire, sed modum quo omnia gesta essent improbare. Et quum hoc iam pugnet cum nonnullis quae antea protulit, sequenti capite 13 diserte addit, se aliter nunc quam prius sentire, atque erubescere quum scriptis scribenda conferat: nec barbarismos in verbis egisse, sed aliorum dicta vel facta temere iudicasse, cum soli Deo cordium revelentur occulta. Ubi animadveritas quaeso, eum non factorum perverse narrаторum, sed iudicium tantum incaute prolati reum se confiteri. Mendacii vero notam primo libri V. capite iterum respuit. — Post haec pauca addit de Thedaldi electione et de Heinrichi IV. cum Gregorio dissensione, iam aperte professus Romanam nunquam erravisse ecclesiam²⁷, donec peracta Mediolanensium cum papa reconciliatione opus clauditur.

Scribendi generē usus est simplici et satis puro, etsi curules quadrivii rotas nunquam se consendisse fatetur. Salustium tamen legisse videtur²⁸, Orosium III, 2. citat, IV, 11. tomum etymologiarum. Aequales verborum sonos in fine sententiārum repetitos, quod temporis illius hominibus pulcrum esse videbatur, saepe apud eum invenimus. In temporum descriptione parum curae posuit. Brevitati ita studuit, ut plurima quae scire velimus reticuerit, quum prolixiores Landulfi narrationes et obscurae sint et fide parum dignae. Itaque factum est ut ii qui postea de rebus Mediolanensium scripserunt, dum penuriam rerum nobis traditarum supplere cuperent, a Landulfo et Gualvaneo de la Flamma, homine omnium mendacissimo, in errores abduci se patarentur, quod vel comiti Giulini nonnunquam accidit, qui plurima egregie illustravit. Post hunc vir doctissimum Fumagalli aliqua accuratius tractavit; de iis vero quae ad reipublicae Mediolanensis statum pertinent, novissime multa disputata sunt a viris cl. H. Leo²⁹ qui non raro et Flammæ commentis et suis ipsius

10) libro ad amicum quem Osele edidit inter SS. 17. 25) c. 17. n. 26) III, fin. 27) V, 7.
Rerup Boicarum t. II. 20) III, 16. 21) III, 14. 28) V, 9. 29) Entwicklung der Verfassung der
22) III, 12. 13. 16. 17. 23) III, 8. 24) c. 16. Lomb. Staedte. Hamb. 1824. 8.

³⁰ opinionibus nimium tribuisse videtur, et A. de Bethmann-Holtweg³⁰ qui Arnulfum praeceps secutus causas egit.

De codicibus manuscriptis haec nobis transmisit C. L. Bethmann, qui in itinere Italico eos in usum editionis novae convertit.

1) *Schönbörnianus*, Pommersfeldae servatus n. 2802. mbr. qu. saec. ⁵ XIII. in Italia scriptus, continet Arnulfum manu continua exaratum, cuius specimen in tabula additum vides; tum alia manu Ottонem Morenam. Neque libri neque capita distinguuntur, neque capitum indices leguntur; at ubi in reliquis capita incipiunt, hic codex plerunque maiori littera posila novam lineam incipit. Textus egregius, quem ubivis fere secuti sumus. ¹⁰

2) *Estensis*, a Cl. Muratorio in usum vocatus, saeculo XIII. certe non antiquior, cuius specimen dedit Mur. SS. IV. p. 5. Inscriptiones capitum quas ex hoc codice Mur. recepit, quum in reliquis codicibus desint et a librario additae esse videantur, quales etiam in cod. I. passim in margine adscriptae reperiuntur, initio quidem inter varias lectiones adnotavimus, postea prorsus abiecamus. Codicem quo Muratorius in editione sua adornanda polissimum usus est, iterum conferre superfluum videbatur.

[3] *Sitonianus*, cuius apographum beneficio Johannis de Sitonis Leibnitius nactus est; aliud exemplar ex eodem codice Muratorius a. 1699. apud Camillum Sitonum, Johannis patrem, transcripsit, quod postea ope cod. Estensis ²⁰ emendavit. Tertius et quartus liber ibi in unum contracti sunt; capitum inscriptiones nullae. Nos quae apud Leibnitium pariter ac Muratorium leguntur, 3 signavimus, quae L. solus habet, 3^o.

[4] *Archintenus* ex quo duos ultimos libros descripserunt 5*. B2*. cf. ³¹ ad III. fin. Eodem, deficiente Papiensi, I. P. Puricellus usus est³¹. Quatuor ²⁵ libris distinctus fuisse videtur, ita ut III et IV. unum efficiant, V quartus vocetur. Proxime accedit ad textum Muratorianum, itaque ad 2. 3. Capitum distinctio nulla.

[5] *Metropolitanae eccl. Mediolanensis*, *Landulfum*, *Arnulfum*, catalogum archiepiscoporum a Murat. IV, 141. editum continens³², habuit tantum ³⁰ tres priores libros, sed propter verborum cum priorib[us] similitudinem his est adnumerandus, et initio habet prologum et catalogos. Hic a Sociis Palatinis adhibitus est, sed nunc frustra a Bethmanno quæsitus.

5*) Cod. sereniss. ducis *Litta* e Mediolanensis, a. 1703. exaratus, chart. folio manu continua, continet Arnulfum, Landulfum seniorem et iuniorem, tum ³⁵ alia quedam manu alia alligata. Arnulfi tres priores libros ex 5. descripsit, IV et V. ex 4.

Hi igitur codices, excepto 5, totum opus complectuntur, et initio praemittunt prologum cum nominibus regum et archiepiscoporum: quae desunt codicibus quos B. vocamus, tres tantum libros priores continentibus, verbisque ita non- ⁴⁰ nunquam a ceteris recentibus, ut priorem operis editionem facile agnoscas.

B19 Cod. „Francisci Castelli s. Mediol. ecclesiae ordinarii 1574“ deinde „A. D. archipresbytero Mediol. Octaviano Forrerio“, post capituli Mediolanensis, denique a. 1822. relatus inter Ambrösianos n. 89. mbr. qu. s. XIV. ⁴⁵ manu continua exaratus, cuius specimen damus³³; columnis binis. Continet 4:

³⁰) Ursprung der Lombardischen Städtefreiheit. et characterum formam huius cod. et cod. B 1. Bonn. 1846. 8. ³¹) Mon. Basil. Ambr. p. 461. unam paene et eandem esse, p. 238. dict. Quae ³²) eodem omnia charactere scripta, itaque a. 1176. repetit SS. IV. p. 51. ³³) cf. Murat. SS. IV. posterior; v. Murat. Anecdota I, 237. Scripturam p. 5. et 55.

His diebus dilatata est uite: miso unu' spacio' diuinum
sparsere inter ardentes celo' comete, frequentes
quod tene mortu' miso fuisse. atque ut die ipso re
surrectio' dñe. bis fieret. manc. s. 7 uerba.

Preciat' tunc p'p'le' rome. alio' d'at' ap'li'us. or'med' u
olani'is d'ero' ecclie' uicelis p'mo factus e'ps.

Eronicha Daty archiepi' mli' n'cupata.



hic et tribulatio' atq' exaudi' di'
sol'lon'is q' y' p'st'ud'or' p'ph'as n' h'p'
v'bi'z' n'at'or' p'acta' sit' fillo' h'p'ul'i'
p'st'ro' d'ch'be'z'au' i'g' q' pl'mi' qui

R'p'p'la'.

Gesta Trevorum.

Incipit de o'lio'ne' Gallo'. T. R. B'ho'x.
A n' 40 ante urb' romam
condita millesimo f'ce' q'z'
re' d'st'ri'us primus ue' historici
uolunt' p'pagand'e' d'nati'ons
libidin'e' arma' foris' eruit' eru
eritamq; uita' quinquaginta

Incipi'la' q'z' marino' d'c' demanu'
reg'z' p'p'au' d'no' u' b'v'li' mori'
ad'iu'z' m'ent'is' op'z' b'v'li' o'z'
sub'st'nn'et' c'ur'ord'nat'io'z' sue
anno' v' trans' missu' p'ell'u' a'oh'e

Du'achenaz'io' om'ni' heresim' hem'ric' dict'ri'eg', om'ni'um' c'op'li'eu'
q'z' et' om'ni' qui' e' rego' u'om'ni' u' hono' u'ca'ne'. He'ric'z' ing'z'
nom'us' hui' qu'z' rego'. Qu'z' c'omm'unicatione' ubi' fama' ad'su're'z'
imp'ator'z' decul'z' g'ra' z' modu' ferens' a' peccato' sup' ad'ic'io'z'
conu'co'no' sit' part'z' e'ps' ab'bat'z' a' alio' q'z' d'au' concil'io' fecisse. et'

fol. 44.
in' d'm' est' f'li' cl'er'uatione' a' de' iub'bit'ori' f'bi' eruditio'ne' atq'
de' peccant'z' n'f'ur'io'za' si' pat'na' c'astigatio'ne' s' a' de' mu'
d'it'a' anim'e' a' corpori' f'oller't am'monet'at' l'or'c'ip'la'
vec' e' p'cepta' mem'ori' i'si'us' n'c'ident' d'edet' q'z' gra'
f'um' h'nc' h'v'ent' modu'.

fol. 45.
ep'ac'ie'ele' qui' c'onf'usio'ns' ad
coloni'ent' archiepi'z' ap'qu'd' cu'
p'one'nt' p'f'f'ul'at'z' delici'z'
cu' car' u'c'or'v'ent' ob'liu'z' coloni'
c'ui'z' v'el'ut' ar'c'ie'p'ez' p'cedem'

fol. 46.
re' f'li' e'at' u'or'z' e'nd'le' f'li'
v'nos' c'iu'c'ans' i'nd'p'z' e'at'
et' i'p'z' f'li' ob'liu'z' g'ra' f'li'ne'
al'q'z' e'at' e'at' f'li'q'z' in'la'q'z'
con'cat'z' f'li'c'endo' n'c'c'ando'.
J. H'c'.

Landulfum et post hunc Arnulfum; assuti sunt quaterniones 4 manus plane alius; Landulfum iuniorem et passionem s. Arialdi continent. Hic est ille, quem Socii Palatini M vocant, sed parum accurate contulerunt. Membrana ex parte rescripta est; quae deleta sunt, characterem diplomatum s. XIII. exhibent omnia; ex quibus legendum est: Datum ut supra. Libros habet tres, rubro praescriptos; capitum distinctio nulla, sed signa eorum rubra saepissime textui continuo interposuit scriba, prout ipsi placuit. Codex quem descripsit, hic illic correctus erat, ita ut melior vox esset superposita cum verbo vel, quod non intelligens scriba vocem utramque in textum recepit. Textus multo minus bonus quam reliquorum. Ad marginem manus s. XVI. saepius quaedam annotavit, chronologica maxime.

B1*) Ambros. n. 128. chart. qu. s. XVII. ex. *Landulfum continet et post hunc Arnulfum, quem exscripsit ex B1; nullius ergo momenti.*

[B2.] *Papiensis, ex quo I. P. Puricellus aliqua protulit in Mon. Basil. Ambrosianae³⁴, plura in libro de ss. Arialdo et Herlembaldo. Ex hoc fluxit³⁵*

B2*) *Ambrosianus 157. ch. fol. ante a. 1675. Petri Pauli Boschae manu exscriptus ex Ms. quodam „quod accepi a d. Matheo Valerio Carthusiae Papiensis priore. Sed illud tantum tres priores libros continebat . . . quartum librum nactus sum in alio exemplari quod . . . suppedavit comes Octavius Archintus.“ Ad litteram fere cum B1 convenit, sed aliquoties habet quae illi desunt, ita ut ex ipso B1 nequeat esse descriptus. Capita in Papiensi non distincta fuisse Boscha dicit.*

Arnulfi opus diu in bibliothecis delituit, Mediolanensis tantum scriptoribus notum, ut Gualvaneo de la Flamma qui s. XIV. ex Arnulfo „apud S. Nazarium“ in Manipulum Florum — nam alia eius opera inedita servantur — nonnulla transscripsit, sed tanta usus licentia ut ad verba Arnulfi cognoscenda nullius sit utilitatis; s. XV. ex. Tristanus Calchas eum inter auctores suos memoravit, sed tamen cum reliquis Flammam sequi maluit. Innotuit etiam auctori vitae Mathildis qui (in Leibnitii SS. RR. Bruns. I, 694.) c. V, 4. exscripsit ex libro „qui dicitur Copia Landulphi de S. Paulo“, cum quo Arnulfi historia saepius descripta esse videtur. Postea I. P. Puricellus s. XVII. Arnulfo multum usus est³⁶, sed integra eius historia primum prodidit a. 1711. inter 35 Leibnitii Scriptores Rerum Brunsvicensium, tomo III, ex apographo Sitoniano³⁷. Eiusdem cod. exemplar emendatum ex Estensi Muratorius transmisit Sociis Palatinis, qui additis lectionibus quibusdam codicum metropolit. 5. et B1, et commentario non spernendo, etsi nunc non multa inde repeterem potuerimus, illud ediderunt in coll. Scriptorum RR. Ital. tomo IV. a. 1723.

Tertia iam nostra prodit editio, ad fidem cod. 1. correcta³⁸ per V. D. Bethmannum, qui cod. B1. varias lectiones addidit omnes, sola scribendi diversitate praetermissa, cod. 5* eas quae alicuius viderentur esse momenti. Librorum tamen distinctione quam auctor ipse indicat, retenta, capita quae in 1. maioriibus litteris distincta sunt, numeris insignivit, qui a priorum editorum divisionibus non ita recedunt, ut diversi numeri addendi fuerint. Quae explicacione egebant, consultis doctorum virorum libris breviter endare conatus sum, praecipue vero Bonizonis et Andreae Vallumbrosani locos ad nostri nar-

34) v. p. 303. 35) codd. 4. B1. (v. Mon. Ambr. p. 417. De ss. martyribus p. 10.) et B2. 36) repetita in t. IV. thes. Börmanniani 1722. 37) cuius scribendi rationem per omnia sequimur, etsi Italo-

rum s. XIII. morem sequitur: nam Arnulfi quod modo verba scripsit nescimus. Diphthongum tamen pro simplice vocali e restituimus.

rationem illustrandam et fidem eius confirmandam idoneos indicavi, et quae illi aliter narrant notavi. Andreae autem vita Arialdi quum ita in rebus ecclesiae Mediolanensis et ipsius Arialdi gestis versetur, ut in hanc collectionem recipi non debeat, inde quaecunque ad rerum cognitionem utilia videbantur, exscripti ex libro I. P. Puricelli de ss. martyribus Arialdo Alciato et Herlembaldo Cotta Mediolanensibus. Med. 1657. fol. Vita Arialdi inde desumpta iterum edita est in Actis SS. Iunii V. p. 281—303. Ea quam Puricellus addidit passio b. Arialdi martyris per anonymous³⁸ conscripta, ex Andrea et Landulfo tola est desumpta, et tempore multum posteriore scripta esse videtur.

Datum Berolini 6. Id. Jun. 1846.

W. WATTENBACH.

10

INCIPIIT LIBER GESTORUM RECENTIUM AB ARNULFO¹ COMPOSITUS.

In hoc libro continentur gesta quorumdam Italiae regum ac Mediolanensium antistitum, a tempore Ugonis regis et Arderici praesulnis usque ad tempus scriptoris, et si qua sunt praeter haec alia illis inserta temporibus, prout occurrerunt memoriae scriptoris eiusdem. Quae qui scire desiderat, legat per singula; procul^b dubio inveniet, unde pascat animum, non cibis laitoribus et copiosis, sed sanis ac digestilibus. Regum vero ac pontificum nomina scripta sunt ante oculos subiacenti in pagina^c.

Ugo rex Burgundio.

Lotarius filius eius.

Berengarius Longobardus.

Otto primus Teutonicus.

Otto secundus primi filius.

Otto tertius secundi filius.

Ardoinus Langobardus.

Heinricus Teutonicus.

Huonon^d similiter.

Heinricus filius ut pater.

Heinricus eius filius.

Ardericus sedit annos 22, menses 2

Manases et Adelmannus simul 5 fuerunt 20 annos^e, non in cathedra, sed in arcu et faretra.

Walpertus sedit annos 18.

Arnulfus sedit annos 3, menses 4.

Gotofredus sedit annos 5, mensem 1, dies 24. 25

Landulphus sedit annos 18, menses 3.

Arnulfus sedit annos 19, menses 9, dies 6.

Aeribertus sedit annos 26, menses 8, dies 19.

Vido sedit annos 27^f.

1. Multorum varios affectus, multaque varia^g delectant studia, nec omnibus omnia, 30 nec singulis semper singula satiatiunt. Nimirum dispares mores, ac non idem omnium^h animus ad non eadem saepe distrahiturⁱ, naturae unius multiplici conditione, de quibus in commune disserrere, vel singillatim^k discernere, non est praesentis negotii, sed nec humanae potentiae. Valet ille solus, qui diversa largitur carismata bonus. Unde sic ait ^{1 Cor. 12, 6} apostolus: *Divisiones gratiarum sunt, idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus,* 35 ^{i. Cor. 12, 6. 10. 7, 7.} *dividens singulis prout vult.* Item alibi: *Unusquisque proprium habet donum ex Deo, aliis quidem sic, aliis vero sic.* Verbi gratia litteralis scientiae munus multis modis datur Deo distribuente mortalibus^l. Spiritales mysteria interpretantur, spiritibus spiritualia comparantes. Et ad haec quis ydoreus? Utique non ego, qui non aliter quam venerando credere iota unum, aut unum ex hiis apicem praesumo discutere. Animales vero forensia^m multifarie perscrutantur, carnibus carnalia conferentes. Inter quos velut densas ac frondosas tenebrosi nemoris arbores verecundissime latitans, fidei tamen servus catholicae, videri erubesco; scientia utpote nudus, paucis admodum litterisⁿ, velut tenuissimis araneae

a) Arnulphi 1. Incipit liber historiarum Arnulfi de gestis urbis Mediolani incipiens anno Christi DCCCCXXIII^o B. 1. Incipit liber qui dicitur copia historiarum Arnulphi. Incipit de gestis urbis Mediolanensis et Papensis anno Christi DCCCCXXIII. 45 B. 1. *Sequuntur usque ad Multorum varios etc. deinceps B. 1. b) et p. 3. 5. c) nomina sunt hec videlicet 5'. d) ita codd. pronomina: Chanon. e) annis 3^o hoc et infra. Manasse et Adelmanni 1. q. f. sunt 1. M. e. A. s. an. V. in arcu non cath. 5'. f) Gotofredus a rege, Atto a pape, Thebaldus a rege addit 5'. g) multa variisque B. h) omnium idem B. i) detrahatur B. j) sigillata B. 1. l) deest B. m) forensie B. 1. n) l. s. B 1.*

38) quem pro Landulfo a S. Paulo habuit Puricellus, nullis idoneis argumentis nisius, ut iam Giulini 30 animadvertisse IV, 18. Recentiorum tamen nonnulli incaute illum sunt secuti.

filii leviter superindutus. Praeterea cum iam in^a dicto praesentis aevi nemore tam diversa novarum cotidie rerum erumpant folia, miror tot ac tam disertos vel uni eorum non insufflare scriptores. Nullis enim retro temporibus^b talis ac tanta scribendi fuit occasio doctis pariter et^c indoctis. Haec animo revolvens, non michimetipse confido, quem exilis 5 ingenii adeo paupertas angustat, ut difficilis michi videatur Aristotelici laberinthi ingressus, laboriosus valde Tuliani palacii accessus. Fateor me numquam condensisse curules quadriuvi rotas. Nichil a me igitur, carissime quisquis es, praeter quod policeor exigas, videlicet verbis prolatam communibus simplicem gestorum narrationem, quaes nostri reges nostrique gessere pontifices, nostri quoque concives in urbe Mediolano vel extra, compatiotae vero nostri in regno Italico, quae ipse vidi vel quemadmodum a videntibus aut paulo ulterius audivi, prout etiam de thesauris prodeunt memoriae, cum nichil sit, quod a me ultra sperare debeas. Si forte recitantis culpa claudicat animus in auditis, saliet prefecto confidencius in viis, nullius indigens testimonio. Quod si in praesentiarum scientes taedet lectionis huiusc^d, non invideant saltem posteris ac scire fortasse volentes, praesertim cum solis illis ista^e providerim. Nisi enim prisa veterum gesta stilus commendaret utcumque, nulla prouersus praeteritorum nobis^f supererset memoria. Recondatur^g ergo interim sub modo nostrum hoc qualecumque negotium, tempore preferendum suo. Cuius privatum ac singulare volumen suae limina civitatis rogo nullatenus excedat; quod si videtur hoc parum, extendatur ad arcum usque Romanum^h.³⁹

20 2. Legitimus narrationis ordo a superioribus ad inferiora descendit; set quia ex praeteritis pendit praesentia, ab illis ad ea quae sunt in manibus, gestorum decurrat oratio; ita tamen, ut relata vetustate ex recenti memoria sumatur exordium.

3ⁱ. Anno a nativitate Christi 925. regnavit in Italia ex Burgundionibus Ugo, qui ut 925. tucius^k ageret in regno, eggrediam inter ceteras urbem Mediolanum sibi vendicare praeditum vidit. Priscam namque neverat loci consuetudinem, ut decadente metropolitano quilibet unus ex maioris ecclesiae praecipuis cardinalibus, quos vocant ordinarios^l, succedere debeat; quod a Romanis praesulibus, ab ipsis quoque imperatoribus concessum, sub auctoritate quidem canonum, testantur cedulae in secretario reconditae^m. Huiusⁿ rei gratia iuniorum filium^o in eadem ecclesia tonsurari decrevit. Set quia in puerili aetate ad 936. 30 episcopandum minime videbatur ydoneus, Ardericum^p grandaevum semem interim subrogavit antistitem^q, sperans eum subito casurum. Quoniam vero saepenumero cogitament fallit opinio, prolixus vixit sacerdos annis 22^r et mensibus 2^s in saeculo. Quod ubi 42 persensit, necem illico meditatur occultam. Statuto autem generali Papiae colloquio cunctorum regni principum, palatini lrixae iubente ex industria caesare cum Mediolanensibus 33 litigabant, ut accepta occasione trucidaretur senex ille. Quibus rixantibus gravis pugna committitur, qua feruntur interficti Mediolanenses nonaginta viri prudentes. Sed propicia divinitate liberatus evasit antistes. Cumque diutius non posset latere dolus^t, vehementer erubuit criminis tanti reus, veritus etiam beatum Ambrosium, cuius fuerat ille vicarius.

4^u. Factum est autem, ut conventione dignae satisfactionis concederet ecclesiae pro 40 nonaginta interfictis abbatiam^v. Nonantulae^w, quae propter nonaginta sui iuris curtes sic vocata prohibetur^x. Insuper et capellam auream cum cruce, quae super altare in hysmalis ecclesiae^y sunt collocata^z tugurio^{aa}. De reliquo cum nimis insolenter ageret, igno-

a) in iam B. b) scriptoribus Mur. c) ac Mur. d) huicmodi B1. huicmodi B2. e) deest B. f) ita 3.
3^j. vobis 1. B1. g) sup. materia vel memoria. Recordatur B. h) posthac B1. rubro scriptum habet: Narratio. Incipit
45 nunc primum lector cognoscere librum. Idem dedit Muratori ex 2. i) Muratorio primum, ex 2. ubi hic titulus praefigatur: In primis regnat Hugo ex Burgundionibus. k) Regnavit condam in Yulia cum Lothario filio natione Burgundio Ugo, q. ut tocius B. l) cardinalios B1. m) cuius B. Hic secundum caput incip. Mur. ex 2. ubi titulus: Hic tonsuravit filium, et occidere tentavit archiepiscopum. n) Adderunt 1. 5^o. o) antistitem vel antistitem B1. 2^p. p) a.
XXII et m. II deinceps B. q) deo B1. at non B2. r) Caput tertium Mur. et 2. cum titulo: Satisfactione eius, et
50 privatio regni electo Lothario. s) deest B1. sed non B2. t) collocati B1. collocatae B2.

39) De hoc arcu, quem Radevicus accurate descripsit, disseruit Famagalli, Antich. Long. Milan. I, 200. sq. 40) Schedulae istae in praesentia desiderantur. PAL. Sed cf. Iohannis VIII. ep. 221.
55 41) Tedbaldum, V. Liudpr. IV, 13. 42) imo 12; sed eundem errorem iam supra admisit. 43) Hanc si accepit, non diu tenuit, nam mox ep. Mutinensi data est, v. Liudpr. V, 27. Tiraboschi Nonant. I.

p. 92. 44) Vides in Manip. Florum c. 130. quo pacto Gualv. de la Flama tractaverit, quae Arnulfus ipse accepta refert. 45) s. Mariae, ubi post primam Octobris dominicanam ordinarii officiis fungebantur, dominica paschali in s. Teclae ecclesiam migrantes; v. Giulini Mem. di Milano III, 423.
46) fornice supra altari erecto, v. Giulini II, 210.

Ecc. 32. ^{1.} rans sibi dictum: *Principem te fecerunt; noli extolliri, sed esto in illis quasi unus ex ipsis,* intolerabilis factus est universis. Praelecto itaque filio eius ab omnibus Lothario admodum leniore, communis consensu regni totius compulsus est ipse reneare Burgundiam, de cetero minime regnaturus.

948. ^{5.} Per idem tempus oborta est Mediolani perniciosa seditio. Arderico autem archiepiscopo ad superna vocato, eruperunt duo adversarii, Ambrosianae dignitatis ambitione succensi, Manassen videlicet Arelatensis episcopus, et Adelmannus^d presbiter Mediolanensis^e, revera immemores apostolici oraculi: *Non efficiantur manus gloriae cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes.* Cumque diu contendenter, ille ex datione regis, scilicet Burgundiae, hic ex factione plebis et de Mediolanico^f, quinque annos contra se invicem pertinaciter altercati sunt, factis partibus ex alterutro. Quorum execrabilis iurgio iacturam praegrandem sustinuit ecclesia, praecipue in thesauris et cymiliis omnibus, quibus incomparabiliter affluebat. Inter hos fluctus natabat caute Walpertus, contrahens suo lateri quasi undas consilii, usque adeo ut utrisque sponte vel invito^g cedentibus, sedem teneret ipse solus^h. Deindeⁱ mortuo Lotario regnavit Berengarius Langobardus ipse, quem 950. Nov. 22. Walpertus tunc archiepiscopus suspectum habebat, conscius ipse sibi. Cuius iram prae- Prov. 16. 14. cavens, ne regius praeveniret insidiis — legerat enim: *Indignatio regis nuncius mortis — fugam paravit.* Ottudem Teutonicorum^j adiit regem, suffragium^k postulans, moxque illi regnum se instante pollicetur Italicum. Quia erectus rex Otto fiducia, adscita sibi coniuge 951. Adeleida Italiae quondam regina, uxore videlicet Lotharii, illico meditatur regnum subri- pere Berengario.

6. Praenissis igitur pro Walpero legatis pacem implorat. Quam cum non impe- 956. traret, direxit Litulfum cum exercitu^l, suum ex coniuge altera^m filium. Oderant autem compatriotae regem Berengarium propter nimiam uxoris tenaciam, quae Willa dicebatur, et suam ex parte saeviam. Ideoque destitutus a suis, properanti hosti minime valuit 25 congredi; sed ingressus quod dicitur Insula sancti Iulii municipiumⁿ, resedit invalidus. Cum vero exploraret universa Litulfus, quidam familiares Berengarii milites, fidem debitam simulantes, promissa securitate foras eductum hostium manibus tradiderunt. Revera 10. 36. inimici hominis domestici eius. Intuitus autem eum Litulfus ait: *Consule tibi rex, et hu- miliare magno Ottoni augusto. Si non feceris, ipsum ut laedis.* Cumque humiliiter respon- deret, rursus infit: *Absit a fide mea, ut vincam perfidia, qui viribus superare contendo. Cave rex amodo ab huiusmodi pseudomilitibus.* Sic fatus absolvit eum, deinceps strenue 30 cuncta ministrans. O pia hostilitas et hostilis pietas! Postea vero pius ille^o perfidia 957. Longobardorum fertur veneno necatus.

7. Otto autem licet privatus filio, coniugis tamen augustae Adeleidae fretus consilio, 35 961. Walperi quoque aliorumque regni principum, in manu forti et brachio extento venit Italiano^p, primus ex Teutonibus imperator dictus Italicus; cumque illi^q subiecta fierent 50 omnia, Berengarium ipsum arce quadam robusta^r munitum diurna vallans obsidione 964. subegit, filiis circumquaque dispersis Widone Adelberto et Conone. Illum vero cum filiis et coniuge captum secum devexit in Sueviam^s, ubi non multo post in amaritudine^t 966. animae diem clausit extremum.

970. 8. Eodem tempore obeunte Walpero, cathedralm suscepit Arnulfus, vere declinans

Nov. 6. a malo et faciens bonum; cuius aequivocus existo gestorum scriptor ego praesentium,

fratris vero illius pronepos verus^u. Huius in episcopatu vita fuit triennis, facta^v nunc

a) *deest* B. b) *tociens* B1. at *non* B2'. c) *caput quartum* Mur. 2, *titulus*: Contentio Manasse et Adelmanni, ac praesulatus Walperi. d) Adelmannus B. e) e. e. A. p. M. in margine 1. *supplevi*, manu ut videtur alia. f) Mediolano 3^a. B. g) *invite* B. h) *norum caput incipiunt* Mur. 2, *cui titulus*: Berengarius regnat, et Walpertus fugit ad Ottонem regem; i) Teutonicorum 1. k) a. c. 3. l) sed ingressus quodam inexpugnabile m. B. *ubi desunt* q. d. i. s. l. m) Litulfus adduci B. Mur. n) p. forti m. et b. extenso Italiam v. B. o) cui cum B. p) amplitudinem B1. at *non* B2'. q) in margine B1. rubricator scripti: *Nota quod iste autor vocatus est Arnulfus pronepos fratris illius archiepiscopi 50 Arnulfi.* r) *factus* 3. B.

47) Rosmini in hist. Mediol. I, 87. documentum II, 292. 48) i. e. auxilium. Hoc autem accidit attulit quo probare sibi videatur, Manassen a. 959. ante alteram Ottonis expeditionem; prior facta est, m. Martio adhuc pro archiepiscopo se gessisse. Sed ex verbis quea dedit id tantum appareat, Erebustum presbyterum ante a. 959. aliquando Manasses missum fuisse. Cf. Liandr. Hist. Ott. I. Giulini

ante Ottonis expeditionem; prior facta est, antequam Walpertus archiepiscopus fuit. 49) Varias expeditiones noster etiam hic confundit, neque 55 in sequentibus fidem merari videtur. 50) Monte s. Leonis. 51) imo Babenbergam.

pro certo meliori dignitate perhennis. Cui successit Gotefredus, primo quidem a clero 971 reprobatus et populo, eo quod sacerdotalem vel leviticum nondum ascenderat gradum, subdiaconus tantum; extrema vero pace receptus regiae fidelitatis gratia, contra filios Berengarii dimicavit. Quorum Widone interfecto⁵², Conone pactione quieto⁵³, Adelbertus 11 ceteris animosius diebus vitae omnibus⁵⁴ factus est in diversis profugus.

9. Deinde Ottone mortuo, regnauit pro eo eius⁵⁵ eiusdem nominis filius, acer in 973 armis, sagax ingenio; qui Graecae mulieris adeptus contubernium, industria sapientis Adeleidae matris Romanum feliciter solidavit imperium. Exiit vero a Germania⁵⁶; Romae praesedit, Apuliam Calabriamque⁵⁷ possedit, multaque gessit insignia, imperatoria maiestate condigna. Huius tempore transfretantes Saraceni mare conati sunt Calabres fines invadere; quibus ex adverso congressus est imperator et ipse, parvo licet⁵⁸ suorum suffultus 982 collegio. Quoniam vero paucorum ad plures impar solet esse congressio, cum pugnasset multum, deficit⁵⁹ ad ultimum. Quid plura? pugnando captus⁶⁰ ad classes usque protrahitur; occupaverant enim hostes vicina maris littora. Sentiens vero se vellet nolle⁶¹ transvehendum⁶², simulatis precibus postulabat, ut saltem unicam sibi coniugem cum exiguo famularum obsequio simul cum eo exulare⁶³ permetterent, delaturam secum immensa auri et argenti pondera promittens. Cumque foret permisum⁶⁴, viros adolescentes muliebriter superindutos, subtus autem accinctos mucronibus, cautissime venire mandavit. Ubi vero ingressi sunt navem, illico irruentes in hostes, evaginatis ensibus indifferenter quosque trucidant. Interim saltu perito prosipli imperator in pelagus, natando evasit ad litus liber et laetus. Unde terrefacti transierunt hostes ad propria⁶⁵. De cetero disponens aequoreas undas potestate cum omni transmeare⁶⁶ Italia, per universum regnum dilatavit militandi praeceptum. Sed Deo aliter providente, rebus excessit humanis, iuxta illud: *Cor hominis disponit viam suam; Domini autem est dirigere gressus eius.* Cui in Ale- 983. Pro. 16. 9. maniae partibus superfuit puer sui nominis filius, rex mortuo⁶⁷ patre creatus.

10. Iam enim successerat Gotefredo Landulfus archiepiscopus, qui propter nimiam 979. patri ac fratrum insolentiam, Grotavem populi perpessus est invidentiam. Instabant enim⁶⁸ prae solito, civitatis abuti dominio. Unde cives indignati, una sese coniurati⁶⁹ strinxerunt. Inde civilis seditio ac partium est facta divisio. Quibus assidue rixantibus, grande commissum est in urbe certamen. Videntes autem se praegravari undique praesul, nec posse sufficere, discessit ab urbe cum fratribus, relicto patre⁷⁰, qui fuerat iam senes et a viribus imbecillis⁷¹. Quamobrem ecclesiae facultates et multa clericorum distribuit militibus beneficia. Iterum autem collecto ex diversis partibus agmine, conflixit eisdem cum civibus in campo Carbonariae⁷²; ubi facta est plurima caedes utrinque; a quo bello aegre divertit hac etiam vice. In civitate autem quidam⁷³ vernula audita domini sui nece accurrens, patrem praesulii lecto iacentem cultro transfixit. Post haec et alia multa, inspirante Deo et interveniente consulta sapientum partis utriusque, nova pax vetera dissolvit odia. Archiepiscopus enim memor pastoralis diligentiae, populus vero recordatus ovulis⁷⁴ obedientiae, donantes praeterita, foederati sunt pace perpetua. Praeterea sentiens se praesul dispersis facultatibus offendisse ecclesiam, ut clerum leniret ac⁷⁵ populum, sancti martyris Celsi fundavit monasterium, multisque ditavit opibus. Ubi completo dierum 988. Mar. 23. posterius.

11. Interim regnante Ottone III. cum matre Graeca, quidam Graecus⁷⁶, Graecae 57 dominiae capellanus, factus est Placentinus episcopus. De quo dictum est quod Romani

- a) horbus B. at non B2'. b) suas B. Mur. c) E. v. a G. desunt B. d) Calabriam 3. e) l. p. a. filius B.
- f) defecit 3. g) congressio, non illi prosper bell'i successit eventus. Q. p. victus et c. B. h) v. si n. v. B1.
- i) transvendit 1. k) exulari 1. l) Quo concessa B4. m) U. t. i. h a. p. derunt B. n) transire B. pincia
- sus loco posuit B2'. o) deest B. ubi: p. solito. p) coniuratione B. Mur. q) imbellia B. r) quedam Mur.
- 50 a) civilis B. t) ita 3. 5'. B. ad 1.
- 52) iam a. 965. Ann. Einsidl. 53) Hic marchianus Scil. hoc ei nomen fuit, illud cognomon, quod exemplis probavit Giulio Mem. di Mil. II, 384. cf. p. 443, et III, 76. *Dominicus qui et Boniso*, p. 77. *Nazaro detto Bonisone*, p. 166. *Andrea o Bonisone*.
- 55 nis. Provana Studj. critici p. 331. 54) vivente, m. Junio. 55) quem Landulfus II, 17. Bonizone appellat, archiep. ipse in testamento Ambrosium.
- 56) Carbonate prope Seprium, sec. Puricelium; v. Giulini II, 393. 57) Iohannes Philagathus.

decus imperii astute in Graecos transferre temptasset. Siquidem consultu et ope quorum-
dam civium Romanorum, praecipue Crescentii cumadam praeditivis, apostolicam sedem
iam violenter invaserat, delecto eo qui tunc insederat venerabili papa^a⁵⁸. Quo auditio
palam, relicta Suevia venit Otto festinus Italiani.

12. Nec mora, consilio habito cum optimatis regni, Romanum arripuit iter cum 5
legionibus Latinorum ac Teutonicorum, terrefaciens cuncta in circuitu loca. Ad cuius
introitum Roma concurrit universa. Graecus ipse misericordiam clamat; Crescentius
vero rebellionem parat, Tiberina sancti Angeli munitus in arce^b. Hunc imperator undique
obsidione circumdat omnibus bellis machinis cottidiis oppugnans, donec pacto utcumque
composito, illius se tradidit potestati. Qui statim in prato Neroniano iussus est decolaris.¹⁰
Stephania autem uxor eius traditur adulteranda Teutonibus. Pseudopapa vero Graecus,
effossis oculis, abscisis naso et auribus, dorso asinae retroversus manu tenens caudam,
totam distrahit per hurbem. Sic Roma ante mobilis^c regis quievit in oculis.

13. Tempore praeterito^d decreverat imperator maternae gentis sociari coniugio.
Huius causa consilii praefatus Arnulfus venerabilis archiepiscopus, regia iussione pree-¹⁵
monitus, mare transiens Constantinopolim proficiscitur. Qui ab ipso admirabili monarcha
magna susceptus honorificentia, satis episcopaliter conversatus est in urbe regia, ita carus
ut quicquid poposcerat^e facile impetraret. Composito tandem propter quod venerat
negotio, ab eodem Basileo decenter absolutus reversionem accelerat.

14. Interea imperator primo inventus in flore defungitur Otto, in quo omnis^f est 20
Ottonum^g consumpta propago. Tunc Ardoinus^h quidam nobilis Ypporegiae marchioⁱ
Langobardis Papiae eligitur, et vocatus caesar ab omnibus regnum perambulat universum,
regio iure cuncta pertractans. Cognito autem iam dicti praesul's reditu, occurrit ei in
itinere obvius, securitate quanta valuit sibi illum applicare procurans.

15. Eodem tempore Heinricus^j creatus est rex Alamanniae. Inter hos de sceptro 25
Italico ingens oritur contentio. In medio principes regni fraudolenter incidentes, Ardoinus
palam militabant, Heinrico latenter favebant, avariciae lucra sectantes, sicut^k dictum est
ad Yerusalem per prophetam: *Principes tui infideles, socii furum, omnes diligit munera,*
Dec secundur retrubaciones. Quorum consilio Heinricus dixit in Italianum suum cum exercitu
ducem^l. Cui occurrens viriliter Ardoinus, facta congressione in campo Fabricae^m, quam- 30
plures stravit, ceteros extra fines regni fugavit.

16. Tempore non longo post cum valida Teutonicorum militia proveravit Heinricus
Apr. a Germania, ipso Italiae castrametatus in limine. Ex adverso Ardoinus fidens viribus
nec minus armis instructus, non tantum defendere quantum super eum paratus infurgere,
occurrit illi Veronaeⁿ. Sed deceptus perfidia principum, maiori militum parte destitutus, 35
Cumque cessisset invitus, regnum Heinricus ingreditur, rex statim electus, suoque post
tempore^o Romanus imperator effectus. Veniens vero Papiam, cum non ad votum sibi
obtemperasset, uno totam concremavit incendio. Unde omnis inhorruit Italia, simile per-
timescens. Ab hinc illius exinanita confidantia, huius praevaluat ubique potentia. Verum-
tamen resumptis^p interim^q viribus Ardoinus iuxta posse ultionem exercet in perfidois.⁴⁰
Siquidem postea Vercellensium urbem cepit, Novariam obsedit, Cumas invasit, multaque
alia demolitus est loca sibi contraria. Ad ultimum labore confectus et morbo, privatus
regno, solo contentus est monasterio nomine Fructeria^r; ibique depositis regalibus super
altare, sumptuque habitu paupere^s, suo dormivit in tempore^t.

17. Illis in diebus primus in Apuliam Normannorum fuit eventus^u, principum terrae 45
consultu vocatus, cum Graeci eam innumeris gravarent oppressionibus. Quibus subactis

a) papa Benedicto, qui captus a dicto Crescentio in castro sancti Angeli strangulatus est nocte
natalis Domini oddit B. b) p. m. in T. n. A. a. B. c) nobilis B. d) T. autem p. B. e) posceret B2.
ap. Paricell. Mon. Ambr. p. 305. f) omnium B. g) O. e. 3. h) arduinus B. const. i) henricus B. const.
k) Sic 3. l) o. i. V. desunt B. nbi sequentia da: Sed instanti p. p. magna sursum parte destitutus, et sic cedente 50
eo, r. H. i. m) reassumpis 3. n) interdum 1. o) deest B. p) pauper B. q) adventus 5. Mur.

58) Gregorio V. quem primo cum Bened. VI. per conti Durini di Milano. Provana Studj critici p.
Crescentium maiorem interfecto confudit. 59) Ot- 211; cf. Thielm. V. 16. Adalboldi V. Henr. 15—17,
tonem d. Carenianorum. 60) Esiste sui Colli Eu- et de monte Ungarico Provana p. 209. 61) 1014.
ganei non lungi dalla Brenta una villa, attualmente Feb. 14. 62) S. Benigno di Fruttaria. 63) 14. 55
chiamata Fabbrica, posseduta dalla famiglia de' Doc. secundum Necrol. Divisionense, v. Provana p. 305.

et aequore sulcato fugatis, considerantes Normanni Apolorum inertiam, regionis quoque in omnibus opulentiam, etsi pauci, invadunt ex parte provinciam. Remissis igitur legatis in patriam ad hoc ortantibus ceteros, crescente paulatim numero, totam repleverunt Apuliam, iure quasi proprio deinde possidentes, atrociores facti Graecis, Saracenis fero-
ciores; imo deictis prioribus, surrexerunt principes ipsi.

18. Heinricus vero quid de reliquo gesserit, quomodo Troiam nobilem Apuliae civi-
tatem obsederit, qualiter marchiones Italae quatuor, Ugonem Azonem Adelbertum et
Obizonom, captione una constrinxerit⁶¹, recitate non expedit; dum in fortitudine eius si
omnis terra contremuit, usque adeo ut si qui reperti fuerint Ardoini favissem partibus,
aut fugerent aut ditionem facerent. E quibus Astensis episcopus⁶² propria relicta sede
Mediolani usque ad obitum latuit. Dederat enim imperator, vivente ipso et abiepto, epi-
scopatum cuidam Oderico⁶³ fratris Mainfredi marchionis eximi. Quod factum archiprae-
sul Arnulfus vehementer exorrens, consecrationem quae sibi competit, omnimodo vetuit.
Odericus^b autem ille sua fretus ac fratribus potentia, Romam proficisciens, subreptione
quadam consecrari se fecit a Romano pontifice⁶⁴. Quod ubi innotuit Arnulfo, iusta satis¹⁰⁰⁸
accenditur iracundia, non tantum regia institutione, quantum Romana, quod deterius vide-
batur, indignatus consecratione.

19. Veniens igitur^d in conventu Mediolanensis ecclesiae, anathematis iaculo conse-
crati transfixit audaciam. Deinde collecto undique exercitu copioso, cum suffraganeis
similis episcopis civitatem aggressus Astensem, clausis in urbe marchione cum episcopo,
densissima obsidione valavit. Nec a populatione belloque destitit, donec pace composita
illius satisfactum est voluntati. Haec autem fuit pacis conditio, quod venientes Mediola-
num, tertio ab urbe miliario nudis incendendo vestigiis, episcopus codicem, marchio canem
baulans, ante fore ecclesiae beati Ambrosii reatus proprios devotissime sunt confessi.
Praeterea episcopus virgam et anulum suscepti pontificatus supra sancti confessoris altare
depositus, quae postea largiente episcopo^e pie resumpsit. Frater vero illius Mainfredus
marchio donavit ecclesiae auri talenta quamplurima; unde producta est crux illa pulcher-
rima, quae usque hodie praecipuis tantum geritur in diebus. Deinde nudis sicut venerant
pedibus per medium civitatis ad ecclesiam maiorem sanctae Theotocos usque deveniunt,
ab archiepiscopo et clero cunctoque^f recepti in pace populo.

20. De reliquo Arnulfus sacerdotialiter^g suam regebat ecclesiam, clerum fovens ac
populum, suisque plane vacans negotiis. Huius beatitudinem plura ecclesiis tradita com-
mendant beneficia. Illius tempore^h sancti confessoris Monae revelatae sunt reliquiae, in
ecclesia sancti Vi alis iusta Sanctum Naboremⁱ. Hic etiam fundavit coenobium sancti
Victoris martyris in magno honore et copia frugum, in quo requiescit in pace sepultus.
In cuius laude reddenda quoniam dies non sufficit hodierna, praesens claudatur pagina;
cum sit altera deinceps aperienda.

INCIPIT LIBER SECUNDUS^j.

1. Superiori volumine audita tantum utcumque exsufflare temptavimus; nunc autem
ea quae ipsi videndo cognovimus, ex habundanti eructare studeamus. Coelitus igitur¹⁰¹⁸
vocato divae memoriae Arnulfo, consultu maiorum civitatis ac dono imperatriae pot-
estatis intronizatus Heribertus⁶⁵. Qui ex quo praefatus est, suis et aliorum vacavit nego-
tiis, pluribus intentus, grandia expertus, quae quidem narranda, non iudicanda suscep-

a) ad h. o. c. desunt B. b) Odericus 1. Odericus B. c) se c. 3. d) ergo 3. 5. e) archiepiscopo B. f) sa-
cerdotaliter B 1. g) i. in t. B. h) in e. s. V. i. s. N. desunt B. i) huic libro 2. B 1. superscribunt: Incipit liber
secundus historiarum Arnuli. Alter sermo venit, quem iam prior ille recedit.

64) Temporum ordinem A. in his non servavit, Giulini Mem. di Mil. III, 62. 68) Aribertus ... fil. b. m. Gariardi, qui fuit de loco Antimiano et viri
50 march. Mediolanensis, Astensionis progenitoris; v. lege Langobardorum: ita tabulae eius nomine con-
fectae incipiunt. Matris nomine erat Berlinda; v. Puricelli Mon. Ambr. p. 371. De Antimiano, iam
Est. I. p. 137. Scheidii Orig. Guelf. I. p. 179. Intimiano v. Giul. III, 385. Ipse a. 1007. subdiaco-
65) Petrus; cf. Terraneo I. I. cap. 5. 66) rectius nus eccl. Mediol. erat; ib. p. 56.
Aldericus. 67) quod a. 1008. factum esse probavit

1024. ius. Cuius in diebus Heinrici consummatur imperium, prole nulla superstite. Tunc Papienses in ultiōrem incensae urbis regium quod apud ipsos erat destruxere palatum. Factum est autem, ut simul convenientes in commune, tractarent de constituendo rege primates. Diversis itaque in diversa trahentibus, non omnium idem fuerat animus.

2. Interque talia fluctuante Italia, suorum comparum^a declinans Heribertus consor-
tium, invitatis illis ac repugnantibus adiit Germaniam solus ipse regē electurus Theuto-
nicum. Cumque Teutones sibi Chuonradum^b eligerent, eundem ipsum laudavit^c, om-
niisque in oculis copropavit, accipiens ab eo praeter dona quamplurima Laudensem
episcopatum, ut sicut consecraverat, similiter investiret episcopum. Rediens vero securus
in omnibus, totam suis legationibus everit Italianam, alios re alios spe benivolos faciens,
donec suum electum fere omnes laudavere suscipiendum. Tali fultus remigio veniens
1026. Chuonradus Italianum, ab eo ut moris est coronatur in regno; deinde Romanum duce com-
1027. migrat eodem. In cuius adventu factus est^d ingens Romae conventus diversarum undi-
que gentium, episcoporum quoque ac saecularium principum, praesidente domino papa
Iohanne.

Mar. 26. 3. Imminente itaque paschali solemnitate, cum rex Chuonradus in basilica aposto-
lorum ad culmen imperii apostolica foret consecratione sublimandus, Heribertus Ravennas
archiepiscopus temerarie dexteram regis invasit ac tenuit, faciens quod Mediolanensis iure
competebat antistiti^e. Quod cum omnium displiceret in oculis, commonebant eum pra-
sules ceteri, quatēnus a non suo desisteret. Nichilominus ille pertinaciter tenebat. Heri-
bertus^f vero Mediolanensis antistes, ne in die festo tumultus fieret in populo, sapienter
multum popularē declinavit tumultum, cunctos suos adversari volentes ab omni contra-
dictione cohercens.

4. Rex igitur tumultuantum strepitu attonus, cognita tandem rei veritate, gradum
figens taliter est contionatus: *Certum est quidem, reverendi patres, quia sicut privilegium 25
est apostolicae sedis consecratio imperialis, ita Ambrosianae sedis privilegium est electio et
consecratio regalis. Unde ratum videtur, ut manus quae benedit et prius coronam im-
ponit regni, si praesens affuerit, reprezentet regem, ad imperium promovendum sancto Petro
et eius vicario; quatenus Ambrosiano testimonio iure possit imperare, qui Ambrosiana con-
secratio didicit et coepit regnare.* Cumque haec regis omnibus placeret sententia, dexte-
ram Ravennati auferens, Ambrosianum iubet accessiri pontificem. Qui praedicta vitandi
tumultus causa, venire distulit.

5. Igitur consulente domino apostolico et universis episcopis, dexteram dedit Arde-
rico Vercellensi episcopo illius suffraganeo, ut pater in filio, magister videretur in disci-
pulo. Qui in' imperiali consecratione vicem Mediolanensis archiepiscopi pleniter tenuit.
Apr. 6. Post dies aliquot indicta est synodus Romae auctoritate apostolica, in qua constitutum
est, ut in omnibus negotiis pontificalibus Ravennas nullo modo in aeternum se Mediola-
nensi preeferat antistiti; et si forte praesumpserit, canonice legi^g subiaceat. Insuper
placuit omnibus, super^h hac re conscribi thomum in sempiternum testimonium; de quo
70 paucis de pluribus ista decerpsumusⁱ.

a) comparium 3. 5'. B. b) conradum 3^a. 5'. B. c) deest B. d) antisti 1. e) henricus B 1. at non B 2'.
f) deest B. g) tenit plene B. h) l. s. i. p. o. s. h. re desunt 1. i) in 3. 5'. B 2'.

69) Constantiae ei in pentecoste occurrit; Wippo V.
Conradi. 70) hic *tomus* conservatus videtur in his
quae hic subiicimus ex „Novo Berolod“ rev. capi-
tuli metropolitani Mediolanensis intra a. 1265—1269.
exarato; ubi ita leguntur: *Commemoratio superbie
Ravennatis archiepiscopi, quomodo se Mediolanensi
archiepiscopo Roma superbe preferre presumpsit, et
quodlibet inde victus subcubuit et confusus abiit, ad
gloriam et laudem Dei, superbos humilitatis et hu-
miles exalrant.* „Anno 1027. post divinitus assum-
ptam mortalitatem, in tertio anno domini Iohannis
pape universalis, factus est ingens conventus Rome
diversarum gentium plurimorum episcoporum ac
secularium principum, clericorum quoque et laico-
rum, Italie, Gallie et Germanie, 7. Kal. Martii (i. Apr.),

in sancto die pasche, indictione 10^a. Cum rex Chuon-
radus anno regni eius 3^a ad culmen imperii in ba-
silica apostolorum apostolica consecratione esset 45
sublimandus, humani generis inimicus, zizaniorum
sator, tanti conventus gaudis et iocunditatibus im-
videns fraudolenter et nimis cum discrimine, sicut
sum est, menti Heriberti Ravennatis archiepiscopi
sese ingessit et venenum sui livori super eum 50
sparsit, quo eum fastus superbie coegit, ut zelo
humilitatis et iusticie spredo, preferre se presumeret
Mediolanensi archiepiscopo. Et quia insolenter
superior videri voluit, turpiter inferior apparuit.
Omnibus s. ecclesie fidelibus notissimum est, quod 55
Ambrosiana sedes post apostolicam primatum tenuit,
tenet et tenebit, et s. Ambrosii vicarius in omnibus

6. Dum haec agerentur, Mediolanenses cum Ravennatis altercabantur ad invicem. Igitur crescente iugio, congressi sunt adversum se* mutuo. Set praevalente impetu et fortitudine Mediolanensis, Ravennates terga dederunt, magna ex parte vulnerati; quos persecuti sunt adversarii usque ad hospicia, sarcinas et omnem diripientes suppellecilem. Ipse etiam Ravennas Heribertus vix ausigit^b, de manibus insequentium crepus. Etenim postea illa omnis quievit controversia. Imperator vero^c a Romanis rediens partibus, commoratus est in Italia, donec subegit si quos habuit adversarios, patrocinante in omnibus Heriberto; et siluit terra in conspectu eius.

7. Contigit autem tunc temporis, Laudensem mori pontificem, cumque^d archiepiscopo pus sua investitura, quemadmodum ab imperatore suscepatur, alium subrogare decerneret, indignati Laudenses insolitam sui episcopatus constitutionem audacter despiciunt. Quorum parvipendens Heribertus audaciam, elegit Ambrosium de suorum numero cardinalium sacerdotem satis ydoneum. Cui primo tradens virgam et anulum, deinde ut moris fuerat

a) deest B2'. c. a. sicut m. B1. b) effugit B. ubi deest crepus. c) Conradus addit. B. d) Cum B.

15 negotiis ab apostolico est secundus. Et vere; quia sicut Petrus primo Romani docuit, ita Barnabas eius coapostolus Mediolani primo catholicam instituit fidem, et multo tempore ibi presuit, et successore suum unum et priorem ex discipulis Domini mini Anatelonem ordinavit. Hoc apostolico iure, sicut Romana sedes est prima, ita et Mediolanensis censenda est secunda. Set ut ad antiqui hostis stationem reddeamus, supradictus Ravennas ab eodem impulsu, cum rex Chunoardus ad imperialem 20 consecrationem esset ducentus, domino apostolico et populo in medio ecclesie expectante, ut moris est, nefario et temerario ausu regis dextram invasit ac inconsulte, immo et violenter tonuit; quod Mediolanensi archiepiscopo regibus ad imperium pro- 25 movendis semper facere pertinuit. Cumque eius temeritas omnibus episcopis super modum disperceret, eandem increpanibus et commonenibus, ut ab hoc cessaret, spreta omnium sententia, precipiti effrenatione invalidit eius dementia. Dominus vero 30 Heribertus s. Mediolanensis ecclesie venerabilis (*ita concilio; venit codex*) archiepiscopus vir strenuus et modestus, immo et pacientissimus, ne forte in populo fieret tumultus, adversus eius diram inseniam opposuit sanctam temperiam, a tanta seditionis 35 turbine humiliter declinavit, et coepiscopos et omnes suos, hanc temeritatem condempnantes et illi temerario in faciem resistere volentes, blanda persuasione admonuit, ut scandalum eius humiliando vitarent, ne in tanta plebe impetuosa sedicio crescere. 40 ret, ne diabolus totius erroris auctor bonum pacis raperet de proposito episcoporum, quod moribus decet inesse laicorum. Rex igitur nimis populorum circumdatius compressione, ac tumultuantibus et circumstrepentibus diversis rationibus non plenius niter sput se totus, iam in templo (iam in *cod.*) apostolico invitus et tamquam nescius ductus gressum fixit, et mentis et corporis viribus resumptis, ita coram omnibus dixit: *Certum quidem et manifestum est, reverendi patres, quia sicut priorilegium 45 est apostolice sedis consecratio imperialis, ita et Ambrosiane sedis priorilegium est electio et consecratio regalis. Unde ratum videtur, ut manus eius qui benedicit, unguit et prius coronam regni imponit, si presens adferri, ut regem representet sancto Petro et eius vicario sublimandum ad culmen imperii, et ut tante consecrationi verus testis non desit, Ambrosiano testimonio iure possit imperare, qui*

^e Msc. 1,3.

*Ambrosiana consecratione prius dedit et cepit regnare. Cumque hec regi sententia omnibus placaret, dexteram Ravennati tulit, et suis venerabilibus nuntiis, archiepiscopo videlicet et episcopis, dominum Heribertum archiepiscopum Mediolanensem accersivit, et ad foras ecclesie redeundo ei occurrere paratus fuit, ut pleniter ibi fieret quod deberet, et s. Ambrosius per suum vicarium sui honoris primatum teneret. Set innumeris populorum compressione impediens, idem dominus Mediol. archiep. ira nequivit, et sapienter, immo patienter, quod factum fuerat . . . Cuius admirabilem pacientiam et s. tolerantiam omnes unanimiter laudaverunt, et pari voto et communis consensu consulentes regi persuaserunt, ut ad efficacem observationem honoris s. Ambrosii et stabile fundamentum sui imperii, quod ibi iure debuit facere Heribertus Mediol. archiepiscopus, hoc ficeret Ardericus Vercellensis episcopus et eius suffraganeus. Et satis iustum et competens visum est, ut vicarius s. Euzebii ibi vicem teneret vicarii s. Ambrosii, ut in discipulo magister audiret et in filio pater honoretur. Quorum consilium regi Chunoardo placuit et adquievit, Arderico Vercellensi dexteram dedit, qui imperiali consecratione vicem Mediolanensis archiepiscopi pleniter tenuit, et quod Ravennas temere invadere voluit, turpiter perdidit. Unde Mediolanensis ostenta pacientia laudatur, Ravennas vero effrenata insolentia infamia censetur. Facta imperiali consecratione in unum omnes convenere; cumque super hac re in longum protraherent sermonem, auctoritate apostolica synodo indicita 8. Id Apr. in qua constitutum et confirmatum est primo a domino apostolico, deinde consentientibus omnibus venerabilibus patribus ad eandem synodum congregatis, ut in omnibus negotiis pontificalibus Ravennas nullomodo in eternum se Mediolanensi archiepiscopo preferat; et si forte presumperit, canonice legi subiaceat, sicut merito debet, qui pacem ecclesie scindere non formidat. Ab omnibus dictum est *Fiat!* Et ne alterius in s. ecclesia huicmodi apparet divertium, placuit omnibus hoc scriptum fieri in testimonium. Acta et promulgata sunt hec apud urbem Romam, presidente ibi d. Iohanne pontifice summo universalis papa, domino vero Chunoardo imperante, anno imperii eius 1° feliciter. BETHM.*

consecravit episcopum. Quo peracto, cuncta Laudensium violenter aggreditur opida. Quibus subactis potestate, tandem pervent ad urbem, suum secum deducens pontificem. Quam undique obsidione circumdans, perseveranter opugnat. Cumque cives viderent se frustra resistere, proposita pacis conventione, demum in commune deliberant suscipiendum episcopum. Ante portam namque civitatis facta sunt palam iuramenta promissa fidelitatis; et sic iam dictus receptus est episcopus, omnibus postea carus, doctrina scilicet et operatione praeclarus. Ab illo etenim tempore inter Mediolanenses atque Laudenses implacabile viguit odium, unde postea per multa annorum curricula praedas et incendia caedesque alternant innumeratas. Mediolanenses quidem, multitudine divitias ac brachii virtute confisi, frequenter illos bello aggrediuntur, obsidione circumsepiunt, agros et vineas 10 ac suburbana cuncta demolientes. Laudenses vero exigui numero, sed truces animo, opibus angusti, viribus honesti, nunc suo nunc alieno se dampno defendunt. Quae si scriberentur per singula, plura fierent inde volumina.

1032. 8. His denique diebus mortuo Burgundionum rege⁷¹, proponit Chuonradus Burgundi Sept. 6. diam invadere⁷². Ad quam invadendam Longobardorum iubet properare militiam. Ipse 15 vero ex contigua sibi parte obstrusos⁷³ irrumpens aditus, municipia quaeque praecoccupat. E vicino autem Italiae cum optimatus ceteris electi⁷⁴ duces incedunt scilicet praesul Heribertus⁷⁵ et egregius marchio Bonifatius, duo lumina regni, explorantes accessus illos, quos reddunt meabiles praecisa saxa inexpugnabilis opidi Bardi⁷⁶. Per hos ducentes Langobardorum exercitum, Iovii⁷⁷ montis⁷⁸ ardua iuga transcendunt; siveque vehementer 20 irruptione terram ingredientes, ad caesarem usque perveniunt⁷⁹. Cumque nequirent Burgundiones resistere, dedicationem accelerant, perpetua subiectio condicione Chuonrado substrati. Et factum est, ut in magna gloria reverterentur omnes ad propria.

1033. 9. Per idem tempus mense Iunio in die sanctorum Petri et Pauli fervente meridie luna 29. eclipsis solis apparuit, tribus horis mundo inducens tenebras. Tempore post alio visa 25 est noctu⁸⁰ luna colore fuscata sanguineo.

10. Multis igitur prosperatis⁸¹ successibus praesul Heribertus immoderate paululum 70 dominabatur omnium, suum considerans, non aliorum animus⁸². Unde factum est, ut quidam urbis milites, vulgo valvassores nominati, clanculo⁸³ illius insidiarentur operibus, adversus ipsum assidue conspirantes. Comporta autem occasione cuiusdam potentis be- 30 neficio privati, subito proruunt in apertam rebellandi⁸⁴ audaciam, plures iam facti. Quod ubi innotuit praesuli, parat multis⁸⁵ consilii obsistere illorum⁸⁶ insidiis. Ubi vero nil proficit, virtute superare contendit. Ac primo quidem bello victi atque pugnando vehementer attriti, exeunt ab urbe discedunt moerentes. Quibus mox subveniunt Marciani ac Seprienses⁸⁷, pluresque regni communilitones, simul mori simulque parati vivere, pree- 35 cipue Laudenses, recentis iniuriae memores.

1035. 11. Archiepiscopus autem collecto undecumque potuit agmine, non tamen absque suis fidelibus, nititur insequi et universos opprimere. Cumque reniti praesumerent, con- 70 veniunt in campo qui dicebatur Malus⁸⁸ ab aeo; recteque⁸⁹ malus, quoniam humano fuerat cruento rigandus. Ibi commiso campestri certamine, facta est strages magna 40 interectorum partis utriusque. Inter quos dum incederet medius, iam dictus Astensis 79 configurit episcopus⁹⁰, pars denique maxima belli. Cuius interitus certaminis factus est terminus⁹¹. Hic amissio tanto fratre confusus, illi autem occiso tanto hoste securi, rece- 76 dentes⁹² a pugna diverterunt ad propria.

a) viderunt se fustra B 1. b) deest B. c) continga a. p. obtrusos B. d) e. velut d. f. presol enim H. B. 45 e) iovi B 1. iovi B 2'. f) Conradum addit B. g) nocte B 1. h) prosperatus 3. i) latenter B. k) pro- rumpunt in a. rebelli B 1. 2'. (sic rebelles 1.) l) prius B. m) eorum o. i. Mur. n) et recte Mur. o) Inter quos ian d. Oldericus A. episcopus telle confessus occubuit. cuius i. bellum mox f. e. t. B. p) discendentis B. ubi deest a pugna.

71) Rodulfo III. 72) sc. altera vice. Sed Arnulfus utramque expeditionem confudit, quod iam Socii Palatini animadverterunt. 73) postquam domi testamentum condidit, m. Martio 1034; v. Giulini III, 246. 74) Bard castellum ad Dorianam Balteam. 75) Mona maior S. Bernardi. PAL. 76) qui omne regnum Italicum ad suum disponebat 50 mutum. Heinr. III, in carta a. 1047. ap. Mural. Ant. VI, 218. 77) milites scil. comitatuum Mediolanensi a septentrione vicinorum, Sepriensis et Martisannensis. 78) prope Mottam, qui est inter Mediolanum et Laudem locus. SIGON. 79) 1035. 53 Herim. Aug.

12. Igitur imminentे tanto discrimine, providit archiepiscopus vocare suum a Ger-¹⁰³⁶ mania caesarem, sperans illum futurum auxiliatorem. Veniens autem Veronam imperator, Dec. indeque Mediolanum, honorabiliter die primo suscipitur; in crastinum tumultuante ac¹⁰³⁷ vociferante in eum populo, gravior offenditur. Audierant enim, regem Laudensi iure defraudasse Heribertum. Quod augustus^a dissimulans, Papiam adjicit. Ubi cum generale statuisset colloquium, concinnato dolo cepit ac tenuit archiepiscopum, Aquilegensi tradens patriarchae^b custodiendum. Ecce Mediolanensis attonita inhorruit civitas, proprio viduata pastore dolens ac gemens a puerō usque ad senem. O quae Domine preces, quantiae funduntur et lacrimae! Cumque proclamarent assidue clerici populus^c atque miles, facta est de absolutione conventio, datis obsidibus augusto. Quibus receptis, nichilominus tenuit, tractans perpetuo dampnare illum exilio. Quin etiam tres alias una die^d comprehendit si episcopos, Vercellensem^e, Placentinum^f et Cremonensem^g. Archiepiscopus vero post menses duos fugam arripuit^h, cui venienti tota occurrit civitas ita ylaris, ut servus domino, mulier non cederet viro prae gaudio cursitantes. Ecce vespertinus urbis fletus ^{i. 23. 6.} subito conversus est in matutinam laetitiam.

13. Videns autem se Chonradus delusum, suum et rei publicae palam Heribertum denunciat inimicum. Igitur exit edictum a caesare augusto, ut cuncta sue potestatis regna adⁱ Mediolanum concurrerent impugnandum. Factum est autem ut omnis Italia, universa Germania, convenienter simul ab angulo usque ad angulum. Ac primo quidem 20 impetu quoddam firmum aggreditur municipium nomine^j Landrianum^k. Quod oppugnans^l in modico demolitur. Inde^m applicuit Mediolanum, tertio ab urbe miliario fixis Mai. tentoriis castra metatus. Mediolanenses autem prompti resistere, quaque proxima civitatis muniunt loca. E quibus electi iuvenes armis compti, bellis edocti, volantes equis, proculdunt telis, caesarianiⁿ insultando militibus, et gyranter castra clipeo minantur, et 25 asta proximos quoque caedentes. Cumque per dies aliquot haec exercerent proliudia^o, factum est in die sancto dominicae ascensionis, caesariani omnes suo cum caesare Mai 19. castris erumpunt, Teutones in dextro, Itali in sinistro bella cientes. Civibus vero occurribus ex adverso, ingravatum est undique bellum, diversis in diversa pugnantibus. In prima fronte nobilis quidam Theutonicus statura procerus, et Wido Italicus marchio 30 signifer regius, inter media tela confixi sunt. Quibus cadentibus multisque aliis in proprio cruro iacentibus, paulatim belli tepescit amor. Demum caesariani collecto agmine ad castra commigrant. Urbani quoque relictis campis propria tecta requirunt.

14. Igitur recedens ab urbe caesar, iubet cuncta in circuitu prope longeque vastari loca. Cumque flammis universa consumeret, crebris fulminum ictibus^p et grandinea tempestate corruptus, a coepito desistens recessit moerens. Quin etiam Bertaldus, regius a secretis, cuius cuncta siebant consilio, insanae mox mentis efficitur. De quo cum rex cap. 14. leniri debuerat, magis intumuit, in tantum ut Heribertum adjudicaret propria dignitate privandum. Stabilita igitur deliberatione, praesulatum tradidit Ambrosio Mediolanensis ecclesiae cardinali presbitero suoque capellano, etsi videntibus, non tamquam voluntibus 40 episopis. Quo Heribertus auditio, de rege similiter tractat^q honore privando. Secreta igitur legatione suggestit Oddoni potenti Franchorum comiti^r, ut se favente arripiat^s regnum Italiae. Qui^t nil moratus, utpote regnandi avidus, primo quidem aliquas Alamanniae partes violenter invadit. Hunc impugnans viriliter dux Gotfredus, vehementi 45 facta congreessione in momento prostravit, eiusque^u caput avulsum humeris fertur augusto Nov. 15. in Italiam direxisse. De cetero imperator annuam Mediolani vastationem universos regni primates iurare praecepis, obstinato animo repatriavit in Sueviam, aeger pedibus et cunctis debilibus artibus.

15. Interea Pseudoambrosius palam gerens virgam et anulum, ut lupus in abdito

a) coronatus B. b) c. ac p. B. c) ita Mur. crederet 1. 3^a. 5^c. Loco Archiepiscopus vero — curvantur haec habet 50 B. Præterea beatus Ambrosius ecclesie sue precibus exortatus, promeruit a Domino, suum liberare vicarium, ignoransibus concilio et ipso caesare. d) deest B. 1. e) nomen B. 1. al non B. 2^c. f) impugnans B. g) unde vel inde B. h) cesariensis 1. i) preliudia 3. k) ictibus B. l) tractavit B. m) que B. 1. al non B. 2^c. n) cuiusque 1.

80) Popponi. 81) sed aliquanto postea, quum de ea ipse narrat in docum. a. 1040. cui Ardericus Heriberto conjuncti legatos ad Odonem direxissent, ep. Vercell. subscripsit. Campi Piac. 1. p. 507. 55 teste Ann. Sax. a. 1037. 82) Ardericum. 83) Pe- Ugh. IV, 103. 86) a Laude non multum absterrit, ut videtur. 84) Hubaldum. 85) v. quae ad occidentem. 87) Campanensi.

clam insidiatur omnibus modis Heriberto, multis multa cottidie iurando pollicitus clericis atque laicis, in orbe et extra factioem concepta. Ubi autem fidelium dignitas perfidorum sensit inuidias, deprehensos in crimen puniunt in personis et propriis facultatibus; et sic praevalente Heriberti potentia, evanuit omnis illa fraudolenta praesumptio.

^{1039.} 16. Per idem tempus factum est, ut cuncti principes regni simul undique convenirent ad devastandos, sicut regi promiserant, Mediolanensem fines. Praevidens^a autem archiepiscopos futuram oppressionem, iubet illico convenire ad urbem omnes Ambrosianae parochiae incolas armis instructos, a rustico usque ad militem, ab inope usque ad divitem, ut in tanta cohorte patriam tueretur ab hoste. Signum autem quod dimicatores debebat suos^b praecedere, tale constituit. Procera trahs instar mali navis robusto confixa plaastro ⁵ erigitur in sublime, aureum gestans in cacumine pomum cum pendentibus duobus veli candidissimi^c limbis^d; ad medium veneranda crux depicta Salvatoris ymagine extensis late brachis superspectabat circumfusa agmina, ut qualiscumque foret belli eventus, hoc signe confortarentur inspecto^e. Essetque gravis^f inter urbem regnumque conflictus, nisi novus de morte caesaris rumor concuteret animos hostium, adeo ut solutus^g castis certatim resurerent ita cumfuse, ut colliderentur ad invicem. Inter quos Parmensis corruens signifer turpiter occubuit.

^{1039.} 17. Defuncto autem Chonrado Heinricus adolescentis eius filius, rex vivente patre creatus, augustus ab omnibus appellatur; vir rei publicae gerendas satis ydoneus, qui paterni animi non imitatus affectum, suorum consulta fidelium cum archiepiscopo pacis 20 foedera stabilivit, ab illo deinde fideliter honoratus.

^{1040.} 18. Pacatis igitur rebus omnibus, intestinum iugrum bellumque civile succedit, adeo execrandum et lacrimabile, ut praeter innumeras bellorum clades immutatus sit status urbis et ecclesiae. Verissime enim otio civiles nutruntur discordiae, et saepe velut ex ^{rs. 72. 7.} adipe prodit iniurias. Nullis itaque exterius adversantibus, in semetipsos exercent odia ²⁵ cives. Factum est autem, ut privato inter se iurgio plebeius quidam graviter caederetur a milite. Unde plebs designanter commota, repente adversum milites in arma consurgit; ipsi autem velut incauti iuxta posse resistunt. Inde sones pululat odiorum, et partum fiunt iuramenti quamplurima. Lanzo quidam^h ingenuus civitatis milesⁱ plebeiae turbae favebat instantius, cuius fota iuvamine plurimum convalescebat. Hoc indignata cetera ³⁰ nobilitas, partim tamen suorum amore fidelium, militibus sese consociat. Eodemque tempore multa sompnia multaque narrantur in urbe prodigia. Cumque civitas tali peniperet in dubio, repentinus auditur in ea clamor modica occasione conceptus. Fit ingens concursus omnium; atrox^k pugna committitur per plateas et angulos; diu certatur utrumque tectis et culminibus. Demum militum paucitas multitudine circumventata plebeia, ³⁵ unde flammis urgetur et ferro. Unde factum est, ut cum natis et uxoribus propria tecta irati desererent. Quorum ut consuleret rebus archiepiscopus, paucis interiectis diebus ab urbe discessit et ipse^l Quibus etiam statim fiunt auxilio Marciani cum Sepriensibus.

19. Tali igitur confortati suffragio, consulte provident sex propinquia urbi munire ⁴⁰ præsidia, in quibus cum omni cohabitantes familia, firmissimam circumquaque obsidionem constituunt, die noctuque caede crassantes. Sex enim exeuntes ab opidis, totidem

^{a)} providens B1. *at non* B2*. ^{b)} a. d. 3. ^{c)} e. v. 3. ^{d)} lintheis B. ^{e)} deest B. ^{f)} ita. 3. 5*. ^{g)} solitus 1. ^{h)} Horum omnium loco B haec habet: animos audientium. Percepta quippe rei veritate intenta bello acies libenter quievit utraque, redeuntibus in sua cunctis. Defuncto a. C. etc. ⁱ⁾ propter B1. ex corr. ^{j)} quidem B1. *at non* B2*. ⁴⁵ ^{k)} Eo deinde B. ^{l)} mox B.

⁸⁸⁾ Bello aptavit Heribertus, quod iam diu extiterat alias, ut in monasterio Novalensi, cf. Chron. Novalic. II, 10. Ceterum carroccium semper peditum insigne fuisse, non equitum, Ricottus probavit in libro egregio *Storia delle compagnie d'Aventura*. BETHM. 89) v. Ann. Sax. a. 1040. ⁹⁰⁾ *Waldo qui et Lanzo, notarius et index sacri palatii commemorator in carta a. 1029.* Giulini III, 516; 1034 scriptum testamentum Ariberti, ubi Giul. III, 267. causas affert cur hunc a Lanzone ab Arnulfo commemoratio non diversum existimet; 1035 cum missis imperatoris sententiam profert, Giul. III, 517; Apr. 1042 tabulis Ariberti subscripsit, sed a. 1044 desideratur. Sed m. Nov. 1045 iudicio Azonis marchionis interficit (Murat. Ant. IV, 9.); Oct. 1046. cum Arioaldo missis sententiam tulit, Giul. III, 527; Feb. 1057 conventionem Widonis archiep. cum Odone ep. Novar. confecit, Mon. Hist. Pat. Chart. p. 586. Notarii munere etiam Landulfus non minore loco natus fungebatur, ut mox videbimus. ⁵⁵ 91) postquam Apr. 1042. Mediolani tabulas dedit, quibus Lanzo subscripsit, ap. Giulini III, 525.

oppugnant urbem assidue partibus. Nec minus civilis turba saepe portis⁹² erumpens, nunc se pugnando defendit, nunc illos ultra aggredi furibunda contendit. Rara namque transit absque sanguine dies. Cumque triennio partes sic bachsenetur, utraeque vicissitudine quadam quid contra se invicem possent frequenter expertae, veniunt ab augusto legati, tregum inviolabilem indicentes⁹³; quam totius regni virtute et consilio iureu-⁹⁴ rando confirmant.

20. Eodem tempore archiepiscopus Modoetiae degens, graviter infirmatur; cumque aegrotaret ad mortem, disposita domo ac bonis omnibus⁹⁴, deferri se iubet ad urbem.¹⁰⁴⁴ Ubi cum aliquantis langueret diebus, vitae praesenti substrahitur. Sepultus est autem ad¹⁰⁴⁵ Sanctum Dionisium⁹⁵, ubi elegans fundaverat ipse monasterium. Providit etiam vivens universis ecclesiae ordinibus, plures conferens facultates ad praesentium futurorumque subsidia.

21. Huius in diebus cuidam Genuensis urbis incolae revelatae sunt Iohannis archiepiscopi sacrosanctae reliquiae. De eo quum sufficienter sit dictum, cessest amodo noster ab illo stilus, cote iam tercia subtiliter acuendus.

INCIPIT LIBER TERTIUS.

1. Memini dixisse me nuper^b propter civile iurgium mutatum urbis et ecclesiae statum. Utrum vero in melius an deterius^c, dicere non opportuit, cum facta collatione praeteritorum ad praesentia, facilis fiet inde cognitio. Atque utinam nescirem. Quae tamen omnia melius scribendo patebunt.

2. Defuncto autem Heriberto, varie tractatur a multis de restituendo pontifice. Heinricus vero^d, augustus iamdictum habens prae oculis Mediolanenses discidium, neglecto nobili ac sapienti primi ordinis clero, idiotam et a rure venientem⁹⁷ elegit antistitem, cui nomen fuerat Wido^e. Revera sustulit eum de gregibus ovium, et deposit foetantes accepit^{f, 77, 78}. eum. Huic facto repugnant parum Mediolanenses, sive timore regio seu inter se odio, partim avaritia, quae, ut sapiens ait quidam agiografus, omne malum primo invexit Italiæ. Et exinde omnia vertuntur in peius. Factum est autem postea, ut in sece conversi unusquisque alter alterum^g conveniret, suum conferendo obprobrium, necnon civitatis incommodum. Demum post multa concilia mediis sacrosanctis euangelii coniungunt foedera pacis, facientes quidem amnestiam, idest abolitionem malorum, quam Athenienses primi fecisse, et sic vocasse leguntur Horosio teste^h.

3. Tempore illo caesar Heinricus Italianam veniens, celebrato Papiae synodali concilio,¹⁰⁴⁶ Romam tendit, cui papaⁱ obviauit Placentiae, vivente altero ac concedente^j intronizatus. Facto autem Romae^k generali conventu praesulum, visum est regi et episcopis omnibus,

³⁵ a) yistoriarum Arnulfi. Illud quod restat, iam lectio tercia prestat. addunt 2. B 1. at non B 2'. b) ms. n. d. B. c) is d. 3. d) H. v. filius Couradi a. i. h. p. o. desidium M. B 1. B 2'. qui dissidium habet. e) Guido B const. f) a. ad a. B. g) H. t. desunt B.

92) sc. 6 portae maiores erant, a quibus et civitatis et militias divisiones portae dictae sunt: Ro-
40 mania, Ticinensis, Vercellina, Comacina, Nova, et
Orientalis a. Renza. Giul. III; 372, 93) a. 1043.
m. Apr. et Inn. Adalgerius cancellarius et missus regis
Comi et Astuae placita habuit, et Ariberto praesente
Papiae, v. Giul. III, 373—376. Mon. Hist. Pat. Chart.
45 p. 552. Postea rex Augustae primis anni 1045.
mensibus Langobardorum concentrum habuit, et cum
iisdem illius regni ordinationem disposuit. Ann. Altah. 1045. Ibi tune S. Kal. Mart. monachis S. Diony-
sii praeceptum confirmationis concessit. Puricell.
50 SS. Mart. p. 489. 94) Tabulas edidit Puricellus
Mon. Ambr. p. 414. Giulini IX, 36. d. Dec. 1044.
Actum suprascri. loco Modoecia. 95) ubi epitaphium eius adhuc videt Giulini ediditque III, 301.
his verbis:
55 Nisi taceo puluis cui quondam claruit orbis.

SS. T. VIII.

Tunc Heribertus eram nimioque decore vigebam.
Officio placidi fungebar praesulis archi,
Nuno tumulor seruos servorum Christi tuorum.
Pro meritis horum tibi digne complacitorum
Sanguine quoeso tuo mili tu miserere redempto.
Huc veniens lector sibi dio ignoce Redemptor
Et cives vita requiescat semper in ista.
Obiit anno dominicae incarnationis millesimo qua-
dragesimo quinto decima sexta die mensis Ianuarii
indictione decima tercia. 97) i. e. nec litteris sa-
cra eruditum, nec clero urbano adscriptum. Val-
vassorum de Velate autores eum posteriores ap-
pellant, quod verum esse potest, nam Arnulfo mi-
lites minores non sunt nobiles; v. infra c. 10. et
pref. p. 1. Widonis consanguinitatis affines com-
memorantur c. 21, progenies c. 20. 98) Grego-
rius VI. 99) Benedicto IX. 1) imo Sutri;
sed Snidger Romae electus est.

papam ipsum iniuste tenere cathedram. Quo statim abiecto, unum ex Teutonibus prae-
sulem illius loco substituit, quem mutato nomine Clementem vocavit; a quo etiam coro-
nam suscepit imperii.

1048. 4. Tertius ab eo sanctus claruit Leo, cuius industria Romanae status reparatur eccle-
siae. Qui geminam in Italia synodum devotissime celebravit, Papiae scilicet² atque Man- 5
tuae³, absente caesare. Cui cum misericorditer displiceret oppressio illa vehemens, qua
impiissimi Normanni miseram affligunt Apuliam, praedicatione mixta precibus temptat
fus. 18. illos a tantis revocare flagitis. Cumque nichil proficeret, armis aggreditur ipsam com-
ps. 35.7. pescere feritatem, licet illi adversus belli fuerit exitus. Iudicia enim Dei abyssus multa.

5. His diebus marchio Bonifacius⁴, dum nemus transiret opacum, insidiis ex obliquo 10
latentibus venenato figitur iaculo. Heu senex ac plenus dierum maturam mortem exiguo
praeoccupavit.

6. Illo autem tempore placitatur imperator in pratis Roncaliae⁵. Discussis vero
querelis pluribus, legaliter multa examinat. Ubi marchionem Adelbertum, de quo nimia
fuerat proclamatio, cum aliis flagitiis captum ferreis iubet vinciri nexibus; equidem 15
digne satis. Deinde diebus multis modo cum Ungris, modo cum Leuticiis pro tempore
confligebat. De quibus omnibus nobiliter triumphavit, victas tributo coartans. Cuius unum
1056. insigne tropheum aurata indicat lancea, Ungrorum regi violenter extorta⁶ et Romae in
Oct. 5. apostolorum templo suspensa⁷. Qui cum insigni floraret imperio, carus omnibus migravit a saeculo, relinquens sui nominis puerum, augustae Agnetis materno gremio confo- 20
vendum.

7. Huius regnante infantia, Papienses ab eo ut moris est datum aspernantur auda-
cter episcopum⁸; nec regiae institutioni nec apostolicae deferentes factae consecrationi,
usque ad obitum spreti perseverando pontificis.

1059. 8. His itaque diebus inter ipsos et Mediolanenses de causis civilibus emergit dissen-
sio⁹. Fuerat enim civitas utraque populosa, et super regni ceteras inclita. Verumtamen
in notitia¹⁰ omnium praestabat Mediolanum. Cumque essent contiguae, pudebat alteram
alteri cedere. Inde erat, quod sibi rependebant ad invicem caedes praedas et incendia
nec non et latrocinia. Factum est autem ut Papienses, dum inferiores essent, conductis
aliunde pretio legionibus, ad devastandos Mediolanensem fines accederent, Mediolanenses 30
vero confoedererat sibi Laudensibus in illos insurerent, licet pars eorum non minima
archiepiscopo duce aliis dimicaret in partibus¹¹. Conveniunt utraeque in campis acies
ordinatis agminibus, vexilla in sublime ferentes. Fit vehemens partium in se¹² concursus,
bachantur certando diutius, divertunt tandem Papienses a bello, adversariis insequentibus
illos a tergo. Quibus mox viriliter succurrunt conducta extraneorum legio, licet paulo post 35
cesserit reliquo Mediolanensibus campo¹³. Fit strages immensa nobilium equitum, et dua-
rum urbium lacrimabile detrimentum. Implevit denique dies illa veteris idioma vocabuli;
9 dicebatur enim antiquitus campus in quo conflixerat Mortuus¹⁴.

9. Per idem tempus ad instar Papiensium Astenses quoque datum sibi reprobaverunt
episcopum; sed prudentia comitissae Adeleidae, militaris admodum dominae¹⁵, post longi 40
temporis conflictus incensa tandem urbe, contemptu altero quem elegerant, priorem suscipiunt

10. Hac eadem tempestate horror nimius Ambrosianum invasit clerum, insurgente
populo noviter in eum, ingruentibus utrimque peccatis. Omnes enim peccaverunt, et egent
gloria Dei. Verum talis hic horror mutata cum aspiratione littera multorum concepit
errorem. Cuius initium et seriem, cum res nostris adhuc versetur in oculis, prout pos- 45
sumus ennaremus. Finem ipse provideat, qui cum sit alpha et omega, mirabiliter cuncta
dispensat. Quidam igitur ex decomanis¹⁶ diaconus nomine Arialdus, penes Widonem anti-

^{a)} Montisferrati adducti 3. 5^o, et in margine manu alia 1. In B 1. illud legi, error est sociorum Palatinorum; nec in B 2.
habetur. ^{b)} innocentia B. ^{c)} i. p. desunt B. ^{d)} sese B. Mur. ^{e)} i. p. p. r. M. o. desunt B. ^{f)} mortui B.
g) duc. 1. ducis 2^o. 5^o. ^{h)} decumanis B.

50

²⁾ 1049. m. Mai. ³⁾ 1053. Febr. ⁴⁾ 1055. tam Guidoneam, teste Ciampino de sacris sedif. c.
Mai. 5, teste carta in Mur. Ant. III, 645. Sed in- 4. sect. 10. ⁷⁾ Adalricum, cui Henricum Papienses
certum manet, num alia placiti ibi habuit Arnulfus opposuerunt, sec. Robolini, Storia di Pavia II, 54.
meminerit. De Adelberto illo nihil constat. ⁵⁾ cf. ⁸⁾ Bertholdi Ann. 1059. ⁹⁾ nomen vico mansit,
Ann. Leod. 1043. Altah. 1045. ⁶⁾ ante confessio- inter Mediol. et Papiam sito. Diem indicat Kalend. 55
nem b. Petri, Bonizo p. 801, postea super por- in Mur. SS. P. p. 235; cf. Giul. IV, 48—58.

stitem multis fatus deliciis multisque cumulatis honoribus, dum litterarum vacaret studio, severissimus est divinae legis^a factus interpres, dura exercens in clericos solos iudicia.¹⁰³⁶ Qui cum modicae foret auctoritatis, humiliter utpote natus^b, praevidit apicare sibi Landulfum, quasi generosorem et ad hoc ydoneum, familiaris eius factus assecula. Landulfus vero cum esset expeditioris linguae ac vocis, nimiusque favoris amator, repente dux verbi efficitur, usurpato sibi contra morem ecclesiae praedicationis officio. Hic cum nullis esset ecclesiasticis gradibus alteratus^c, grave iugum sacratorum imponebat cervicibus, cum^d Christi iugum suave et eius leve sit honus.

11. Iguitur inter alia quae cottidie plebis auribus inculcabit, die una taliter concio natura in populo: *Carissimi seniores, conceptum in corde sermonem ultra retinere non valeo. Nolite, domini mei, nolite adolescentis et imperiti verba contempnere; revelat enim saepe Deus minori, quod denegat maiori. Dicite mihi, creditis in Deum trinum et unum? Respondent omnes: Credimus. Et adiecit: Munite frontes signo crucis. Et factum est. Post haec ait: Condelector vestrae devotioni, compatrio tamen imminentis magnae perditioni. Multis enim retro temporibus non est agnitus hac in urbe Salvador. Diu est quod erratis, cum nulla sint vobis vestigia veritatis. Pro luce palpati tenebras, caeci omnes effecti, quoniam eaeci sunt duces vestri. Sed numquid potest cæcus caecum ducere? Nonne ambo in foveam cadunt? Abundant enim stupra multimoda, haeresis quoque illa symoniaca^e in sacerdotibus et levitis, ac reliquis sacramonum ministris, qui cum nicholaytae sint et symoniaci, 20 merito debent abici. A quibus, si salutem a Salvatore speratis, deinceps omnino caveste, nulla eorum venerantes officia, quorum sacrificia idem est ac si canina sint stercora, eorumque basylicea iumentorum praesepia. Quamobrem ipsis amodo reprobatis, bona eorum omnia publicentur; sit facultas omnibus universa diripiendi, ubi fuerint in urbe vel extra. Nam et ego plectenda plura commisi; sed quod peius omnium fuit, indignis usque modo 25 communicando Regem coelorum offendit. Nunc autem propicia divinitate ago poenitentiam, talia provisurus in posterum. Iguitur imitatores mei estote, carissimi, et ita ambulate, sicut habetis formam nostram.*

12. His ita decursis, et pluribus aliis quae humana non capit memoria, populus semper avidus novorum in nimium zelum excitatur adversus clericum, aliis se deferre Deo putantibus, aliis avaritiae lucris inhiantibus. Ad haec^f Landulfus idem simul cum complice Arialdo per dies multos multorum incitat animos, gratia favoralis auræ nova semper et inaudita concionando proponens, prout noverat vulgi morem. Ad cuius compescendam temeritatem maiores ecclesiae saepe conveniunt, sacras illi scripturas et sanctiones^g opponentes canonicas. Quae despiciens omnia, nichilominus instat. Imo die una 35 solemptni ad ecclesiam veniens cum turbis a foro, psallentes omnes violenter proiecit a choro^h, insequens per angulos et diversoria. Deinde providitⁱ callide scribi phytacum^j.

a) d. honoribus 1. B 1. neque vero B 2*. b) hoc B. c) o. ac canones B. d) providet 3. 5*. B. e) pytium B.

10) Andreas biographus eius Bezonem et Bezanum parentes eius satis nobiles fuisse tradit c. 1. 6. 40 Landulfo tamen humiliores c. 9. Scil. ex equestri prosapia erant, teste Bonizone de persic. eccles. p. 805. Postea gens Alciatorum eos sibi vindicavit. Cf. Land. III, 5. Giul. IV, 10. In relatione Petri Damiani commemoratur Arialdus dictus diaconus de capella Mediolanensis archiepiscopi. Praedicare coepit Andrea c. 33. teste decimo ante mortem anno; Varisii primo, deinde Mediolani. Ep. Syri ad Andream, c. 36. vitae Arialdi. 11) Nam Landulfo III, 5. teste de notariis erat, itaque nondum subdiaconus, qui ordinum eccl. ultimus est. Ita Wido loquitur in statuto a. 1067: *Perniciosa negotiatio huiusmodi quae in hac sancta ecclesia consuetudinaliter oblinebat, ut quisquis ad clericales ordines prorehendus accederet, de subdiaconatu quidem 12 55 numeros, de diaconatu vero 18, postremo de presbyterato suscipiendo 24 quasi per praeficam conditionis regulam daret.* Cf. Alex. II. ap. Mansi Conc. XIX. 977. Clericum fuisse ex ipsis Arnulfi verbis

c. 13. 16. apparet, sed praedicationis officium notario non competit. Ceterum Landulfus, Cotta a posterioribus appellatus, erat clericus de urbanis excellentibus tam ordine quam natione, Andr. Valumbri. c. 5. senatorii generis Petro Dani. Opusc. III, 42. frater Herlembaldi de quo v. infra c. 16. Anastasius qui et Amizo, f. Herlembaldi, miles sancti Ambrosii, c. a. 1015. ab Henrico imp. missus constitutus est, cum filio Herlembaldo. Hung fratum illorum avum fuisse, non sine causa existimat Glini III, 75. 118. 12) de hac teste Andrea c. 11. post iter Romanum demum Arialdus verba fecit, quam eatenus retinuerant. Quo facto Guido et pars maxima clericorum et militum, necnon et multi de populo minore nequam viri se cernentes dixerunt ad initium: „Haec namque doctrina si ad profectum venerit, nobis nostrisque filiis profecto nullo modo vivere expediat. Quae enim est nostra vita, nisi ecclesiasticum beneficia quae assidue a nobis venduntur et emuntur?” 13) cf. Boniz. p. 805.

de castitate servanda, neglecto canone mundanis extortum^a a legibus, in quo omnes sacri ordines Ambrosianae dyocesis inviti subscrubunt, angariante ipso cum laycis^b. Interim praedones civitatis præter aedes aliquas in urbe dirutas lustrabant parochiam^c, domos clericorum scrantes, eorumque diripentes substantiam^d. Clerus igitur multipliciter afflictus, legatione humili conquestus est primo comprovincialibus episcopis, deinde s Romano pontifici. Praeerat tunc Romae Stephanus^e; qui audita perpendens, populum quiescere et archiepiscopum super hac re synodum congregare apostolicis iubet apicibus. Qua fretus auctoritate Wido praesul diligenter studet coetum convocare pontificum, mandans Landulfo et Arialdo, rationabiliter interesse tractandis.

13. Factus est autem synodalis praesulum multorum conventus, in loco qui dicebatur^f 10 Fontanetum^g. Ubi cum triduo spiritualibus vacarent^h negotiis, illorum praestolantes ad ventum, visum est omnibus, temeritatem tantam anathemate iusto fore multctandam. Factumque est ita. Quae omnia floccipendegs Landulfus, cum vereri debuerat, magis extollitur. Ex hinc conviciatur episcopis, præcipue metropolitano, furens solos saevit in clericos, arguens illos suae suorumque perditionis; laicos vero fovebatⁱ ut fratres. Cum que foret simulandi et dissimulandi gnarus per omnia, pluribus dilectus, cuncta suum retorquebat ad libitum, factus ipse mirabile mundo spectaculum. Unde potestate accepta, commune indicit omnibus laicis juramentum, quasi impugnanda proponens sacrorum ordinum stupra et venales consecrations. Quod non multo post clericos etiam iurare compellit. Ab illo etenim tempore innumerabilis virorum ac mulierum caterva illum comitantur euntem, stantemque die noctuque custodiunt. Qui unanimes facti, ecclesias contemptnunt et divina spernunt curi ministris officia, asserentes omnia symoniaca. Hos 15 ^jtales cetera vulgaritas hyronice Patarinos^k appellat^l. Praetera Romanam proficieuntur Arialdus, apologeticas ferens literas^m. Ubi cum Ambrosianum accusaret clerum, affirmans omnes nicolaitas et symoniacos ac prorsus inobedientes Romanae ecclesiae, se autem cum Landulfo devotum et pro sola veritate certantem, Romanorum celeriter adeptus est gratiam. Qui cum principiari appetant iure apostolico, videntur velle dominari omniumⁿ, et cuncta suae subdere ditioni, cum^o doctor euangelicus suos doceat humilitatem apostolos 20 dicens: *Reges gentium dominantur eorum, et qui potestatem habent super eos, beneficis vocantur. Vos autem non sic; sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor, et qui praecessor est, sicut minister.*

14. Turbinis igitur causa præfati, saepenumero veniunt Mediolanum a Roma legati, videlicet Hildeprandus ex monacho cardinalis archidiaconus, Petrus Hostiensis, Anselmus^p Lucensis episcopi, et reliqui plures vice quisque sua^q. Qui si in conveniendo populum diligenter attenderent dicentem apostolum: *Si adhuc hominibus placet, Christi servus non essem, profecto sibi et clero opportune consulerent. Verumtamen Hostiensis*

^a) exortum B1. exorio B2'. ^b) lanceis B. ^c) parochias B. ^d) vacaret t. 5'. vacassen Puric. de sanctis p. 163. ^e) favebat B1, at non B2'. ^f) paternos B. ^g) omnibus 3^o B. ^h) pro cum — dicens B1. habet: longe aliter ibiente euangelio apostoli eorumque sequicibus Reges etc. At B2. Cum — minister omitti, testibus B2'. et Puricello p. 189. ⁱ) aselnum t. II. episcopus et Anselmus de Badagio civis Mediolanensis, olim cardinalis ecclesie 40 Ambrosiane, tunc vero Lucensis episcopus, et r. p. cum predictis Mediolanum missi sunt. B.

¹⁴⁾ cf. verba statuti a. 1067. *Illi autem omnes clericos et laicos, qui contra simoniacos et incontinentes clericos, ut per rectam fidem ne haec mala fierent operam darent, iuraverunt; et per hoc incendia, depredationes, sanguinum effusiones, multasque iniustas violencias fecerunt; omnimodo prohibemus ne haec ulterius faciant.* Et Petri Dam. relationem: *Id ipsum iustificandum contra simoniacos et nicolaitas permazima pars populi non modo ciociis sed et suburbani iam dederat, quorum videlicet multitudine nullatenarum ut fertur numerus iam excedebat.* 15) 2. Aug. 1057 — 29. Mart. 1058. 16) oppidum in agro Novariensi eiusdem nominis adhuc subsistens. PAL. 17) la *Contrada de' Ricenduglioli di panni vecchi, detti da Noi Paturi.* Giul. IV, 98. paternos i. e. pannosos, Bonizo p. 805. 18) Andreas ubi connubia clericorum vi populi delecta fuisse refutavit,

c. 8. ita pergit: *Per idem tempus decrevere fideles Romanum ad synodum Landulfum mittere; quoniam ut eos mendaciter eorum aemuli accusarent, illo pergebant.* Quo Placentiae vulnerato Arialdus Romanum 45 pervenit. Papa autem post multam honorificentiam quam ipsi impedit, iussit a quibus sacerdotibus divina mysteria deinceps sumere, et sub inevitabili iussu ei præcepit ad opus coeptum regredi, et tam diu in eo vehementer insistere, donec nefanda opera ... 50 aut penitus deleret aut sanguinem . . . præberet. De synodo nihil habet. Sub Stephano IX. haec acta esse, Landulfus referit III, 11. et Bonizo p. 805. 19) Hildeprandum et Anselmum cum Arialdo Med. venisse referit Land. III, 13; episcopos a latere cum 55 Hildeprando, qui inde in Galliam perrexit, Bonizo p. 805.

ille Petrus²⁰, congregata tunc Mediolani Ambrosiana synodo, ut vidit clericorum nobilium ordinem, personarum statum cultumque vestium, perpendit etiam morum probitates ac disperita singulis competenter officia, testatus est ad verum, nusquam^a se tales vidisse clerorum. Tamen in praesenti coetu, quia Romanus erat, archiepiscopo praesidere contentus. Unde subito factus est popularis in urbe tumultus²¹, ut nisi cessisset illius humilitas, quod suum erat, fecisset impetum^b, non quidem gratia Widonis, set Ambrosiani causa honoris. Praeterea cum perciperet quorundam ex clero reatus, servata sibi super omnibus potestate, prout sibi complacuit culpas dijudicavit. Ut enim caveatur mendacium, non ex toto fuerunt omnes ab obiectis immunes. Deinde rude constitutum, abolito veteri, Mediolanensi ecclesiae a se factis indidit litteris; cui archiepiscopus cum ordinariis, cogente ac vociferante populo, subscripsit invitus.

15. O insensati Mediolanenses, quis vos fascinavit? Heri clamantis unius sellae primatum, hodie confunditis totius ecclesiae statum, vere culicem liquantes et camelum glutientes. Nonne satius vester hoc procuraret episcopus^c? Forte dicitis: *Veneranda est Roma in apostolo.* Est utique; set nec spernendum Mediolanum in Ambrosio. Certe certe non absque re scripta sunt haec in Romanis annalibus. Dicetur enim in posterum subiectum Romae Mediolanum. Ecce metropolitanus vester p[ro]e solito Romanam vocatur ad sinodum²². Abiit^d, sed contra vestros affectus prosper fit illi ad cuncta successus. Decibiliter equidem tractatur ab apostolico tunc Nicolao, cuius dextra potitus^e est in praesenti synodo latere. Ad quem accusandum cum Arialdus ille delator assureret, protinus ex 1059 adverso stantes Astensis²³, Novariensis²⁴ et Tatriniensis²⁵ ac reliqui suffraganei praesules, coram omni coetu falsidicum illum scripturarum auctoritate refellunt. Sicque confutatus ab omnibus, resedit in terra confusus. Proinde archiepiscopus cum promitteret domino papae deinceps obedientiam, accepto ab eo anulo apostolicae gratiae ac totius potestatis ecclesiasticae, reddit gloriosus in omnibus^f. Interim dum haec fierent²⁶, Landulfus Romanum adire proponens^g, a Placentinis graviter caesus et vulneratus revertitur, ultra properare non valens. Post haec non cessat persequi gravius solito cum clero pontificem.

16. Cum vero placuit Altissimo, qui renes scrutatur et corda, ille qui alienam diu meditatus fuerat lassitudinem, inopinatam subito doluit suam ipsius aegritudinem. Cumque langueret biennio pulmonis vicio, vocis privatur officio²⁷, ut in quo multis afficerat, in eo quoque deficeret, dicente scriptura: *Per quae quisque peccat, per haec et torqueatur.*²⁸ Sed ne mortuos accusare videamus, de illo penitus taceamus, cuius vita mortisque ratio divino est relinquenda iudicio. Arialdus itaque tali destitutus collega, instigat Arlembaldum^h assidue, defuncti fratris vicem suscipere²⁹. Qui cum esset laycus, quasiⁱ fraternae gratia pietatis opus sibi praesumpsit indebitum, Arialdi verbis adeo credulus, ut quos

a) nunquam B. omisso ee. b) impetus 3^a. B. c) ep[iscop]o 1. nonne sanctius v. h. procuravit e. B. d) R. vocatus ad synodum abiit B. e) positus 3. P[ro]p[ter]e. p. 205. f) reddit in o. g. B. g) L. ad R. p. B. h) Herlembaldum B. const. i) deest B.

20) Nicolai II. cum Ansolmo functus legatione, de qua amplam relationem postea scripsit ad Hildebrandum, editam ad h. l. a Sociis Palatinis, inter opera eius Vol. III. Opusc. 5, in Mansi Coll. Conc. XIX. p. 887. Cf. Boniz. p. 806. Apud Andream nulla horum mentio sit. 21) de eo v. Petrum 1. 45 Landulfus tunc in extremo discrimine positus vovit ut monachus fieret. Quod votum persolvere postea detrectantem Petrus Dam, reprehendit ep[iscop]o quae inter opuscula eius legitur 42. 22) Sed non longo post tempore congregatus *Nicolaus synodus*, in qua 50 Guido Mediolanensis episcopus, volens nolens sedisse cogentibus Paterinis cognoscitur, duicens secum cervicosos tauros, Longobardos episcopos, Boniz. p. 806. 23) Giselinus teste Bonizone. 24) Otto. 25) Cunibertus. 26) i. e. Andrea teste, antequam prima vice Arialdus Romanum venit; v. supra cap. 13. 27) Land. III, 29. Tempus certo definiri vix poterit; cf. Bonizonem p. 807. Alexandri II. epistolae ad Landulfum et Arialdum fragmentum servavit Ivo

Decr. p. XII. cap. 24. Mansi Conc. XIX. p. 980. 28) Etiam Andreas c. 16. auctor est, Herlembaldum mortuo fratre ab Arialdo esse in societatem vocatum. Qui cum multis eremiti et monachis consiliatus, Romanum denique perrexit: *ubi sub inevitabili imperio ab Alexandro papa* (ergo post medium a. 1061.) *et a cardinalibus ei praeceptum est redire, et Christi adversariis in defensione iustitiae usque ad proprii sanguinis effusionem viriliter cum beato Arialdo resistere.* Cui etiam ex b. Petri parte misericordum vexillum dedere, ut quotiens haereticorum vesania ultra modum insaniret, illud in mano tenens eos reprimere. Quod quam constanter per decem et octo fore annos (at a. 1075. occisus est) impleverit, nec lingua plene promere nec stylus meus exprimeret est profecto idoneus. Erat enim nobilis Herlembaldus coram saeculo quasi dux in vestibus pretiosis et in equitibus ac armis, sed in abscondito coram Deo sicut eremita agrestis induitus erat laicus etc.

Iod. 1.4. frater flagellis occiderat^a, ipse percutiat scorpionibus, et residuum locustae comedat bruchus, ad placitum, si quae^b sunt clericorum peccata diudicata. Dum ergo laicus judicat, clericus tantum^c vapulat.

17. Interea Arialdus inter plures alias quas induxerat in ecclesiam novitates, letanias illas quas Ambrosiani post ascensionem dominicam antiquitus devotissime celebrant^d, suis 5

22 praedicabat auditoribus execrandas^e. Unde ipso instante triduo discentibus inter se turbis, factus est in urbe conflictus. In quo Deo est operante fugatis et victus, caesis suis et interfectis aliquibus^f. Cuius tamen consulut Arlembaldus, praeter innumeras quas irrogaverat^g clero iniurias, cum archiepiscopus defuncto abate sancti Celsi alterum ex more provideret ordinandum, penitus interdict^h spreto illo, alterum iam consecratumⁱ 10 omnino contempnit, armans contra illum monachorum cum famulis conspirationem. Alium

32 vero a coenobio sancti Vincentii modo repellit eodem^j, symoniaca ordinationis arguens illos. Quid plura? cuncta simul usurpat ecclesiastica iura, expulso ab urbe pontifice, cuius fuerat a progenitoribus miles ipse. Mirabile prodigium, nec auditum neque visum a saeculo! Set mirabilius, quod Romanus^k favet assensu. Quod quidem multis probatur i5 indicia, cum saepenumero mittantur ei legationes et litterae apostolicis praenotatae sigillis^l, quibus fatetur, se in suis gestis Romanis^m obtemperare preeceptis. Qua velut auctoritate suffulta ipsa vulgalitasⁿ, symoniaca occasione divina exercatur officia, cum quid sit inter dextram et sinistram, prorsus ignoret. Praeterea gloriatur^o Arlembaldus idem, ab ipsa Roma^p bellicum sancti Petri se accepisse vexillum contra omnes sibi adversantes. Quod appensum lanceae, homicidiorum videtur indicium; cum profecto nefas sit tale^q aliquid suspicari de Petro, aut^r aliud habuisse vexillum praeter quod datum est in euangelio: *Qui vult post me venire^s, abneget semetipsum, et tollat crucem suam et sequatur me*, dicit Dominus. Fideliter, et ideo confidenter loquimur: cavenda est doctoribus

Matth. 16. 24. absolute prolatu Pauli sententia: *Si quis vobis euangelizaverit praeter id quod accepistis, 25 anathema sit*. Haec enim dicentes non adversamur vobis, o seniores Romani, cum magister noster dicat Ambrosius: *Cupio in omnibus sequi Romanam^t ecclesiam*. Vobiscum eam credimus, vobiscum cunctas haereses abdicamus; sed videtur nobis ratum, ut ius ecclesiasticum doctor exhibeat ecclesiasticus, non ydiota layeus.

1066. 18. His diebus, declinante iam vere, mensis unius spatio dirum sparsere iubar ar- 30
Apr. dentes^u in coelo cometae; frequentes quoque terraemotus mundo fuere, adeo ut die ipso

1065. Mart. 27. resurrectionis dominicae bis fieret, mane scilicet et vespere^v.

19. Prae erat tunc temporis Romae Alexander apostolicus, ex Mediolanensi clero eccl- 1061. siae Lucensis primo factus episcopus; cumque satis foret ydoneus, apostolicam deinde Oct. 1. Oct. 28. promeruit dignitatem, Alexander de Anselmo vocatus. Huic statim surrexit adversarius 35 Cadalous^w Parmensis episcopus, institutione regis ac matris augustae papa nuncupatus.
1062. Qui hostiliter Romam adiit, post multam intersectorum stragem usque ad muros Urbis
Apr. 1063. Alexandri prosecutus exercitum. Tempore post alio, quorundam ex Urbe ope et consilio,
Romam quam Novam perhibent ingressus, concendit arcem Crescentii. Factis igitur in
Urbe partib^x, cottidie bellis bella succidunt. Ad ultimum post diuturnos variosque con- 40
flictus recessit moerens, confusus et victus, concessa Alexandro^y Victoria. Ad quem de

a) occiderat B. 1. b) qua B. c) cleru tamen B. d) celebabant B. Mur. e) erogaverat B. 1. f) a. more
predecessor p. o. p. interdict B. g) Quod Anselmi, qui iam Alexander secundus (dicebatur addit. B 2. et Puric.)
favit assensu B. h) papalibus tempore B. obtemperare Puric. i) ita 1. vulgaritas rell. k) gloriaratur 3.
l) ab apostolico Alexandre B. m) ita manus supplici 1. n) hand B. o) ven. p. me 3. p) R. s. 3. B 2. 45
q) ardente Mur. r) candolus B.

29) De his fuce egit Fumagalli, Ant. Long. Mil. III, *quicquid de domo Domini rapuerant*. Andr. I. I.

229 sq. Ieiunium tantum ab Arialdo improbata esse, Andri. I. I.

Andreas refert c. 21, et Bonizo p. 808, qui cum

paucis diebus post expulsum esse narrat; cf. Land. III. 30. 30) Canonican scil. ab Arialdo institu-

tam dipuerunt. *Haec ut nobilis Herlembaldus ce-*

terique fideles audiens, sumptis armis in audacem

plebem et temerariam irruevit; quos protinus sic

exterminavere omnes quasi essent edissimae pecudes.

Ino cum virtute magna et potestate ad ecclesiam

maiorum ventientes, violenter ab impio abstulere

31) Lanfrancum; v. Andr. c. 17. 32) Huius An-

dreas non meminit, sed Ariprandi qui ante a. 1064.

mon. s. Ambrosii usurpavit. 33) Epistolaram 50

clero et populo Med. missarum post syn. Rom. a.

1063, fragmenta v. ap. Mansi Conc. XIX. p. 978.

979. Arialdo et Arlembaldo Petrus Dam. direxit

epistolas V. 14. 15. 34) v. Ann. August. 1067.

Cometae plurimi annualium scriptores meminérunt, 55

v. Ann. Benev. S. Germani minores, Lambertii, Ber-

noldi, et Bertholdi qui plurali numero uitur.

praeuenti negotio consulendum Romanum prefectus est Arlembaldus³⁵, Arialdo interim furenti in praesulem, concitando turbam civilem et agrestem.

20. Definito tandem conseilio rediens, excommunicationis litteras detulit archiepiscopo.¹⁰⁶⁶ Quod pluribus grande visum est civitatis obprobrium. Unde factum est, ut in die sancto pentecosten procedens antistes ad publicum concenderet ecclesiae pulpum, questurus¹⁰ quod acciderat incommode. Cumque staret ex adverso Arlembaldus cum Arialdo, responsurus auditum, fit vehemens in plebe tumultus, diversis diversa clamantibus. Ad ultimum factis^b in medio ecclesiae partibus^c, clamoso impetu vicissim in sece consurgunt, cumque per diversa configerent, remansit paene solus antistes. Quem pars aggrediens inimica, fustibus crudeliter caesum et quasi semivum reliquit; deinde ipsam invadens episcopii aulam, pretiosa quaque decerpit. In crastinum visa tanta crudelitate cives hor-¹⁰ rescunt mente confusi. Communiter igitur statuant, aut tantum punire facinus, aut vivere nolle amplius³⁶. Unde factum est, ut fugiens Arialdus ab urbe diebus lateret aliquot. Cumque diversas erraret per latebras, solis gradias noctibus, proditus a comeantibus incidit in manus quaerentium^d animam eius. Quem tenentes et nocte tota illa secum ducentes, facto mane, praeccisis auribus et in giture lingua cum naribus geminoque suffosso lumine,^{10a. 27.} penitus interficiunt. Quo perempto, dissimulat Arlembaldus modicum, reservans iram in posterum. Favebat enim tunc pontifici paene civitas universa. Sed more suo populus non diu statu permansit eodem. Mox enim ut praesul ab urbe discedit, ad insequendum illum resumptis viribus impatienter Arlembaldus accedit, fautorum asserens perpetrati flagiti. Iterum ergo ad iuramenta convertitur, invitis tamen civibus; et si quos habebat suspectos, acris iurare compellit. Agrestes turbas et civiles cogit assidue turmas, ad Widonem persequendum antistitem omnemque suam defendam progeniem. Et fecisset utique, nisi generosa suorum fidelium³⁷ restitisset audacia. Saepe etenim convenerunt³⁷ 25 parati subire pro seniore certamen. Nulla interim requies erat praedonom in diripiendis substantiis clericorum.

21. Ad quod sedandum litigium contigit^e tunc temporis, Maginardum^f episcopum¹⁰⁶⁷. Silvae candidae et Minutum cardinalem presbyterum³⁸ Romanos legatos venisse Mediolum. Qui dum apostolico praeepto pacem euangelizarent omnibus, consulte satis provi-³⁰ dent de nece Arialdi foedus componere. Deinde inter clerum iudicantes et populum, eleganti scripto constituent quid fieri debat in posterum³⁹. Nec tamen his contentus^{Aug. 1.} Arlembaldus Romanum pergens, iterum novum initum cum Romanis consilium. Vetus quippe fuit Italici regni conditio perseverante usque in hodiernum, ut defunctis ecclesiarum prae-³⁵ sulibus, rex provideat successores Italicus^g, a clero et populo decibiliter invitatus. Hoc Romani canonicum esse negant, sed instantius archidiaconus ille Hildeprandus; qui cum abolido veteri novum temptaret inducere constitutum, palam fatebatur, haud secus sedari^h posse Mediolanense discidium, quam canonicum habendo pastorem, ad quem eligendum necessarium dicebat Romanum fore consensus. His instructus assertionibus Arlembaldus Mediolanum rediens, quod audierat festinanter exequitur. Prius ergo secreto paucos con-⁴⁰ 45 venit ex amicis. A quibus cum exigere sponsonem celandi credita, caute subintulit iuramento causam futuri eligendi pastoris post discessum praesentis. Deinde die noctuque laborans, laicos quosque et clericos eidem iuramento reddit obnoxios. Interim tamen a perseguendo praesulem non desistebat Widonem, omnisque suea consanguinitatis affines.

22. Archiepiscopus autem cum tot nequiret imminentes tollerare pressuras, aeo iam maturus et diurno languore membris omnibus dissolutus, arbitratus est fore conveniens,

a) quod a pl. B. b) fact. 3. 5^o. B2^o. et Puric. p. 242 c) ita B1. 2^o. Puric. deat 1. 3^o. 5^o. Mur. d) querectū 1. e) contigit B1. at non B2^o. nec Puric. p. 248. f) Mansuetum B1. Maiorandum B2. g) italic. B. h) sedere 1. 35) Teste Andrea c. 23. Arialdus quum neophytes pretio dato a Widone ordinari videret, litteras per manus Herlembaldi ad apostolicum direxit, quatenus ipse decerneret, quid de Guidone adultero et simoniaque atque periuero fieri oportet. Sequentia idem et qui eum excipit Anonymus — nam apud Andream hic lacuna hiat — simil modo sed fusius referunt. 36) Pecunia distributa partem Widonis superiorem factam esse, Andreas asserit. Deinde interdicto pronuntiato, donec Arialdus in urbe ma-

neret, haec ad fugam compiluit. De cuius nece v.

Land. III, 30. 37) Capitanus igitur Wido ac-

censendas erit, nisi haec de familia s. Ambrosii dicta esse statuimus. 38) Ioannes qui et Minutus,

card. S. Mariae trans Tiberim, subscrivit bullae in

Tostii hist. Casin. I, 426. 39) Ibi iudicia laico-

rum de clericis et depradeationes non minus acriter

quam cleri vitia reprehenduntur et in posterum vo-

tantur. Editum est a Sociis Pal. ad h. l. et in con-

cil. collectionibus inter Alex. II. epistolas 6.

ut quod ille faciendum praeviderat, ipse quoque destruendo praeveniret; scilicet ut dignitatem propriam alteri se vivente concederet.⁴⁰ Per idem tempus fuerat quidam ex ordinariis ecclesiae subdiaconus nomine Gotfredus⁴¹, illius a secretis praे omnibus unicus, qui ex quo domini sui penetraverau[m] mentem, in se transferendum omnimodis satagebat honorem. Secreta igitur facta conventione cum eo præsul, datis communis pacti ex⁵ alterutro sacramentis, dignitatem depositum ad præsens, virga cum anulo caesari per legatos directa. Gotfredus autem cum iam pridem labore multo sibi regis conciliasset affectum, recenti tamen pacto ab eodem augusto gaudens adeptus est præsulatum. Verum Pro. 14,13 tamen iuxta scripturæ veritatem mixtus est dolore risus, et extrema gaudi occupavit luctus. Reprobatus enim a civibus, nullis in locis episcopii vel ad hospitandum recipitur, 10 ipsis etiam factus invitus agricolis. Hunc Romani domino cum apostolico iure statim condemnant canonico, iudicio sui litteras Mediolanensis super illo^b mittentes. Qua elatus Arlembaldus fiducia, acris insurgit non solum in illum, verum etiam fautores in omnes, universa flammis ac ferro demoliens; contra quem etiam per vicos et castella multorum exaggerat sacramenta. Unde fit, ut si quando de facultatibus ecclesiae aliquid 15 præsumere nititur, ab omnibus penitus interdicatur. Ubi vero sanctae Mariae condescendit montem^a, circumveniente ab urbe exercitu, nocte vix fuga lapsus evasit^c. Interea Wido fatebatur se Gotfredi delusum insidiis, communis pacti transgressorum illum appellans. Qui cum amissum resumere^d vellet honorem, cum Arlembaldo pacis foedera sociavit. O mens caeca mortalium! Veniens enim illo duce Mediolanum, non ad urbem ut voluit, 20 sed ad sancti Celsi ducitur monasterium, de privato factus privator^e. Ibi commendatus custodibus, diebus multis resedit inglorius, hac etiam vice delusus^f.

23. Gotfredus autem pluribus iam coarctatus obstaculis, cum parte suorum aliqua suo se collegit^g in opido, quod vulgo Castilio dicebatur⁴³, inexpugnabile revera præsidium, moenibus ac loci natura munatum. Ex eo saepius erumpentes, cum supra modum prædis 25 1071. inhiarent ac caedibus, indignati Mediolanenses proponunt arcem illam protinus expugnare turritam^h. Nec mora, instruto exercitu et his quae ad usum militiae fuerant necessaria paratis, procedunt omnes, castrametati ad radicem montis; aberat enim ab urbe vigissimo, paulo plus miliario. Mox undique circumvallantesⁱ, incessanter oppugnant. Ad hoc etiam cunctos regionis illius instant aggregare ruricolas, diuturnam iurantes obsidionem. Construunt^j ergo petrarias et omnis generis bellici machinas, fundas quoque et^k ballistas, milleque mortis parant insidias. Obsessis vero ad posse repugnantibus, multa cottidie fiebat crux effusio, adeo ut in ipsa quadragesimæ venerabilis observantia nulla fuerit humanae caedis abstinentia.

24. Hac itaque temestate cum rarus in urbe populus sua frueretur securitate, re- 35 pentina calamitas improvidam invasit urbem. Horresco referens; primo namque quadraginta Mart. 19. simae sabbato, magno civitas conflagravit incendio⁴⁴. Cumque tunc vehemens flaret turbo ventorum, areptis ignium globis longe lateque multas combussit aedes, eo usque ut ligna et lapides vorax^l flama consumeret; aurum quoque et^m argentum ac metalla cetera calore nimio liquefacta sunt universa. O quae et qualia domorum haedificia, quamque decora 40 combusta sunt moenia, de quibus omnibus vix superfuit praeter parietinas, quaslibet vel titio minus! Sed quodⁿ est omni dampno deterius, plures sanctorum sunt crematae basilicae in urbe et extra. Sanctus ipse Laurentius, vivac carnis olim cruciatus incendio, iterum se flammis permisit exuri; cuius speciosissima omnium adeo fuit ecclesia, ut relatu difficile videatur, quae fuerint lignorum lapidumque sculpturae eorumque altrinsecus^o 45 compaginatae iuncturæ, quae suis columpnæ cum basibus, tribunalia quoque per gyrum,

^{a)} gotfredus 1. gothofredus B. const. ^{b)} illos B. illo Puric. p. 259. ^{c)} Ubi — evasit desunt B. qui eorum loco habet: quemadmodum factum est in aliquibus, de quibus narrare per singula longum est, ymo superfuum est indicare (indicare Puric.). Interea etc. ^{d)} presumere B. at non Puric. p. 261. ^{e)} f. est p. B. ^{f)} Hac e. v. d. ad sequens caput trahit 1. etiam deest B. ^{g)} colligit B. ^{h)} corruit B.1. deest B.2. et Puricello. ⁱ⁾ circulantes B. ^{j)} deest B. 50 ^{k)} constituent B. ^{l)} deest B. ^{m)} voras 1. ⁿ⁾ deest B. ^{o)} quoque B. quod Puric. Mon. Ambr. p. 461. ^{p)} alteri necum 1. intrinsecus B. extrinsecus 3a.

⁴⁰⁾ cf. Boniz. p. 809. ⁴¹⁾ Gotfredus subd. de austrum distat. ^{44) 3. Non. Mart. 1070. Eccl. s. ordine s. Med. eccl. et missus ipsius d. Widonis archiep. Dec. 1061. negotium pro hoc peregit. Giul. p. 235. 5. Non. Mart. a. D. 1071. combustum est 55 IV, 530. ⁴²⁾ prope Varisium. ⁴³⁾ Castiglione Mediolanum ab igne de Castelliono. Kal. Siton. ib. d'Olona, ut videtur, quod a Varisio 5 m. p. ad II^o. p. 1035. De anno v. infra IV, 8.}

ac desuper tegens universa musum. O templum, cui nullum in mundo simile! et o 1071.
civitas, cuius comparatione villae fuerant reliquae! Hehe! Trenes illae propheticae in te
relecta translatae evidentur. Ubi autem rumor tam dirus castris insonuit, quamplures illico
relicta obsidione eunt tenues ab igne reliquias et miseram visitare familiam. Arlembaldus
5 vero cum aliis retenta parte castrorum perseverat obnixius, cotidie belligerare non desi-
dens. Gotofredus autem tribus iam obsessus mensibus, ut vidit tenuem castrorum ex-
erictum, clam vocare suos et caute satis procurat amicos^b. Cumque paschales instarent
feriae⁴³, convenientes in unum, instructa acie protinus in castra consurgunt impetu et⁴³
clamore non modico. Nec minus obsessi ruptis clastris ex omni parte prosilunt. Ar-
10 lembaldus autem tanto positus in discrimine, arreptis^c armis audet cum suis paucis iuxta
vires obsistere, signifer ipse factus. Et nisi sua suorumque pugnasset audacia, dies illa
sibi fuisset extrema. Videntes autem multi paucorum constantiam, ultra recedunt, edu-
centes secum ab oppido Gotofredum. Hos longe persecuti sunt Mediolanenses, conglobati
15 repente simul et qui in castris fuerunt et qui in urbe remanserant; nec a persequendo
diebus aliquot cessarunt ac noctibus, donec in summa constrictos necessitate coegerunt.
illos iterum Castilionem intrare.

25. Post haec redeentes ad urbem, iureirando definitur, Gotofredum numquam
recipientum, imo alterum de catalogo maioris ecclesiae communiter eligendum. Iam
enim migraverat a saeculo archiepiscopus ille Wido, sepultus in loco qui nominatur vulgo^{Aug.}
Berguli^d, ubi post urbis incendium in amaritudine animae diem clausit extremum. Ab^{23.}
illo etenim die Arlembaldus omni instat conamine, modo cum clero modo cum populo de-
eligiendo agens episcopo, nova a Romanis accepta licentia, spreta vero regum veteri pro-
videntia⁴⁴. Verumtamen maior civitatis portio ex clero ac sapienti populo priscae con-⁴⁵
suetudini et regio intendebat honori. Ipse autem neglectis omnibus et iuramento com-
25 muni, solum Romani illius Ildeprandi auscultabat consultum^e. Iamque dies illa propin-
quabat, quam ad hoc agendum ipse providerat, sancta scilicet theophaniae sollemnitas^{1072.}
Studet ergo sollicitare praesentes, vocare absentes, clericos et laicos, abbates et mona-
chos, amicam sibi non^f omittens turbam agrestium. Cumque dies instaret festus, factus
est^g multorum in ecclesia yemali conventus, illis tamen absentibus, cum quibus istam se
30 facturum iuraverat electionem. Celebratis itaque missarum sollemnissimis, primo concionatus
ad libitum, ac multa de iusto^h pastore commemorans, adstante quadam Bernardo legato
Romano, eligitⁱ Attonem, adhuc tantummodo clericum ac tenera aetate iuvenculum, invito
clero et multis ex populo, adeo ut stomachati recederent ab ecclesia. Proh dolor!^j altare
40 sacrosanctum ecclesiae visum est concutti tunc, ac suo moveri de loco, dum nimia plebis
35 undique comprimeretur instantia. Cumque cum suis Atto ad convivandum pontificalem^k
concederet aulam — fuerant enim iam in mensis ampla parata convivia — inflammati
cives invadunt repente dormum, interiora et exteriora scrutantes. Ipse autem electus
noviter cum camerae unius lateret in angulo, inventus capitur et^l misere laniatur; demum
per suras et brachia a summis ad ima protrahitur. Qui cum staret in ecclesia metu
40 mortis altario prostratus, clamante populo ascendit in pulpitum, ibique facto sacramento
in auribus omnium, abrenunciavit sedi Ambrosianae in praesens et in perpetuum. Interea
fautores quique^m sui diversas fugere per latebras; ipse etiam Romanus legatus vix disser-
ptis vestibus laceratusⁿ evasit. Ceterum Gotofredus et Atto diebus postea multis^o reman-
serunt privati pariter ambo, propriis tantum contenti laribus atque substantiis^p.

45 a) deest B. at non Puric. l. L. b) et c. s cauto p. a. B. at non Puric. de sanctis p. 263. c) o. ex 3. d) erexit
B. at non B2'. nec Puric. e) constructos n. cogerunt B. at non B2', constitutos Puric. f) per 5'. g) Burguli 3. B.
h) ita 3. B. consiliri 1. i) ac B2. cleris ac B1. k) deest B. at non Puric. l) deest B. m) ita B. n) ele-
git B. o) ecclesia pro dolore. B. p) pontificatum B. q) c. discipitur et B. c. d. se Puric. p. 271. r) quin-
que f. B. s) et l. B1. t) d. p. m. deum B. u) Hic desinunt 5. B1. (qui addit: Deo gratias amen. explicit
50 liber copiarum Arnulfi). B1'. B2. *Sequentia habentur in 1. 2. 3. 4. 5'. (qui in margine habet: Haecenus e cod. rev.
capituli Mediol. qui heic finem facit Arnulphi historiae. Sequentia ex Archintaco codice ms. petita.) B2'. (ex eodem
cod. Archintaco).*

43) post pascha teste Bonizone p. 809. 44) ubi postea Alexandria aedificata est; cf. Land. III, 18. et
catal. archiepiscoporum. 45) Cf. Boniz. p. 810.

I N C I P I T L I B E R Q U A R T U S .

1. Fixum manebat in corde propositum, in gestis praesentibus amodo servare scientium, quoniam nullis haec audit^a retro temporibus multorum offendunt graviter animum, sed et dilata diutius modum videntur excedere, cum Dei sapientia Patris iuxta ^{Sep. 11, 21.} scripturee veritatem in numero, pondere, et mensura universa disponat. Verumtamen in me conversus, denuo ad liquidum copta describere commodius iudicavi, ut factorum agnita qualitate, certius fieret inde iuditum. Omnis enim laus atque blasphemia termino cuiusque deputatus negotii, cum tamen incertum sit, utrum dies nostros qui omnipotens est finem dilatet ad illum. Sed fiat voluntas tua sicuti in celo, et in terra, Pater altissime. ¹⁰

1072. 2. Igitur auditis his quae Attoni contigerant, praefatus ille archidiaconus Hildeprandus sua, cum cardinalis esset, auctoritate illico iuramentum illud violentiae omnimodis <sup>Mat. 10, 42.
Luc. 6, 40.</sup> iudicavit habendum invalidum. Hunc Romanus adeo verebatur antistes, ut eo inconsulto nichil omnino praesumeret, cum patenter sanctum praedicet euangelium, super magistrum non esse discipulum. Unde factum est, ut collecte Romae coetu pontificum⁴⁶, instante ¹⁵ ipso, Attonem iuste praedicaret electum, prostrato anathemate Gotefredo. Quae omnia Hildeprandus suis literis saepe iam dicto retulit Arlembaldo. Cui etiam ex suo, quod oppulentissimum habebat, aerario copiosam auri atque argenti fertur mississe peccuniam, ut distributo quibuscumque indifferenter pretio, fautores aggregaret quamplurimos. Non ^{Ieron. 6, 13.} enim latebat illum prophetice dicta sententia: *A maiore usque ad minorem omnes avaritiae student.* ²⁰

3. Interea suffraganei sedis Ambrosianae pontifices, accepto a rege mandato⁴⁷, apud urbem convenientes Novariam, Gotefredo manum consecrationis imponunt, illum prout ⁴⁸ quiverant roborantes, licet praecepsio regia multis dicatur impetrata muneribus⁴⁸. Constat tamen regem postea poenituisse, atque interventorem penitus odisse legatum. Exinde ²⁵ 25 Gotefredus aliquo ecclesiae studet occupare castella, uni eorum praesidens, quod nominatur Brebia⁴⁹. Qui cum paulo ante Leucum⁵⁰ invaderet, irruentibus ab urbe militibus violenter eicitur, amissio Marchione illo strenuissimo milite, quem loci incolae rupe praecipitanter ab alta, crudeliter trucidant. Dum haec taliteragerentur, defungitur apostolicus. ^{1073.}

Apr. 21. 4. Cui parvo dierum intervallo succedit Hildeprandus, mutato nomine dictus Gregorius, in quo revixit Attonis illico spiritus, adeo ut Romanum pergens illius sese subderet contubernio. Ipse autem cum priori radiciter inhaereret proposito, indicta Romae generaliter synodo, cum suis clamat^d sacratoribus Gotefredum⁵¹. Cumque ad libitum con- ^{1074.} siveisset multa disponere, coram omni coetu praesentem laudavit Attonem absque nutu regio, absente quoque Ambrosiano clero ac populo. Unde inter ipsum et caesarem vide- ³⁵ tur ortum hac lite^e manente dissidium, non illius quidem dampnatione, sed nova huius et absque dato regis concepta electione.

5. Praeterea dum Gotefredus Brebiae solius immoraretur praesidio, Atto propria neglecta domo ac patria Romae degebat⁵² tantummodo, assiduis papae mancipatus obsequiis. Cui Arlembaldus apud Mediolanum totis favebat viribus, die noctisque laborans, ⁴⁰ datis etiam ac promissis muniberibus. Insuper omne Gotefredi collegium flammis ac ferro persequebatur interdum, nichil intentum iuxta posse relinquens; praesertim cum nec regiae potestati, nec suorum parium aliorumque multorum cederet ullo modo voluntati, ⁴⁵ Romana tantum fretus atque contentus fiducia⁵³; ad hoc etiam prorumpens ut Ambrosianae consecrationis episcopos blasfernaret, asserens apostolice excommunicatos, quorum 45

a) ita 2. ubi adiungitur: Quartus describit, quod tertius ordo reliquit. In 1. libri omnino non distinguuntur; in 3. 4. 5. haec ad tertium adiacet librum pertinet. B 2^c. ex hoc et sequenti quartum librum fecit. b) a. b. 3. c) regio (pro in e.) 1. d) ita (i. e. damnavit, v. cap. 7.) 1. damnavit 2. 3. cum suis secretariis anathematizavit. Cumque B 2^c. c. a. sacra toribus G. a. Cumque. Purific. p. 200. qui abhinc cod. 4. unus est. e) littera 1.

46) quem Gregorius VII. commemorat in ep. I. 15. Heinrico regi, decretum bis synodali iudicio firma scripta Kal. Iul. 1073; cf. II. 30. Attonem iuste tum esse; epist. II. 30. 50) Bonizo pag. 810. electum esse dicit ep. III. 8. 47) per Rapotum, 53) Extant Greg. VII. epistolae ad eum I. 25. 26. v. Boniz. p. 814. 48) Bonizo p. 810. 49) Brebia, in com. Angerae. 50) Lecco. ad lacum datae 7. Sept. et 9. Oct. 1073. Ibi ita eum adhortatur: *Tu confidens in Domino et in matre tua Ro- Larium. 51) Ideo Greg. 7. Dec. 1074. scribit manna ecclesia viriliter age. Cf. ep. 27. 28.* ⁵⁵

omne reprobabat officium. Unde fuit, quod sancto pentecostes^a sabbato fieri prohibuit 1074.
in urbe baptissima.

6. Postea vero crisma sacrum, quod unus illorum dominicae coenae misterio metropolitanae direxit ecclesiae, sicut mos est deficiente pontifice, profusum humi eorum omni populo calcibus proculcavit, suum producens in medium, a quo confectione vel unde venerit incognitum. Ac sic^b postposita sabbati illius autentici a patribus tradita praerogativa, sexta in alba feria suum fecit celebrari baptismus, quem scriptura prohibeat transgrediendo quos posuerunt patres terminos. Unde contigit ut paschale gaudium suum ^{Apr. 25.} ^{Prov. 22,28.}

nesciret lavacrum, ac multo post tempore plures categumini baptismi carerent gratia. 10 Quo errore plurima involvitur populi multitudo, partim simplici oculo, partim seducta pretio, partim impunitate quea patraverat scelerum. Ab ipso enim exordio quicunque scelestus illius adhaerebat consortio, carus et insons habebatur ab illo. Quamobrem Patrinorum in tantum excrevit numerus atque virtus in pagis et opidis ac quibusdam duce ipso in urbibus, ut suorum omnium videretur dominari concivium^c.⁶⁴

15 7. Praeterea caesar Heinricus adolescens iam factus, ut vidit suae florem potentiae hoc modo paulatim arescere, initio cum suis consilio, studet huius ac Romani praesidii^d obstarre conatibus. Dominabatur tunc temporis Apuliae princeps magnus Robertus ille Normannus. Inter hunc et regem dum super hac re discurrenter nunci, praefatus papa habita Romae synodo palam interdicit regi, ius deinde habere aliquod in dandis episco-

20 patibus, omnesque laicas ab investiture ecclesiarum summovet personas. Insuper facto anathematice cunctos regis clamat consiliarios, id ipsum regi comminatus, nisi in proximo huic obediat constituto. His diebus quam lugubre escidium civitas sit passa Mediolanum, moerens dico, dicens ingemisco, factus michimetipsi gravis, adeo ut recedat ab animo sensus.

25 8. Anno humanitatis dominicae 1075, indictione 13, transactis quatuor a memorato Mart. 30.

superius incendio annis, propinquante sanctissimo pascae festo, secunda videlicet ebdomadis autenticae feria, miseranda iterum civitas divinam persens iracundiam, experta quam sit horrendum incidere in manus Dei viventis. Celebratis itaque missarum solemnii, urgente iam sole, in urbis apparuit medio densae fumus caliginis, flante ventorum violentia nimia per aerem volitans, quem sequebatur vapor flammivorus, inter coelum et terram universa consumens. Siquidem plures velut fulmine^e faces ab illo maximo et inextinguibili erumpentes igneo globo, totam subito micuerunt per urbem, ut quod civitatis residuum iam dictum illud evaserat incendium, totum paene flammis adsereretur praesentibus, solo tenuis conquassatum. Nec tamen ex toto illis ardor iste pepereretur aedibus, quae prius incensa multe iam fuerant reparatae sudoribus. Quid enim dici valet ulterius, quam quod ignis hic instar fuit per omnia suprataxati alterius? hoc tamen crudelior, quod multo plures ac maiores combussit ecclesias; illam scilicet aestivam ac mirabilem sanctae virginis Tegiae, beati quoque Nazarii, necnon protomartyris Stephani^f, ceterasque plures, quarum parietinae annis apparebunt ut reor plus mille. Inter quas 40 aliarum mater sanctae Dei genitricis hyemalis basilica, o dolor iterumque dolor!^g exuri permittitur collapsus funditus parietibus. Cuius sacrosanctum altare non appareat quantum fuerit aut quale, laminae vero aureae liquefactae sunt nimio prae cauatae. Set mille talenti auri librorum^h dampno nequeunt comparari. Hanc quidem peccata nostra merentur aerumpnam, quoniam sancti Spiritus offendimus in nostro felle columbam; contra

45 a) paschatis corr. Leibn. b) si 1. c) coniunctione f. d) ita 1. 4. praesulius 3. e) vergente 3^o. f) fulmina 3^o.
4. fulminis Mur. g) desit-B2. at non Puricella. h) librarium Mur.

54) Fidem faciunt verba in Gregorii ep. I, 77, ad Beatricem et Math. directa 15. Apr. 1074: Guarnerio Argentin. ep. . . ., tutum usque ad d. Eriembaldum Mediolanensem ducatum praebatis, scientes eum per epistolam nostram esse communitionem, ut nullatenus super hac re contra vos aut vestros aliquid molieratur adversi. 55) Ibi in limine novae basilicae versus inscripti sunt, a Paricello in libro 55 de sanctis martyribus p. 308. servati:

Flamma vorax priuci consumpsit culmina templi,
Quod specie formae nulli cedebat in orbe.

Temporibus multis fuerat decus istius urbis.
Omne manufactum recipit post tempora casum.
Corruit omnino, collapsum surgit ab imo,
Sed prima cultum nequit aequiparare secundum:
Plebs spectando time peccatum causa ruinae:
Te prius aedifices, tunc materiale reformes.
Sis templum Domini, placet illi fabrica templi.
Anno dominicae incarnationis 1075. indictione 13.
3. Kal. Aprilis, feria secunda. Incendi etiam Bonizo meminit, p. 813.

1075. divinum namque mandatum sanctum est canibus in nostro tempore datum, et spiritualis margarita pororum iacet pedibus indecenter attrita. Reliquorum non est numerus delictorum.

9. Igitur inter tot angustias tantosque dolores cum tota foret in urbe luctus omnis ordinis et⁴ aetatis utriusque sexus, solius Arlembaldi intrepidus perseverabat et inflexi-⁵
bilis animus. Siquidem instantibus paschalibus albis, baptismi satagebat sicut praeterito fecerat anno, ignoto christiane inchoare mysterium. Cumque cardinales ecclesiae, quorum intererat sacrare fontes, nolent contra solitum agere, adstat illico Liutprandus qui-⁶dam presbyter nuncupatus⁵⁶, a progenitoribus ecclesiae vernula, qui iussu ac virtute illius ordinariorum usurpavit officium, venientes inconsulte baptizans. Et haec quidem violentia recenti iuncta civitatis incensae memoriae, quamplurimos offendit graviter cives^b, praecipue milites, prae oculis habentes quod quidam Romanus⁵⁷ ait tyronibus: *Serui empti aere dura ferre non possunt dominorum imperia, nedum vos Quirites.*

10. Unde factum est, ut simul diebus aliquot extra urbem exeuntes suam sibi iurarent magna plebis cum parte iustitiam et sancti Ambrosii honorem⁵⁸, ac dono regis^c accepturos sese pastorem. Cumque ingredierentur communiter urbem, Arlembaldus ut semper consortis impaciens, astantibus sibi concionabatur more suo. Ut vero cohibere furorem ultra non valuit, facto cum suis impetu et clamore, festinanter arripit arma, vexillum quod sancti Petri dicebat dextra gerens. Econtra^d cives dum parte surgunt ab omni, armatus prorupit in medium. Quem in momento ac prima fronte belli tanta²⁰ adversariorum oppressit incurso, ut nichil memorabile posset ab illo fieri. Ubi vero circumventus est undique, illico crebris configitur ictibus, dictoque citius moriens corruit, comitatu eius exiguo circumquaque disperso⁵⁹. Cuius cadaver exanime prostratum humili discriptis prorsus exiuit indumentis, nudatumque fustibus undique tunditur atque petris, ut qui vivens multis terrori fuerat, multorum subiaceret lusibus moriens. Et cum gesta-²⁵ retur humanus, nulla illum exequiarum est prosecuta devotio. Post haec Liutprandus ille iam dictus presbyter dum fugeret inventus, auribus truncatur et naso, ut qui alienum^e praesumpsit officium, quod habere videbatur amitteret⁶⁰. Apparet igitur^f liquido vera fore dicentes assertio: *Difficile est ut bono peragantur exitu, quae malo sunt inchoata principio.* Eadem hora post hoc insigne trophyum cives omnes triumphales personant³⁰ hymnos Deo ac patrono suo Ambrosio, armati adeuntes ipsius ecclesiam. In crastinum simul cum clero laici in letaniis et laudibus ad sanctum denuo procedentes Ambrosium, reatus praeteritos confitentur alterutrum; absolutione vero a sacerdotibus qui praesto aderant celebrata, reversus est in pace populus universus ad propria.

11. Hic iam appareat scismatis huiusc terminus, decem novemque per annos semi-³⁵ per ab ipsa radice pululando protensi. Unde Patarinum processit primo vocabulum, non quidem industria, set casu prolatum. Cuius idioma nominis, dum in quadam etymologiarum tomo nuper plura revolverem, ita scriptum reperio: *Pathos Graece Latine dicitur perturbatio.* Unde iuxta meae parvitas ingeniolum statim coniitio, quod Patarini possunt perturbatores rite nuncupari; quod plane rerum probat effectus. Verumtamen si quando⁴⁰ quis probationi fuerit interpretatus sententia, concedo equidem tota mentis tranquillae convenientia, dummodo nomen concordet operi, opus vero respondeat nomini. Quoniam a primo huius sono vocabuli error populorum impetusque bellorum, turbo quoque ventorum ac vehementius solito turbavit mundum frequentia combustionum. Quod multarum calamitatium experimento, omniumque malorum probatur omnimodis incremento.⁴⁵

12. Praeterea quoquo modo se habeat ethimologia vocabuli, quaecumque tamen sunt a nobis re super hac in praeteritis recitata, nemo sanae mentis arbitretur, impugnando veritatem aut repugnando iustitiae fore prolata, cum neutrum licet. Si qua enim sunt aliorum bene dicta vel acta, non improbamus, nec ullo modo dissidentius ab illis omnibus, qui veniales reprobant consecrationes, et sacramon incontinentiam ordinum, ea⁵⁰ tamen ratione ut a Paulo non discreperimus auctore; ait enim: *Omnia honeste et secun-*

a) atque 3. b) cives 1. c) *Ila* 1. *Puric* p. 326. Et contra 3. g. contra B2'. d) ergo 3. e) quae 3. 4.

56) ecclesiae sancti Pauli in Compito. Plurima de Bonizo p. 813. 59) Interfectum per Arnaldum de eo invenies in historia Landulfi de S. Paulo, nepo- Raude dicit Land. de S. Paulo c. 44. Cf. Berthol-
tis eius. 57) C. Memmius ap. Salust. *Iug.* 31. dum a. 1077. 60) v. Land. de S. P. c. 1. 6. 15. 55
58) dicentes se integratam b. Ambrosii velle turare. 44.

dum ordinem fiant. Cui etiam consonat lex illa Mosayca: *Iuste quod iustum est prosequere.* Bent. 16,20. Quod nequit aliter omnino compleri, nisi sua singulis quibusque serventur iura ordinibus ac personis. Dispertia enim sunt clericorum et laicorum, eorumque inter semet ipsos officia. Quemadmodum in uno corpore multa quidem sunt membra, non autem Bent. 12, 4. eundem actum possident omnia; quae si impedianter alterutro, corruptitur omne corpus. In sancta igitur ecclesia, hoc est in Christi corpore, necesse est ut iusto pensentur omnia moderamine. Clerus atque populus suo quisque fungatur officio, praefixo sibi contentus limite, dicente Domino: *Circumdedi mare terminis, et dixi: Hucusque venies, et ultra non procedes.* Cor humanum est mare. Ipsi vero episcopi suis plane vaccent negotiis, pro 10 videntes bona non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus, ne dicatur Bent. 12,17. de illis: *Ruina populi sacerdotes mali.* Quod si negligentes extiterint, scandalizabitur^a populus. Vae autem illi, per quem scandalum venit. Certissime enim vae erit illis, vae Bent. 19,7. omni crudelius, si eorum culpa plebs in clerum zelans insurget ulterius.

13. Haec talia persequendo paulatim velut quasdam per rimulas, aliter quam usque 15 modo viderim, a longe prospicio; cumque praepteritis praesentia, scriptis scribenda confero, rubore perfusus fideliter erubesco, nec barbarismos in verbis egisse, set aliorum quaelibet dicta vel facta temere iudicasse confundor, cum soli Deo cordium revelentur occulta. Beatus tamen trepidanti michi Paulus occurrit, qui primo blasphemus ac persecutor fidelium, plus ceteris postea laboravit apostolis, caecatus ut videret. Petrus vero 20 negavit ut crederet; Thomas dubitavit ut certior fieret; Victorinus quoque Romanus rhetor et aetatis proiectae, Simpliciano est conversus auctore. Augustinus autem philosophus Ambrosio doctore salvatur; pluresque alios de malo in bonum, de bono in melius, nunc cito nunc sero novimus esse mutatos. Haec est enim mutatio dexteræ excelsi. Spiritus Psal. 76,11.
Ioh. 3, N.
Rom. 9,18. Domini ubi vult spirat, et cui vult miseretur, et quem vult indurat Altissimus. Quoniam D. v. 16.
Psal. 31,5.

25 neque volentis, neque currentis, sed miserenis est Dei. Tibi igitur Christe delictum meum cognitum feci, et iniustias meas non abscondi. Dixi: *Eloquar adversum me iniustias meas Domino,* et tu remisisti impietatem cordis mei. De cetero cogitationes, locutiones, actiones nostras quaesumus, Domine, et aspirando praeveni et adiuvando prosequere, ut cuncta nostra operatio et a te semper incipiat, et per te copta finiatur. Cui 30 sit honor et gloria nunc et semper et per omnia saeculorum saecula.

INCIPIT LIBER QUINTUS^b

1. Quoniam in prima fronte præsentis opusculi nostri temporis gesta sum narrare pollicitus, absque mendacii nota silere non valeo, præsertim cum sciam lege cautum esse Mosayca: *Si nolueris polliceri, absque peccato eris.* Ut autem recto narrationis incep 35 dam tramite, necesse est res gestas prout sunt, ordinate describere.
2. Praedictis igitur rebus non plane compositis, sed involutis utcumque, saepe iam dicti Mediolanenses pro petendo episcopo ultra montes Heinrico regi legationem dirigunt, mandantes Arlembaldicæ interfactionis triumphum. Quo cognito laetus est rex ille 1075. supra modum, quemcumque vellent se daturum episcopum promittens^c.
3. Erat tunc temporis inter regem et Saxones lis acerrima valde, cuius ratio non est nostro discutienda iuditio. Verumtamen gens illa admmodum ferocissima in rebellione prorumpit apertam sub Ottone duce, adeo ut facta congressione partis utriusque, Iun. 9. plus quam viginti milia hominum referantur occisa. Arrisit tamen Heinrico victoria.
4. Post dies hos ad secessum residens dux Gotefredus Gotefredi filius, gladio con 1076.Feb. fossus interit, coniuge relicta Matilda, Bonifacii ac Beatricis admmodum clarissima filia.
5. Interea legatis Mediolanensem ex clero et populo re præfata regem adeuntibus, Tetaldus quidam Mediolanensis ecclesiae subdiaconus capella militabat in regia^d. Cui e2 rex multa volvens et revolvens consilia, proprio tandem indulgens arbitrio, Ambrosianum

^{a)} scandalizabatur 1. ^{b)} ita 2. addens: Quod autem promissum est a te, observabis et facies. ^{c)} At 3. 4. 5. hunc librum 50 quartum dicunt; ^{d)} 2'. cum præcedente contingit.

⁶¹⁾ teste Bonizone rex com. Everardum consiliarium suum misit, qui Roncaliae curiam congregavit et Mediolanenses ut electo episcopo regem adirent invitavit. ⁶²⁾ Haec aliter narrat Bonizo p.

⁸¹³⁾ Tetaldum cum legatis ad regem missum esse affirmans. Sed Landulfus IV. 1. cum proelio ad Unstrodam interfuisse indicat.

1075. tradidit praesulatum, posthabita Gotefredi illius adhuc viventis investitura et unctione, Attonis quoque Romae tunc degentis electione. Quid plura? suspectus est praesul ille a clero et populo, utpote novarum rerum usualiter avido. Cui etiam suffraganei idem eis ipsi qui Gotefredum consecraverant, manum benedictionis imponunt⁶³. Res quidem mira et cunctis retro temporibus inaudita, ut urbis unius uno electo antistite, sacro altero, uno eodemque tempore tertius erumpat.

6. Erat tunc temporis Romae vir quidam nomine Cencius, qui propter iniuste possessas ecclesiae facultates papae Gregorio fuerat semper infestus. Hic autem pravo usus Dec. 24. concilio, nocte ipsa nativitatibus dominicae, cum in basilica sanctae Theotocos pater ille sanctus, matutino iuxta morem peracto, nocturnae missae celebraret officium, cum gladiis et fustibus et coniuratione magna suorum, ense nudo ad capiendum papam violenter irrupit ecclesiam, instar Iudee Dominum nocte tradentis. Cumque per diversa quaesisset, invenit iuxta altare Domini sacerdotem mysteriis salutaribus intentum.⁶⁴ In quem violenter irruens distractus ac dilaniavit quamplurimum, impositumque equum suum usque perduxit ad turrim, clausum custodiens. Facto autem diluculo, cum tam detestabile displiceret omnibus facinus, consurgunt omnes in arma Romani girantes turrim, nec a bello desistunt, donec agnum lupi faucibus eripiunt, turre dirupta et omni facultate direpta. Verumtamen humanae divina successit ultio. Siquidem anno illo mortuus est Centius fauciuncula suffocatus, quemadmodum Iudas proditor nexus laquei strangulatus.

7. Per idem tempus quorundam suorum hortatu contra papam rex erexit sese^b Gre- 20 gorium, adeo ut nullam sibi deferret obedienciam. Praesul vero Romanus saepenumero paratus ignoscere, clementer universa tractabat, regiam diu praestolando ac multis mo-

1076 Feb. nitis invitando conversionem. Cumque nichil omnino proficeret, illum cum suis fautoribus a sanctae matris ecclesiae segregavit communicando luminibus, tenore tamen futu- 25 rae dignaque conversionis proposito. O infelicia tempora, in quibus nostris exigentibus

culpis contra se ipsam pugnare sancta videtur ecclesia, quam Veritas sic ipsam laudando Cont. 6. 8. commendat: *Una est columba mea, amica mea.* Quae si una est et amica, quomodo

scindi ac^c sibimet debeat inimicari, non invenio. Iesus Christus duo sunt unius personae vocabula, unde liquido comprobatur, reges ac sacerdotes, christos scilicet Christi uniri uno debere consensu. Quid ergo? Numquid errat uteque? Absit. Romana certe num- 30

luc. 22. 31. quam errasse perhibetur ecclesia, ex quo divina voce dictum est Petro: *Simon, ecce* Satanas expeditiv vos, ut cibaret^d sicut triticum. *Ego autem pro te rogavi, ut non deficiat fides tua.* A Romana ergo ecclesia quicunque dissentiant, non est reverendus catholicus,

61 quemadmodum beatus ait Ambrosius^e. Nonne ipsi haec ista legerunt episcopi? Et si legerunt^f, cur contra Romanum praesulem adunati Placentine, de ore proprio coniura- 35 verunt? Cur postea Papiae convenientes iniustum anathema, imo invalidum sibi conclamauerunt, iusta prophetiam non iustitiam sed clamores facientes? unde iustissime apostolico sunt macrone perfossi. Respondent ut solent, regio se obedisse mandato. Sed

Act. 5. 29. Matth. 22. 21. quid dicit scripture? *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* Item: *Reddite quae 1 Petr. 2. 17 caesaris sunt caesari, et quae sunt Dei Deo.* Et alibi: *Deum timete^g, regem honorificate.* 40 Non ergo debetur honor regi, nisi praecedente iusto timore Dei.

8. Eodem tempore gens Teutonum illa barbarica, praecipue duces Bertaldus, Rodulfus, et Welfo^h cum comitibus et episcopis, cognita excommunicatione Romana, a regio prorsus se subtraxere consortio, in nullo communicantes. Insuper in multis accusantes 65 eum criminibus infamia denotabant. Interim consilio sanctissimi Cluniacensis abbatisⁱ, Agnetis quoque regiae matris, nec non sapientissimae iam dictae Matildae, statuitur gene- 45 rale colloquium inter ipsos regem et apostolicum, pacis ac iustitiae causa. Cumque 1077. Jan. exiret ab Urbe papa prefecturus Alamaniam, Matildae fretus iuvamine, venit Italianam. Cumque moraretur ibidem, multis ab ea cumulatur honoribus ac hominibus. Cui festinanter occurrit Heinricus, declinans statutum in patria sua colloquium. Fuerat comi- 50

a) deest 3. b) se 3. c) da pro deferret 1. d) excommunicando Puric. p. 323. e) q. sciindica s. 1. q. scissa s. 3. B 2. et Puric. l. l. p. 324 ex 4. f) cibaret 1. g) legeret^m 1. h) timere 1. i) Wolfe 1.

63) neglecta ep. Gregorii d. 6. Id. Oct. (al. Dec.) de excessu Satyri l. 47. 65) Hugonis, cf. Lamb. 1075. qua ne id fieret vetuit; Tedaldum ipse ad a. 1077. synodus Roman vocaverat; v. ep. III, 8. 9 64) cf.

tissae opidum Canossa nomine, multis moenibus ac loci natura circumquaque munitum, 1077. inexpugnable revera praesidium. Ubi praesidente apostolico rex nudis incedens pedibus, humi prostratus, post multas lacrymas promeruit veniam, suorum iuramenta^a fidelium ^{Ins. 25.} pacta confirmans, sub conditione iustitiae facienda. Sic Matildae magna prudentia con-

5 solidata sunt pacis eorum foedera, invitis episcopis ac in lite manentibus.

9. Recessit^b a compositis, cum se sentiret Mediolanensis populus Tedaldi prae-
sulis societate culpabilem, divina prohibente lege communicari excommunicato. Missa^c
domino papae legatis solutionem implorant. Cui legationi ipse ego interfui, de pre-
teritis satisfaciens, in futuro castigari promittens. Papa vero sapienti usus consilio
10 venerabiles viros Lucensem^d et Ostiensem^e episcopos direxit Mediolanum, datus veniam et
quibuscumque poscentibus. Ubi vero ingressi sunt urbem, laetata est civitas universa.
Qui toto illo triduo confluentibus ad eos civibus divinae praedicantes eloquia, cunctos
absolventes^f, benedicunt universos. Quod Tedaldus indigne satis ac moleste tulit, adeo
ut seditionem in populo bellumque conaretur inferre; sed minime valuit. Interea pre-
15 fati duces Teutonici, comites et episcopi illis in partibus de sua inter se ipsos concor-
dia ac statu regni, novi quoque regis electione cotidie tractare non cessant, asserentes
Heinricum multis ex causis diadema indignum.

10. Ad ultimum vero convenientes Maguntiae, omnium consensu Rodulfo duci regni Mart.
iura committunt, iureiurando cuncta corroborantes. Quo auditio rex^g vehementer in
20 semetipsum turbatur, degebat enim Papiae, et congregans omnes quos habere poterat
Langobardos, Veronam proficiscitur, ibique^h valefaciens omnibus, reversus est patriam,
pro tuendo regno usque ad mortem pugnaturus. Papa vero diebus aliquot moratus in
Italia, Romanum reddit, ingenti Romanorum suscepimus laetitiaⁱ.

a) praevidento *Mur.* b) iuramento *Paric.* p. 336. c) reprobis 1. reprobis 5. reprobis se B2'. manentibus. Cum autem
25 se a. 3^o. quod rectius esse, et verba r. a. c. sententiae eius pars perit apodosis esse arbitror. *Particellus Mon. Amb.* p.
464. haec ita dat ea cod. 4. Repressit (*De sanctis* p. 336. R. 26) a c. c. sentiret M. populum — missis d. p. l. s. im-
plorasse. W. d) m. igitur *Mur.* e) absolventes 1. absolvunt *Mur.* f) r. Heinricus 3. g) ubique 1. 5^o.
h) hic in eodd. 1. (manu eadem, calamo continuo), 2. (*teste Muratorio manus alia, recentiora*) 3. 4. 5^o. B2' sequenter
verba quae infra ante catal. archiep. dabimus, nam hic loco alieno posita sunt, nec ut videtur ab Arnaldo scripta.

30 66) Anselmum. 67) Giraldum, cf. Bernoldum et Bertholdum a. 1077. V. Anselmi c. 3.

LANDULFI
HISTORIA MEDOLANENSIS.
EDIDERUNT L.C. BETHMANN ET W. WATTENBACH.

archiepiscopo, cuius nominis memoria perparum apud nos sonat, Bonizo Carcaniensi opido oriundus, dignitatum avidissimus, suo filio Landulfo in pondere auri et argenti magno archiepiscopatum Mediolanensem contra omnia ordinum clericorum voluntatem acquisivit. Interea Landulphus paucis communoratus annis, patre eius male mortuo a quadam Tazonis vernula suo^a in lecto, ad Ottonem imperatorem cursu veloci fugiens tetendit. Itaque cum ante regis praesentiam venisset, et omnia bella quae pater eius regia ob sui honorem imperii egerat, quam eius fidelissimus miles fuisset, narravit; quin etiam multis lacrimis multisque promissis eum obtestans, ut ipse ad sui honorem et imperii dignitatem et Bonizonis ductus caritate, quem ipse super omnes bonis actibus optimoque servitio probando amaverat, nec non ut superbiam tantae civitatis compescendo humiliaret, Mediolanum armis atque gentium populis diversarum munitus, in fortitudine magna et brachio extento circumveniret. Quamobrem rex Otto II. velut leo commotus, cum Landulfo ineffabili gentium barbararum et militum strenuissimorum gente stipatus veniens Mediolanum, totamque civitatem machinis et diversis tormentis circundans, omni tamen sine bello consedit. Nocte denique eadem visio reverenda supervenientis, Landulphum longo labore duroque itinere confectum verbis suavissimis omnia inferni tormenta merentibus illi ostendens, et quam suavia loca atque praemia sempiterna illos qui Deum timent et operibus bonis fideliter usque ad finem perseverant et manent, ipsum perterritus. Propterea Landulphus divinis intrinsecus verbis exasperatus, Dei timore et beati Ambrosii reverentia 20 tactus, videns pro sui tantum honore populum, quem mature peritum audierat, civesque quadam pertinacia sibimetipsis hostes factos, et filios paulo antea sibi caros, nunc nequiter in gladiis coadunatos dirissimis in mortem saevissime paratos esse; cognoscens vidensque, quod illis ira regis et gentium in spolia hostium in quorum^b gaudientium posset evenire, omnino obrigit. Itaque convocatis aliquantis ex urbe nobilibus, rege tamen 25 primo ignorantie, postea vero durissime consentiente, pollicens illis omnes plebes omnesque dignitates atque xenodochia, quae omnia maiores ordinarii atque primicerius decumanorum, archipresbyteri et cimiliarchi huius urbis ecclesiarum tenebant, iure iurando asserens pactum usque detestabile pactatus est. Quod factum regem minime latuit; et quamvis multis ex causis in cives crudeliter maniaverat^c, tamen amicitia civitatis redintegrata per 30 plurimum gavisus est. Hoc facto Landulpho civitatem introgresso, rex Otto omnibus salutatis in partibus Liguriac secessit. Quo in tempore Landulphus omnes milites maiores, quorum virtute archiepiscopatum teneret, expoliatis iniuste clericis ecclesiarum, per detestandam investituram plebes illas dando sublimavit. Quin etiam propinquis quos in Carranensi oppido habebat, de beati Ambrosii archiepiscopatus bonis, quibus ipse fruebatur 35 indignus, quadraginta milia modios terrae fructuum, ut illos ultra omnes ditaret vicinos, per feudum dedit.

18. Veniens^d autem Arnulfus a magno Walpero quintus viriliter episcopatum regens, 998. morbus tamen Ottone, quem Walpertus unxit in regem, regali curiae Ottonis III. regis, filius Ottonis II., decenter secundum tempus serviebat. Erat enim Otto Ottoris filius se- 40 cundi a filio^e coniugali, mortua coniuge ex qua sibi filium masculum minime generat, alienus. Qui cum in castitate videns per humanam fragilitatem persistere se non posse, gravissimum dicens fore crimen, regem^f aut adulteriis sordidari aut fornicationibus coin- quinari: tandem Arnulfum, cum quo se de coniuge congrue consilliaretur, advocari pre- cepit. Itaque Arnulfus cum ante imperatoris faciem advenisset, rex e solo surgens hono- 45 rifice eum suscepit. Tandem consilio accepto, ad imperatorem Constantinopolitanum, ut filiam suam ultra omnes virginem splendidissimam sibi coniugio^g sociare, Arnulfum ineffabili thesauri argentique pondere honustum curialiter direxit. At Arnulfus omnibus affluens divitiae, cum in curiam Constantinopolitanam receptus tamen honorifice ab imperatore ad- mirabilique militum ac clericorum exercitu stipatus venisset, per aliquos dies moratus, 50 et cum suis omnibus ex longo itinere ac labore fatigatis recreatus, equum imperia- lem, quem Otto imperator Romanus sibi ad huius laboris solamen donaverat, substrato pallio admirabili, ferris aureis et clavis argenteis pedum unguis abrasis curiose aptari fecit. Igitur huius rei fama per palatia regis incunctanter volante, rem milites palatini

^{a)} sive B. ^{b)} ita A*. B. h. occisorum g. Bl. an iniquorum? W. ^{c)} misserat B. ^{d)} Titulu: Expl de Landulfo
35 archiepiscopo. Inc. de Arnulfo archiepiscopo. A*. De Arnulpho archiepiscopo et eius gestis. refl. ^{e)} ita codd. consilio
corr. Marat. ^{f)} regis B. ^{g)} s. in c. B.

inauditam audientes, universi coram imperatore more solito astantes, vehementer admirati sunt. *Emim hoc Arnulfus ad honorem Romani imperii, excellentiae atque magnificentiae regis Ottonis, totiusque Italiae fecerat.* Tandem cum Arnulfus archiepiscopus¹ magno ducatu militum stipatus, quos pellibus martullinis aut cibelinis, aut renonibus varis et hermelinis ornaverat, quibus imperator mirifice eum imbuerat, ab imperatore de filia eius² esset securus, et ipse ante faciem eius solus, astantibus multis episcopis et aliis summae magnaeque dignitatis, quibus ante praesentiam imperatoria sedere non licet, super cicotergitronum³ sederet, multis per interpretem rebus sermocinatis, quod intus Arnulfus erat foris apparuit. Interea imperator Arnulfum, ut secum venatum quasi ad depellendas corporum gravitudines iret, precatus est. Arnulfus autem voce benigna, primo paululum tacitus inter se cogitans ordinem episcopalem, in quibus exercere se debet, tandem dixit: *Ego enim, vobis si placet, qua hora meas venationes insequi solitus sum, meis armis meis que militibus crastino die mediante ad vos veniens praeparatus ero.* At imperator, de quibus armis quibusque militibus Arnulfus dixisset, minime per interpretem ipso balbutiente intellexit. Veniens autem Arnulfus die statuta, episcopalibus indumentis ornatus, cum stola, sine qua numquam foris aut in civitate ullis negotiis intervenientibus aut perturbationibus esse solitus fuit, et crisma, honorabilissimisque clericorum ordinibus vallatus, quos secum tulerat, et tribus cum ducibus, honorandus pervenit ad imperatorem. Quo viso imperator per multum inter se admirans, videns tantum virum in Dei opere religiosum, sapientem, discretum atque benignum, aliquantulum quod de venatione dixerat verecundatus, per omnia laudans atque magnificans ac grece sermocinando ipsum extollens subsistit. Quod factum Graeci episcopi, archiepiscopi, sacerdotes perplurimum, quod eo in tempore curiae insistebant, mirantes, erga Latinos tantam religionem minime fore credentes, permultum beatum Ambrosium benedictentes dicebant: *Deeens et competens ratio fuit, ut sicut nos beatus Ambrosius usque hodie divini ait alimenti sacratissimisque ammonitionibus vel suos filios lacte et melle verbi divini informat, sic dominus Arnulfus, tanti viri tantique patroni successor, suis nos exemplis modo colifizando informaret.* Interea imperator et Arnulfus cum paucis episcopis in unum convenientes, ex secretis tractaverunt consilii. Moratus autem Arnulfus per tres fere menses apud imperatorem, gratia regis adepta, serpentem aeneum, quem Moyses in deserto divino imperio admonitus coram filiis Israel exaltaverat, imperatori quaesivit et habere meruit, et veniens in ecclesia sancti Ambrosii ipsum exaltavit⁴. De quo sanctus Ambrosius in Exameron: *Et ipse sicut serpens exaltatus, devorat colubres Aegyptiorum.* Demum multis et magnis donis ex auro et gemmis dotatus, cum filia eiusdem, quam Romano imperatori traderet in coniugio, laetus et hilaris fere usque ad portum Barianum pervenerat. Ecce enim ex improviso vox humana regia, quam imperator cum ineffabili pondere auri et argenti Arnulfo et suae filiae donaverat, dicens: Ottonem imperatorem Romanum mortuum esse, insonuit. At Arnulfus vocem huiusmodi audiens, aliquantulum expavescens, viriliter universos exhortans voce episcopali omnes intuens dixit: *O fratres, vox enim haec fantastica ut nos terrefaceret venit; vox est illius, qui protoplaustos decepit, qui Redemptorem nostrum olim bis terque temptavit; de quo ipsa Veritas dixit: „mendax est ab initio et pater eius.“ Cui aliquis catholica imbutus fide fidem adhibere non debet. Itaque omnibus ambigibus omisis, ad portum salutis velis dimissis accelerare festinemus.* Tandem cum in portu per tres dies sederet, ut res erat in veritate compertum est. Propterea cunctis graviter congregescens-tibus, magnis magnisque suspiriis Arnulfus et regis filia cum omnibus suis ad patriam domum remeans separati sunt.

^{1002.} 19. Rex⁴ autem Otto III. cum Romae castrum Crescentii, quod ipse contra imperium suum erexerat opere mirifice constructum, per multos obsedit annos, ad ultimum castrum et ipsum Crescentium ingenio, non armis neque corporis viribus cepit. Quin etiam ipsum Crescentium, nobili progenie ortum, ocalis turpiter evulsi, ad ultimum omnibus⁵ membris detruncatis decapitari iussit. Post multum vero non tempus rex Otto cum gravi aegritudine oppressus cruciaretur, et omnibus medicis, qui eius curiae atque praeceptis

a) deest B. b) cicotergitronum A*. B. c) perplurimi qui Bl. d) Titulus: De morte Ottonis imperatoris. A* addit. et Stephaniae.

74) v. Giulini III, 9.

solicite serviebant, probatis, quorum medicinae aut antidoti regi nichil profecerant, fere ab omni salutis spe privatus, tandem ei^a a quadam cubiculario relatum est, quod Stephania uxor Crescentii de hoc morbo ultra omnes discrete sentiret. Quam cum rex sibi advocari praecepisset, cupiens eam bonis factis bonisque promissis a dolore sedare mariti, 5 grandia dona auri, et argenti illi repraesentari iussit. At Stephania caute aliquantulum de aegritudine eius sciscitans, durum habens sub pectore vulnus^b, medicinis Galeni aut Ypocratis sapientissimi quatinus regem ab inviso morbo liberaret, intromittere se finxit. Igitur Stephania cum per duodecim dies regem multis unguentis multisque experimentis fovisset, et sola aut cum ancilla intrandi aut exequendi facultatem haberet, videns se iam tempus 10 ad vindicandum maritum praeparatum carpisse, militibus convocatis palatinis quasi magno cum consilio omnibus dixit: *O milites, si salutem quaeritis imperatoris et eius vitam vobis necessarium fore videtis, eorum cervinum recente sanguineum cursu velocissimo mihi adducite. Est enim ad salutem regis valde necessarium. Operae pretium est, ut rex huic cervino unguentis multis peruncato curiosissime involvatur.* Quod cum milites praecepto 15 imperatoris urgente nichil mali suspicentes celeriter implentes corium duxissent, Stephania caute et occultissime eum unguentis toxico infuso illico perunxit. Itaque rebus his omnibus praeparatis, Stephania studiose haec omnia se agere simulans, veniens ad regem, multis militibus astantibus ipsum omnino nudatum corio illo per multum constringens involvit. Quo facto Stephania regi silentium imponens, diaetaque ordinata qua rex aleretur, 20 ad quandam decem carissimum se ire medendum simulavit. Et factum est, medicina quam ad regis esset vitam putabant, ad mortem inventa est. Quae omnia cum Arnulfus vir per omnia curiosissimus seriatim et studiose inquireret, ut Romae gesta erant, cuncta in veritate cōpererit. Igitur diversarum multarumque rerum in auro et argento ac palliorum diversorum mobilibus honustus, visitatis apostolorum reliquias multisque martyribus, 25 quibus Roma usque hodie ornata et honoranda a multis frequentatur populus, neconon apostolico salutato, ab eademque urbe discedens, iter quo Mediolanum repedaret aggressus est. Interea Arduinus nobilis et marchio altus, locuples in auro, sed scientia parcus, armis prudens, ingenioque gnarus^c, paucis consentientibus Italiae primatibus, Ottone iam mortuo quasi furtim in regem surrexerat. Hoc audiens dominus Arnulfus, paucis commo- 30 ratus diebus, sanctae Mariae ac sancti Ambrosii in auro et argento pallii et gemmis diversis honoratis ecclesiis, in Ronchalia cum omnibus Italiae primatibus colloquum statuit. Ubi cum diverse de regni negotiis tractassent, Arduini spredo domino, quod malis artibus usurpaverat, Henricum^d I. Teutonicum, scientia illustrem, armis fortissimum militumque copiis abundantem ac deditis affluentem elegit^e. Itaque Henricus I. convocatus est^f, 35 veniens in Italiam, fretus domini Arnulfi amiculis, imperium Romanum hostibus fugatis 1004. viriliter rexit et tenuit.

20. Veniens^g autem Heribertus Arnulfi successor secundi, viribus fortis atque fortiori 1018. insistens tempore, divina pollens scientia saecularique ingenio astutus, ad universa restauranda quae archiepiscopatus quorundam vitio inepte amiserat ecclesiastica sollicitus, in- 40 fulis praefulgens episcopalibus, cathedrae Ambrosianae sedibus viriliter resedit. In cuius tempore famae non tamen^h terribili per viginti tenens Italiani annos, populos universos invadens graviter arripuit. At contra beatius Heribertus divina intrinsecus motus misericordia, videns pauperes egenosque tantos, orphanorum ac viduarum copiam immensam, convocari ad se quinque pistoriae artis magistros praecepit. Quibus convoca- 45 tatis pauca divina eloquia, ut illos in Dei servitio animaret aperuit; et illis mercede pactus divina ob iura imperavit, ut die omni ac nocte, quamdiu famae in Italiae partibus maneret, omni alio labore intermisso, operi curialiter insisterent, quatinus mixturae panes et cereris octo milia per diem unamquamque sumo in mane suis consignarent ministris. Quin etiam cocos repraesentari ad se domesticos faciens imperando praecepit, ut leguminibus so a ministris receperis, et octo fabarum modios elimosynaris studiose ac curiose omni die in mane repraesentarent. Insuper autem omni mense circa Kalendas nummos multos ac novas

^{a)} desunt B. ^{b)} ignarus Bl. ^{c)} Alter cod. (i. e. A.) Conradum. Bl. ^{d)} c. e. desunt B. Alter cod. Conradus qui altero nomine Cyno o. Bl. ^{e)} Titulus: Expl. de Arnulfo arch. Incipit de Heriberto archiepiscopo. A'. De gestis domini Heriberti archiepiscopi Mediolanensis MXVII. vell. ^{f)} tantum Bl.

55 75) cf. Virg. Aen. I, 36. IV, 67. 76) Hoc falsum, eas demonstravit Giulini III, 23.

vestes propriis manibus dabat. Et factum est omni suas tempore vitae, praeter annos in quibus aut cum rege aut cum marchionibus aut cum duciis aut cum gentibus extraneis vel cum populo diversis occupatus negotiis insistebat, summa cum devotione assidue Deo annoente adimpletum est. Interea cum dominus Heribertus archiepiscopatum nequiter a multis ac varie dilaceratum virtute in magna recuperando viriliter reintegrasset, omnibus sibi rebus prosperantibus, 5 in cunctis negotiis episcopalibus provide ut bonus pastor oves restaurans, ac suo gregi graviter seculis imponens, strenue Deo vigilabat. Praeterea summa Henrici I. imperatoris ductus amicitia, quem rex ipse supra omnes mortales in regno ac consilii regi ministrandis fide regia sublimaverat, in Roncalia ob regni stabilimentum multis cum du-
cibus et episcopis tempore competenti colloquium decenter construxit.⁷⁷

21. Ea^b tempestate Eusebius Papiensis episcopus crucem tamquam metropolitanus ante portari faciens, copiosus et ab ipsa Copiosa oriundus, summo superbiae fastu elatus, Mediolanensis culmini praesulatus coaequari anellans, serotinus colloquo venit. Ut autem hunc dominus Heribertus eminus vidit, tactus dolore cordis intrinsecus, diu inter se tacite suspicans, demum mirantibus universis clara voce in medio infit: *Summe Deus aeternae, qui 15 omnia tua disponis sapientia, qui regibus et principibus legem, ut sui essent iuris contenti, sanzisti, nec non archiepiscopis metropolitani ac episcopis subordinatis, ut suis legibus spiritualibus a sanctis patribus editis et parochis sedule contenti permanerent, benigne ut medicus accuratissimus prorsignasti: homines isti, qui nimio iniquitatis zelo decus et honorem sanctae Ambrosianae metropolitanae ecclesiae obfuscare conantur, oblitus legis paternae ac 20 maiorum reverentia, unde procedunt? Enim qui condam sancto et reverentissimo Benedicto antecessori nostro de Papiensiis episcopatus consecratione in synodo Romana^c conquerenti iniuste causaverit, animum ducis ingerens, non patri affectum retinens, sine lege pastoris inilicte suo ad consecrandum domicilio usurpative attraxit, nec civitatem dilexit Papiam, unam et caritativam obedientium nostris antecessoribus habentem, cuius eccliam de filia 25 sibi ancillam colligavit^d, nec sancti Ambrosii sedem, ut sancti predecessores apostolici, patrio dilexit affectu. Unde dolores magni et duplicati cordi inhaerent meo, sanctam devotionem beati Iuventii et Crispini nec non et reverentissimi Epifani sedule cognoscens, quam in nostra ecclesia devote ut matrem sustentantes impenderunt. Qui cum nostro ecclesia, imperatorum et tyrrannorum saevitia olim pastore viduata, Dei adiutorio quandoque 30 sustentata florisset, ipsam benignis ammonitionibus et consecrationibus reforverunt, huius sanctae ecclesiae primiceriatum et omnium nostrorum episcoporum providentiae praerogativa^e habentes, praesertim quanti amoris quantaeque diligentiae sancto confessori nostro fuit Ambrosio, qui quamvis corporis molestia gravaretur, inibi sacerdotem in episcopo manu propria ordinare curavit. Quo auditio, animis omnium circumstantium magis ac magis 35 exardescitibus, qui multa saeva ac aspera praelia ob beati Ambrosii amorem, caede data immensa ac a Deo data victoria sustinerant, crux quam Eusebius sibi anteferri fastu superbiae praemittebat, ab ipso summa humilitate ac devotione debita coram omni multitudine refutata est; quae usque hodie, plurimum crystalli habens, in sanctae Mariae secretario in testimonio posteriorum decenter custoditur.*^f

1037. 22. Per^a idem tempus cum Conradus imperator Papiae, circumstante exercitu, imperialibus praefulgens dignitatibus consedit, universis qui ecclesiarum beneficia invaserant, aut qui homicidia iniuste commiserant, aut orphanorum aut viduarum praedia devastando contriverant, et omnibus qui iniuste a perfidis hominibus per aliquam causam cruciabantur, ut sui imperii vigor exigebat, secundum legem facere humanam et indicare 45 decrevit. Itaque conspiciens multos in Italiae partibus circumsperbos sine lege sine foedere omni dimisso timore inhumaniter invicem offendere, ut omnes a male in bonum revocaret, quatinus qui sine lege omnia habentes promiscua inilicte sese exercuerant, per legem districte iudicarentur, edicto per diversas Italiae provincias volante huic rei causa diem statuit. Quo auditio orphani multi viduaeque multae, quamplurimi duces multique 50

a) alter cod. (i. e. A.) Conon. Bl. b) *Titulus: De episcopo Papiensi et archiepiscopo Heriberto. A.* Qualiter episcopus Papiensis reprehensionibus Heriberti crucem quam premiseraf refutavit. refl. c) romano B. d) s. fecit a. c. B. e) *Titulus: De Conrado imperatore durissimo, et d. Heriberto archiepiscopo. A.* Qualiter Heribertus archiepiscopus ab imperioru Papio capitul. refl.

77) Et hoc colloquium et sequens narratio fictitia visa sunt comiti Giulini III, 160. Papiae tunc episcopus 55 erat Reinaldus; Eusebii nulla praeterea mentio extat.

episcopi, velut aqua in sentina. Papia ante imperatoris aspectum unusquisque de propria ¹⁰³⁷ conquerens iniuria confluxere. In quo loco, prout erat offensionis causa, alii restituebatur pro facti emendationes optimi auri libra aut argenti marcha, et alii, sicut rei causa habebat, iudicabantur secundum legem^b; quin etiam alii secundum legis pracepta manus truncabantur, alii oculi funditus eruebantur, postremo vero ab alio vita, qua est pretiosior auro, ense regio capite abscesso auferebatur. Interea quidam transmontanus ante imperatoris praesentiam, summa multitudine circumstante, de curte Leuci super Heribertum archiepiscopum conquestus est. Hoc auditio Heribertus hac indignatione turbatus neque respondere neque defendere sese paravit. Tandem e solio consurgens, huiuscmodi verbis, ut rex spatium per induciam daret, quæsivit. Unde multis conlactrantibus et regem in iram provocantibus, super Heribertum nimio odio zelati sunt. Itaque ubi hoc imperator cognovit, ira et malorum verbis commotus, oblitus quod cum Heriberto foedus foedaverat, ferali ira repletus archiepiscopo, ut lamentanti legem faceret, imperavit. Quo recusante, rex ipse e solio consurgens regio, ut Heribertus caperetur praecepit. At milites quantae dignitatis quantæque magnificentiae Heribertus esset cognoscentes, timentes manus in illum mittere, paulum sustiterunt. Demum Heribertus regem ad pristinam amicitham, qualiter in regno ipse eum adiuuaverat et strenue fecerat viribus omnibus, altis revocans verbis frustra laboravit. Venientes autem canes palatini et saevissimi Teutonici, qui nesciunt quid sit inter dexteram et sinistram^c, et iumenta multa, Heribertum detinuerunt. ¹⁸ Hoc facto omnis regis et legis vigor^d, iudicibus et ducibus omnibusque episcopis atque marchionibus per diversa quadam ira commotis ac perstrepentibus^e, dissolutus est. Quo detento, fama ad concives ac filios suos Deoque adoptivos pervenit. Propterea huius urbis nobiles sine mora per omnes Italiae partes, currentes, multos episcopos ducēs civitates sollicitando, consilium mirabile inierunt. Interea omnes Mediolanensem concives, ²⁵ maiores aetate ac minores, sacerdotes clerici ac matronae nobiles et sanctimoniales, omnibus ornamenti abiectis, cinere et cilicio induiti, corpora sanctorum ieumiis et orationibus litaniis et crebris vigiliis Deum supplicando visitabant. Et cum longa ieumia^f fere usque ad noctem ducerent, coccum quod comedere debebant, pauperibus summa cum reverentia tribuebant, quod velut filiis mortuis omnique substantia habitantium viribus iniquorum ³⁰ abrasa, tristi vultu et moerenti animo consistebant. At sacerdotes et monachi intimis suspiris magnisque lamentis singulos per dies letanias studiose celebrantes nudis pedibus, multis et magnis mysteriis supplicantes Dominum et beatum Ambrosium et omnes sanctos exorantes, incessanter fatigabantur. Sed Deus qui cuncta scrutatur occulta, cuncta ante quam fiant aperta cognoscit, videns omnes Heriberti fidèles concives, populos vicinos ³⁵ atque longinquos ad liberandum et vindicandum ipsum Heribertum usque ad mortem obstinatissimos, et ad caudem immensam super Conradum ac suos satellites animis et armis præparatos: ante tempus ad bellum statutum, sine bello et gentium utriusque partis strage Heribertum consilio abbatissae Sancti Sixti, quam ipse consecraverat, a manibus iniquorum liberavit. Cum enim Heribertus a Cunrado viro inido et odioso^g detenus fuisset, non ⁴⁰ tamen constrictus, ut alii dampnati solent, sed curialiter a Teutonicis munitus iuxta flumen quod Trebia vocatur, non longe a Placentia, Dei dispensatione atque ducatu venisset, papilionibus et ceteris ornamenti consentibus per aliquot dies moratus quievit. Interea Heribertus Teutonicorum gulositatem et animos vino deditos videns atque^h cognoscens, unum de fidelissimis domesticis tollens, quos secum habebat, ad abbatissam Sancti Sisti, ⁴⁵ cuius monasterium infra civitatem Placentiae situm est, studiose in omnibus quae volebat edocium direxit. Qui ubi omnia seriatim, quae Heriberto iniuste evererant, abbatissae commemorasset, et consilium quo fuerat doctus ei aperuisset: ut erat etⁱ consiliatrix prouida, accuratissime et tacite inter se rimari coepit, quo ingenio quoque consilio Heribertum a Teutonicorum manibus eripere et liberare posset. Itaque abbatissa videns Teu- ⁵⁰ tonicos vino nimio inebriari solitos etiam post coenam in nucleolis et majoribus nucibus optimo vino interiocare, ut ratio ferae gentis^j, et indiscrete et inconsulte delectari: hoc modo fallere eos desiderans, viginti onera carnium diversarum et decem plastræ diver-

a) iudicabantur B. b) l. q. e. a. s. desunt Bl. c) ita A*. iugum B. iugus Bl. d) romoti p. B. e) deest B.
f) ab imperatore B. Bl. g) v. a. desunt B. h) doctus B. i) ita coniectil V. D. Grotfend, utro fere ḡ codd. mos f. g. Bl.

55 78) proverbialis locatio, qua etiam III, 12 utitur, et Arnulfus III, 17.

1037. sorum vinorum cum multis frugibus ac diversis ad Heribertum magnifice misit, et sola accipiens illum secrete fidelissimum, quem sibi Heribertus miserat, tacite ac sapienter amonendo instruxit, quatinus in primo sero, quo apparatus Heriberto archiepiscopo representati fuissent, omnibus viribus operam darent, ut Teutonici nimia coena turgidi, illis studiose nubes atque nucleolos frangentes, in quibus delectari ut largius hibant soliti sunt, funditus inebriarentur, quin etiam omnes Heriberti domestici permultum sese bibere ac manducare simulantes, puri et a vino sinceri permanerent; demum sic facientes, et usque ad gallorum tertium et quartum cantum eos studiose et caute inebriando perducerent. *At cum iam nimia vini ebrietate temulenti Teutonici ac deebriati, hue atque illuc vina ad semetipsos fundentes, quid agant omnino ignorantes, et tandem fatigati vino atque labore militiae, sese in locis soliti prosterentes quieverint, tum cum suis clericis omnibus, dimissis mobilibus equis atque mulibus, dominum Heribertum clanculo in lecto quiescentem excitare, et veli nocte ipsum accipere, et equos a me deforis a castris praeparatos ipsum stipantes superascendite, et navi praeparata ad Eridani portum accuratissime omni depulso timore ipsum deducite.*

23. Hoc^a auditio Heriberti domesticus, tacito sub pectore rimans et huius rei eventum Dei manu commendans, ut erat edocitus omnes alios familiares fidelissimos accuratissime in his omnibus privatim animando edocuit. Factum est autem Dei dispensatione et eius misericordia opulante, omnia illa, ut praedixerat abbatissa Deo consecrata, sine caede seriatim evenerunt. Igitur Heriberti domestici cum multis donis multisque promissis in 20 Teutonicorum amicitiam devenissent, et illis multos ac diversos apparatus et vina diversarum specierum odore et herbarum virtutibus redolentia in primo sero praeparassent, ipsos in istis ultroneos delectantes, largissime inter cetera vina diversa propinantes, ultra modum inebriati sunt. Et cum iam nimia temulenti ebrietate in potatione fere usque ad noctem medianam persisterent, et uniusquisque suo compari ut magis ac magis biberet ope- 25 ^b ram daret, aureis et argenteis siffis⁷⁹ superiocantibus, nunc oculis torvis voceque terribili invicem minarentur, et modo vultu lacrimabili lacrimis largissime decurrentibus turgidi et a vino^c inebriati, quid agerent omnino ignorantes, et singula membra sua non servarent officia, huc et illuc sese prosternerent: Heriberti domestici haec cuncta videntes gaudio gavisi immenso, illos singulos in stratis bene ornatis velut mortuos portantes col- 30 locaverunt. Interea soporatis et bene facinatis^d Teutonicis, in quorum custodia Heribertus erat, fidelissimi eius cum iam tempus ad negotium statutum prosperis accelerare successibus vidissent, et Teutonici ebrietate nimia vini diversi perfusi, membris fere mortuis et omnino ebutati inhoneste quiescerent et terribiliter sterterent, sinceri et sui domini salute anxi secretissime Heribertum excitantes, ipsum renuentem, sine calceamentis, nemine 35 illorum sentiente, ab illis eum abraserunt, et equos superascendentes clanculo ad portum citissime pervenerunt. Iam enim navim concenderant; ecce Teutonici terribili garritu vocibusque dissonantibus nimio vini ardore bachantes, sua non lingua frendentes cursabant, ac velut torva animalia latratu saevissimo hue illucque discurrentia, nimio dolore vel sui percussione vel venatorum ingenio sagitta errissa vel catulorum amissione, quos 40 paterno et materno amore iam antea diligebant, pervolabant facibus multis ac magnis accensis, ac multorum ignium et palearum varietatibus discurrentes ululatum terribilem Heribertum querentes dabant. Demum Deo opulante sine caede, Teutonicis frustratis et inaniter laboribus, ac clericorum et civium precibus adiutus suorum, Heribertus summo cum gudio miroque honore magna reverentia ipso die a^e clero et a populo 45 universo receptus Mediolanum repedavit. Qui omnibus salutatis, animarumque ferculis recreatus^f, Deo et beato Ambrosio gratias agens immensas, civibus tripudiantibus universis, suis elimosynis ut vidimus adiutus et liberatus, viriliter resedit et feliciter.

24. Factum^g est autem, cum huius rei eventus ad Conradi imperatorem, qualiter aut quomodo actum fuisset, seriatim divulgaretur, virum cognoscens probum, consilio 50 militum strenuissimorum et peditum fortium, dominum auri et argenti copiosissimum,

^{a)} *Titulus:* De liberatione d. Heriberti archiepiscopi Mediol. A'. Qualiter Heribertus archiepiscopus a captivitate liberatus est. *rell.* ^{b)} a. v. *descendit* B. ^{c)} ita, i. e. *fascinatis* A'. B. *angustatis* Bl. ^{d)} ac B. ^{e)} regreatis B. ^{f)} *Titulus:* De obsidione Mediolani a rege Conrado cum aliis quatuor facta regibus. A'. Qualiter civitas Mediolanensis a Conrado imperatore ob fugam Heriberti obsidione concluditur. *rell.*

⁷⁹⁾ i. e. scyphis.

corde tactus humano omnia que ei intulerat mala corde tenetus reminiscens, vultu pallenti ¹⁰³⁷ obriguit. Tandem ut tyramnidem, quam ipse circa pectus versabat, crudeliter exerceret, tota cum civitate Heribertum in vinculis redigi cupiens et eius fautores, omnibus eorum filiis atque rerum substantia militibus suis in praeda donatis, obsidione statuta obnoxie ¹⁰ firmando decrevit. Igitur convocatis regibus quatuor⁸⁰, et coadunatis ducibus et marchio-⁸¹ nibus comitibus nec non episcopis omnibus, quos aut blanditiis aut terroribus illo in tempore habere poterat, et pedum multitudine ineffabili, ad Heribertum obsidendum totamque eius civitatem, minansque fame ferro et igne inextinguibili circumvenire, pervenit. Quod dum ad hoc peragendum negotium, a quo retrahi^a eum nemo poterat, circumfuso atque ¹⁵ circumsparsus exercitu Mediolanum pervenisset, iuxta fluvium quod Vitabis⁸¹ vocatur, si quod^b quandam omnes ultramarinas divitias cum flumine Lambro ab urbe usque in Padum sociatum nobis ut mater quotidie repraesentabat, ubi non longe ab urbe castris et tentoris ²⁰ infixis, fatigatus consedit. Unde per aliquot dies suum inibi recreans exercitum, ordinatisque signis atque legionum ducibus, in tertia die ut civitatem funditus demoliretur, omnes milites ac universorum peditum catervas ad praeliandum per unamquamque portam civitatis velut feras dimisi. Quibus dimissis, alius imperatoris amore, alius timore eiusdem, alius muneribus et donis atque promissis, alius spe praedae, alius civitatis opibus illectus, e quibus ipse suas animaverat gentes, alius ira odio civitatis imbutus, prout natura gentis suae exigebat, sonitu terribili inauditoque garriti proeliantes, primo aliquantulum cives terruerant, et continuo lanceas sagittas ceteraque proeliis congrua emitentes, incaute ex nostris multis feriebant. At nostri, ut erant edicti, portis et seris^c et anteportis turribus valde munitis, quod anteportale vocatur consitum ante portas et triangulare, hostibus introitum claudens, et turribus muratis trecentum decem⁸², quae in circuitu urbis ²⁵ ita densae erant, ut omnes^d qui eas custodiebant, ut vicini supersedentes^e confabularentur, valde munitis, primo iuxta archum triumphalem, quem^f Heribertus papilone superimposito et viris fortibus superimpositis mirifice armis munitionibus tormentis muniverat, exercitu hostium viriliter praeliantes obvici sunt. Et videntes tantam gentium multitudinem atque armorum inauditum audientes fragorem, ultra herbarum multitudinem eos extimantes, in primo ictu belli, cum hostes manu ad manum cursitarent, summo impetu ³⁰ tela emitentes aliquantulum sustiterunt. Interea nostri cum eos paulatim, qui in armis armorumque ictibus aut belli ingenio valerent, cognovissent, lanceis et ensibus, iaculis atque sagittis ceterisque bellorum ornamenti velut misera animalia eos ubique dispersos trucidabant. Cum autem eminus veniebant, unusquisque, prout diversarum terrarum erat provinciae voces dissonas emitendo, summo impetu in nos tres tela emitendo irruerat. ³⁵ Ob hoc enim nostri aliquantulum subsistentes, omnia telorum genera quae possunt emitti, ab inimicis detorta recipiebant. Itaque inimicorum telis callide exceptis, viriliter sua arma regentes milites ac pedites, ut a magistris belli erant edicti, certatum ut erant ordinati suum locum custodientes, competenter et caute certabant. Nemo sine consilio in-hoste feriendo irruerat; nemo suum terminum sine gravi hostium concursione aut vulnere de- ⁴⁰ serebat; nemo hostem, etiam si opportunum ad feriendum consiperet, solus ex suis exiliens percutere audebat. At ubi bellum in aliquam gravescebat partem, et pondus eiusdem supereminebat, non omnes, sed legio ad quam qui super turrim astabat signum faciebat, ordinatis signis statim subveniebant. Propterem adunati valdeque consticti hostes obnoxie iam secure irrumpentes, alius ensem regens, alius lanceam manu tenens, Teutonicos et ⁴⁵ ceteros hostes feraletes percutiebant; alius sagittis ceterisque tormentis ipsos percutiendo atque minundo perterrefaciebat, alius ferreis uncinis hostes quos ad se trahere poterat, trucidabat. Demum sic facientes, multis inimicorum ferro trucidatis, per aliquot dies equites cum equitibus, pedites cum peditibus proeliati sunt. At milites, quorum virtute atque animi scientia et corporis ingenio bella gerebantur, clangulo militibus audacissimis ⁵⁰ atque fortissimis centenis dimisis, ut hostes a quacunque parte possent invadere, modo a laevo latere modo a dextero, modo in prima fronte modo retro, maxime cum bello

^a) a quo eum nemo retrahere p. B. ^b) qui B. ^c) ita Bl. sedis codic. ^d) homines B. ^e) conseruentes B.
f) quod B.

⁸⁰) Edam supra tres reges Lamberto comites tribuit. ⁸¹) La Vecchiabia, de qua v. Giulini III, 305
55 — 311. Fumagalli, Vicende di Milano p. 297. ⁸²) imo vix centum; v. Giulini III, 301.

1037. laborabant, certantes quamplures occidendo, spolis omnino dimissis, cursu rapido equorum lora revertentes, regis exercitum undique conturbabant.

⁸³ 25. Factum^a est autem cum^b Eriprandus vicecomes^c, miles milenarius e^d regal prosapia oriundus, ingenio animi et corporis viribus ipsi regi praferendus, quasi gigas nostrorum exercitum multis strenuissimis militibus stipatus undique protegens, fortuitu ut^e 5 militibus in bello evenire solet, cuidam superbissimo Teutonico, imperatoris nepoti, Baiguierius nomine et ex ipsis natus, cum supervidendum hostium catervas cum paucis adiaret, obviavit; qui fidens viribus atque nimiae multitudini, se prius non gustaturum panem neque bibiturum vinum iuraverat terribilibus verbis affirmans, quam ipsa sua lancea manique propria civitatis fores ac eius seras ferreas feriret. Quibus visis atque cognitis, et animis 10 velut leones commotis, ardentibusque oculis frenudentibusque equis, quos ad bella decenter ut milites strenuissimi instruxerant, lanceis extensis immanem dantes fragorem concurrebant. Sed cum sese mutuo milites gravissimeque percuterent, fractis lanceis, equi et scuta velut tonitrua perstrepentes sonum teterimum dederunt; et ensibus ferire oblii, fere invicem unusquisque per nasale cassidio alterutrum tenerunt. Sic enim equitibus in 15 unam concurrentibus partem, dominos suos deducebant. Interea Eriprandus pro patria pugnans, pro qua mori desiderabat, pro sua ac gente triumphans, ense sub mentone posito, truncata lorica decapitavit superbum, David similis qui Uliam olim viriliter detruncavit. Quo mortuo, pedites urbani eum rapientes truncatum, ad dedecus imperatoris visceribus extractis, super arcum triumphalem ipsa viscera in propatulo expandentes mi- 20 serunt. De quo quidam ex nostris, primo cum regis exercitus innumerabilis more locustarum terram^f cooperiens circumveniret, scutis ambabus partibus ordinatis, incolumis quasi volando sese diecet. At rex Conradus ab omni spe frustratus, cum iam multos milites strenuissimos ac pedites innumenabiles contra votum amississet, se frustra per quindecim dies laborasse conspiens, dolore gravi dolori adiuncto, Dei ira multis gran- 25 dinibus tam sursum quam deorsum trucidatus, Papia tendens^g, graviter urbi minando au- fugit. Terrore Dei ac irae desper percutti, atque gladiis Mediolanensem potiti^h, amba- rum plagarum flagellis demoliti, nemine persequepta tanta angustia confusi fugiebant, quod multi milites multique pedites equorum pedibus attriti, morti sine hominum adiutorio 30 incurserent; inter quos Ugo marchio Transpadanusⁱ, qui multis cum militibus ad destruen- dam urbem in adiutorio Conradi concurserat, ab equo cadens, quem ex nimia gentium densitate nemo adiuvare potuit, ungulis equorum attritus et ipse morti datus est. Factum est autem, cum rex per aliquot Papiae dies sedisset, idem nimia ira imbutus, nescio quo

^{Mai. 29.} ingenio Coriopictae^j venisset, omnia habens promiscua, divina videlicet et humana, in tantum ut suorum equis ecclesias implere permetteret. In quo loco ira divina percussus, 35 et nurus sua, multis mortuis, fulmine defuncta est^k. Et idem tristis, omnibus elementis perosus, nurum suum^l balsamo perunctam secum deferens Teutonicam tetendit; ubi paucos moratus dies, gravi aegritudine detentus mortuus est.

^{Iun. 4.} 26. Post^m multum vero non tempus cives suorum victoria potiti inimicorum, ut genus agere solet humanum, hostibus hostes, amicis amici fidelissimi mala pro malis et bona 40 pro bonis reddentes, curiose effecti sunt. Quin etiam pacem cum hominibus habentes, cum iam inimici undique deficerent, gladios in semetipsos ferentes, hostes sibimetipsis effecti sunt. Enim huius causa belli duces, qui hanc urbem animi scientia, corporis virtute regere ac tutare solebant, per quandam negligentiam amissi dominio, fuerunt quondam; qui prout eorum dignitas atque nobilitas exigebat, per tempora in palatiis iuxta 45 ecclesiam sancti Protaxiiⁿ morantes, quicquid honestum erat, civitati curiose procurabant,

^{a)} Titulus: De Eriprando vicecomite et de Baiguerio rege. A'. Qualiter Eriprandus vicecomes Baiguerium Conradi ne- potem detruncavit. ^{b) c) d) e) f) g) h) i) j) k) l) m) n) o) p) q) r) s) t) u) v) w) x) y) z)}

potem detruncavit. ^{b) c) d) e) f) g) h) i) j) k) l) m) n) o) p) q) r) s) t) u) v) w) x) y) z)} rell. ^{b) d) e) f) g) h) i) j) k) l) m) n) o) p) q) r) s) t) u) v) w) x) y) z)} deest B. ^{b) d) e) f) g) h) i) j) k) l) m) n) o) p) q) r) s) t) u) v) w) x) y) z)} deest B. ^{b) d) e) f) g) h) i) j) k) l) m) n) o) p) q) r) s) t) u) v) w) x) y) z)} tenem A'. Papiam tendens Bl. ^{b) d) e) f) g) h) i) j) k) l) m) n) o) p) q) r) s) t) u) v) w) x) y) z)} petiti Bl. ^{b) d) e) f) g) h) i) j) k) l) m) n) o) p) q) r) s) t) u) v) w) x) y) z)} deest B. ^{b) d) e) f) g) h) i) j) k) l) m) n) o) p) q) r) s) t) u) v) w) x) y) z)} Titulus: Explicit de Conradi obsidione. Incipit de capitania obsidione facta super po- pulum libertatem parentum antiquorum vindicantem. A'. De civili discordia, quae fuit inter capitanos et valvassores ex 50 parte una, et populum Mediolanensem ex altera. rell.

83) dignitas iam tunc haereditaria quae in familie Mediol. 12 mill. abest, 5 a Buffalora. In campo nomen transiit, ut Giulinio videtur. III, 314. Filius iusta Mediolanum habent Ann. Hild. et 5. Kal. Iunii Eriprandi fuit Otto vicecomes, v. Giul. IV, 203. Conradus leges dedit in obsidione Mediolani. 86) Ob- 84) Hunc Anselmi filium fuisse de Monteferrato ar- bitratur Muletti, Saluzzo I, p. 341. 85) Corbetta, cuius in obsidione hoc accidisse narrat Wippo, a it 1038, Jul. 18. 87) dictam ad monachos; v. Fu- magalli, Vicende di Milano p. 270. Giulini I, 308. de curte ducis.

et quod incante fractum, studiose ac sapienter consolidabant, et quod iniuste actum in aliquo, continuo per aliquam causam emendare et satisfacere inuriantem procurabant. Praesidium erant orphanis, aditorium tribulatis, viduis subditi, parvulis nutrimentum, lex erant iniustis, iustitia perfida, timorque latronibus. Omnes enim mercatores et rustici, 5 aratores et bebuli, secure propria negotia agentes vicitabant, singula sua curantes; ecclesiastum et clericorum honoribus solliciti, prosperantibus universis, in pace vivebant. Non erat dignitas neque parentum munitione, quae^a aliquem adversus alterum iniuste agentem emendare, aut secundum ducum imperium renitentem defendere ac liberare curaret. Enim praeter tempora, in quibus regum bellis aut inimicorum catervis longe lateque dispersis 10 strenuissime ac decenter insistebant, pacem et gaudium humuiter ac devote fruebantur. At postquam nescio quibus de malis cuius iam tantum percrebrentibus, honorificentiam atque suarum dignitatum magnificantiam duces novitis^b capitaneis paulatim dederunt, maximis nudati honoribus, antiquorum et suorum parentum reverentiam oblii, in honoribus, cunctis annullati sunt. Itaque universus populus reverentiam et debitum, quod^c ducibus impendere solebant, paucis capitaneis, qui^d duces sublimaverant, exigeabant; maiora tamen civitatis ducibus manu et consilii adhuc regentibus, capitanei valvassores, ut securius nova dona tenerent, subelegerunt. Interea populus suorum malorum per diversos ac varios dominos mala videns creuisse, durius habens dominium suorum civium quam ducum quondam suorum, tentando eventus bellorum varios, ab illorum dominio sese defendere ac liberare dispositus.

20 Igitur Heriberto adhuc cathedram regente Ambrosianam, quem fortia ac grandia acta superborum principum et ipsius regis supradicti animi ingenio et militum sporum fortitudine viriliter correpsisse cognovimus, bella gravissima in urbe, populo adversus maiores pro libertate acquirenda proeliante, quam olim parentes eius ob nimiam hominum rariatem amiserant, crudelissime adorta sunt. Propterea factum est, ut in quacumque urbis 25 regione capitanei et valvassores populum superabant, inhumaniter^e ipsum trucidabant. At populus, ut solet sine misericordia iratus, magis mori diligens quam vivere inhoneste, ac dulcius iudicans mortem videre quam vitam summo cum dedecore ducere longam, ubiquecumque ipso armis et iaculis diversi vincebat, velut serpentes aut dracones crudelissimos per omnia mortificabat. Denique capitanei et valvassores sese in urbe videntes populo 30 resistere minime posse, existimans^f populum fame et ferro multisque necessitatibus per nimiam obsidionem devincere ac superare posse et antiquis redigi servitis, urbem secrete ac unanimiter exierunt. Quo facto populus videns vitam in manibus fore, magis armis sperans salutem quam ullis beneficiis, studio bellorum et ingenis animorum curiose diu noctu exardescens, paupertate fortis, pro acquirenda libertate fortissimus, divisi tis anxius, sed studiosior libertate, iacula ac tormentis variis diversisque munitionibus omnique ingenio, quo sese a civibus hostes iam facti mortales liberare possent, operam dabant curialiter. Erat enim dux atque illorum protector Lanzo nobilis et capitaneus altus, cuius consilio animi atque corporis exercitationibus cuncta regabantur negotia. Capitanei vero circa urbem antevardis ordinatis, civitatem ab uno milario diu noctu curiose vallantes, non ut cives sed ut hostes exercebantur. Quibus Marciani et Seprienses auxilia praestantes, sex oppida in circuitu civitatis construxerunt, et per tres annos omni die multis confecti bellis, innumerables occubuerunt. Quo in tempore si quem, ut in bello fieri solet, capere poterant, aut ipsum hostiliter interficiebant, aut in carcere obtrusus obscuro poenisque attritus diversis, omne quod habere 40 45 aut per se aut per amicos poterant, ab illo durissime extorquebant. Similiter et populus, si per aliquos bellorum eventus aut aliquo animi ingenio, corporis tamen virtute cooperante, de maioribus aliquos capere posset, quali populum poena trucidabant capitanei, tali poena pauloque graviori decentissime illos honorificabant. Itaque his et aliis rebus capitanei animati, non erat dies, in quo tempore ipsi ut dixi aut valvassores urbem non insaderent. Sed hacten murum ante urbis portas, quae per se quasi per naturam defendebant, balistas aut diversorum generum machinam timentes, quin^g ipsos formidantes cives serpentibus Ethiopiae duriores, accedere non audebant. Ea tempestate, si aliqui de populo tirones, iam facti fortissimi, animis fervidi ac ira ferventissimi, mori aut occidere minime recusantes, ipsos fortuitu insequerentur, aut ut hostes gravissime feriebant, aut semetipso

55 a) quem cod. Bl. b) ita A. novicier B. c) quem B. d) quos Bl. e) immaniter B. f) existimans B. g) quasi Bl.

defendentes in loca tutissima sese recipiebant. Nam enim civitas aliquot transactis temporibus fame, quae ferro durior est, fere rat consumpta, in tantum ut pane vinoque omnino careret, nisi quantum infra civitatis ambitum aratores poterant metere et vinatores poterant cultura diligent laborare; caro autem et pisces furtivi, homines vero macilenter, praelio leves, animoque fortes, belloque ardentissimi. Si intus eam videres, turribus atque palatis desertis iam minantibus ruinam, Babyloniam potius dices desertam quam Mediolanum, quandam regum sedes nobilium. Multis propterea e civibus clanculo fugatis, turres et civitatis murum, portas et anteportale et cetera civitatis munimenta, hominum exercitu mirifice ornata, studiose diu noctuque custodiebantur.

Idem per tempus Lanzo, ingenio providus, corporis virtute laudandus, negotiis militaris curiosissimus, in angustis pervigil, de hostium Victoria sollicitus, cum iam sibi a nullo ex civibus subveniri posse demum compumperisset ac ultra capitaneis et valvassoribus non posse resistere, mori paratus quam civitatem ac populum quamvis multitudine parvulum tamen fidei suae creditum hostibus tradere criminose: Dei et beati Ambrosii fretus suffragii, consilio tamen paucorum edocitus, cum Alberio, unus^a de valvassoribus, qui socius cum ipso in passionibus semper permansit, ad Henricum imperatorem, qui noviter, contra tamen Heriberti voluntatem, surrexerat, sperans se eius imperii pacem cum populo habere, auro et argento honustus curialiter tetendit. Qui cum in regis curia, ut nobilis ac de magna civitate oriundus, aliquantis cum militibus venisset, multis et magnis muniberis viris palatinis circumsparsis studiose, honorabiliter suspectus est. Interea a rege Lanzo per pauca de Heriberti prosperitatibus interrogatus; perplurimum vero de urbis negotiis sciscitatus, in his compatiens, aliquantulum considerunt. De quo enim Heribertus, quia Henricus de Conradi progenie originem duxerat, quem memorando supra meis retexui descriptionibus, a regno contra quod eius voluntatem sibi sumperat, omnino dissentiens, ut alium Roma cum Italia regem haberet, sollicite operam dabat. Quapropter Henricus ultra omnes ipsum ad sui imperii dignitatem sibi infestari pari assertionibus^b comperebant, eum cum omnibus suis militibus suspectum habebat. Et ut ad urbis negotia redeam, quae aliquantis passa est temporibus transactis, atque ommissis multis perturbationibus, breviter Heriberti voluntatem, qualiter nec fuit cum populo nec voluntatem maiorum iuvit, edicam. Igitur Heribertus cum animos capitaneorum ultra modum in primis luxuria avaritia certe risque malis artibus irrevocabiliter effrenes vidisset, et praedicationibus multis, ut decebat tanto viro, ipsos ut in patriis legibus permanerent, cottidie idem egisset, nec minis nec blanditiis adversus populum animari potuit. Qui Dei amore vincens et beati Ambrosii lacte cum populo nutritus, a magnis tamen parentibus altus, nec militibus qui urbem cottidie turbabant auxiliabatur, nec civibus ob sessis nocere studebat; et sic nec uni parti nocebat, nec alteri subvenire curabat. At rex Henricus cum sibi Italiam ob patris perfidiam infestatam multis cognovisset assertionibus, nec universa eiusdem Italiae sibi adversaria per Lanzonem ac urbe Mediolanensem suis posse imperii reintegrari, per interpretem dixit: *Quodsi Lanzo fide ac euangelio iure mihi turando firmaverit, quatenus infra civitatem Mediolanensem quatuor milia equites mei iuris sine malo ac pravo ingenio ad mei honorem recipiens immiserit, et illos usque ad mei adventum, in quantum potuerit, de omnibus imperii mei adiuuauerit inimicis, et fidelitatem ab universis civibus suis mihi facere iisdem assertionibus promiserit, universa quicquid de his negotiis poposcit, sub mei imperii pena circa tempus statutum implere non desinam, et omnes civium inimicos in eius et suorum voluntate committens, omni excusatione remota, fideliter trudam, et vindictam quamcumque in eis exercere voluerint, a me non recusabitur, et quibus pacem exercebunt, per omnia pacificus ero, et adversus quos bella commovebunt, gladius meus conteret eos.* Cum hoc Lanza audisset, et plus quam sperasset in mente sua cognovisset, ut erat vir magni ingenii magnaeque astutiae, alaci animo promptaque corde, sperans magna multaque facta ex his consilia facile adipisci, fide data atque accepta, temporibus ordinatis consensit. Demum salutationibus datis et a rege vale dicto, laetus quam citius potuit Mediolanum repedavit. Quo adventante, cum iam huius rei fama ad populi aures pervenisset, laetitia immensa et gaudium inextimabile coepit. Cum autem Lanzo Mediolanum venisset, concives honore decentissimo et laudibus immensis ipsum gratulanter suscepserunt. Eodem

^{a) deest B. b) assertione Bl. c) multa magnaque B.}

dic salutatione regis populo astanti universo data, et in paucis Lanzo multa comprehendens, domo sua quasi regia ab amicis et famulis receptus est. Interea Lanzo paucis commoratus diebus, ut vir conscientia discretus, animo providus et consilio astutus, cottidianis exercitationibus accuratissimus, universa quae ipse egit, quanti foret periculi suae parti adversariorum, animo extuanti revolvens trutinavit. Itaque primo aliquantulum sese pœnitens anteacta fecisse, secretissime convocatis aliquantis nobilibus, universa quae cum imperatore ob populi tutelam ac pacis stabilimentum egerit, seriatim notificando denudare sataguit; quinetiam quid augmenti vel quid detrimenti ipsi et uxores et filii ac ipsorum res a Teutonicis, gens sine consilio sine misericordia, passuri essent, ut quam citissime ad pacis unitatem cum populo omnibus antiquorum remotis negotiis venirent, ob quae ipsi usque modo pugnande hostiliter a populo exigebant, ostendisset, et dura ac aspera illis interserens verbis, quasi fatigatus consedit. Cum autem haec omnia para illa nobilium curiosissime universa perscrutando, ut gesta forent, a Lanzone comperisset, animis per plurima diu distractis diversa, tandem ut salubrius illis Lanzo daret consilium postularunt.

15 Igitur Lanzo, omnibus praevisis consiliis ac bellorum determinatis periculis, consilium dedit, ut civitatem quam ipsi impugnaverant, pacifice introgressi, quae pacis essent cogitarent, quae aedificationes suorum et Italiae totius forent, securius tractarent. De homicidiis vero ac rebus perditis, quae in talibus solent evenire desidiis, ab utraque parte, quasi lance quadam universa trutinans, iudicavit fore tacendum. Quid multa? Multis 20 demum probatis consiliis, cum uxoribus et filiis omnique substantia, reseratis tamen civitatis portis, vultibus illorum nimia verecundia in terra demissis, homicidiis et opprobriis paulo antea invicem cum populo condonatis, turbam introierunt.

27. Ea tempestate cum dominus^b Heribertus omnes fere iam visitasset civitatum beati Ambrosii suffraganeos, quorum gratia Italiam circuiverat, illos in omnibus bonis adhortans, Taurinum honorum agmine clericorum ac milium copia strenuissimorum valvatus devenit. Ubi cum per aliquot dies sedisset, cohortatus episcopum⁸⁸ et clerum civitatis, populum totius urbis, propheticis et apostolicis ammonitionibus, ut tanto decebat viro, quandam haeresim inauditem, quae nuper in castello supra locum qui Monsfortis vocatur, convenerat, audivit⁸⁹. Quod cum Heribertus audivisset, illico iussit ex ipso castro⁹⁰ hominem illius haeresis, ut verius rem ipsam cognosceret, sibi repraesentari. Qui cum ante eius vultum venisset, promptissimum gerens ad passionem animum, laetus si vitam supplicis gravissimis finiret, vultu alacri ad omnia respondere paratus astitit. At Heribertus cum ipsum tanta constantia paratum vidisset, seriatim ac studiose vitam et mores ac illorum fidem sciscitari coepit. Igitur licentia data ac silentio imperato, dicens Girardus adorsus est: *Deo omnipotenti Patri et Filio et Spiritui sancto gratias refero immensas, quod tam studiose me inquirere satagit. Et qui vos ab initio in lumbis Adae cognovit, annual ut sibi vivatis sibique moriamini, et cum ipso per saeculorum saecula regnantes gloriemini. Vitam meam et meorum fratrum fidem, qualicunque animo eu sciscitatis, vobis edicam. Virginitatem præ ceteris laudamus; uxores habentes, qui virgo est virginitatem conservat, qui autem corruptus, data a nostro maiori licentia castitatem perpetuam conservare kiceat. Nemo nostrum uxore carnaliter utitur, sed quasi matrem aut sororem diligens tenet. Carnibus nunguam vescimur; ieiunia continua et orationes indesinenter fundimus; semper die ac nocte nostri maiores vicissim orant, quatenus hora oratione vacua non prætereat. Omnem nostram possessionem cum omnibus hominibus communem habemus. Nemo*

45 *nostrum sine tormentis vitam finit, ut aeterna tormenta evadere possimus. Patrem et Filium et Spiritum sanctum credimus et confitemur. Ab illis vero, qui potestatem habent ligandi et solvendi, ligari ac solvi credimus. Vetus ac novum testamentum ac sanctos canones cottidie legentes tenemus. Cumque haec et multa alia Girardus ingenio acutissimo dixisset, quibusdam magna ac terribilia videbantur. Interea dominus^a Heribertus eius astutiam et*

50 *ingenium agnoscentes pravum, de singulis verbis quae ipse praedixerat, qualiter aut quomodo sentiret ac socii eius, evidenter aperire praecepit, et maxime qualiter de Patre et Filio et Spiritu sancto sentirent; et praeterea^c de singulis praecepit aperire. Quo auditio*

^{a)} Titulus: *De heretica de Monteforti, calidus argumentis alios sedentes. A: De Girardo heretico cum sotis de Monteforti heretica. rell. b) deest B. c) scisitatis B. d) deest B. e) deest B. f) postea B.*

^{88) 89)} 1011—1030 Landulfus sedet, cui successit Wido. 89) Cf. Rod. Glab. IV. 2. Anselm. Leod. 62—64. Terraneo II. c. 18. qui a. 1034 haec accidisse existimat.

Girardus laetabundus init: *Quod dixi Patrem, Deus est aeternus, qui omnia ut ab initio, et in quo omnia consistunt. Quod dici Filum, animus est hominis a Deo dilectus. Quod dixi Spiritum sanctum, divinarum scientiarum intellectus, a quo cuncta discrete reguntur.* Ad haec Heribertus respondit: *Amice, de Christo Iesu domino nostro, qui natus est de Maria virgine, verbum Patris, quid dicas?* Respondit: *Iesum Christum quem dicas, est animus sensu alter natus ex Maria virgine, videlicet natus est ex sancta scriptura. Spiritus sanctus sanctorum scripturarum cum devotione intellectus.* Heribertus: *Coniuges quare accipitis nisi ad sobolem procreandam, unde humanum genus nasceretur?* Respondit: *Si universum genus humanum sese coniungeret, ut corruptionem non sentiret, sicut apes sine coitu genus gigneretur humanum.* Heribertus: *Peccatorum nostrorum absolutio in quo est? in apostolico, in aut in episcopo, aut in sacerdote aliquo?* Respondit: *Pontificem habemus non illum Romanum, sed alium, qui cottidie per orbem terrarum fratres nostros visitat dispersos; et quando Deus illum nobis ministrat, tunc peccatorum nostrorum venia summa cum devotione donatur.* Heribertus: *Vita vestra quomodo in tormentis finit?* Respondit: *Si nos per tormenta a malis hominibus nobis ingesta deficimus, gaudemus; si autem aliquando nos ad mortem in natura perducit, proximus noster, antequam animam damus, quoquomodo interficit nos.* Cum haec omnia Heribertus auribus intentis audivisset, tacite mirans, ceteris autem sua capita nutantibus: si in fidem catholicam, quam Romana ecclesia tenet, et baptismum, et vere Filium Dei, qui natus est ex Maria virgine secundum carnem crederet, et illud esse verum corpus et verum sanguinem, quem sacerdos catholicus quamvis peccator per verbum Dei sanctificat, eum sciscitus est. Respondit: *Praeter nostrum pontificem non est aliis pontifex, quamvis sine tonsura capitis sit, nec misterium.* Quo auditu, ut fama illorum erat, rei veritas apparuit. Et mittens Heribertus quamplurimos milites ad illum Montemfortem, omnes quos invenire potuit, cepit; inter quos comitissimum castri illius in hac haeresi sentientem cepit^a. Quos cum Mediolanum duxisset, et per multos dies et per suos sacerdotes in fide catholicę eos reintegrari desiderans laborasset, timens, ne genus Italiae huic haeresi contaminaretur, perplurimum dolebat. At ipsi nefandissimi et a qua orbis parte in Italia fuissent eventi inscii, quasi boni sacerdotes cottidie tamen privatum rusticis, qui in hac urbe eos videndi causa converabant, falsa rudimenta a scripturis divinis detorta seminabant. Quod cum civitatis huius maiores laici compreverint, rogo mirabilī accenso, 30 cruce Domini ab altera parte erecta, Heriberto nolente illis omnibus eductis lex talis est data, ut si vellent omni perfidia abiecta crucem adorarent, et fidem quam universus orbis tenet confiterentur, salvi essent; sin autem, vivi flammam globos arsuri infrarent. Et factum est, ut aliqui ad crucem Domini venientes et ipsam confitentes fidem catholicam, salvi facti sunt; et multi manibus ante vulnus missis inter flamas exilierunt, et misere 33 morientes in miseros cineres redacti sunt.

28. Tempore^b quo haec agebantur supradicta, miraculum memoria dignissimum, nostrisque quod terris apparuit adhuc Heriberto corpore vitaque degente, et maxime quo circa hanc urbem Dei virtute nactum est, ac eius operante misericordia versatum est, calamo competenti edicam. Transectis enim annorum curriculis 25, in quibus 40 famis pestilentia fere terram universam attenuando gentes notas et ignotas invaserat, et Heribertus archiepiscopus venerandus, prout supra dixi^c in veritate compreiens, ab introitu sui honoris divina misericordia edocutus, elemosynas cottidie largiretur immenses, ut sui cursus finem Dei clementia approbaret, omnibus fidelibus et infidelibus diligenter ostendere curavit. Venientes autem aratores et bebuli cum^d terrarum sulcos 45 diligenter cura solito more superassent, et sulculi cultoribus suis simum ad debitum recipiendum per semina aperuissent, ut^e largius ac habundantius aratores semina sererent, quodammodo temporis amoenitate ipsos adhortante, magnis exercitiis magnisque laboribus in iis operam dederunt. Itaque seminatis seminibus fugatisque a coelo nubibus, cultores de die in diem certa rura manantes circuibant. Interē^f tantum a ventis siccatā, nec coelorum imbribus madida nec in iemalibus frigoribus desuper fusis pruinis astricta, sed pulverulenta quasi Aegyptiaca et infructuosa iacebat. Iam enim tempus trans-

a) ita B. l. q. c. c. i. i. b. s. c. A*. et Bl. post duxisset demum exhibent ita: et praes ceteris com. c. i. i. b. s.
b) Titulus: De famia periculo, quod per annos 25 Italiā molesta invasit, et d. Heriberti archiepiscopi elimosinis. A*. De miraculo fertilitatis d. Heriberti archiepiscopi tempore famis, quae per annos 25 duravit. r. et. c. s. v. p. s. d. 55
destituti B. d. deest B. Bl. e) et ut Bl. f) sata Bl. g) et terra Bl.

ierat, et agrorum cultores digitis semina fusoque pulvere discoperientes, ipsa sana et integra reperebant, ac si semper in vasis tutissimis ea servassent. Quibus visis seminibus omninoque ebetati ineffabiliter mirabantur. Igitur clerus et populus universus, matronae et pauperculae mulieres de Dei misericordia confidentes, orationibus, vigiliis ac ieiuniis 5 necnon elizosynis Deum et sanctos eius cottidie et indesinenter supplices humiliter exorabant. Quibus per plurimos dies fatigatis, Deus qui non patitur suos temptari ultra quam possunt ferre, clementiae suaem misericordia pietatis affectum^a, ut pater clementissimus, mitissime aperire ac pandere curavit. Cum enim, quadragesimale ieiunium termino concorrente suo finis^b, palmis ac olivis traditis fidelibus, accelerasset, et sacri baptismi 10 fontes secundum beati Ambrosii ordinationem, quam ipse Spiritu sancto amministrante ordinaverat, sanctificati fuissent, Dei misericordia patenter reserata, imbre copiosissimam nubes primo leniter stillas subtilissimas mittentes effuderunt. Quo viso quoque facto, summo tripudio universi laetantes ac diem sacratissimum summa cum devotione celebrantes Deoque gratias immensas referentes laetati sunt, gaudioque gavisi tripudiant sunt demum clementia 15 Dei ad^c messem, quantum ullo in tempore summae fertilitatis collecta minime est.

29. Cum^d rex autem dominus noster coelorum terrarumque creator Christus Iesus, qui omnia exaltat humilia omnesque superbos deprimit, diu ac tempora per multa Mediolanensis civitatem beati Ambrosii meritis super omnes Italiae civitates clericis militibus strenuissimis multisque sapientibus atque^e haedificiis imperialibus elevasset: in morte praecipitissimi sacerdotis atque archiepiscopi Heriberti, cum quo omnes ecclesiae Ambrosianae ac clericorum eiusdem honores abierunt, malorum civium meritis exigentibus, ipsam compescere et comprimere dispositus. Quod cum^f assidue congruentissimis successibus maxime cultibus divini religiosorum sacerdotum ac sapientissimorum ordinariorum copia in divinis perflorescente scripturis, ecclesiam prae caeteris Ambrosianam elevasset ac 25 sublimasset ecclesias, ipsos ordines, quos beatus Ambrosius ad Dei honorem ordinando instruxerat, meritis populi qui tunc aderat et futurus erat, in morte Heriberti quasi ad nichilum demolitus est. In tantum enim Dominus civitatem ipsam meritis tanti viri sublimaverat, ut si dux aut marchio Italiae totius iniuste aliquid adversus alium sive de minoribus sive de maioribus ageret, et nimia eum superasset vi^g, virtute, virga pastoralis ab 30 Heriberto missa atque in loco sive in mano fixa fuisset, unde orta dissensio erat, ab iniuriato humilibus^h precibus requa concordia, continuo non adquiesceret superbus, nec ullam vim alteri inferre, donec res ipsa legaliter discussa fuisset, minime audebat.

30. Cuiusⁱ in tempore lex^k sancta atque mandatum novum et bonum e coelo, ut sancti viri asseruerat, omnibus christianis tam fidelibus quam infidelibus data est, dicens, 35 quatenus omnes homines secure ab hora prime Iovis usque ad primam horam diei Lunae, cuicunque culpae forent, sua negotia agentes permanerent; et quicunque hanc legem offenderet, videlicet tregua Dei, quae misericordia domini nostri Iesu Christi terris noviter apparuit, proculdubio in exilio dampnatus per aliqua tempora poenam patiatur corpream. At qui eandem servavegit, ab omnium peccatorum vinculis Dei misericordia absolvatur.

31. Cum^j enim dominus ac noster redemptor atque salvator omnium Christus Iesus per multa iam tempora antecedentia beati Ambrosii omnes ecclesiasticas ordinationes, quas ipse culti divino ad Dei honorem opere decentissimo, prout cuicunque rei competebat, ornaverat praeidis^l, atque miraculis suaem maiestatis dextra exaltaverat, quasi haec omnia oblivioni iam tradita fuissent, in baculis gloriose summi antistitis Ambrosii per 45 summum miraculum tamen tempore beati Heriberti archiepiscopi declarare curavit, neconon in quantae reverentiae quantaque diligentiae universis fidelibus, qui modo sunt et qui futuri sunt, Ambrosianicos actus omnes forent, inaudito et inviso miraculo humiliter propalare curavit. Evenit itaque, quod baculi sancti Ambrosii, cum quibus tamen iuncta virga pastorali poenitentiales et ipse in ecclesia Dei trahere, quamdui in hac vita vixit, solebat, furtim per latrocinium casu sublati sunt. Quibus a sacrilegis fractis, argento et auro, e quibus baculi erant circumdati honore et reverentia beati Ambrosii decoratis, sacrilegi

a) m. et p. affecta A*. Bl. b) deest A*. fini Bl. c) dedit Bl. d) Titulus in codicibus: De reverentia, quam omnis Italia d. Heriberto sedulo (ac devote addit A*) impendebant. e) deest B. f) dum B. Qui d. Bl. g) vi deest A*. e. vi vir virtute A*. B. vi aut virt. Bl. h) humili B. i) Titulus: Incipit de tregua Dei excerptum, quod Hierosolimis 55 apparuit. A*. De quodam, quod Hierosolymia apparuit. A**. Bl. De quodam. B. l) i. quidem s. B. quodam l. s. Bl. l) Titulus in codicibus: De miraculo (mirabili A*) baculorum sancti Ambrosii. m) prodigia Bl.

ligna eorum nudata in quodam turpissimo secessu, ut amplius minime invenirentur clanculo immiscerunt, auri vero et argenti lamas cuidam aurifcae artis magistro, simulantes haec quibusdam Allobrogis emisse, ut semotim delinquarent, aurificis mercede apretiata, contulerunt. Igitur fornace iam accensa^a et sacrilegia superstantibus, aurifex auri laminationes^b super candescentes carbones manu tenens misit. Quibus missis maleque aquisitis carbonibus superimpositis, continuo imperio Dei fornace urgente, ab igne prossilierunt. Quas magister ac sacrilegi colligens, in fornace easdem super carbones curialiter misit. Demum ignis, voluntate divina operante, ipsas gravias laminationes^b emisit. Tandem magister commotus, primo omnino ignorans, qua de causa ista insolito advenirent, quod amplius non viderat, arrepto malleolo nimia ira commotus universas in unum constringens laminationes^b ignem misit in ipsum. At Deus cum iau. beati Ambrosii meritis furtum per sacrilegios actum pandere curaret, et ultra illorum perfidiam non patiens, super magistrum et super sacrilegos laminae sonum grande ferentes et terribiliter salientes apertissima Dei ira ipsos in vultibus misere combusserunt. Quae visio omnes qui ad haec videnda iam antea convenerant aurificis domestici ac vicini eiusdeum, ut erant laminac venerandae testificantes, sacrilegos ipsos dentibus stridentes voce grandi vocitabant. Itaque convocatis aliquantis huius urbis nobilibus, carcere obscuro, ubi damnati solebant concludi, poenis attriti diversis durisque vinculis colligati redacti sunt. Quin etiam induciis usque mane illorum vitae donatis, aut illis quomodo adiunvensent ratione apertissima confiterentur, aut lignis altissimis suspensi durissime punirentur. Enim hoc sacrilegium nec a custedibus secretarii factum esse erat compertum, nec civibus ullis reseratum. Quid multa? Sacrilegi proculdubio cognoscentes sese morti subito incursuros, si quod Deus paulatim fidelibus beati meritis Ambrosii reserabat, ipsi omnino denegarent: paucis convocatis sacerdotibus, fide pro salute illorum accepta, unversa qualiter ipsi egissent seriatim illis aperuerunt; quin etiam locum ipsum, in quo per semetipsos ligna^c eorumdem baculorum immiserant, verbis apertissimis narraverunt. Hoc auditio sacerdotes nimia reverentia commoti fere angustiati sunt. Interea quidam animo cupient clericus cursu velocissimo ad locum tetricum et a sacrilegii praedictum, ut ligna videret, non ut inde ipsa traheret, cœcurrit; qui introspiciens, ligna ipsa erupta ac pendentia vidiit, ut nec a coeno cordidabant nec ab ulla parte tangebantur. Cum autem hoc in veritate, quod clericus invenerat, sacerdotes inventissent, convocato populo universo continuo haec omnia seriatim notificaverunt. Itaque populus omnesque clerici Deo et beato Ambrosio gratias referentes immensas, cognoscentes haec ut erant facta per ordinem, laetati sunt. Et baculis usui pristino reintegratis, auro argentoque circumdati, ruptura quam maligni fecerant non apparente, in Deum gavisi sunt.

1045. 32. Revolutis^d annorum multis curriculis, in quibus dominus Heribertus cathedrae Ambrosianae decentissime ac pro tempore in cunctis ecclesiasticis officiis strenuus ut operator floruerat, summa pars nobilium maiorum militum, quae usque ad illud tempus ecclesiae ac clericorum tutamen fuit, ad se vocari praecepit. Qui haec beneficia ecclesiistarum ac beati Ambrosii episcopatum commendans, pro quibus multoties viriliter pugnaverat, quam magnifice eos adhortabatur et dicebat, si pro beneficio ecclesiistarum a perfidis librandis morti opprimerentur, tantum illis valere, quantum mors sanctorum illis valuit. Denum cum iam sui corporis cursus temporaneae fini accelerare vidisset, multis praediis multisque castellis primicerio suisque omnibus sacerdotibus decumanis ceterisque ordinariis maioribus et minoribus dedisset, multisque monasteriis pro universorum christianorum animabus maximeque pro Ambrosianae ecclesiae defensoribus ac dilectoribus nec non et sua ordinatis, aliquamdiu tamen aegrotus quievit. Interea convocatis sacerdotibus ac diaconibus, summa cum devotione omnium peccatorum poenitentia accepta atque confessione coram omnibus facta atque absolutione a sacerdotibus per impositionem manuum Spiritu sancto cooperante donata, sanctam eucharistiam humiliter ac devote suscepit. Hoc facto laetis sacerdotibus et levitis ceterisque qui aderant exitum beatiae animae psalmis venerabilissimis expectantibus, ut Deo eius animam et angelis commendarent, mortem temporaneam, non aeternam, fretus Dei et beati Ambrosii subsidis expectabat. Dum haec agebantur, Ubertus qui et cancellarius eiusdem erat, oculis lacrimosis crebrisque suspiris

a) i. a. deest B. b) lamas B. const. c) deest B. d) ligni B. e) Titulus: De morte domini Heriberti archiepiscopi Mediolanensis (Med. deest B.) MXLV.

omnia quae dominus Heribertus sibi fecerat bona reminiscens, graviter tristabatur. Quem 1045.
cum Heribertus voce qua poterat, per omnia ob quae ploraret inquireret, ille respondens:
*O venerande pater, Italiae honor, orphanorum pater, clericorum tutamen, sacerdotum orna-
mentum, viduarum, pauperum et mercatorum protector, usque modo ecclesiae totius Ambra-
sianae tam longe quam prope, tam in divinis quam in humanis virilis defensor; quo pergis?*
Cui, pater, qui tibi conequari poterit, dimittit nos? Ad haec verba nisi quo poterat Heri-
bertus respondens dixit: *Frater carissime, si me umquam dilexisti, noli contristari; ego
enim ad pedes beati Ambrosii mei et vestri patris securus pergo.* Migravit autem^a beatus
et dominus Heribertus ad Dominum 17. Kalendas Februario 1045, et sepultus est ad Sanctum ^{Is. 16.}

10 Dionyxium, cuius monasterium et ecclesiam ipse ad Dei honorem et beati Dionyxi exaltans magnificavit et multa praedulis multisque honoribus eam ditando et honorando sublimavit.

33. Post^b cuius obitum cum solaris annus fere decem menses generi humano more Sept.
solito amministrasset, et dominus Heribertus cura diligentia humatus fuisset, et aureus solis
15 Christi^c axis aestate se iam vertente calore amissio suo cursu solito recedisset^d, servata
lege temporis, in quo omnium hominum corpora anima amissa ultra modum putrescere
humani generis fragilitate solent: monachi quos ipse imbi ordinando consecraverat, quadam
ira commoti, maxime quia bona quae dominus Heribertus ecclesiae sancti Dionixii
et illis donaverat, a perfidis sine iure et sine lege invadebantur, discooperientes ipsum
20 archiepiscopum Heribertum, ut illi quasi sese lamentarentur, summo lapide quo cludebatur
eruderato civium visibus ad spectandum dederunt. Erat enim beatus Heribertus tantis
revolutis diebus post obitum eiusdem vultu candido, oculis paululum apertis, qui ante
omnia membra solent mortuis marcesci hominibus; manus eius ita virgam pastoralem,
quam vivus ipse erexerat; tenebat, quasi anima eius adhuc esset in corpore; stola vero
25 et omnia episcopalia, e quibus ut tanto decebat viro indutus erat, ita sana et nitida ful-
gebant, quasi in capsula tutissima permanisset. Igitur huius rei fama per urbem volante,
universi cives nimia ira commoti, quasi fulminibus multis atteri ac grandinibus multis
devastari sese viderent, cursu velocissimo ad sancti Dionixii monasterium concurrentes,
monachos omnes quos invenire potuerunt, sine ulla interrogazione, ut populus solet sine
30 misericordia motus, verberibus multis ac manu dilaceratos fere usque ad mortem trucidar-
unt. In altero vero die miro honore cleri et populi, omnibus perditis restauratis ac
invadiscentibus in populo universa refutantibus, quasi noviter migrasset ad Dominum, in eodem
loco circa Kalendas Octobris conditus est, et ferro et plumbu a quatuor partibus eius sar-
cofago colligato, usque ad diem Domini in pace Deo opitulante quiescat^e.

35. 34. Cum^f omnia ad suum vadunt interitum, ac dilapsa sumu non iterantur^g cursum,
saeculi fine cuncta ad occasum volente, et summis diu stare negatum fuisset, summa et
divina universa coelestia et humana regente praescientia: clerici Ambrosianus fere ipsa
cum ecclesia, quae per multa tempora clericorum suorum conatus ynnis ac symphonis
curiose ante Deum cotidie consonantibus magnifice steterat, nec non militum et populi
40 virtutibus inter ceteras virtutes longe lataque floruerat, in recessu beati Heriberti quasi
pastore destitutus, civium malorum meritis tam clericorum quam laicorum saevissimis
dissidiis intervenientibus, fere ad nichil redactus esse perspicitur, in tantum et in tam
parvo tempore ita anichilatus est, ut si ipse sanctus Ambrosius modo superveniret corpore,
nec clerum nec civitatem ipsam testare fore, in qua cum adhuc viveret episcopatum
45 rexisset. At cum reminiscor, e quanta magnitudine quantisque honoribus clerum ipsum
negligentia sui cecidisse, e quibus beati Ambrosii ecclesia lucidissime ac diu perfloruit,

a) enim B. ubi alia manus s. XV. in margine haec posuit: Ante sepulcrum Heriberti in facie parietis in lapide tales sunt
versus: „Hic — ipsa.“ Vide Arn. II. 20. b) *Titulus*: Qualiter monaci Heriberti sepulcrum reserantes, posse X menses
ipsum sic splendidum invenerunt, ut cum migraret existaret, B. et cum viventem existimarent A*. Bt. De eo quod mo-
nachii sancti post multos dies reservati sunt corpus beati Heriberti. A*. c) id codd. d) recessisset B. e) in B. ea-
dem illa manus s. XV. addit in margine: Hoc sepulcrum Heriberti ictu fulminis eversum est die 23 Augusti anno 1403
et reservatum. Quod videntes monaci eius reliquias in altore in ianuam transferunt. Sieque in illo sepulcro iacuit annis
358. Postea vero dominica prima Septembrio anni 1403 dominus Matheus Canchanensis primicerius et ordinarius de
mandato d. Petri archiepiscopi illius ossa iterato in illum tumulum transulit. f) *Titulus*: Incipit de ordinibus sanctae
55 Mediolanensis ecclesiae, tam in Deo quam in seculo, tam in studiis divinis quam humanis, tam in clericis nutriendis
quam in parvulis et orphanis aleandis, tam sacerdotum virgulis et analis, quam laicorum omnium edmonitionibus. A*. A*.
Bt. De ordinibus Mediol. eccl. in studiis divinis et humanis, tu nutriendis clericis, parvulis, orfanis aleandis, ac sacerdo-
tibus imbuendis. B. g) illa B. intrant A*. Bt.

lacrymis modo perfusis velut filius de sua matre et mortua deplorans, cuius auxilio cuiusque sustentaculis ceterisque nutrimenti aliut fuerat, multisque singulis pectus conquisantibus meum, quae meis evenire temporibus, non per omnia sed per aliquas particulas posteris, ut se a talibus custodire elogiar.

35. Sed^a priusquam^b ea in quibus animus intendit dicam, paucas ordinationes quae 5 usque ad exitum domini Heriberti mire constitutaे fuerunt ac nitide permanserunt edicam; sed numquid secundum quod prae ceteris eminentis valebat, posteris fidelibus narrando ac scribendo quivero ostendere? Minime certe; nam ut omnia non omissam, ab ecclesiarum rectoribus ac magistris, qui ipsos et populum in dilectione Dei et proximi rexerant, et qualiter in divino officio studiose insistebant, et subditos ut curialiter cultibus divinis die 10 ac nocte operam darent adhortabantur, enucleatus pandere et aperire curabo. Igitur ecclesiae beatae Mariae, quae huius archiepiscopatus secundum Domini caput exiit et Deo annuento semper existet, quae Hyemalis usque hodie vocatur, ut beatus Ambrosius ordinaverat, archiepiscopatu^c vita et nomine venerandus Wibertus praecor. 15 preebat, qui cantu ac scientia Ambrosiana funditus doctus, necnon divinarum literarum peritia praeditus, cottidi, ferulam superius et inferius corio ornata manu propria tenens, omnes cura vigilantissima custodiebat. Quem ordines omnes tam maiores quam minores clerici ex debito ut patrem timentes et ut fratrem amantes venerabantur. Cottidie enim regebat et emendabat officia ecclesiastica, et si opus erat, puerorum ordinem aut per se aut per magistros viros corripiebat. Intentus maxime circa ipsos quos ad sacros ordines recipiebat, tam de urbanis quam de plebeis, adjuncto tantum primicerio studiose singulos sciscitantes, si cantu lectione ac aliis bonis moribus ornati fuissent, necnon si essent sine crimen, si unius uxoris viri, aut virgines, aut si in virginitate permanere possent, aut cum uxore degere valerent. Si autem in virginitate uxorem aliquis non habens permanere non posse fatetur, humanam ac fragilem naturam sciens restringi non posse nisi Dei misericordia adiutus, continuo in testimonio honorum virorum secundum legem humanam, licentia a pontifice accepta, uxor tamen virgo illi despousabatur; unde apostolus: *Qui se non continet, nubat*. Et unusquisque excepta causa fornicationis suam uxorem habebat; qua accepta non minus venerabatur et amabatur, quam si sine uxore idem degeret; quoniam qui sine uxore vitam in sacerdotio agere videbantur, viris uxoratis ordinis utriusque, 20 ne ab illis in honeste circumvenirentur, semper suspecti erant. Usus enim ecclesiae totius tam Latinæ quam Graecæ per tempora multa sic se habebat: sacerdos, qui unius uxoris vir inveniebatur ac suae domui ac familiae bene profuisse a fidelibus compertus fuisset, ad episcopatum summa cum devotione multis fidelibus laudantibus promovebatur. Qui cumque enim ex clero concubinarius inveniebatur, cuimcumque ordinis foret, ultra non 25 promovebatur; indicantes gravissimum peccatum esse, de quo dicit apostolus: *Qui adhaeret meretrici, unum corpus efficitur*. Qui autem nec aetate nec scientia nec bonis moribus pollebant, ut studiose a magistris quae necessaria erant discerent, benigne adhortabantur, quatenus ad hoc officium recipiendum quandoque Deo volente venirent, meliusque informati apparerent. In choro vero archidiaconus et archipresbyter, unus ab una chori parte, 30 alter ab altera, chororum ipsum regentes religiose, ut psalmos ymnos cantus ceteraque divini cultus officia ordines ceteri psallasserent, curialiter die ac nocte insistebant. At si eorum unus in honeste aut cantaret aut legeret aut staret, aut mussitando in choro alterutrum verbosaret: aut sese continuo a vitio in quo peccabat emendabat, aut extracta interula in secretario virgis ab archidiacono velle nollet emendabatur^d. Non erat enim 35 homo qui ipsum de eius manibus eripere auderet, quamvis ille qui scopabatur aut de marchionibus aut de comitibus aut de capitaneis natus fuisset. Itaque officia ecclesiastica in omnibus timore ac reverentia horum religiose ac curialiter die ac nocte celebrabantur. Nullus enim sine candida toga chorum intrae audebat, nullus sine capitulo birri capite velato intrare chorum audebat, nullus horum in honeste gradiens intrare audebat, nullus 40 balbutiens lingua de aliquo officio sese intromittebat, nullus clericus indumentis diversis vestiebatur, nullus laicalem habitum aut in birro aut in vestibus aut in calceamentis sumere audebat. Quid multa? Omnes ita vivebant in dominibus propriis, quasi in alienis, circa divina officia solliciti, circa usus ecclesiae et suorum accurassimi. In tantum enim in

a) *Titulus. De ordinationibus.* b) *Et postquam II.* c) *Ita codd. sed bene in A. Blanco teste recentior manus correcti* 33 *archidiaconis;* v. *infra III, 21.* d) *peccabant, emendabantur A', ubi em. a. e. i. s. v. a. a. v. n. dabant.*

clericali habitu longa saeculi vetustate ac usitazione, multis transactis temporibus, vultu, habitu, incessu erant nutriti, ut si aliquem chori Ambrosiani totius in Burgundia^a aut in Teutonica aut in Francia literarum studiis deditum invenires, etiam non ultra vidisses, de huius ecclesiae usibus aliquantulum notus sine mora huius esse ecclesiae affirmares.

5 In eadem denique ecclesia ferulae decem, unaquaeque suum et proprium ordinem erga subditos die ac nocte custodientes, a magistris studiose regebantur; quarum duas extra chorum manentes, a magistro beati Ambrosii scolae et a vicecornite, laicus laicos et ipse regens, tenebantur. Sacerdotes 24 ordinis maioris, diacones 7, subdiacones totidem, notarii multi, lectors ecclesiae pondus portantes docti cantu lectione psalterio 18^b.

10 Praeter horum ordines 12 sacerdotes decumani, videlicet ordinibus de decumanis viri boni testimonii bonaequa famae. Hii officium praestabant in yemali ecclesia, et haec in aestate agentes, quae necessaria erant populo manicanti^c. Custodes 16 boni viri ac in omnibus ecclasiasticis officiis curialiter eruditi. In scola sancti Ambrosii decem viri clerici, tamen cum ipsis mulieris iam senescentes, vestibus corporis et capitis ornamento mutatae totidem, panem et vinum pro populo universo cottidie offerentes. Hii omnes cottidie Dei servitio et beatae Mariae ac urbis universae persistentes, suum officium per singulos dies Deo et populo desideranti persolvebant. Scolae vero, ubi cantus magistri ad docendos pueros cottidie conveniebant, in atrio ante ipsius ecclesiae regias duas erant, quae ab archiepiscopo, cum opus erat, mercede data nummorum, scolares a magistris emenda-

20 bantur.^d secundum quod Ezechiel propheta dicens affirmat: *Extra portam interiorem gazo- 40. 44. philacia cantorum.* In atrio interiori, quod erat a latere portae respiciens ad aquilonem, philosophorum vero scolae diversarum artium peritiam habentium, ubi urbani et extranei clerici philosophiae doctrinis studiose imbuebantur, erant duae, in quibus ut clerici qui exercitus tradebantur curiose docerentur, longa temporum ordinatione archiepiscoporum antecedentium, stipendiis a camerariis illius archiepiscopi, qui tunc in tempore erat, annuatim earum magistris honorifice donatis, ipse praesul multoties adveniens, saeculi sollicitudines a quibus gravabatur, a se depellebat, ac magistros ac scolares in studiis adhortans, in palatii sese demum recipiebat Ambrosianicis. Praeterea senodochia, e quibus alia suscepient clericos peregrinos, alia mulieres tantum pauperes et peregrinas, alia infan-

30 tulos qui ante ecclesiae ianuas a parentibus qui eos nutrire ac fovere minime valebant nimia paupertate attenuati, mittebantur, et mercede ac stipendiis obstetricibus ordinatis pueriliter alebantur. At sacerdotibus universis hanc urbem incolentibus magister praeerat, qui primicerius et coepiscopis vocatur, cui urbis totius ac plebarum omnium sacerdotes humiliter ac devote obediebant; quibus ipse quamvis de populo natus, tamen Deo et ho-

35 minibus carus, pro tempore in loco qui presbyterium vocatur congregatis, divinae legis ac fidei catholicae mandatae curiose docendo pandebat. Qui etiam subditorum meritis exigentibus, saepe prout Deus illi administrabat, Dei dilectionem et proximi caritatem, sine qua nemo placebit Deo, ceteraque arma iustitiae, quibus armati stare possent ac adversariis resistere valerent, aperiebant. Praeterea enim cetera sacerdotalia officia, quibus

40 curialiter decem praelati supradicti insistebant, sacerdotes omnes urbani virginem cottidie praeter quadragesimam devote in manibus deportabant, quae rotunda atque levigata honore decentissimo rectitudinis et apicem irreprehensibiliter tenebat, et ab omni macula polita, inferius lamina circumdata, clavum acutum stringens, vim regiminis ipsis sacerdotibus ostendebat, quatenus virgae illius rotunditas, rotundam et conglutinatam caritatem ac per-

45 fectam mutuo Ambrosiani sacerdotes haberent, administrabat. Quicquid enim sanum est et rotundum, scissuram non habens, perfectum est, de qua divina scriptura clamat: *Deus non habitat in scissuris montium;* et caritas quae multitudinem peccatorum cooperit, una et perfecta est, de qua dicit apostolus: *Caritas patiens est, benigna est, non querit quae 1 Cor. 13. 4. sua sunt, non aemulatur, non agit perperam, non inflatur, non ambitiosa, non cogitat malum, non irritatur, non gaudet super iniuriam, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, caritas nunquam excidet;* de qua dicit Gregorius^e: *Qui sine caritate virtutes congregat, quasi ventum in pulverem portat. Caritas quam Deus erga humanum genus habuit antiqui parentis peccato emersum,* ipsum hominem

^a burgundia B. ^b ita Blanco teste A. et Beroldus, *Moral. Ant. IV*, p. 861. XXVIII. rett. ^c quae ei erant decunt B.

^d u. enim dabantur B. ^e i. e. immersum.

⁹⁰ ordinarii enim per nestatem in eccl. sanctae Tecla officio fungebantur. ⁹¹ v. supra 1, 3.

factum in cruce levavit; et caritas quae in cruce Deum levaverat, ipsa homicidis Iudeis
 Lcc. 23, 34. indulgentiam seminabat, dicens: *Ignoscet illis pater, quia nesciunt quid faciant.* Ac eadem
 sanctum Stephanum caritas amaverat^a. Per hanc enim caritatem invicem serviebant,
 Grl. 5, 13. de qua dicit apostolus: *Per caritatem invicem servite.* Unde Veritas ipsa: *In hoc cognoscent
 omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad invicem.* Clavum in virga defe- 5
 rebant acutum, ut peccatores et sceleratos verbi Dei disciplina sedule ac devote stigila-
 rent. Unde sapiens Salomon loquitur dicens: *Verba sapientis quasi stimuli, et sicut clavi
 in altum defixi.* Recta erat virga, quoniam sub episcopum populum Dei regebant. Recta
 erat, quia scripturarum rectitudinem tenere debebant. Recta erat, quia fidei catholicae
 regulam per rectitudinem bona operationis ac perseverantiae tenebant. Recta erat, quia 10
 senes sustentabant per sustentamentum bonae praedicationis, iuvenes refovebantur per
 correctionem disciplinae. Recta erat virga, quia subtilis acuto ferro terram scindens, corda
 dura a peccatorum mole gravata ad penitentiam revocans stimulabat; de quibus stimulus
 dicitur per Salomonem: *Verba sapientis quasi stimuli, et sicut clavi in altum defixi.* Recta
 virga erat illa, quam ad similitudinem virgae illius nostri sacerdotes in manibus defere- 15
 bant, de qua Dominus suis discipulis ait: *Nolite ferre aurum nec argentum aut in zona
 aeneas, nisi virgam tantum^b.* Recta virga erat, quae tempum virgae illius gestabat, quae
 olim virgas Aegyptiorum magorum Pharaone astante rege durissimo devoravit. Quoniam
 sicut Moysis virga dixit Dei operante magorum illorum fantasias virgas anichilavit, ita
 nostrorum sacerdotum virga gentilium idola annulavit, et eas illico aurium auditio christi- 20
 colas fidelissimos ad Deum convertendo effecit; de quibus David manu fortis in Domini
 persona dixit: *Populus quem non cognovi, servirit mihi, obauditus auris obedivit mihi.* Beata
 et recta virga nostrorum sacerdotum, cuius similis in mundo, in canto, in ornatu, cete-
 risque cultibus divinis minime habetur, quae illius virgae tempum tenebat, quae olim po-
 pulo Israelitico petram Oreb percutiens aquas fluentissimas venis largissimis manantibus 25
 propinavit. Recta virga illius sequens imaginem, quae quondam populo Ebraico, cum
 iam salutis sue, Pharaone et exercitu inseguente, iam iamque desperasset, per Moysen
 spiritu Dei operante mari ter percesso ter aperuit, et Pharaone cum eius^c exercitu,
 undis animi^d clausis, mari submerso, viam salutis ignea columpna antecedente aperuit.
 Ps. 41, 7. Unde et recte prophetarum eximus David dixit: *Virga enim tua recta est, virga regni
 tu^e*; et item: *Virga tua et baculus tuus ipsa me Domine consolata sunt.* Si enim eos in
 sanctorum natalibus maxime ad psallentium, quod apud Romanos vocatur processio, super-
 venires, vestibus nitidos, honestate ac devotione laudabiles, magis dices episcopos quam
 sacerdotes urbanos. Ordinarii vero archiepiscopum antecedentes, diacones, subdiacones,
 sacerdotes et quamplurimi notarii diversis ita splendebant ornatis, quasi angelorum chori 35
 multis cum Dei virtutibus hominis formam habentes apparerent. At layci omnes unum
 dominum, laicum tamen, habentes, qui baculum ferulae uni, unus qui decem regebat
 sacerdotes, ita venerabantur, quasi Dii essent apertissimi; de quibus propheta: *Ego dixi,
 Dii estis et filii Excelsi omnes.* De quibus ordines universi tam clerici quam laici, cum
 opus erat, emendabantur. Et cum negotium aliquius rei exigente aliqua gravescente mo- 40
 lestia, vel ut iuvenum vel maiorum vita resecarentur, universi ordines Dei amore virgis
 aut sacris ammonitionibus devote emendati invicem consolabantur; de quibus virgis et baculis
 propheta dicens clamat: *Virga tua et baculus tuus ipsa me Domine consolata sunt.*
 36. Interea^f omnes urbani sacerdotes in manibus dexteris anulos cotidie deferebant,
 quatenus ecclesiae sponsos sese ostenderent, et divinarum literarum peritiam habentes, 45
 sincerae fidei signaculum et expressio veritatis omnibus fidibus religiose apparerent.
 Unde^g beatus magister et doctor Ambrosius in tractatu quem ipse super Lucam scripsit,
 VII, 231. s. 232. dixit: *Anulus quid est aliud, nisi sincerae fidei signaculum et expressio veritatis. Qui autem
 anulum habet, et Patrem habet et Filium et Spiritum sanctum, quod significat Deum^h, cuius
 imago Christus, et dedit pignus Spiritusⁱ in cordibus nostris, ut sciamus anuli^j istius, qui 50
 in manu est datus^k, signaculum, quo cordis interiora factorumque nostrorum mysteria
 signantur. Igitur^l signati sumus, sicut et legimus: Credentes in quod^m signati es sis Spiritu
 sancto. Cetera vero clericalia ornamenta nec non et calceamenta ab omnibus laicorum*

a) an animaverat? W. b) neque v. vulg. c) iam B. d) utrinque Bl. e) Titulus: De anulo. f) ut B. cui m.
 e. d. desunt. g) quia signavit nos Deus ed. Par. h) spiritum ib. i) hoc a. ib. k) m. datur esse s. ib. l) mi- 55
 nisteria ib. m) Ergo ib. n) C. inquit s. ib.

ornatibus evidentissimis argumentis erant diversa. Et auream mediocritatem retinentes, vicinis cari et civibus universi dilectissimi, in cunctis prosperabantur negotiis et in omnibus obediebant disciplinis. Dei enim amore ac antiquorum parentum remedii in urbe huius non erat, qui omni anno secundum posse suum non reciperet sua in domo summa cum devotione ad reficiendum duos sacerdotes aut quatuor aut duodecim aut plures, at-tendentes illud euangelicum: *Qui vos recipit, me recipit, et qui me recipit, recipit eum, qui me misit.* Et ut prophetae mercedem acciperent, magna cum humilitate et caritate ipsos recipiebant³². Itaque his et aliis misericordiarum multarum elimsynis, si quid ^{Mat. 10, 40} offense³³ laicis inhaerebat, et sacerdotibus illos moribus bonis imbucentibus solvebatur. Caritas quae multitudinem peccatorum cooperit, universos omnibus bonis affluentes ut mater tuebatur. Praeterea aetas sine bellorum incursionibus gentium vicinarum aut hostium extraneorum motionibus, in viris aut mulieribus perfecta integra atque iocunda erat. Et quamvis per paucula tempora antecedentia otio vacabant, libidini aut variis cupiditatibus minime insisterbant. Tanta enim circa virorum et mulierum praecordia erat constantia, ut nemo nisi suam uxorem aliam cognosceret. Et prius, quod incredibile videtur, triginta annorum viri et mulieres erant, quam sece negotiis coniugalibus traducerent; unde homines ac feminae integri fortes atque perfecti, si inventiret hominem duorum pedum aut trium, hunc non hominem, sed monstrum iudicabant. Aetas integra sana ac opibus universis habundans; tempus habile, pacificum, iocundum, amoenum, caritativum atque salubre nobis in omnibus gentibus, quorum in nostris finibus resonabat.

EXPLICIT LIBER SECUNDUS.

INCIPIT LIBER TERTIUS.

1. Quandoquidem multa mei animi desiderium per diversa trahere conantur, et multis mei animi vel ordinis quassatus tribulationibus, quas ipse iniuste a malis christianis, 25 si fas est dicere, perpessus sum, ad ea quea ego iam meis tabulis cardinalibus ad posterorum tutelam denotata esse recolo, ceteris praetermissis quea occurunt causis, incessanter redire curabo. Sed quoniam ecclesiastici ordinis multos quodam fastidio nequissimae pigritia taedios cognosco, qui in posteris multa sacrarum scripturarum rudimenta ostendendo tradere potuissent, quibus sece a pseudosacerdotibus defendere ac liberare 30 potuissent, minime operam dederunt. Qui dum falsas prædicationes per simulatam castitatem ac facta ieunia, caritatem habere sece omnino simulantes, donis, privatis divitiis,

a) in robis secundis secundus addit A*. b) in quo omnium malorum fomentum, iniquitatum diversarum argumentum regna discordie, omni dimisso amore omnia spreto timore inter clericos et ecclesiasticos, inter laicos et laicos, levitas et levitas, senes et senes, sacerdotes et sacerdotes, episcopos et episcopos, sedem Romanam duobus tenentibus pontificis 35 bas, apertissime ministrait. addit A*. In quo de discordie clericorum tractatur, quea ex prædicationibus Arialdi ac Landolfi est exorta ad instantiam Anselmi, qui postea fuit papa Alexander II. addit A*. B.

92) Hoc confirmat Nazarius quidam in Andreae v. Arialdi c. 6. de sacerdotibus dicens: *Quos ego in domum meam ad benedicendum eam voco, iusta meum posse reficio, et post haec manus deosculans manus offero.* Ceterum de moribus sacerdotum longe diversam Andreae Vallumbr. apponere libet relationem c. 3. *Erat enim tuni ordo ecclesiasticus in tot erroribus seductus, ut ex illo viz quispiam 45 existeret qui in suo loco veracter reperti posset.* Nam alii cum canibus et accipitribus huc illuque peregrantes, cum venationi lubricas famulatum tradebant; alii vero tabernarii et nequam vilici, alii impii usurarii existebant; cuncti fere cum publicis 50 uxoriibus sive scortis suam ignominiose ducebant vitam, omnesque quea sua erant, non quea Christi quaerebant. Nam quod sine genitu dici vel audiiri nec potest nec debet, universi sic sub simoniaca haereti tenetebantur implicati, quatenus a minimo usque ad maximum nullus ordo vel gradus haberet posset, nisi sic emeretur quomodo emitur pecus. Et

SS. T. VIII.

10

in domibus viduarum aut in angulis platearum praedicantes, gladios acute subministrant
Ps. 10. 2.
Matth. 10. 5.
 acutissimos; de quibus prophetarum eximus^a: *Ut sagittae in obscuro rectos corde; dentes*
Matth. 7. 15.
eorum arma et sagittae, linguae eorum machaera acuta; de quibus Dominus: *Attendite a*
cf. 23. 24.
falsis propheticis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium. Alligant onera gravia et impor-
 tabilia, digito autem suo nolunt ea movere; solvendos ligant, ligandos solvunt, et piae-
 dicatione subtili viduarum in quadam plurima bona diripiunt; de quibus beatus Ambrosius
 in sermonibus dicit: *Nihil interest apud Deum, utrum vi an circumventionibus quis res*
Math. 23. 23.
alienas occupet, dum quoquo pacto teneat alienum. Et item propheta: *Veh vobis, qui deci-*
matis mentam et ciminetum et anetum, et percutitis pugno impie. Hi sunt enim, Veritate
 attestante, qui provocant iram Dei, de quibus sanctus Gregorius: *Deteriores sunt qui pro- 10*
vocant iram Dei, quam qui merentur; a quibus civitas Ambrosiana multa per tempora
 libera, modo malorum civium meritis obessa, divinarum literarum ac scieutiarum multa
 murgaritis velut porcis projectis, contaminata et maculata est. Ecclesia enim Ambro-
 siana Domino annuente sapientibus sacerdotibus levitis ac subdiaconibus super ceteras
 Asiae abundabat ecclesias; unde in proverbium dictum est: *Mediolanum in clericis, Papia 15*
in deliciis, Roma in aedificis, Ravenna in ecclesiis. Sed multotiens advenire solet, ut
 quanto sapientiores sunt multis, tanto suis exercitiis posteris minus providentes, hanc
 miseram vitam quasi indocti et imbecilles per silentium misere transcurrunt, et qui vigi-
 lando, laborando et scribendo aliis prodesse potuerunt, ut animabus suis quandoque sitiens
 tibus aquam preepararent vivam, minime satagerunt; de qua caritate et misericordiae 20
Ioh. 4. 14.
 aqua Dominus ad Samaritanam loquitur dicens: *Qui bibit aquam, quam ego do, fiet in*
eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Sed ego homo quamvis tantillus, angustis et
 tribulationibus lassatus, fretus ut credo posteriorum meorum meritis, qui haec videntes
 cognoscent me ad suarum dignitatum laborasse honorem, ad inceptum festinare aggrediar^b.

2. Igitur^c preefinitis ad determinatis archiepiscoporum nostrorum causis, quas ego 25
 multo sudore multoque labore antiquos sciscitando omnes, veritatem tamen amantes,
 curiose repperi, ac civitatum Italiae totius librorum paginas rimando fere scrutatus sum,
 et prout potui multa in brevi comprehendens, meis cartulis subscripsi; nunc ad historiarum
 seriem redeam, quam legis peritus aliquis, prout fuit et in veritate comperi enarrare.

1045. 3. (2.) Aliquantis^d diebus post preeclarissimi Heriberti decessum transactis, ciuium uni- 30
 versorum collectio adunata est. Ob quam causam ciuitas coadunata sit, mihi narrare
 operae pretium est. Civibus enim convenientibus in unum tam clericis quam laicis, lon-
 gas solventes orationes in populo, quatenus de acquirendo et eligendo archiepiscopo con-
 sidererentur, quapropter quatuor maioris ordinis viros sapientes optimae vitae bonaet
 famae elegerunt, quibus electis, universae ciuitatis ordines ipsos ad imperatorem Henri- 35
 cum, qui noviter surrexerat noviterque populum ipsum a maiorum manibus liberaverat,
 summa cum diligentia direxerunt; et hiis imperatori representatis, ipse discrete provi-
 deret consilii rimatis, quatenus unum de istis quatuor archiepiscopum laudando, anulo et
 virga pastorali confirmaret, quem confirmatum ciues maiores et minores indubitanter tene-
 rent. Factum est autem, Wido imperatoris fretus amniculo, qui et ipse consilium arca- 40
 num domini Heriberti criminose imperatori denudaverat, ipsos cum paucis subsecutus est.
 Cum enim in curia regali electi diacones Widonem vidissent, taciti intrinsecus ob pactum
 quod ipse cum imperatore fecerat, singulo de se desperante, huius eventus rimati sunt.
Iul. 18.
 Quid multa? Ventus est dies statutus, in quo imperator archiepiscopum suis cum omni-
 bus primatibus laudando confirmaret. Itaque ordinarii et capitanei ceterique per iussum 45
 ciuitatis qui cum ipsis iverant, cum ante imperatoris praesentiam astitissent, et negotiis
 verbis loculentissimis, ut natura dabat, multis episcopis et primatibus astantibus, ornate
 denotassent, freti maiorum suorum dignitatibus et consiliis, tandem considererunt. Quibus
 imperator respondens, inter cetera aliquantulum dubitans, videns viros sapientes discretos
 atque affabiles doctrinisque affluentibus, inter se tacite Guidonis et horum causam diu 50
 rimari visus est. Tandem voce propria Guidonem retro post omnes ibidem astantem
 ante vocavit; quo vocato, universos percunctari coepit, si archiepiscopum vellent? Qui
 tertio dixerunt: *Petimus, volumus, desideramus.* Ad haec imperator: *Si ex toto corde*

^{a)} de q. propheta B. ^{b)} ita corresp. Bl. h. i. ad quem f. a. A*. A**. b. ad quem f. a. B. ^{c)} Titulus: Recapitu-
 latio. *Hic titulus deest A**. Bl. qui sequens caput secundum dicunt et sic deinceps. ^{d)} Titulus: De electione Guidonis 55
 archiepiscopi. ^{e)} quibus B.

petitis, vultis, desideratis, Guidonem accipite. Hoc auditio clericis ac laici omnes minime in 1045.
 primis haec audire cogitantes, vultibus pallidis voceque submissa renuerunt. Quo auditio
 imperator ipsos sciscitari coepit dicens: *Quod festum hodie celebratis?* Responderunt:
 „*Sancti Materni.*“ *Quis fuit iste Maternus?* Responderunt: „*Primicerius nosfrorum lecto-*
rum.“ *Cuius prospiae fuit?* Responderunt: „*Cuiuscumque prospiae sit, suscepimus eum.*“
Ita, si cuiuscumque sit suscepitis et Maternus vester fuit archiepiscopus, hunc Guidonem
probum virum suscipe. Igitur finitis ac praecordinatis consiliis, quae imperator partim
 private partim publice cum Guidone curiose egerat, in omnibus ipsum magnificatum ac
 per omnia sublimatum direxit Mediolanum. Cum autem Guido venisset Mediolanum, cuius
 fama negotii paulo ante urbem supervolaverat, usu antiquo ac imperis imperatoris urgente-
 bus, honorifice ac devote^b suscepimus est. Qui per viginti Ambrosianum archiepiscopatum
 pacifice regens annos, prout tempus exigebat, omnia clericalia ac saecularia officia curia-
 liter ac devote, ut suus antecessor, custodire et magnificare sataguit. Qui circa saecula-
 ria colloquia secretisque in consiliis astutus, circa proferenda verba vero facundus, in
 13 divinis autem perparum eruditus. Interea ordinarii omnes, quos ipse multis beneficiis
 multisque honoribus a dolore animi et a corporis indignatione, quibus antea in curia re-
 gali famose imbuti fuerant, sedare ac mitigare minime potuit, ut desidium super ipsum
 obnoxie exerceretur, verbis in honestis cottidie, tamen populi timore secrete, detrahebant.
 In tantum enim illorum animi ira, odio, ambitioneque detestabili erant imbuti, tabescentes
 20 que serviebant, ut quadam die cum ad celebranda divina mysteria mirifice ornati, prout
 gradus uniuscuiusque postulabat, cum ipso Guidone ante beatas Mariae altare seriatim
 venissent, malo suorum omne et posterorum tam maiorum quam minorum, cum suorum
 veniam peccaminum a Deo summis cum lacrymis exigi debebant, Dei iram provocarunt.
 Omnes enim relicto solum archiepiscopo quasi daemones sanctis sparsis thimatibus fugien-
 tes, populo spectante et mirante universo, durisque subsannationibus stridentes evane-
 runt. Quo facto, pluribus perfusis lacrimis, prout potuit Guido mysterii solempnia cele-
 bravit. O zelum nequissimum! O invidia crudelissima! O ira scleratissima! An igno-
 rabatis, Luciferum ipsum, quem Deus super omnes angelos scientia claritate ceterisque
 dignitatibus sublimaveraf, nimia invidia honoris Dei irrecuperabiliter cecidisse? Saltem
 30 vel beati Ambrosii reverentia, cuius cathedram quamvis indignus ipse regebat, et episco-
 porum reverentia ac ordinum vestrorum et ecclesiae totius orbis, animique vestri inten-
 tionem propalare timuissetis. Vestris enim peccatis exigentibus, dum putasti illum virtu-
 perare, cum ipso non post multum tempus sine misericordia cadentes redarguemini.
 Verberasti illum verbis et subsannationibus multis, et vos popularibus flagellis verberabi-
 35 mini innumerableibus. Vos tabescente invidia volvisti ante Deum vestra confiteri peccata,
 at Deus ipse, qui yobis non parceret, vestra reserbarit flagitia. Reliquis vestrum archi-
 episcopum ad altare Dei solum, ut apertius eum malis artibus opprimeretis; et Deus ante
 theatrum, populo astante crudeli, male aptatos pessimeque tractatos vos frustra nomen
 Domini invocantes relinquet.

40 4. (3.) Ea^c tempestate dominus^d Guido Romae apud Romanum pontificem Leonem, ipso-¹⁰⁵⁰
 que Leone concilium multis cum episcopis regente, qui antea Papiae synodus clementer
 celebraverant, accusatus est. Qui cum magnifice, multis sapientibus clericis ac strenuis-
 simis militibus honoratus^e, accusationes quasi plumbō ipso in consilio multis ac diversis
 rationibus oppugnasset^f, et cuncta canonibus aliquique argumentis inimicorum callidas
 45 superasset insidias: ecce subito suis altercantibus domesticis et archiepiscopi Ravennatis,
 asserentes quod Ravennas archiepiscopus a dextro latere apostolici super Mediolanensem
 sedere semper deberet, bellum gravissimum ortum est. Quo peracto, Deo annuente
 ecclesia Ambrosiana per Guidonem sedem ipsara viriliter devicit, et religiose hodie
 et semper tenebit. Et miles quidam Anselmus nomine, dum graviter in honore Dei et
 50 beati Ambrosii bello in illo manu in dextera vulneratus fuisset, ita ut aperte amitteret
 ipsam, altera die omnino incolumis beati Ambrosii meritis apparuit.

a) *deest* B. b) a. d. *deest* B. c) *Titulus:* De altercatione sedis Ambrosiana et Ravennatis. A. De a. A. ecclesi-
 et R. in curia Romana. B. *Bl.* De ecclesia Ambrosiana et Ravennati in audience Romana. A". d) *deest* B. e) b.
 a. q. p. i. l. e. m. *deest* A". f) *opulasset* A".

1057. 5. (4) Qua^a tempestate Anselmus de Badagio^b, quem Guido ipse in sacerdotio paulo ante consecraverat, omnes ordines tam maiorum quam minorum sacerdotum ob quandam obedientiam cunctorum ordinum, communis quam vis parentum et sui usurpare quaerebat, multis malis multisque praeliis in honeste sollicitabat^c. Itaque ut Guido his malis finem imponeret, trans montes ad regem dicens Anselmum, ut ipse huius causa negotii diacrete iudicaret, tefendit. Tandem rimatis negotii multis, concilio sane a Guidone accepto, ut civitas tota pacem haberet diutinam, lite ab Anselmo inreirando dimissa, imperator episcopatum Licensem ei attribuit^d. Erat enim Anselmus in sermone potens, divitiis affluius, qui et ipse sancta Dei euangelia circa tempora convenientia polite populo reserando praedicabat. Factum est autem, cum Anselmus Licensem frueretur episcopatu, 10 Guido septem diacones ad opus ministerii Dei et praedicationis eius per omnia sapientes bonique testimonii consecrando elegit. Et singulo per siagulam dominicam de adventu lucidissime praedicante, huius^e rei fama ad Licensem Anselmum volitavit. Quod ipse audiens ineffabiliter indignatus seseque quasi leo perstringens, intusque extuans, ira atque odio ductus est, et quasi ursa in cavea ruminans verba non intelligibilia fundebat. Propter 15 pterea nimio commotus ardore secretissime cum paucis suae urbis clericis in die^f, quo sancti Iohannis sententia *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum*, hoc populo clericisque omnibus exponendum tractabatur, in ecclesia yemali, quasi sub occulto facie ad faciem ipsi praedicatori sese ostendens advenit. Eo in die Ambrosius Biffus, quasi biffarius, biffarius quasi bina colloquia Graeca et Latina fando, 20 ipsius euangelii sententias secundum doctores sanctos, maxime secundum beati Ambrosii disciplinam mirifice tractando, Graeca Latine exponendo, tamquam non ut homo tractabat, sed quasi angelus nuntiabat. Hoc Anselmus vultu pallidus, ira lividus, labii tremulus, animum iterum iterumque revolvens, omnia tamen audita admichilans, suis receptus clericis, domum nativam omnibus huius urbis clericis de eo omnino ignorantibus repedavit. 25 At clerici qui cum ipso venerant, ignorantes eius voluntatem, Deum et beatum Ambrosium collaudantes super hiis quae audierant, mirabiliter admirati sunt, et nunquam tam plenarie de deitate et humanitate aliquem humanum locutum fuisse multis assertionibus testati sunt. Ad haec verba Anselmus magnam gerens sub pectore trahens, quasi leo nimis ira commotus, balbutiens verbo, ut^g natura donabat, dixit: *Certe nisi feminas habent omnes huius urbis sacerdotes et levitae, in praedicatione et in aliis bonis moribus satis congrue valerent*^h. Cum clerici sui multis rationibus multisque exemplis resisterent, maxime ut se ipse quid fuit aut quid fieri posset, et videndo recognosceret, annuntiantur: fatigatus ira ac aliis malis artibus, in ieunius usque ad vesperas lectulo iacens, et minime dormiens, quievit. Qua tempestate chorum gloriae virginis Mariae clericus 35 quidam nomine Landulfus de magna prosapia oriundus curialiter die ac nocte frequenter, unus de notariis degebat, qui ambitionis gladio perfossus, et maxime super archiepiscopatum, ad quem cotidie patenter ut canis anelabat, indesinenter ordines universos sollicitabat, et omnes maiores et minores clericos, quia sibi ut animus eius anhelanti desiderio cupiebat, minime favebant, cotidie suspectos atque perososⁱ, habens verbis ac 40 factis turpissimis indecenter insequebatur. Itaque lingua eius modo dulcem, modo amaram aquam turpissimis verbis discurrentibus perfundens, nunc clanculo nuncque aperte omnes detrahens, quasi adamas ipsorum corda induraverat. Praeterea alium forensem clericum, levitatem tantum, quem ipse Guido sibi consecraverat, Arialdus nomine, ortus in 45 loco Cuzago prope Canturium^j artis liberae magister^k, ut magis ac magis animi sui voluntatem erga ordines omnes indiscrete exardescerent, sibi associavit. Hic enim Arialdus cuiusdam superbiae zelo gravatus, qui paulo ante de quadam scelere

^{a)} Titulum addit: Initium discidi Mediolanensis ecclesiae quo universus Latini orbis ordo ecclesiasticus dilaceratus ab hypocritis et concubantibus a leuis, margaritis profostissimi literarum sanctorum, illicite sing^{pe} oppresus est. A'. Quatuor uxores a sacerdolibus separandas praedicarent. A'. B. Bl. b) Ans. Badaglensis B. c) huiusmodi B. d) et B. e) ita A'. horum A'. B. f) et perosos A'.

^{b)} Baggio, iuxta Mediol. ad occidentem. 94) Siquidem de eius fratrumpque violentia querelas profert Ardericus abbas S. Victoris in epist. apud Giul. III, 538. 95) a. 1057. 96) d. 25. Dec. 97) Anselmus papa factus ep. 1. Mediolanensibus scripsit: Speramus . . . quia nostri ministerii tempore sancta clericorum castitas exaltabitur et incontinentiam luxuria cum ceteris haeresibus confundetur. 98) nunc 55 Cantu. 99) De studiis eius agit Andreas I, 6.

nefandissimo accusatus et convictus ante Guidonem, astantibus sacerdotibus huius urbis¹⁰⁵⁷. multis, et partim quia urbani sacerdotes forenses togatos urbem intrare minime consentiebant, et ecclesias civiles illis habere nisi per tonsuram¹ non permittebant, per omnia occasionem quarebat, qualiter omnes sacerdotes ab uxoribus, populi virtutem sollicitando, removeret. Qui mala pro bonis reddens², non divino sed spiritu agebatur humano. Igitur cum horum animos ac voluntates quibusdam experimentis Anselmus vidisset satisque cognovisset, in tempesta noctis silentio secrete ad se convocari praecepit. Quibus adlocatis, aliquantulum illis congratulans, quorundam clericorum superbiam ac mala acta, e quibus sese reminisci poterat, ut ipsos inflammaret ac inflammati arderent, primo appeti ruit, postea vero multis insertis sermonibus animavit, quatenus omnes sacerdotes suis iussibus quisque consiliis ab uxoribus summo cum dedecore separarentur³. Quo auditio Arialdus et Landulfus laetabundi consilio rimato, non tantum omnino a Deo donato, sed a malignantium iniquitatum fonte derivato, non Dei amore, sed invidia et odio onerato, non misericordia, sed ira et ambitione et vesania detestabili suffulto, ut postea apparuit et visum est in aperto, sub iureiurando constricti mutuo firmaverunt, quatenus sacerdotes omnes et levitas a die illa et deinceps uxorem habere non paterentur, et sollicite ac manifeste, nec vitam nec mortem timentes, et omnium sacerdotum acta quea usque ad id tempus egerant, quanti periculi sunt quantaeque iniquitatibus, populo ac civibus universis oberrare pandetur. Consilio autem inito, Anselmus omnia suffragia, e quibus ipsos ad*juvare et sustentare posset, iureiurando illis pollicitus est. Et mane facto, insalutato archiepiscopo, quem ipse Guido in sacerdotio consecraverat, occulte ut serpens ab urbe recessit. His ita admatis ac firmatis consiliis, Landulfus in urbe manens, omnes scolares quos habere poterat, in iureiurando quod ipse fecerat constringens, modo privatim modo publice circumveniebat. Arialdus vero suos quos regebat scolares in eodem iuramento constringens, apud Varisium² morabatur. Quae omnia Guidonem archiepiscopum minime latuerunt. Vultu enim placido cotidie demensissimas calliditates illorum subridens parviperdebat. O Deus, qui cuncta vides occulta cordium, scrutaris universa statera iusta, qui coelum et terram clausa manus atque metiris, et mare et abissum verbo disponis, cui devote cunctae obedienti creaturae: vihi isti in tam³ bonis rebus quod initium habuerunt, quam intentionem? Si enim bona intentione bonaque voluntate hoc Dei placitum inchoassent, qui est adiutor operis, esset protector laboris, cum Deus non vult coacta servitia, apostolo⁴ attestante. Cur isti oblii Dei euangelia, coniurationem detestabilem terribilibus iuramentis in populo sub obtentu placiti Dei, quod postea patetiam vocatum est, exercabant? An Deus suorum meritis a cordibus illorum abraserat euangelicum preceptum, quod usque hodie clamat dicens: Qui non iurat, non periuratur; noli⁵ iurare omnino neque per coelum neque per terram neque per capillum capitis tui, quia nec potes facere unum album aut nigrum? An ignorabatis doctoris doctrinam dicentis: Qui non loquitur, non mentitur; sed de omni verbo otioso reddituri estis rationem? Quod si ita est, de quantis malis iuramentis ac malis verbis reddituri estis rationem! Si odio aliquo fecistis, frustra laboratis, de quo per euangeliū Dominus dicit: Tu habes trabem in oculo tuo, et vis eicere festucam de oculo fratris tui? Ipocrita, eice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. Si ira vos operosos fecit, videte quid dominus pastor et magister noster Ambrosius⁶ sanctus in libro de Ioseph volumus alienum coercere peccatum, graviora peccata committimus. Ideo apostolus ait: Non vos ipsis iudicantes harissimi, sed date locum irae, et Dominus per euangeliū: Qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Unde apostolus, Ira enim viri iustitiam Dei non operatur.⁷*

6. (5.) Interea Arialdus cum apud Varisium moraretur, quadam die ex incorrupto, et quasi furiosum cupiens seminare granum, quod male ventilando mondaverat, ecclesiae gradum ascendens, per omnia sacerdotes diffamando, ut ab uxoribus male separarentur, plebem verbi turpissimis rusticorum commovendo obnixe operam dabat⁸. Quod ut

a) reddentes A¹ et A², qui et habet agebatur. b) separarentur B. c) ita B. isti vitam A¹, A². d) ita correxi; a populo codd. e) nolite A¹. f) deest B. Qued si i. e. d. q. m. i. a. m. v. r. e. r. deunt A¹, A². g) quid beatus Amb. B. h) Titulus: Incipit de Arialdo et Landulpho. A¹. Qualiter Arialdus coepit suum propositionum prædicationibus resserare. A² B.

1) se non di semplice chericato vertit Giulini IV, 15. 2) Varese, a Como ad occidentem. 3) ibi

1057. rustici ac sacerdotes auribus attonitis audierunt, haec minime in matutinis credentes, ultra modum de his que ab Arialdo dicebantur mirantes obstipuerunt; maxime affirmantes, quod nemo castitatem habere potest, nisi ei a Deo datum sit, dicente apostolo: *Quoniam datum bonum est, et omne donum perfectum de coelo sursum est, descendens a Patre.* Itaque coetu coadunato cunctorum ad Guidonem archiepiscopum, ut omnia seriatim quea Arialus noviter disseminaverat nuntiarent, unanimiter clerici et laici concurrent. Quamobrem Guido advocatis Arialdo et Landulfo, ne usum antiquum bonosque ecclesiae mores tam Ambrosianae quam totius linguae Latinae, tam Latinae quam Graecae totius, criminose turbam sollicitando indiscretam conturbarent, prout potuit privatim et curiose corrigoendo amonuit; quin etiam multa alia mala multasque dissensiones ac crimina diversa ex his posse oriri, verbis illis reserando ac notificando aperuit. Quibus inter cetera quaedam verba euangelicae doctrinae benigne dicens aperuit:

Matth. 7, 6. 7. (6.) „Nolite dare sanctum canibus, nec militatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, et conversi disruptant vos.“ Karissimi, videte quid apostoli stolus clamat, dicens „Si invicem mordetis, ab invicem consumemini;“ et quid de te quid 15 doctor Gregorius dicat: „Expedit nobis multa quae in honeste et incongrua videntur pati, et multo melius, ne dissidium aut scandalum in ecclesia Dei inconsulte oriatur.“ Unde Dominus in euangelio: „Ve illi, per quem scandalum venit;“ et apostolus: „Tu quis es, qui iudicas alienum servum? suo domino stat aut cadit; stabit autem;“ et item: „Noli scandalizare fratrem tuum, pro quo Christus mortuus est.“ Unde Veritas in euangelio: „Qui cumque scandalizaverit unum de pusillis istis, expedit ut mola asinaria suspendatur in collo eius; et demergatur in profundum maris.“ Vel tangat vos Augustinus, sententis humanis

De serm. in monte 2, 61. dicens per semetipsum: „Neque ita reprehendamus quae manifesta sunt, ut desperemus sanitatem; et vitabimus iudicium, de quo nunc dicitur: Nolite iudicare, ne iudicetur de vobis. In quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabitur de vobis, et in qua mensura mensi fueritis, in ea remetietur vobis.“ Praeterea quid beatus Ambrosius dicat super Lucam,

5, 58. curialiter ac devote audiendo perspicite: „Nisi tu prius interiora tua vacua fecis ab omnibus peccati, ne dissensiones contentionesque ex affectu tuo prodeant, non potes aliis ferre medicinam. A te igitur pacem incipe, ut cum fueris ipse pacificus, pacem aliis feras. Lec. 6, 42. Quomodo enim potes aliorum corda mundare, nisi tuum ante mundaveris? Tu habes tra-

11, c. 63. bem in oculo, et vis eicere festucam de oculo fratris tui? Ypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis festucam eicere de oculo fratris tui.“ Item Augustinus: „Facile huius reprehendunt, qui magis amant vituperare et damnare, quam emendare atque corrigere.

64. Quod vitium est superbicie vel invidiae; et ideo pie cauteque vigilandum est, ut cum aliquem reprehendere vel obiurgare necessitas coegit, primo cogitemus, utrum tale sit vitium quod nunquam habuimus, vel quo iam caruimus. Et si numquam habuerimus, cogitemus, et nos homines esse et habere potuisse; si vero habuimus et modo non habemus, tangat memoriam communis infirmitas, ut illam reprehensionem aut obiurgationem non odium, sed misericordia praecedat. Si autem cogitantes nosmetipos inveniemus in eo esse vitio, in quo est ille quem reprehendere parabamus, non reprehendamus nec obiurgemus, sed tantum conge-

45 miscamus, et non illum ad obtuperandum nobis, sed ad pariter conandum invitemus.“ 1 Cor. 9, 20. Unde „factus, apostolus, sum Iudeus quasi Iudeus, ut Iudeos lucrificarem;“ et item: „Factus sum infirmis infirmus, ut infirmos lucrificarem; omnibus omnis factus sum, ut omnes lucrificarem.“ Vos dicitis, quia sacerdotes impossible est non adulterare et sacrificare, et verum dicitis. Sed nostri sacerdotes Deo gratias usque hodie nec sunt nec nominati sunt adulteri, sed curiose observant apostolicum praeceptum, ut sint unius mulieris 1, 7. viri. Unde beatus Ambrosius super Abraham dicit: „Nulli licet scire mulierem praeter uxorem; ideo coniugi tibi datum est ius, ne in laqueum incidas iniquitatis et cum aliena muliere delinquas. Vinctus es uxori, noli querere solutionem: unde Salomon a Deo, in-

a) Titulus: Exortatio archiepiscopi Widoni adversus A. et L. ut a vanis alterationibus quiescerent et dissidiis, quibus 50 populum adversus omnesque ordines sollicitabant, multisque sanctorum patrum exemplis sedati removerentur. A'. Qualiter Guido archiepiscopus Arialdum et Landulfi convocatos ut ab incepitis predicationibus desisterent, frustra exhortatus est B. adhortatus est A''. Bl. b) ita Ambr. An i. codd. Ant. Bl. c) ita B. ex corr., coniugi A'. eum concionandi initium fecisse, testatur Syrus vade et in urbe haec loqui noli timere. 4) Haec preb. ap. Puricellum p. 120. Quo auctore responsa verba in Ambrosii opp. non sequuntur, sed Lan- 55 cognoscis: ceterum si doctor haberit vis credibilis,

quit, praeparabitur viro uxor.“ Si enim in aliquid, ut humana fragilitas habet, delinquent ¹⁰⁵⁷ prae*ter capitalia*, per veram confessionem sua confitentes peccata a Deo iustificantur. Unde magister noster Ambrosius^a in epistola Theodosii imperatoris clementer dixit: „Qui se accusat cum peccaverit, iustus est, non ille qui se laudaverit.“ Item beatus Ambrosius^b in Beati Immaculati tractatu: „Qui se accusat, etsi peccator est, iustus esse incipit, quia nec sibi parcit, et Dei iustitiam confitetur, quem putat latere nihil posse; ideoque scriptura ait: Iustus in exordio sermonis accusator est sui.“ Preterea fratres karissimi, quanta mala quantaque dissensiones nefandissimae quantaque homicidia quantaque adulteria ex his possint verbis oriri, percipite.

8. (7.) Nam^c enim illorum animi his et aliis verbis dulcorati, omnia quae illis possent evenire prospera et aduersa, animo trutinantes molificabantur. Et ecce quidam, nequissimus, cuius spiritus in naribus erat, verba turpissima aduersus hos proferens, ore vesano animos quos Guido prout poterat mitigaverat, nimia ira commovit. Itaque nimia indignatione commoti, unanimiter ante ipsum Guidonem ex his nimium doleptem consurgentess, verbis terribilibus affirmaverunt, dicentes, de his numquam tacitu*ros*^d, donec spiritus esset in eis et lingua fauibus teneretur. Quibus prophetantibus, insci*os* quid de se dicent, insalutato archiepiscopo palatum Ambrosianum cursu veloci quasi fera crudelis mortali sagitta percussa exierunt. Ea tempestate cum beati Nazarii martyris translatio a civibus universis utriusque sexus cereis magnis multisque ardentibus devote celebraretur^e, et omnes sexus promiscui ad id officium celebrandum humiliari ac devote convenissent, et Landulfus et Arialdus, iuriandum quod fecerant memores, cum per plateas ac urbis regiones sacerdotes ob coniugium aliquantulum diffamasset, quasi ranae palustres turgidi, commixtum apud Sanctum Celsum convenientem, verbis vanissimis cum clericis quasi sues cum canibus altercabantur. In qua translatione cum sanctus Ambrosius adverret, quid dicimus^f sancto sacerdote Ambrosio imperante super strepentes ranas egerit, sanctum testem Augustinum affirmantem lector intellige: Cum plurima ranarum murmura auribus religiosae plebis obstrepere, sacerdos p*raecepit*, ut tacerent et deferrent orationi sacrae reverentiam. Tunc subito circumfusus strepitus quievit, et usque hodie paludes silent, ita ut viz aut unquam aliquam ranarum, maxime illo in tempore, crepitantem invenisses.

9. (8.) Interea^g quidam ecce sacerdos, quasi sagitta ab arcu volans, dentibus stridens, oculos ut animal volvens, videns Arialdum et Landulfum novellis male dulcoratis, quibus civitatem fere iam totam imbucent, ad Arialdum ipse prosiliens inicere sese manibus communabatur. Cum autem ipsum Arialdum verbis nimia ira tremulis sciscitando interrogasset, si illa vera fuissent, quae paulo ante iam civitate percrebrente audierat, et idem ipsum tam indiscret*e* et inconsolute per civitatem ac plateas de sacerdotibus locutum ac male diffamatum esset, quasi insanus contra vesanum sine mora caput movens respondit: *Quod dixi dico, quod dico affirmo, quod affirmo ratione competenti approbare curabo.* Hoc audit*o* sacerdos nimia indignatione commotus, manu dextra elevata ipsum graviter alapizando^h alloquitur: *Tu solus in mundo universo per detestabilem hypocrisiam aude*s* vitam sacerdotum diffamare.* Numquid tu solus per execrabilem pafaliam et quamplurima sacramenta prava ac detestabilia populi flammam, quae impetu ut mare versatur, super nos accendis? Numquid tu melior Abraham et Isaac et Jacob, Salomon, prophetarum excususque David? Numquid tu melior apostolo Paulo, qui a Deo electionis vas est appellatus? An tu solus iustior es multis patribus sanctis et venerandis, quorum vita ac moribus bonis ecclesia primitiva restoruit et Deo annuente semper florebit? Numquid tu solus multa sanctorum consilia parvipendens anichilare curabis? Numquid tu solus in ecclesia Ambrosiana dissidium per falsam castitatem tuam, quae olim in palatio Ambrosiano Guidone astante probata est, criminose seminabis? Si tibi Deus operum bonorum perfectionem coelitus amnistrasset, nos modo private, ac si opus foret quandoque publice, sic publice ut in presbyterio nostro, emendando bonis verbis bonisque exemplis humiliari ac devote corrigeres; unde apostolus: „Si frater tuus peccaverit, corre*p*ro**e eum inter te et ipsumⁱ solum.“ Potuit enim Christus dominus mundum uno verbo, quisque imperis subiugare; sed

^{a)} unde hec*ta* Amb. B. ^{b)} b. A. desunt B. ^{c)} Titulus: Finis sermonibus Widonis ad L. et A. quibus verba dissidi*ti* prevaluer*o* concordie. A*. Qualiter Landulfus et Arialdus verbis Guidonis non consumerunt. *rell* ^{d)} u. sec*o* t. B. 55 e) m. et multis B. ^{e)} q*uo*d didicimus Bl. ^{f)} Titulus: De iudicatione sacerdotis aduersus Arialdum. A*. De ind. sec. a. A. cum colapho. A*. De iudicatione cuiusdam sacerdotis reprehendens Arialdum cum colapho. B. Bl. ^{g)} alapizando redd. ^{Matth. 18,15.} 5) d. 10. Mai.

1057. ut nos per patientiam et humilitatem regnum, quod superbus amisi, consequeremur in coe-
lis, karitative dicens in terra: amonuit: „Quid tibi non vis, alteri ne feceris.“ Quid et
ipsos crucifigentes, ut Dathan et Abiron, potuit vivos submergi. Die milii, cuius sanctorum
viam aggrederis? Enim ut verum dicam, numquam iustum inveni qui per periculosa sa-
cra menta ac pessimam diffamacionem malos ad Deum invitos converteret, cum mali magis soleant fieri duriores quam mitiores, et soleant magis poenis crudeliores fieri quam mitigatione.
14.4. Unde apostolus: „Deus non vult coacta servit.“ Et item Paulus: „Tu quis es, qui iudi-
cas alienum seruum? Suo domino stat aut cadit, stabit autem.“ His et alius dictis sacerdos
Anselmus quaerens ipsum a tali revocare cogitatu, velut ignis fornacem ac ira leonem
inrevocabiliter exagitavit. Igitur cum huius rei fama ad Landulfum volitasset, et ut magis 10
ac magis, quod in obscuro dixerunt, super teatrum divulgaretur, martyris veneratione re-
lieta, cui omnes devote convenerant, ac antiquorum veneratione omissa, arrepto manibus
Arialdo, furioso ac pessime vociferando cum paucis ad theatrum⁵ pervenit. Itaque missis
per civitatis vicos et plateas cartulis hominibus⁶, perstrepentibus tintinnabulis multis et
magnis, ac garulantibus feminis, quatenus omnes tam inveniebamur quam senes, tam sapientes 15
quam insipientes, tam probi quam impròvidi unanimiter convenientes, quae aedificationis
ac animae salutis forent, auribus audient attentis, satagabant. Itaque civibus convocatis
universis, Arialdus quasi ardens totus pulpitum ascendens commune, oculis ut leo flam-
mivomis, nimiaque ira commotus, multa de sacerdotibus exprimens detestabilia, quasi
amnis nimia inundatione turgidus lapides sylvas homines ac pecora volvens emittebat 20
quasi munus^b ac durus parasitus sub obtentu religionis omnem turpidinem, que ab ore
hominis inhoneste proferri potest, ridenti populo emittebat. De cuius ore Deus illo in
tempore verba divina exire non permisit, nisi duos versiculos ab eo, ut mihi videtur,
satis dissonantes, dicens: *Qui mihi ministrat, me sequatur: me sequimini, si non vultis offendere.* Quae verba dominus noster Iesus Christus discipulos suos omnesque fideles 25
ad humilitatem servandam karitatem cum omnibus habendam insinuans et dicens aper-
ruit: *Qui mihi ministrat, me sequitur, et ubi ego sum, illic^c erit et minister meus.* Hanc
24.53. ipse postea cum traderetur, auriculam amputantem ostendit dicens: *An putas quia non pos-
sum rogare patrem meum, et exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum?*
qua voce quoque praecépto suos armavit apostolos, et armatos ab universorum daemonum 30
iaculis tutavit, et tutatos in aeternum coronavit. Qua voce Laurentius sanctus munitus,
tyranni iniquissimi saeva tormenta et ignium superaverit globos, et ipsum crudelissimum
tyrannum ac semiustum, Dei iram merentem vicit. Qua voce sanctus Nazarius et Celsus,
angelorum Dei freti amniculus, procellosi maris planitium ut aridam terram intrepidi cal-
care meruerunt. Quam vocem virgines et martyres sancte omnes devote summam et 35
veram religionem sequentes, in aeternum et cum Christo remunerari meruerunt.

10. (9.) Cum^d autem Arialdus verbis turpissimis sacerdotes in populo pessime ac crimi-
nose diffamando, orationi turpissimae finem imposuit, et eamdem Landulfus stylo, prout
erat facundus, graviori reiterasset: in ea que turpissimi in populo pandere ac divulgate
vere cunctarentur, populum quasi leones ac ferociissimas tygres preda et calido sanguine 40
anxiae^e, adversus sacerdotes sollicitantes commovebant. Horum disseminatis verbis pesti-
lenter, subito multi, quibus alienum aes durissime exigebatur, quosque foris et intus dura
paupertas trucidabat, quamcumque occasionem quaerentes, unde miseros filios et uxores
saepissime verberatas recreare ac sustentare possent, immenso plausu ipsos laudabant;
alii vero simplices et idiotae sua pectora verberantes, quasi Petri et Pauli eorum verba 45
^f habebant. Quid multa? omnes concives fascinati, quasi maris saeva tempestas ac
aestuaria fulmina, quae multos imparatos opprimere et mortificare solent, civitatem per-
currentes ut ursa catulis amisis, et turpissime velut famelici canes latrantes, sacerdotum
domos primo spoliando cursitabant; postea vero summo cum dedecore mulierum divor-

a) omnibus A*. o. b. Bl. b) unus Bl. c) illuc B. d) Titulus: Quid Landulfus et Arialdus oratione fusa ad popu- 50
lum profecerunt. B. Bl. De oratione L. et A. ad populam. A*. A**. e) sine B.

5) hoc vocabulo nihil aliud indicari quam forum perstrepunt, praegrandis aereae tubae quae illic est,
ecclesiae metropolitanae adiacens, populi concionio- 6) ut Nazarius
tota civitas clangoribus intonatur. 6) ut Nazarius
bus adaptatum, Fumagalli demonstravit, Ant. Mil. I, ille monetarius, qui Arialdo domum suum commo-
164 seqq. De signis quibus populus convocabatur, davit. Andreas e. 6.
ita loquitur Petrus Damiani opus. 5: *Tintinnabula*

tium, sine lege sine iure sine episcopo, non Deum sed pecuniam illorum amantes, gladiis 1037.
et fustibus faciebant. Interea sacerdotes imbellis haec omnia innane^a ignorantes, animos et oculos in coelum levantes, ut pecudes lupis subiacebant. At nobiles urbis, quorum virtute sacerdotes paulo ante tuebantur, nimis ira et indignatione commoti, alii 5 urbem exiebant, alii ut procellosae calamitati finem imponerent, tempus expectabant. Interea ex populo multi, licentia a iam dictis accepta, omnibus omissis negotiis, quibus misera huius mundi vita alitur corpusque vestitur, filii ac uxores foventur, magis rapinam quam Deum amantes, sacerdotum dominibus sine misericordia spoliatis, ut magis ac magis his et aliis factis Dei iram mererentur, verbis ac verberibus turpissimis ipsos et 10 illorum familias insequebantur. Exinde cum urbanos sacerdotes lupi meridiani iam iamque attrivissent, et openas male acquisiverant, consummasset, rabiem suam extendere cupientes urbem exierunt. Qui studiose ab Arialdo amoniti et sub obtentu religionis quasi canes ad apros venandum illecti, villas castella municipia circumeuntes, simili modo pauloque durius sacerdotes omnes, quos invenire poterant, pessime non Deum sed pecu- 15 niam quaerentes tractabant.

11. (10) Itaque^b pars nobilium ac de populo multi, videntes sacerdotes indiscrete lace-
rari, misericordia moti praeliis multis eos muniebant. Dum haec agebantur, temporibus
transactis aliquantis, Arialdus adiunetus sibi Landulfo et Oldeprando^c, quos ante in initio
huius rei sibi sociaverat, ut magis ac magis quasi per apostolicam licentiam in his se-
20 et suos exerceret actibus, Roman ad apostolicum Stephanum, qui tunc noviter in tem-
pore degens surrexerat^d, occulte tetendit. Qui cum ante faciem apostolici repraesentatus
fuisse, et per ordinem quicquid Mediolani egisset, qualiter summo cum dedecore sa-
cerdotes ab uxoribus separasset, multis astantibus clericis laicis et cardinalibus notificare
curavit; sed non sicut voluit, tunc acceptus est. Hoc audito, omnes qui aderant, univer-
25 sum genus sacerdotum tam Latinum quam Graecum una legi videntes constringi, et
castitatem neminem habere posse nisi ei datum sit desuper, vehementer ut Romani ad-
mirati sunt. Quorum unus cardinalis nomine Dionysius, qui in pueritia in ecclesiam
Ambrosianam fuerat nutritus, cognoscens omnes ordines Ambrosianos, qualiter devote ac
sine perturbationibus per multa tempora vixerant, per multa sanctorum patrum exempla
30 currens, coram apostolico Arialdum et omnes qui cum eo venerant redarguens dicebat:

12. (11) Cum^e huius inaudita pataiae placitum cogitasti commovere, qualiscunque intentionis essem, ab apostolico aut ab aliquo religioso viro prius multis cum ieiuniis debuisses
35 consiliari, quam huiusmodi negotium tam magnum et tam periculosum cum viris in literatis
inchoasse; et quod cum humilitate et patientia bonisque ammonitionibus debebas docere, hoc
cum lanceis, fustibus, ut asseritis, laicis super sacerdotes currentibus administrasti. An
ignorabas Dei euangelium dicentis: „Qui vos tangit, me tangit“^f et David prophetarum
eximius per Spiritum sanctum ipsum Saulem a Deo dampnatum cognoscens, ut nos infor-
maret, dicit: „Non licet mittere manum in Christum Deum.“ Enim nisi fueris Dei adiutus<sup>1 Reg.
14.</sup>
misericordia, dignus es lapidi alligari et in profundum maris demergi, quoniam^g gloriosis-
40 simam ac praeclarissimam Dei ecclesiam, in qua beatus Ambrosius multum laborando de-
sudavit, inconsulte scandalizasti! Cuius desidium crudeliter disseminatum et ante noviter
natum, ut video, universum mundum citissime laicis adversus sacerdotes studiose inhiantibus
invadet. Vera Dei ecclesia, ne desidium aut scandalum oriatur, multa per tempora sanctis
45 imbuta alimonias, quamplurima sustinere ac pati consuevit. Hoc desidium est illud, unde
puerorum numerus infinitus sine baptimate diversis attritus mortibus crudeliter necabitur;
haec illa est occasio, ob quam multi iuvenes, dum naturam suam exercere non possunt,
contra naturam incurrentes delinquunt, et debitum quod uxori si haberent^h dum impendere
50 non possunt, in alterius inhiant uxorem. Saltem beatus Ambrosius te tangat, qui cum eum
quaedam mulier tangere conaretur, ore episcopali dixit: „Etsi ego tanto sacerdotio indignus
sum, non licet te mittere manum in Christum Deum.“ Velint nolint, fustibus ac plagiis
diversis castigas eos, immo incestos animo et corpore patenter reddis, cum apostolus dicat:
„Deus non vult coacta servitia.“ Et si tu cum tuis iustus, castus, pudicus, sanctus et
55 e) haberet B.

a) in mare A¹. declinare es cont. B.
b) Titulus: Quid Landulfo Romae evenit? cum ibidem (ibi B.) sacerdotes diffa-
masset.
c) Titulus: Oratio Dionysii cardinalis adversus Arialdum coram papa Stephano.
d) qm B. quantum A¹. A²

7) Hildebrandum card. dicit, v. infra c. 15. 8) sedit a. 1057. Aug. 3. — 1058. Mart. 29.

Luc. 17, 10. bonus Dei misericordia esses, aspice quid veritatis magister discipulis dicat: „Et si perseccritis omnia, dicite quid^a inutiles servi sitis;“ tu autem sacerdotes Dei, quos mundus totus usque modo bonos et caros, iustos et fideles tenens, eis devote in cunctis obediebat, quamvis tanto sacerdotio indigni, criminosis et seditionis omnibus, qui nesciunt quid sit inter dexteram et sinistrum, criminose tradidisti. His enim verbis omnium sacerdotiam vitam et 5 ecclesiasticarum cunctarum mores longasque eorum consuetudines crudelissimis christianis quasi canibus limfaticis ad rodendum sub obtentu castae religionis dedisti. Quod enim iuste ac devote summaque cum humilitate tractari emendarique pietas divisa exigebat optimis moribus bonisque exemplis, hoc fastib[us], lanceis ensibusque populi insensati pertractandum, ino concudeandum commisi. Potuit namque dominus noster Iesus Christi generis redemptor 10 uno imperio suae maiestatis totius mundi incredulos christianos facere perfectos, et omnes crucifigentes se uno in momento viros in infernum demergi; at ut nos summa cum patientia hostem antiquum, serpentem crudelissimum, humani generis inimicum superare et pro sternere possimus, Veritas dicens benigne admonuit: „In patientia vestra possidebitis animas vestras.“ Scio enim et vere scio; verba vestra bona et rationabilia videntur et laude 15 digna; sed quia zelo Dei non incepisti, ab omni munere a Deo privemini. Decet namque, omnes ecclesiasticas dignitates, omnes honores, quales ab aliquo reprehendi non possunt; sacerdotes vero per omnia bonos. Sed dicit Deus cuidam sese interroganti: „Quid me dicis bone? nemo bonus, nisi solus Deus.“

Luc. 18, 19. 1057. 13. (12) Cum^b autem haec et multa alia Arialdo suisque sociis diceret Dionysius, et a 20 multis clericis verbis in honestis subsannaretur, apostolicus silentium manu imperavit. Interea idem apostolicus perpaucia loquens, ita in medium se habuit, quod nec cardinalem laudavit nec Arialdum dampnavit. Quo auditu, Arialdus a gloria quam Romae habere sperabat, omnino frustratus, cognoscens animos astantium omnium ecclesiae Mediolanensis compatientes, tremens et pallidus quasi mortuus obrigit. Tandem apostolicus multis 25 ac diversis consiliis rimatis, adjuncto post aliquot dies Anselmo Lucensi episcopo, quem supra memoravi, ut tantae cladi finem imponeret et sacerdotes perfidis liberarentur omnibus, et quod ipse Arialdus inchoavit corroboraretur, ut^c quodammodo ecclesia Mediolanensis suis iussibus obtemperaret, Arialdum, Anselmum Lucensem episcopum, et Ildeprandum iam archidiaconem factum ecclesiae Romanae, uno animo consentientes Mediolanum direxit. Quorum unus supradictae irae lividus, alter nimia indignatione altitudinis Mediolanensis ecclesiae commotus, zelo zelabant nequissimo. Qui cum Mediolanum attigissent, secus omnia tractarunt quam apostolicus eis denotasset. Ea tempestate civium diversae turmae, aliae sacerdotum pietate, qui male ab Arialdo et eius parte tractabantur, cotidie ut hostes sese necantes præliaabantur. Itaque Anselmus et Ildeprandus populi furorem 35 timentes, clangulo vocatis civibus quos habere poterant, quantum linguae eorum exprimere valuerunt, sine misericordia sine caritate callide frementes ediderunt: „Non attenditis Dei euangelium dicens: „Nolite mittere margaritas ante porcos, ne forte conversi disrumpant et conculent eas pedibus suis.“ Ad ultimum ipsum Guidonem archiepiscopum, in primo haec omnia parvipedentem, qui ipsum Anselmum in sacerdotio consecraverat, symoniacum vo- 40 cantus et omnia eius detestantes obfuscavunt. Quid multa? tantam enim ruinam et dissidium atque discordiam pessimam seminarunt, quantam olim Naburzadan princeps militiae in populo Israelitico immisit, et quantam videns Aman, qui in ligno quod Mardocheo paraverat dampnatus pendit, et quantam Absalon David patri suo iniuste commovit.

Matth. 7, 6.

14. (13) Transactis^d autem fere iam septem annis, in quibus partibus utriusque nunc 45 prospera nuncque adversa duris bellorum exercitiis occurserant, Arialdus et Landulfus extuantibus animis lacite rimari cooperunt, quem de capitanis aut de valvassoribus super huiusmodi negotia ad opus bellicum super sacerdotes praepondere possent, quatenus eius consilio ac gladio tui libere praedicarent, curialiterque^e docerent, implere satagerent. Cum haec agebantur, ecce Herlembaldus frater Landulfi, ex magna prosapia capitaneorum 50 oriundus, miles ut natura dabat strenuissimus, barbam ut usus antiquus exigebat quasi purpuream gerens, tenui vultu, oculis aquilinis, pectore leonino, animo admirabili, circa orationes in populo solvendas cautus, rigidus in bello ut Caesar, in angustiis mitis nimisque apparen[s], sublimis corde, corpore subtili et aequali, membris et cruribus decentissi-

^{a)} quis B. ^{b)} Titulus: Stephanus papa Mediolanum legatos mittit. ^{c)} et ut B. ^{d)} Titulus: Incipit de Herlembaldo. A*. Qualiter Arialdus et Landulfus sibi associant militem Herlembaldum. A**. B. Bl. ^{e)} p. et curialiterque B.

mis, tibus ac pedibus subtilissimis, pernectare doctus ob hostes, et consilio providus multum, in quo natura militiae nichil offendebatur, noviter ab Ierosolima perosos habens maiores redierat⁶, ubi cum iuvenili aetate floresceret, et more solito sibi uxorem desponsasset, et ipsam in veritate cum clero quodam iocasse certis indicis comperisset, nuptiis omnino omissis tacite aufugit. Hic et Landulfus et alii fratres ex illico coniugio, ut comperi in veritate, nati sunt; quorum parentes Heribertus archiepiscopus permultum laborans gladio verbi Dei separare non potuit. Hunc Arialdus et Landulfus frater eiusdem cum visitandi gratia noctu circumvenissent, datis osculis, talibus adorsi sunt verbis: *O Herlembalde in omnibus venerande, pro tuo reditu nos Deum collaudantes gratias ei referimus immensas.* Sicul⁷ enim Deus te in terra et in mari multis quassatis procellis nobis conservare et reddere sua benignitate dispositus, ritusque modo saeculi miles fuisti, sic decens et competens ratio est, ut exinde Dei et catholicae ecclesiae miles officiaris strenuissimus, et quod nos usque modo perficere non potuimus, tua dextra adiuti implere ac perficere valeamus. Esto quasi Mathias vel filii eius, qui pro templo Dei et populi eius libertate mortui sunt, et vitam habentes aeternam in Christo sunt feliciter coronati. Liberemus ecclesiam Dei, multis temporibus obsessam et ab uxoribus sacerdotibus detentam, tu lege gladii, et nos Dei. Conserua praemium, quod in visitatione sepulcri Dei habere meruisti. Liberasti sepolcrum Dei, libera igitur ecclesiam eius. Quibus haec et multa alia dicentibus, Herlembaldus alta trahens suspiria, citissime prospera citiusque adversa animo videns, quae sibi evenire possent, quasi fatigatus consedit. Qui diu tacens, de omnibus que in urbe super sacerdotes fecerant, et qualiter populi maiores et minores duris cotidie praeliis sollicitabantur, dubitans omnino talibus commisceri actionibus, respondere renuebat. Tandem multis circumventionibus, ut Romam pergeret et consilio apostolici consentiret, impetraverunt⁸. Quo in tempore, mortuo Stephano quem supra commemo- ravi, divino flagello, qui vix per novem menses sede apostolica potitus est, omnibusque successionibus, Anselmus Lucensis episcopus sedem apostolicam papa iam factus regebat⁹. Cuius factum quomodoque¹⁰ fidem adquisivit Romanus oculis perscrutantibus abyssum omittam. Itaque Arialdus domi Landulfo dimisso, congruo tempore Romam tendens ac secum Herlembaldum ducens¹¹, Anselmo qui altero nomine vocatus est Alexander, cum ipso sese repraesentavit. Quibus cognitis Alexander super eorum colla ruens permultum laetatus, et convocans illos in interiori camera, secrete de civitatis statu et negotiis ecclesiasticis seicitatus est. At Arialdus videns apostolicum ad omnia quaecumque exigeret paratum, maxime quod¹² consilio eius anteacta faciebat, inter cetera dixit:

15. (14) *Pater¹³ venerande, Creatori omnium gratias refero immensas, quod te in tanto honoris culmine per suam misericordiam sublimare et exaltare dispositus. Nunc itaque meus animus multis attenuatus angustia cognoscit, quod dilectio tua olim mihi amicabiliter promittebat. Ut omnia enim omittam, tuas paternitatis clementiam suppliciter et obnixe exoro, ut hunc militem Herlembaldum, virum bello probum concilioque strenuissimum, in omnibus confirmatum et cohortatum et a Dei parte, beati Petri¹⁴ et vestri munum, mihi attributas 40 defensorem, et vexillum victoriae accipiat, ut securius militans nos possit defendere et tuos olim rebelles humiliare. Et dum per plurimas orationes incitativas eum adhortaretur, super hoc finem imposuit. Quo auditio apostolicus, per plurimum haec intra se admirans, videns quam sit grave periculum civilia bella adhortari, circa hoc negotium per tres dies consiliandi inducias dedit. Interea Arialdus festinans ad Oldeprandum cancellarium et 45 archidiaconem ex monacho factum curcurrit, qui residens in palatio, militiam Romanam quasi imperator regebat. Hunc aggrediens Arialdus, omnia alta et magnifica acta Mediolanensem, archiepiscoporum et sacerdotum contumaciam adversus pontificem Romanum longo ex tempore nactam, quatenus ipsum magis ac magis animaret, patefecit. Hoc audito, sopitis illico omnibus aliis negotiis quibus implicitus erat, dixit se apostolicum ad*

50 a) Eadem Bl. b) Sic Bl. et Anon. in V. Arialdi c. 16. c) visitati Anon. th. d) quoque A'. B. quoque A''. Bl. e) quia B. f) *Ibidem addit.*: Oratio Arialdi ad Alexandrum papam nationem Mediolanensem, ut Herlembaldum vexilliferum ecclesias faceret. B. Bl. Verba Arialdi ad apostolicum Alex., ut vexillum Herlembaldo belli daret adhortans. A'. A''. ubi adhortantis. g) b. P. docuit B.

8) nuper Ierosolyma reversus votebat tunc saeculum duifum tunc iam mortuum fuisse, et Andreas et Arnulfus relinquare et se tradere vitae monasticae. Andr. c. sus attestantur. 9) 1061. Spt. 30 — 1073. Apr. 21. 16. 10) Hoc teste Andrea verum est; sed Lan-

omnia quae poscebat adhortari. Quid multa? Alexandro et Oldeprando in uno consentientibus, vocato Herlembaldo et Arialdo, astantibus multis, vexillum manu quoddam tenens, ac ipsum prout poterat benedicens, sub quandam obedientiam et inauditam ei attribuit. O pater, ubi eras? caedisti filios scorponibus! Hoc facto Arialdus quasi leo confidens et in omnibus congratulans, hospitio receptus est; et veniens Mediolanum, omnia quae Romae 5 fecerat, suis collectis operuit. Cum autem in urbe Herlembaldus et Arialdus venissent, paulo plus in solito sacerdotem sub uxoria occasione in cunctis actibus et verbis laicorum perplurimis illis adjunctis vituperabant. Cumque illis omnia prosperabantur in manibus, magis ac magis accendebantur. Si enim casu sacerdotem invenirent ministerium divinum celebrantem, qui suis non obtemperasset monitis, illico quasi facti vesani a sacris multis 10 obiurgationibus retrahebant altaris. Interea Herlembaldus ut^a placiti initium habuit, secrete die ac nocte iuvenes civitatis ordinis utriusque populi et nobilium fortissimos duci ad se faciebat; quos complectens, in singulorum colla ruens, ad iusurandum quod antea Arialdus et Landulfus fecerant, ut patalia placitum tenerent, multis donis multisque promissis studiose afficiens impingebat. At illos quos nec donis nec promissis nec ullis 15 adulationibus sibi adiungere poterat, aut minis aut blanditiis illorum filios de fontibus trahens sacris sibi ad sociabat. Dum haec agebantur, Herlembaldus Landulfus et Arialdus theatrum et inopinatae prosilientes, turpiter de sacerdotibus coram omni populo concionati sunt. Itaque animis universorum sciscitatis, sacerdotes quos uxoratos invenire poterant, iuvenum freti iuramentis ac multitudine vulgi conducta, quorum voces et facta vile pre- 20 tium movebat, turpiter tractari permittabant.

16. (15) Ea^b tempestate Guido archiepiscopus, quem supra commemoravi, Mediolanensis ecclesiae summo cum dedecore cathedram regebat. Qui dum imprimis clandestinam tempestatem sacerdotum, culmine sui honoris fretus, parvipendens adiuvare eos distulit, postmodum proximo in tempore consacerdotum omissis adminiculis, nec illis subvenire potuit, 25 nec se adiuvare sataguit. Nam Herlembaldus Landulfus et Arialdus, cum sacerdotum omnia fuissent prout vellent negotia, verborum sagittis omnino extensis, per simoniacam Guidonem quasi episcopi in synodo damnabant. Quapropter Guido convocatis suffraganeis, quos habere potuit, ut scandalum populi Herlembaldi Landulfi et Arialdi adorsum sibi devitaret, Novariam ex concessione Alexandri apostolici, quem ipse Guido in sacer- 30 dotio consecraverat, synodum celebravit immensam^c. Ubi cum toto clero suo de tantis malis tantisque desidiis, quae super se et super clerum suum inopinatae et incompensabili supervenerant, humiliiter conquestus est, et qualiter hiis malis finem imponerent, precatus^d est. Interea omnes episcopi rogabant sacerdotes Mediolanenses, ut cum ipsis summo cum honore quoad iuvaret^e, spretis omnibus civibus Mediolanensis civitatis magnifice 35 viventer. Qui renuerant, malentes domui suaee supplicium quam foris gaudium. Quibus fere per quindecim dies commorantibus, ut erant mutuo consiliati, honorifice ad Arialdum Herlembaldum et Landulfum legatos miserunt, quatenus ipsi si vellent, cum pauis sine impetu, sine furore, sine belli incursione, sine altercationibus malis synodo convenient, et iustitiam quam praelii saevisque contentionibus vindicare cernuntur, humiliiter 40 ac devote declararent, et quae dampnandum, cum iustitia praescriberent^f. Hoc auditio Herlembaldus Arialdus et Landulfus subridentes, omnino illis interesse episopis respondentes renuerunt. At suffraganei omnes cognoscentes Herlembaldi Arialdi et Landulfi voluntatem, in ultimo die celebrato consilio, videntes ingentia mala super metropolitatum Guidonem eiusque sacerdotes de die in diem ingravescere, dampnantes ipsos eorum que fautores flagello divino, quounque ad emendationem dignam humiliter ac devote venirent, operam dederunt dicentes: *Falces canonum et enses sedis apostolicae intortae super subditos rebelles et non obedientes praelatis, a parte Dei et beati Petri apostoli et etiam beati Ambrosii, donec ad emendationem venerint dignam, sint super eos eorumque fautores.*

¹² Quo in tempore Leo¹² Vercellensis episcopus, vir discretus et in cunctis sapientissimus 50

a) et B. b) *Titulus*: Incipit concilii actus quos Wido apud Novariam multis cum suffraganeis celebravit. A¹. Qualiter Guido archiepiscopus, Novariæ concilium provinciale m. c. a. c. r. ell. c) pertactum Bl. d) ita concedit V. Cl. Grotendorf, coadiuvare*re* cold. e) perscriberent B.

11) De concilio quo Arialdus et Landulfus excommunicati sunt, a. 1057 vel 1058. in agro Nova- a nostro quam maxime conturbari, iam vidimus. 12) Leo iam dudum mortuus erat. Gregorius tune 53 riensi habitu v. Arn. III. 13. Alterum eiusmodi Vercellis sedit. habitum esse, minime verisimile videtur, et tempora

divinis, virgam in manibus temens pastoralem, sese et coronam episcoporum elevans ac in facie Guidonis intuens, lacrimis ab eius oculis crebre manantibus dixit:

17. (16) *Pater^a amande et o Guido reverende et o rector Ambrosianae ecclesiae super quamplures venerande, et o chorus Mediolanensis super omnes choros linguae Latinae*
5 omnibus instructus divinis^b quamvis malorum clericorum ac civium tuorum falsa iustitia modo submersus sis, qui tantis iam annis inter omnes floristi, recordamini quod Veritas per euangelium cottidie clamat: „Beati eritis cum vos oderint homines; et cum separave- Luc. 6, 22.
10 rint vos et exprobaverint et eiecerint nomen vestrum tamquam malum propter filium hominis, gaudete et exultate, ecce enim merces vestra copiosa^c est in coelis,“ et iterum: „Vestri capilli Mat. 10, 30.
„Si autem accoperis uxorem, non peccasti, et si nupserit virgo, non peccasti.“ Dicitur: „Ut sit apostolus, debitores sumus non carni.“ Ita est; non enim ita carni servimus, ut spiritu et corpore tempore congruo Deo seruumus? Ob quam causam audi beatum Ambrosium²¹; et enim in libro de bono coniugio: Contingunt non corporis, sed animi virtus est; virtus c. 25. autem animi aliquando in opere manifestatur, aliquando in habitu latet. Et iustificata est sapientia a filii rete, qui vident c. 26. 5 confundentes virtutem in habita animi semper esse debet; in opere autem pro rerum ad temporum opportunitatem manifestari.“ Diffamatis nos et in ordinem nostrum Romae et cibibus nostris male dulcoratis, ut tuum scientiam vel loquacitatem ostenderes; sed unde fructum bonum habeta fu credit, ibi seminarium bonorum fructu habere non poteris, beato Ambroso super Beati Immaculati tractatu allestante, qui ait: „Petricum est non solum dicere falsa, sed etiam vera, et quis ea insimul c. 25. quibus non oportet. Quod editum quadripartitum est, vel adulatio vel acritas vel loquacitas inservit, 10 quia dum adulori vult aliquis ei, cui loquitur, effundit mysterium. Nonnulli etiam studio luci, mercedem perditionis secundatur, ut legenda silentio vendant loquendo: alii, ut phara nos videantur et scientiam suam tactent, aperint quod celare deberent, et dum sine iudicio locuntur, verbis emitunt quod revocare non possunt,“ de quibus Dominus: „Vos etia quod Lec. 16, 15. iustificati vos tamen coram hominibus. Deus autem novil corda vestra,“ qui enim perdiderit diuinam, posterulat animas suarum remuniarumque meritorum habere non poterit. O amice, si tibi a Deo fuerit commissum, ut omnia perficeris. Veritate 15 attestante, deberes dicere, „verius inuidit sum:“ si autem apostolum inistaris, deberes sentire cum ea dicens: „Debemus nos Rom. 10, 1. firmores imbecillitatem informorum sustinere, et non nobis placere. Unusquisque nostrum proximo suo placeat in bonum ad hædificationem.“ Praeterea intellige, quid sanctus dicit Gregorius: „Superiores invicem, maxima eos, qui nobis contendunt non Homilius. sum, proximos vestros attendite, quia et quos agere aliqua prava conspicisti, quas in eis latente bona nescisti; magnus ergo unusquisque esse studet, sed tamen aliquo modo se dicit esse nesciat, non dum sibi magnitudinem arroganter tribuit, amittat. 20 Hinc enim de Saulo superbiente per prophetam dicitur: Cum tu te parvulum conspicieres, ego te praecaderis magnum feci: quia vero tu te magnum conspicisti, a me parvulus aestimaris.“ Si enim per fragilitatem carnis ut tibi videatur, peccamus. habemus beati Ambrosii consolationem; aut enim in libro de sacra fuga: „Si per fragilitatem carnis et mundi dilecebras c. 11 illa mentem nostram formare non possumus, reverentia paternae et prolii peccatum levemus. Carnis enim multitudinem peccatorum operi. Qui enim ad imaginem Dei esse non potuit, sic ad plenitudinem caritatis.“ Alii enim in libro de poenitentiâ tenta: „Regnat in nobis lex huius carnis contraria legi mentis nostrae, et captivus nos in peccatum trahit, ut faciamus quod nolumus.“ Item super Lucam: „Non otiose statim in principio Genesim Dei iussum contingutum copulatur, nisi ut 1. 30 haeresis destruktur. Sic enim Deus contingut probat, ut funderet:“ in multis enim natura nostra collida fabricat. Unde sanctus Ambrosius super Lucam: „Febris enim nostra avaritia est, febris nostra libido est, ex quod ipsae sunt cupiditas;“ unde ait apostolus: „Si se non continent, nubant, metus est enim nubere, quam urit.“ Multi ante homines casti et mundi 30 esse videntur, sed ante Deum flagitosissimi vitii urenti apparent. Unde item super Lucam: „Non semper enim omnis, 1. 18 qui iustus est ante homines, iustus est ante Deum. Alter videtur homines et alter Deus; homo videt in facie, Deus autem in corde.“ Nam ut nos a laqueis mortis, quibus vita vita uertitur, liberari essemus, incurrimus nimis, ut maiora dereliqueremus. Multos enim laqueos, ut ait paulinus, in via hac superbi abscondentur. Et qui sunt isti laquei? audi sanctum Psal. 139, 6. Ambrosium super Lucam: „Oculus enim meretricia est laqueus peccatorum, laqueus in pecunia, laqueus in religione, laqueus 35 in studio castitatis.“ Separati nos ab uxoriis nostris, tu qui es apostolo iustior, sanctior propheta, mundior patriarcha, non iustitia, non caritate, mo lanceis et ensibus durissimumque iniurias, quas legabatur ab initio christianitatis nostri antecessores, sibi et nobis tunc propter vitium naturae facientes, tradiderunt. Unde si tibi at tuus placet, audi quid sanctus Ambrosius super Lucam dicit: „Quam periculosus est, si fragiles adolescentiae vel adolescenti aetatem errori peccandi crimen!“ 40 nose offeras! Audi legem Domini, cui obsecrunt etiam qui leges ferunt: Quis Deus contumus, homo non reparet. Ab initio c. 5. 45 priam usorem videntur uti dicens, peccasti: stat enim sanctus Ambrosius in Vercellensi epistola: „Dicimus quod qui fuerit c. 11 in Christo baptizatus, haberi iam non debet fornicarius.“ Fornicatus adhuc illa sententia implicitus es, quo olim illi de Monteforti te imberuerat, qui omnem christianitatem mulierem non tangere et genus humanum sine semine virili opum more nasci dicentes, falsi sententis affirmabant. Volo autem et ego atque desidero omnem ordinem ecclesiasticum mundum nullum 40 purum et sanctum; sed dicti apostolus: „Nemo potest esse mundus a peccato et sanctus.“ Iob videns humani generis diffamatus, dicit: „Numquid fortitudine lapidum fortitudine mea, aut caro mea aenea est?“ Praeterea cum tu nos in multis 6, 12. difamari, et dicens clamans, sacerdotem aliquam labo attackans sacrificium Deo offerre non posse, debuisse cognoscere, quod Dominus in apocalypsi dicit: „Ego sum Alpha et Omega, primus et novissimus: beatus qui lavant stolas suas“, ut si potestis 22, 13. eorum in ligno vitas, et portas circuitis intrent.“ Sicut enim maculas, quae sola confessione lavantur, quam lacationem supradicta sententia Iohannis significat. Quin etiam Domino affectante audi quae coquinavimus hominem. Ait: „Non enim Matth. 16, 11. 55 quae intrant in hominem coquinant, sed quae exuent de homine.“ Adulteria, homicidia, peruersa sunt, quae coquinant hominem; scis enim, et sati, ordo clericalis in quid prouas et ad peccandum propter incontinentiam. Unde sanctus Gregorius in Moribus apostoli sententiam afirmat dicens: „Et Paulus cum quoadam in ecclesia incontinentes aspiceret, concessit minima, ut matra devilareret“, dicens: Propter fornicacionis causam unusquisque suum usorem habeat.“ Item in registro secundo dicens ad Sabinium episcopum, inter multos verborum nodos, quaedam in sacraficiis universo clero scribens 60 dixit²²: „Praeter illa quae superioris dixi, curae tuae sit eodem fratres nostros episcopos adorari, ut subiecti in sacra videbilem ordinibus constituti, quod ipsi serviant ad similitudinem modis omnibus servare commonentur. Hoc tamen modo adiecto, ut hic, sicut canonica decreta auctoritas, usores quae habent, irreprehensibiliter regant.“ Dicit: „Cum uxoriis Deo exercere non potestis.“ Verum est, si plus Deo illam amaremus. Unde ipsa Veritas: „Qui amat patrem aut matrem aut fratres aut uxores, non est me dignus.“ quod enim sancti patres de episcopis dicunt, tu inordinata interques. Non enim 65 sumus, quod debemus; sed enim tales nos Deus amat, quales futuri sumus, non quales sumus, sicut ipse Augustinus in libro de Trinitate dicit: „Quales enim amat Deus, in aeternum conservat.“ Item ipse Augustinus: „Et si exterius offerenda 70 n. s. in sanguine agni vulg. o) declinarent vulg. p) quae de Bl. 22) imo Augustinum. 23) Locum hunc frustra quaeasivi.

a) plerique vulg. b) q. tobi commissi n. vulg. b') deest B. c) hinc — feci in brevius contraxit. d) p. generationis et sedulitate p. vulg. e) erga — potuerit id. f) ita Ambr. statutu B. stat ut A'. A''. Bl. g) iussu vulg. h) deest A''. Ambr. i) v. n. deum vulg. k) ita Ambr. D. ix equo est Dei codd. l) dimittit vulg. m) sciudit, dividit c. vulg. 70 n) s. in sanguine agni vulg. o) declinarent vulg. p) quae de Bl.

munera non habeo, intra monasterium tamen emere quod in aro ius laedit imponeo. Quia qui nostra datione non pascitur, oblatione cordis melius placatur.^a Nichil quippe Deo datus voluntate bona. Item Augustinus contra Iulianum in libro tertio: „In uno quippe genere curandum est, quod ad melius non potest erigi.“ Dicit: „Sacerdos qui deserit uxorem, depositor.^b Bona dicit, si ego dicō, si post acceptum sacerdotium deserit uxorem, sui ordinis pertinet subiacet, sin autem in sacerdotio unius uxoris virum inveniatur, quid separata quod non fieri? Cur enim dividit corpus? De mihi Ambrosius sanctum doctorem nostrum, qui dividit uxorem ordinis nostri a viro, altero nolens; et credamus semperque tenemus. Ep. 11, 45 Quin etiam quid sanctus papa Gregorius Teofilius patriarchae^c in Canobii dicat, audite: „Sunt quidam qui dicunt religionis causa contumeliam debere subi. Verum, sciendum est, quia et si hoc lex domini prohibuit, lex humana concessit.^d Per se enim Veritas dicit: Quod Deus coniunxit, homo non separat. Quin etiam dicit: Vero non licet dimittere uxorem, excepta fornicationis causa. Quia ergo hunc coelesti legislatori contradicat. Scimus enim quia scriptum est, erunt duo in carne una. 10 Si igitur vir et uxor una caro sunt, et religiosa causa vir dimittat uxorem vel mulier virum in hoc mundo remanentem vel fortasse ad illicita migrantem, quae est ista conversatio, in qua una eademque caro ex parte transit in continentiam, ex parte remonet in pollutione?^e“

27. (26) Cum autem orantibus partis utriusque fundi terminus imponebatur, ecce quasi ex ira Dei Landulfus maiorum corona furianter consurgens, vultu pallido ac linguis strienti, clerici cuinsdam obiurgationibus commotus, cum quo tamquam canis dentaliter rixatus fuerat, orationem fundere cupiens, omnibus nimia eius commotione vetantibus, prosiluit. Itaque indignatione nimia ac ira magna, quasi ursa raptis catulis commotus, clamans se clericorum cultello velle interimi^f, furianter ex secretario in theatrum prossiliens, omnibus convocationis plebeicis orationem incitatim permultum super ordines universos, astante tamen Herlembaldo, lacrimabiliter edidit. Quo auditu, Herlembaldo adorante et tamquam rex imperante, in manibus populi super sacerdotes illico fit concursus. Quod si ipsos in secretario aut^g in ecclesia, in quibus nullam exhibebant reverentiam, compreserint, prefecto ipso die gladiis et fustibus universos interemissent.

28. (27) Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti regnante clementia, eius que dextera virtutibus et miraculis sedule et misericorditer coruscante super homines irrationabiles, et super Dei sacerdotes ab omni humano auxilio, Dei tamen fretos auxilio, destitutos, miracula invisa et inaudita apparuerunt. Quadam enim die cum sacerdos Liprandus, qui hominibus placiti Dei male nominati suspiciosus erat, ante oculos quorundam apparens ad sancti Nazarii ecclesiam orationis causa abiit, verbis nefandissimis obiurgatus fustibusque post eum summis cum latratis projectis, in concavo altaris sancti Nazarii supra eius corpus nimia animi angustia fugit. Unde cum quidam nefandissimus, impudentior ceteris, turpissimis verbis gravissimisque impulsioneibus ipsum alapizando, ut svi et suorum consimilium animos mulceret tamquam vesanos gentiles, extraheret, Dei virtute operante, in proximo omnibus membris contractis misere exaruit. Alius cum in ecclesia eadem sanctam eucharistiam a sacerdote quadam in nativitate Domini timore eiusdem, non Dei amore acciperet, foris in muro, secta subversus haeretica, vidente tamen quadam fidele ac sacerdoti id ipsum nuntiante, immisit. Hoc audiens Dei sacerdos summa cum reverentia sanctum Domini corpus colligens recondidit; sed miser ille, qui sancti corporis indignus fuerat, usque in finem vitae sue ab omni cibo insatiabilis ac omnibus angustiis cruciatus, moriens non meruit habere corpus Christi. Alii vero quinque cum sacerdotem quemdam ob mulieris occasionem turpiter distrahendo dehonestassent, ipso anno quasi canes mortui sunt. Quin etiam aliis secta detestabili irretitus, cum sanctum incensum, quod sacerdos in Domini natale per singulas defert domos, hostio clauso ac introitu eidem vetando refutaret, nocte eadem veniente proxima diabolus, in scismate fidelissimus laborantibus, filium eius e matris manibus diripiens vagientem ac in aera verberans, ipsum puerum emortuum demum evanescere cadendo dimisit.

29. (28) Ea^h tempestate audiens Herlembaldus, Gotofredum quem supra memoravi, de omnibus episcopalibus negotiis tam in clero quam in populo contra ius suum et velle introttomitem, exercitu parato immenso et nobilium parte circa Castilionem metando 50 velud imperator composuit. Ubi cum per multos machinis et ballistis praelisque diversis frustra laborasset dies, multis et populo misere amissis ac Dei ira civitate Mediolani funditus tam in dominibus quam in ecclesiis, tam in marmoribus quam in trabibus ardente, quod castris minime latuit, ab omni spe frustratus tristis recessit. Dum haec fuissent

^a in Theocritise patricia. ^b hoc i. humana concessit, i. d. tamen prohibuit. ^c Titulus inscribatur: Qua- 55 liter Landuli oratione Herlembaldus in sacerdotes insolentum facere voluit. ^d in B. ^e dicit A*. ^f Titulus: Inc. sacerdotum miracula digitu Dei patrata. A*. A**. Miracula aliqua, quae in persecutione sacerdotum apparuerunt. B. BII. ^g Titulus: De Gotofredo in archiepiscopatum intruso.

23) Landulfum aliquando a clero vulneratum esse, Andreas c. 2. refert.

acta, parvo transacto tempore, Herlembaldus consilio Oldeprandi qui et Gregorius VII est vocatus edocetus, qui huius placiti caput et seminarium erat, suis cum chateris, qui omnia etiam regalia negotia multoque tempore tranquilla conturbabant, sine virga et anulo ac regis consensu, cui Gregorius omnibus exercitiis insidiabatur, archiepiscopum habere statuit. Qui Herlembaldus producens quendam Antonem sibi consentientem, ^{1072.} coram omni multititudine ore suo et inlicito elegit. Hoc videns maiorum et minorum ^{1072.6} multitudo tam suorum quam adversariorum, quae noviter fidelitatem imperatori iuraverat, sumptis armis magnoque praelio Antonem noviter electum multis cum plagis et sacramentis archiepiscopatum irremedabiliter fecit. Alia vero die cognoscens Herlembaldus, inopinata se et improinde delusum²⁴, sparsis argenteis totam civitatem armatus obtinuit²⁴. Interea cum Herlembaldus quasi papa ad iudicandum sacerdotes, rex ad conterendas gentes, urbem iam iisque ferro^b et auro et iuramentis multis et diversis superasset, cui nobilium nemo resistere poterat, Dei ira quam iam cum suis merebat . . . detorta sibi velut gladius bisacutus obinata^c est. Nam Landulfus cum se iam a spe archiepiscopatus, qua antea speraverat, frustratus compumperisset, auri et honoris ultra modum ambitiosus, gravi incidit contristatus infirmitate. Qui moriens, linguam quasi bovinam orribilem, qua multum offenderat, quae coopertorum non habebat, cui tormenta aperte parabantur, emisit. Demum ad sepulcrum ductus, donec eius crura velut olim c.1061. latronum fracta sunt, concludi minime potuit.

30. (29) At^d Arialdus, cum inter paschalia solemnia ecclesia Mediolanensis letanias ^{1068.} devote celebraret, praedicando ac cum clericis rixando, nullum iejunium in istis diebus ^{Mai.29.} sancto asserente Ambrosio fieri debere, et carnem et vinum legaliter his tribus diebus ^{1068.1.} posse comedere, firmabat. Quibus per civitatem auditis atque dictis letaniis interruptis, praelium magnum a partibus utrisque adorsum est. His itaque praeliantibus multisque gladiis ac lapidibus vulneratis, sex in bello viri cadentes mortui sunt. In his itaque, lector, cuius discretionis cuiusque scientiae cuiusque continentiae fuerit, certissime compere et investigare valebis. Scimus enim et vere scimus, Arialde, quia in his quinquaginta diebus nullum iejunium nescit ecclesia imperare, ^e sancto Ambrosio ²⁵ cum multis ²⁵ sanctis attestante. An ignoras, quid Veritas veritatis clamat: *Non possunt filii sponsi Lec.5.31.* iejunare quamdiu est cum illis sponsus; sed cum ablatus fuerit sponsus ab eis, tunc iejubunt in illis diebus. Credimus enim, apostolos post Domini ablationem, cum coelos ascendet, usque ad sancti Spiritus adventum in Hierusalem orantes iejunasse; sed utinam orationem, quae in portis nostrae legitur civitatis omni coram populo²⁶, a sancto ordinatam ²⁶ Ambrosio et scriptam, ecclesiae totius firmamentum intelligeres, et illud quod in eiusdem vita²⁷ legitur: *Omni tempore vitae sue iejunabat; praeter sabbatum et dominicam et festum celebriorum martyrum*, crederes! Dum haec acta fuissent, Arialdus videns urbem immanissime adversum se nimio mortuorum dolore et discordiae quotidianaे divortio commotam, omnia quae antea suis exercitiis facta et commota fuerant, cordetenus remiscens, iter quo clanculo fugeret paravit. Qui nocte fugiens, iuxta locum Legnani²⁸ a ²⁸ manibus fidelium domiae Olivae, domini Guidonis neptae, tentus et captus est. Cumque vultu eius in arce Aronae repraesentatus fuisset, eadem illico imperante, patrui sui dolorem remiscens, in insula quadam iuxta Lacum Maiorem²⁹ secretissime ductus est; ibi que interrogatus, si Guidonem teneret archiepiscopum³⁰, quem ecclesia Romana pallio et cardinalibus firmaverat, respondens et dixit: *Donec enim linguam in ore portavero et animus incolunis fuerit ac mens mea serena, nec tenebo ipsum pro archiepiscopo nec habebo.* Hoc dicto vernulae Olivae furaliter in eum prosilientes, linguam eius desub mentonem trahentes, in insula semimortuum reliquerunt. Quin etiam altera die, iubente eadem ^{1068.} ²⁸ Oliva, ne a suis mortuis vel vivis inveniretur et ab Herlembaldo durissime ipsa obside-

a) ita Bl. dilucum supererat. factum B. factum A*. factum A**. b) deest B. ex correctura additum A*. sed a scriba ipso. c) post merhabit duarum fore vocum spatium linguam A*. A**. B. Ad marginem rubricator in B. scripti: Mortur Landulfus. A**. apponit: „Mortuus Landulphus rubr. charact.“ d) an obinata? e) Titulus: De morte Arialdi. A. A**. Qualiter Arialdi a perfida martyris coronatur. B.

24) Ex am die altera praevaluisse confirmat Bonizo. statutam esse putat. 27) c. 38. sed verba Land. 25) Minime; dicit enim s. Luc. 8, 25: Ergo permutavit. 28) castrum fidelis Herlembaldi Andr. 55 hos 50 dies iejunium nescit ecclesia. 28) Maestorum refugium Deus etc. v. Fumagalli Ant. Long. c. 27. qui a presbytero quodam eum tradidit esse referit. 29) Isola Madre ut videtur. Giul. IV, 114. Mil. III, 232. qui eam a sancto Lazaro saec. V. in- 30) ita etiam Andreas c. 29.

retur, in arce Trevali³¹ in apotecha sancti Ambrosii cautissime abscondentes humaverunt defunctum³². Transactis vero aliquantis diebus, eius cadaveris foetor castellum omne, ita ut omnes nauiscent fugientes, occupavit. Itaque huius sceleris consci³³ magno timore territi, ne ob hoc cadaver invenirent, summo cum labore apotecham ipsam aqua usque umbellicum, coarctantes foetorem, repleverunt³⁴. Hiis itaque, ut audistis, ambobus exanimatis in linguis, Deus qui omnia videt omniaque suo dispensat iudicio examinatione aperto intentioni furialiter illorum verba fuerunt, apertissime declaravit. Hoc facto nequiterque peracto, cum iam huius rei eventus umbratim et non ut veritas habebat, ad 1087. Herlembaldi aures pervenit, gente illico coadunata immensa obsidem Olivam, omnium fere nequissimarum artium maxime incantationum scientia fultam, in corpus Arialdi³⁵ ut sine mora ei tradiceret satagut. Igitur legatis ad eandem directis ac castris in prato Rocho³⁶ conseruentibus, nocte superveniente eadem vox quaedam fantasticae imaginis 34 vento supervolante tenui audientibus universis insomuit³⁷ dicens: *Currite, currite ad ripam Ticini! currite currentes, quoniam in loco in ripa Ticini sanctus noster Arialdus nobis praesentandus ecce advenit.* Quo auditio angelicam vocem universi credentes, magno 15 cum clamore castris relicitis omnibus³⁸ ad locum praedictum concurreverunt. Quo cum celeri cursu ivissent, corpus iamdiu truncatum mulieris³⁹ fere emarcidum, minimeque propter aquam in qua iacerat foetens, cui omnia membra cuiuscunque sexus marcerant, orribile nimis ac visu teterrimum, illius traditum est. Itaque multis dubitantibus, multis Mai.17. que congaudentibus, plurimisque credentibus, tandem pallio superimposito in lectica 20 compositus est. Quo assumpto et quasi levita cum stola ornato, summis cum letaniis Mai.27. magnisque exaltationibus plurimisque confrquentationibus in monasterio sancti Celsi humatum est⁴⁰. Hiis itaque peractis, Herlembaldus suis cum omnibus magnisque ceremoniis quasi novum martyrem venerantes, fantastica delusi imagine, ut postea in tempore quarti Anselmi archiepiscopi apparuit, sedule ac devote colebant. Cum enim post bien- 25 35 nium⁴¹ sua consecrationis⁴² dominus Anselmus Arialdi ossa et corpus qualiter male olim in veritate fuissent humata comperisset, curialiter cum paucis clericis ad locum tendens, 1075. ossa quae habere potuit colligens, in ecclesia sancti Dionysii hymnavit. Ea tempestate cum capitanei, quos Herlembaldus a civitate suis cum factionibus expulerat, parati mori quam in honeste vivere, viribus reintegratis urbem paulatim intrantes, cives quos habere 30 poterant, secum stare ac feudi retinere iure iurando affirmabant. Poco autem tempore cum ordinarii sanctum crisma ab sancti pascae fontes consecrandos devote adduxissent, ab Herlembaldo fustibus et terroribus⁴³ constricti atque coacti, in sancto sabbato ipsum in theatro duxerunt. Quo ducto, cum⁴⁴ diu super hoc negotium adversus illos pessime detrahens ac nova nomina in honesta illis⁴⁵ imponebas Herlembaldus concionaretur, furiis 35 saevissimis commotus, sanctum crisma ab illorum manibus summa cum vituperatione

a) in B. rubricator in margine scriptis: passus est b. Arialdus barter et levita anno Domini 1066. 5. Kal. Iuli, canonizatus per Alexandrum II. Nec mirandum si iste historicus et sequens (Ariulfus nemp qui Landulfum in eo codice subsegitur) non laudeat istum Arialdum; quia ipsi erant factores sacerdotum uxoriorum, concubinorum et simoniacorum a quibus b. Arialdus passus est. Quare anno Domini 1087. Alexander II. venit Mediolanum ob mortem Arialdi, 40 dum ad sinodum pergeret, quam Mantua celebravit, in qua omnes Mediolanenses sacerdotes uxorios beneficiis privavit. Quod et de ceteris facere intendebat, sed morte preventus est; sed Hydeprandus eius successor facti Alexandri conscient illud explevit. Etiam A". in margine notat: Caract. rubr. S. et b. Arialdus martyr et levita etc. usque ad levita. *Haec igitur in A. legebantur. BETHM.* Haec desumpta esse videntur ex Anonymi V. Arialdi apud Paric. p. 157. W. spatium minus vocis relinquunt A". A". B. c) in margine alterius codicis (i.e. A.): Rho, hodie Raude. BL. d) omnes Bl. 45 e) clericis. f) ita A". A". B; in B. autem alta manus correctrix ante mulieris inseruit c). Bl. habet m. causa. g) in B. idem illa rubricator in margine: Versus super sepulcrem b. Arialdi. Martir Levitis iacebat hic Arialdus in urna. Truncatus moritur, sed vita dona meretur. Hoc Manuseolo (leg. manusilio cum Flamma ap. com. Giulini IV, 408.) reverenter condita digo. His geminis causis Arialdus passus ab istis, Marit in ecclesia levitis reconcilatur ista. Transtulit Anselmus postea venerabile corpus. — Isti tres versus loquuntur de Arialdi et Herlembaldo: Sanctos thesauros reverare 50 per omnia caros Hos pugiles Christi geno inclita Mediolani, De cuius sancti sunt isti sanguine nati. *Eadem processus A". exhibet, sed in parte in textu ipso ita: humatum est. H. i. p. H. s. c. o. m. ceremonias quasi ruboris characteribus in margine quo sequuntur. Versus super etc. usque ad nati quasi novum etc.* h) in B. rubricator in margine: scilicet MXXXXVI. i) deest B. spatio relicto. k) dux B.

31) Nomen in Veltravaglia mansit valli in sinistrâ lacus inventum fuerat, indeque Aronam asportatum. 55 lacus ripa, proprie fines Helvetiorum. Ibi eum quae- 34) et ecce die altero illoescente vox laetifera per renes Andreas in carcerem coniectus est, narrante castro insomuit dicens: In hore quidem Ticini di- Syro presb. apud Paricellum l. l. p. 119. Acta SS. rectum est in navem corpus beati Arialdi. Andr. lun. V. p. 301. 32) in lacu demersum esse ait c. 32. 33) itaque a. 1089 vel 1100. Andreas cap. 30. 34) quod 3. Mail in litore 60

diripiens ac ipse suis manibus in terram effundens, pedibus et fustibus multorum quasi 1075. lutum nullam reverentiam divinis sacramenti habentium conculcari fecit³⁶. O gens sine Deo, et o placitum sine vero. Sacramentum hoc per verbum Dei consecratum quid offendit? Accedit enim, sicut beatus Ambrosius³⁷ dixit, *verbum ad elementum, et fit sacramentum*, et quid dieat Augustinus sanctus, intellige: *Quamvis impudici et immundi sint qui operantur, ipsa eius sanctitas pollui non potest, et quod verbis euangelicis et per adulteros et in adulteros sanctum est.* Quid de gente vesanissima a Deo oblitera dicam? Dei ira super civitatem apertissime multis iudicis emitente, sancto baptismo sancti pascae criminose interrupto, ventum est ad diem maioris ebdomadae, quo capitanei iam non private, sed publice sui fedi ac proprietatis retinendi curiose satagebant. Dum haec agebantur, Herlembaldus haec omnia suo studio parari existimans, et animam iam esse in manibus dijudicans, solus quasi dux theatrum suos confortando ac cohortando ad bellum regens praefli necessaria ordinabat; quin etiam in primis sibimet vexillum, milites et pedites exinde, qui scalas ad capiendas domos et cellaria machinasque diversas portarent, ordinabat. Praeterea secrete ordinavit balistas ac fundibularios, scalas triangulares ferratas inferius per semetipsas stantes cubitorum viginti. His itaque compositis ac oratione facta lueulenta, in qua suis magnas divitias coelestes et humanas honoresque maximos promittebat, praecepsit militibus ceteraeque multitudini, ut armati in theatro dato signo citissime convenirent. Ac ab altera parte capitanei cum populi parte, cui Herlembaldi intentio innouerat, viri cognoscentes industriam praelique calliditatem, ac bellum civile adversum sese curiosissime praeparari, sibi et filiis ac uxoribus necem turpissimam inferri timentes, paulo citius Herlembaldo ad bellum armati et viriliter praeparati sunt. Hoc audiens Herlembaldus; lorica admirabilem indutus equum ascendens ferendum, ac ipse manu vexillum tenens, cum paucis armatus et Leoprandus sacerdote, qui et ipse crucem manu gestabat propria; non ut bellum sedaret, sed ut bellantes suos potius incitaret hostibus, et ipse hostis exiliens ac barba e lorica extracta, ut terrori magis foret, sese dedit. Cum autem hic primus suis non expectatis armatis et signo dato, perplurimum suis confidens viribus, maxime quia ante e civitate illos fugaverat, bellum initians, lanceis ac ensibus perfossum primus et inter primos cecidit³⁸. Sed effecto bello ac Dei misericordia paucis mortuis, ac sine multorum strage, quam quidam ex ipsis magnis firmabant assertionibus, devictis atque fugatis omnibus, quos non Dei caritas sed mala res armaverat, solus sacerdos et clericis qui dissidiis totius fomentum fuerat, Leoprandus, naso et auribus post aliquot dies mutilatus, gaudio immenso civitas tota paceque adepta repleta est. Si enim civitatis totius meritis exigentibus victoria hostibus data fuisset, et frequentes armati aliquanto citius convenient, ut prefecto comperimus, machinis rerum diversarum inventis, quae huius erant ordinatae flagitii, ut illi cives qui angustiis arctabant asserebant, ipso die pars tota nobilium quasi Sillae vel Marii tempore cum populo sibi favente gladiis diversisque tormentis funditus interisset.

31. (IV, 1.) His autem causis, quibus hi tres cum paucis vitam finiere humanam terminatis, a quo fonte haec universa epistolis multis intercurrentibus manaverunt, posteris fidelibus et hanc ecclesiam diligentibus ut sibimet praevideant, cetera fideliter enucleare curabo. Igitur comitissa Matildis⁴ cum iam duobus fratribus emortuis, quos Henrici IV imperatoris calliditate occiso fore credebat, sese solam superstitem videns, serpente qui olim protoplaustor in paradiso Dei decepit callidior, ipsum querens imperatorem a regno

45 a) feudi *B.* b) in *B. rubricator in margine*: Occiditur Herlembaldus ab Arnaldo de Raude, ut sibi reperitur (*sc. ap. Land. Jun. c. 44.*) et *paulo inferius*: Versus super sepulcro Herlembaldi in S. Dionisio, quem sanctorum martirum catalogo annotavit Urbanus II. qui cum Arnulfo archiepiscopo Mediolani corpus eius tumulavit 1091 (*patis 1095.*), quia ipso Herlembaldus vexillifer ecclesie et tutor ab adversariis Romane ecclesie occisus est. Hic Herlembaldus miles Christi reverendus Occitanus tegitur, qui celesti [i. celi cum Flamma ap. Gratin IV, 319.] sede politur; Incestus reprobatur 50 simonius et quis dampnatur. Hunc Veneris servi perimunt Simonius maligni. Urbanus summus presul dictusque secundus, Noster et Arnulfus pastor prius atque benignus Huius membra viri tumulata translati beati. Eadem A**. annolavit in codice quem exscriptum in margine legi rubris charact. c) Incipit liber quartus de Henrico imperatore et Rodolfo, et de actis comitissae Matildis, et Hyldeprandi cardinalis, qui post Alexandrum fit papa Gregorius VII. His etc. A**. B. Incipit de Henrico imperatore et Rodolfo bello Sassone, quo instituit comitissae Matildis et Oldeprandi, nobilium et vulgi strage facta inaudita patrum est. Cap. 31. His A*, et attestante Hor. Blanco cod. A. d) matildis B. const. cum operam dedit. ex nostro exscriptum auctor vitae Matil. in Latin. SS. R. Bruns. I. p. 694. verbis paulum mutatis.

36) Quae annis 1074 et 1075. acciderunt, confusisse videtur. 37) Imo Augustinus, in Ioh. ev. 15, 80.

privare, dolis acutissimis non armis laborans, septimo^a adhaesit Gregorio. Quae cum antea^b virgo Gigonem virum prudentissimum Nurmandiae ducem maritum duxisset, per paucos annos morata^c, sese iam poenitens dominum dominum habere, cum vernula consiliata fidelissima, ipsum ad cloacam super lacum sedentem per podicem interimi ense cautissime fecit. Haec enim cum totius fere Tusciae et usque Romam comitatus sui potest statem sola exercebat, pacto secretissimo cum Oldeprando, qui tunc diaconi apicem Romanæ ecclesiae regebat, necnon qui^d plurimis Romanis ossibus Albini et Rufini sparsis^e, quatenus sine consensu imperatoris in pontificatu, Romano eligeretur et consecratur, operam dedit. Itaque electo Oldeprando et idem consecrato Gregorio, parvo moratus tempore in synodo prima et domnae Matildis consilio sine advocatione ulla Henrici cum excommunicavit imperatorem, parvissimis datis inducis, nisi investitures episcopatum omniumque abbatiarum ipse refutaret. Exinde cum haec omnia sibi favere vidisset, et maxime quia Mediolanum Herlembaldus cum suis omnibus cathedris^f sibi quasi apostolico summis cum gaudiis in omnibus deseruit, multus epistolarum ammonitionibus ammonitus, necnon comitissae Matildis quamplurimi adulatioibus accensus, super huius modi negotium sedule insistens, canones et registrum, ut clerici qui investitures de manu imperatoris acciperent, ab officiis deponerentur, primus satagit. Demum ecclesiastarum universarum ac saeculi totius pace et concordia spreta, illecebrarum facetis ac diligentia Matilda, cum qua et ipse ridebat, coronam admirabilem lapidibus pretiosis intestam Saxonie duci Redulfo, quatenus se de imperio Romano contra Henricum IV regem introueret, misit; asserens se multis excommunicationibus excommunicaturum, et eius armis admirabilibus ac Saxonum illius gladiis viriliter pugnaturum. Hic enim Redulfus Saxonie ipsum ducatum, ipsius fere totius terrae thetrarcatum^g, ab imperatore Henrico fidelitate sui imperii ac totius sui honoris acceptam usque ad hoc tempus humiliter ac devote tenebat. Cum haec omnia ad imperatoris aures seriatim pervenissent, inmanissima ira ac dolore commotus, hanc clandestinam pestem inopinate super se insurgentem videntis, adversus Redulfum sibi et regno fere iam imminentem sibiique peririum, qui etiam totam Saxoniam adversus eum armaverat, cum suis omnibus quos habere potuit, arma suscepit. Quamobrem gente utrarumque partium inenarrabili coadunata, praedium est tale commissum atque perfectum, quale nec literis cognovi nec oculis vidi nec auribus audivi, nec aliquis nisi qui interfuit credere potuit. Quo enim bello cum antea biduum suis cum omnibus in ingressu Saxonie castris conseedentibus universis imperator sederet, hoc tale dedit preeceptum, ut in primo die belli, quicquid sive prosperi, sive adversi adveniret, nocte superveniente eadem ignes tres accenderentur, quatenus omnes qui dispersi fuerint ac variis eventibus, ut in bello solet, divisi fuerint, convenient, ac demum ad ignem maiores ad me in unum convenient, seseque colligant, sive ad insequendos hostes, sive ad praelium restaurandum. Ubi cum in primo bellorum concurso viginti milia militum electorum in petra ordinando ac praemittendo amississet, et ab hostibus velut olim lonas in mare a ceto absorti fuissent, suis cum omnibus militibus praeter illos, quibus lancea, in qua Dei clavus erat inclusus Romani imperii stabilimentum ab hostibus durissimis, curabatur, citissime occurrit, et occurrendo multos liberavit virtute. Itaque cum reges utrique velut leones ferocissimi feraliter praelantes eminus convenissent, tota die neutra parte victoriam adepta, gladii ferocissimi invicem saevientes ac utrarumque partium strage facta innumerabili, dies peruenit ad noctem. Igitur focis accensis tribus, ac omnibus qui dispersi fuerant militibus congregatis, imperator multitudinem universam quam colligere gregatim potuit, multis cum lacrymis cohortari ad praelium, flammivomos oculos nimia ira habens, vilissime coenatus, coepit; et exinde qualiter propria dextera pugnasset, nervis eiusdem a capulo ensis summa virtute Saxones truncando nudis apparentibus ostendens, regaliter universam cohortans multitudinem,

a) ita A''. quinto B, sed rubricator VII^o corressit; quinto vel sexto vel septimo A'. b) adhuc V. Math. c) secundum m. 50 super se i. p. aliquid habere dominum. V. Math. d) cum quam plurimis religiosis et finibus A. et Rufini sp. q. eligerent ut consecratur o. dedit. V. Math. e) i. e. chapteris; cf. c. 19. f) ita corrigendum videbatur; circa libri. g) ita A''. BL thetarcarum A'. B.

38) i. e. auro et argento; cf. versus qui suec. XI. XII. valet. et proverbium: *Romae Deus non est trinus, multum circumferuntur: Martiris Albini et presu- sed quattrinus.* Cf. etiam Evangelium de Nummo, 53 lis ossa Rufini Romae quisquis habet, cuncta parare ubi iidem sancti citantur tanquam Romae efficacissimi.

dona vivis et mortuorum filii ac filiabus regalia promisit, mallens mori quam a suo per iuro vinci, mallens sui et suorum militum corpora viriliter truncari e paelio, aut campo miscere. Cum altera autem dies venisset, imperator Henricus summo die crepusculo suorum militum universorum viribus collectis et animatis, et domino Tealdo sanctae Mediolanensis ecclesiae notario³⁹ lanceam ipse custodiente, cum viginti mille militibus hoc⁴⁰ in paelio nimia cupiditate anelantibus, armatorum virtute et animorum sagacitate hostes unanimiter continuo invadendo, fortiterque lanceis et ensibus atque sagittis feriendo in fugam convertit. Demun utrariumque partium strage per duos dies facta hominum immumerabilium, ac rege per iuro Redulfo emortuo a milite imperatoris, qui et ipse in campo inter mortuos iacebat, elevans se graviter vulneratus . . ipsius, et . . tota ense Teutonica truncavit, necnon sexaginta militibus electorum nobilium virorum, qui inter tantam stragem iussu imperatoris collecti cognosci potuerunt, acervatim combustis, imperator per quatuor dies intrans cum furore Saxoniam, omnes quos habere potuit, tam mares quam feminas, mutilando detruncavit.

¹⁵ 32.⁴¹ (IV. 2.) Post paucos interea dies clerici et laici Mediolanensium communicato ex communi consilio, eorundem civium^c malorum, callidorum et simulatorum, qui provocant iram Dei, faece eliminata, sectarumque nequissimarum errore purgato, clericorumque multorum zinzanis fugatis, tres viros diacones et notarium ad imperatorem, ut quemcumque anulo et virga laudando consentiret, archiepiscopum tenerent, unanimiter direxerunt. Quod ideo Romano imperatori ab apostolico multisque episcopis olim concessum est, quatenus cum unaquaque civitas unius sacerdotis vel levitae electionem canonice facere deberet^d, ut Romae multisque aliis civitatibus evenisse cognovimus, duas multo cum sanguine electiones facere satagabat. Quibus curiae regali representatis, imperator tacite quid isti aut Thealdus, quem diu animi et corporis scientia praepollente cognoverat, valerent recognoscere, tandem dominum Thealduum virum valentissimum, ex regia camera honorifice ornatum, ac anulo et virga sublimatum, cunctorum astantium vocibus laudatum, praesentibus civibus et absentibus universis dedit, atque ut honorifice Mediolanum recipere ac haberetur amicabiliter imperavit. Post paucos autem annos imperator omnium suorum malorum caput atque fomentum Romae fore conspiciens, ut ipsam civitatem atque Gregorium sibi adversantem sibique omnibus modis insidiante obserderet, inenarrabili militum multitudine necnon episcoporum multorum corona vallatus venit in Itiam. Ubi cum pervenisset, et de eligendo pontifice primates consulerent Romano,¹⁰⁸¹ et dominum Thealduum^e id ipsum recusantes eligere universi dispositiuerunt, Guibertum Ravennatensem archiepiscopum simulque cardinalem elegerunt, ac electum summa cum diligentia et cunctorum laude ipsum dementum^f. Graecis facetiis affluenter summa cum devotione consecrarunt⁴². Hoc facto imperator cum universa multitudine et Pado nimio¹⁰⁸² gelu rigidus ipsum et militiam universam tamquam serviens sustinente, ac domino Thealdo^g omnibus cum suffraganeis, praeter illos quos ipse Gregorius iniuste saeva interiocante pathalia, quam ipse incitaverat, a beati Ambrosii ecclesia abraserat⁴³, quam ob miste-⁴⁴ rium Ambrosianum, quod ultra fas et nefas oderat, et militibus mille et electis quos ipse summis et ex propriis dispendiis duxero alebat, in mense Decembri Romam castris¹⁰⁸³ ordinatis universis consedit. Ubi cum per menses septem imperator frustra armis et machinis laborasset, die quadam incompensate accedit, dum Teutonicci universi gentesque diversae a bello laxatae quiescerent in castris, duo viri audacissimi, domni Thealdi¹⁰⁸³ et sancti Ambrosii de familia, pistor nomine Amzo, et camerlengus hostium camerae^{iua} diu noctuque custodiens Ugo nomine, praelio et causis audacissimis assuefacti, armis et gladiis viriliter accincti, clanculo civitatis munitiones necnon et custodes turrium et murorum qualitates persorutari cupientes, mutuo animati paulatim ac pedentem murum machinis ex parte eruderatum ascenderunt. Qui videntes civitatis custodes dormire ac universa silentium tenere, gladiis illico evaginatis audacter alios truncabant dormientes.

a) post uolu. et post et spatium relinquens A*. B. A**. b) ita A*. De electione Thesidi archiepiscopi, et obsidione Romanas urbis per Henricum quartum, adserunt codi. c) civis A*. B. civem A**. d) debet A*. Bl. e) tealdo dom B. f) ita codi. g) tealdo B.

39) Sed is ann. 1075. vel 1076. in archiepiscopum est 1080. mense Iunio; consecratus 1084. Mart. 24. 40) electus est. Noster proelium ad Elistrum cum altero 41) sc. Cumensem, Curiensem, Augustensem; v. ad Unistradam commiso confundit. 42) Electus Giulini IV. 253.

1093. alios e turribus proiciebant inermes. Hoc facto, protinus sese e turribus ostendentes, signum scutis secretissime ut sibi imperator citissime occurreret faciebant. Dominus interea hoc videns Thealdus, pavore suorum tactus virorum, ut imperator citissime sibi e suis occurreret adortatus est. Itaque imperator indignatis Teutonicis, gens invida Longobardis, omnibus illico armatis militibus urbem paucis truncatis cepit; quin etiam ipsum Grégorium insequentes, in locis tutissimis et turritis in veteri Roma semetipsum Iun. 29. colligentem obsiderunt. His ita gestis, imperator domini Thealdi 3. Kalendas Iulii magnifice in auro et argento novis honoratis militibus, quorum audacia atque exercitus Roma capta imperatori subiacuit, ac ceteris primatibus diversis exaltatis muneribus, variis fultis honoribus, cunctis gratiam dedit, solos secum Teutonicos retinens in palatio sedit 10 caesariano.

33. (IV, 3.) Interea* Gregorius sese videns a civibus et a quampluribus cardinalibus destinatum, omnique spe auri et argenti amissa, e quibus sancti Petri regias et cancellas et altaria decrostando nudaverat, qua secum Romanos tenuerat bellicantes, magis diligentes aurum quam apostolum Paulum, nec non locum in quo fugerat ipse nimis ac diurna 15 nocturnaque obsidione exire non posse, ad Robertum ducem Apuliae legatos, ut sibi quamcū posset gente coadunata immensa, et saucti Petri regalibus illi refutatis, subveniret, cautissime et secretissime misit. Hic enim Apuliam et Caravriam multasque civitates marinas, exiens Nurmandiam, cuius miles pauper cum suisque sociis fuerat, 1084. noviter et iniuste cum suis multis criminibus invaserat. Igitur gente coadunata immensa 20 Mai. 25. et Saracenis omnibus quos habere potuit, in paucis diebus Romanam veterem, Romanis sese ac filios ac uxores minime tuentibus, Rufini et Albini reliquis deficientibus armata manu Robertus* intravit. Quo ingresso, post aliquot dies imperatorem Urbem exiisse invenit. Itaque gens diversa de Deo ignara, sceleribus ac homicidiis edocta, adulteriis variisque fornicationibus assuefacta, omnibus criminibus, quae ferro et igne talibus agi 25 solet negotiis, sese furaliter immerserat; quin etiam virginis sacratas corrumpentes miserorumque Romanorum uxores incastente, ac anulos eius earum digitulis detrunca- bant. Quid multa? tribus civitatis partibus multisque palatiis regum Romanorum adustis, Gregorius demum filiis male crismatis filiabusque peius consecratis, cui iam spes ulla 1085. vivendi in civitate non erat, ab Urbe exiliens cum Roberto Salernum protectus est. Ubi 30 per pauca vivens tempora, tamquam malorum poenam exterritus interiit.

34. (IV, 4.) Cum* haec agebant universa, et clericorum scisma laicorumque furialia praelia principatum tenerent, quidam sacerdos Anselmus nomine, quem dominus Thealdus in sacerdotio consecraverat, quadam die in sancti Maturitii vigiliis, dum omnium sanctorum collectam, sanctae Mariae vespero finito, ante altare sanctae Mariae ad Funiculum⁴² 35 summa cum reverentia diceret, videntibus clericis tamquam mortuus, vultu tamen coloratus pulsantibusque fibris, cadens occidit. Quo audito multi ex civitate utriusque sexus exentes, visu videbant mirabile omnibusque terrible. Cumque multorum turmae turmatim ad hoc convenissent inauditum, alii credebant fictitium, alii pedes subula vel aca secure quasi mortuo pungebant. Factum est autem in altero die circa meridiem, viden- 40 tibus multis ac stupefactis, quasi ab angustiis liberatus, clamans poenitentiam, spiritu restaurato sibi sese velocissime erexit: qui multa tormenta incredulis ac usurariis incre- dibilis, et honores et gloriam quae super sanctos vidit viros, prout potuit, angelo sibi haec omnia ostendente, qui spiritum eius per diversa portavit, lacrimis multis patefecit.

EXPLICIT LIBER HISTORIARUM LANDULFI HISTORIOGRAPHI⁴³.

45

a) Titulus in codd. De morte Oldeprandi, qui Gregorius VII. dictus est (q. G. vocatus est c. 33. A'). b) Rubertus B.
hic et infra. c) Titulus in A''. B: De transita sacerdotis Anselmi, et quomodo (quoniam A''. Et) incolumia sequenti
die apparuit. De a. t. qualiter spiritus eius incolumis ante e. Mariæ altare per angelum Dei transivit. A'. d) ita
A'. B. Finis Landulfi senioris historiae. A''.

42) de da v. Giulini V, 373.

50

CATALOGUS ARCHIEPISCOPORUM

MEDIOLANENSIMUM

EDIDERUNT L. C. BETHMANN ET W. WATTENBACH.

Arnulfi et Landulfi historiis subiucimus catalogum ad eundem cum illis terminum deductum, scilicet ad archiepiscopum Thedaldum; quem ex tribus propinquis codicibus:

1) *Ambrosianus C. 133. partis inferioris, olim P. 246. et B. 245. signatus, membr. fol. ante vitas sanctorum et sermones beati Ambrosii exhibet catalogum, continuo calamo deductum usque ad secundum Laurentium, in quo 10 calamus quidem mutatur, sed manus eadem manet et continuo pergit usque post Guidonem a. 1075. Haec omnia igitur ex antiquiore fluxerunt a duobus saltem confecto, ut iam Papebrochius vidit. Priorem partem usque ad Laurentium a. 573. ob sermonem in omnibus aequalem unus composuisse videtur; altera a. 573—1075. alium auctorem sive mavis plures satis prodit vocibus 15 episcopus, obiit, sepultus est. Reliqua vero a. 1075—1206. in codice a diversis annotata sunt vario tempore, prout decebant archiepiscopi, autographa igitur narratisque plerumque aequalia. Edidit primus Mabillon in Museo Italicico I, 2, 109; deinde egregie illustrarii Papebroch in Actis SS. Maii VII, p. LIV; nos iterum proponimus ex ipso codice, quem flagitantibus nobis diligenter 20 examinavit atque in usus nostros conferri curavit vir admodum reverendus Bartholomaeus Catena, bibliothecae Ambrosianae praefectus, cuius insigni benevolentiae acceptum referimus, quod et catalogum accuratius hic proponere et de varia eius scriptura certa offerre iam potuimus.*

2) *Ipse catalogus in 1. quum ad annum demum 1126. deductus esset, transscriptus fuit in alio codice Metropolitanano, de quo v. supra pag. 4. n. 5. iam perduto, unde edidit Muratorius SS. IV, 141. Scriba in verbis multa mutauit, quae omnia annotare inutile iudicavimus; quaedam de suo adiecit. quae accurate attulimus; post Olricum ab a. 1126. proprio Marte pergit usque ad a. 1176.*

3) *Idem catalogus ex ipso codice 1. circa initium saec. XIII. in libro capituli Mediolanensis qui dicebatur Beroldus exceptus fuisse videtur ibique a variis continualiter et prosa et versu, auctus quoque prooemio de Barnaba primo episcopo. Hic Beroldus quidem intercidit; at a. 1296. vel paulo post Iohannes Boffa integrum catalogum cum continuationibus inde manu continua exceptum inseruit Novo Berolfo a se iam intra a. 1265 et 1269. confecto; cui aliud quidam post a. 1371. paucula in fine adiecit. Ex hoc Novo Berolfo catalo-*

gum usque ad a. 1262, iam ediderat Muratorius SS. I^o, 228; nos damus integrum, prouti Bethmannus noster excepit a. 1845, viro reverendissimo Francisco Rossinelli canonico Mediolanensi et librum et locum gratiouse concedente, cuius viri praestantissimi singularem humanitatem hac opportunitate data praedicare gratum nobis est officium.

Annos Domini, in codicibus non obvios, margini adscriptimus ex computatione Papebrochii Saxiisque, etsi plurima incerta manent; postea comitis Giulini rationes secuti sumus.

INCIPIUNT NOMINA EPISCOPORUM MEDOLANENSIS CIVITATIS.

- | | |
|--|----|
| 53. Anatalon ^b sedit annos 13, depositus est ^c 8. Kal. | 10 |
| 61. Gagius sedit a. 2, depositus est 6. Kal. Oct. ad ^d Concilia Sanctorum ^e . | |
| 67. Castricianus sedit a. 41, depositus Kal. Dec. ad Sanctum Iohannem ad Conca. | |
| 138. Kalimerus sedit a. 53, depositus pridie Kal. Aug. ^f | |
| 193. Monas sedit a. 59 ^g , depositus 8. Kal. April. ad Sanctum Vitalem. | |
| 303. Mirocles ^h sedit a. 22, depositus pridie Kal. Decemb. ad Sanctum Victorem ⁱ . | 15 |
| 252. Maternus sedit a. 12, depositus 15. Kal. Aug. ad Sanctum Naborem. | |
| 331. Protasius sedit a. 25, depositus 8. Kal. Decemb. ad Sanctum Victorem. | |
| 315. Eustorgius sedit a. 17, depositus 14. Kal. Oct. | |
| 355. Dionysius sedit a. 14, depositus 8. Kal. Jun. ^j | |
| 374. Ambrosius sedit a. 26, m. 4, d. 5, depositus die 5. mensis Aprilis ^k . | 20 |
| 398. Simplicianus sedit a. 10 ^l , depositus 18. Kal. Sept. ^m | |
| 399. Venerius sedit a. 9, depositus die 4. mensis ⁿ Maii ad Sanctum Nazarium. | |

a) Ita 1. Incipit commemoratio huic ecclesie episcoporum, quantum in hoc seculo vixerunt aut ubi sepulti sunt. Primus pontifex Mediolanensis ecclesie extitit b. Barnabas apostolus Iesu Christi, sicut b. Yerosimus 25 inter alia, que scripsit Chromatio et Eliodoro, attestatur^o dicendo: „Barnabas qui cum Paulo verbum ministravit, primus 25 in Roma Christum predicavit, et post Mediolani episcopus factus est.“ Quod etiam b. Barnabas fuerit primus pontifex Mediolanensis ecclesie, b. Dorotheus b. Dionisi Ariopagitae discipulus in libro, quem composuit de apostolorum actibus, agerit manifeste. In ipso namque apostole Mediolanensis ecclesia est fundata. Legitur enim in antiquissimis historiis, 4 que hodie habentur in civitate Mediolanensi, quod ipso b. Barnabas de Romana civitate ad urbem Mediolani transiit se, et in ea verbum vitae predicanus, cives Mediolanenses ad cultum Christi convertit et fide et moribus informavit, et 30 Brixianas cives per Anathelonem suum socium ab ipso apostolo ad eam missum similiiter ad Christum convertit. Qui quidem b. Barnabas Mediolanensem ecclesiam metropolitanam ordinans, sanxit, ut ipsa principalis culminis sedes et aliarum in sua provincia ecclesiistarum metropolis perpetuatur habetur. Ac primum post ipsum prefatum Anathelonem prefect et consecravit in archiepiscopum Mediolanensis ecclesie et prius episcopum ecclesie Brixianae, commitemens sibi curam simul utriusque ecclesie. Unde versus:

Mediolanensis preclarus Barnabas urbis
Primi pontificis aibi consecrat Anathelonem;
Metropolitano quam sublimiori honore,
Ad fideli lumen duxit morum quoque lucem.
Primum pastorem recipit simul Anathelonem
Brixia, que Christo fuerat fide iuncta per ipsum.
Nobilis hec regio, tanto fandata patrono,
Ipse collaudet meritio reverenter honoret.

33

40

addit 3, adiungens picturam, in qua ad sinistram spectatur MEDOLANUM, ad dextram BRISIA, sub forma aliquot domorum cum curibus ex utraque prouidentibus; in medio s. Barnabas sancto Anathelonii misericordia imponit. Tunc scriba pergit. S. 45 Anathelon etc. Haec omnia exceptis versibus leguntur etiam post historiam Arnaldi in codicibus eiusdem 1. 2. 3. 4. 5. B2^o, sed nequaquam ab Arnaldo profecta evidenter, ut iam vidit qui ea primus edidit Muratorius SS. IV, 45. b) Barnabas ante A. scripsit manus recentissima in codice 1. In 3. omnibus ab Anatolone ad Senatorum usque S. praefigitur; episcopus omnibus usque ad Grossolanum addit. 2. c) obit hic et in sequentibus usque ad Detinem 2. d) et iacet apud Brisiam urbem in monte s. Florani add. 3. e) sepultus ad 2. constanter ita; ad S. Naborem 3. f) in 50 ecclesia sua addit. 3. g) LXIV. 2. h) ad corpus addit. 3. i) in ecclesia sua add. 3. k) obit Nonas m. Apr. 2. in ecclesia sua addit. 3. l) Il eti I corr. Papebr. m) in ecclesia sua add. 3. n) d. IV. K. M. 3. IV. Nonas M. 2. ad basilicam apostolorum 2. constanter ita pro ad S. Nazarium.

1) Id cognomen erat ecclesia a. Babilone et a. Romani probavit Papebroch. l. l. p. LIX. 3) Horum mani, sed iam auctor vitarum primorum episcoporum nullum vestigium in operibus Hieronymi reperiisse 55 rum Mediol. cum in horto Philippi sepultum esse potuit; sed paene eadem verba in Dorothei libro tradit; ubi postea s. Naboris ecclesia aedificata est; leguntur. 4) in libro de situ civitatis Mediolani, et inde translatus esse dicitur per Carolum Borromeum. 2) Ordinem nominum hic inversum esse

probavit Papebroch. l. l. p. LIX. 3) Horum nullum vestigium in operibus Hieronymi reperiisse 55 rum Mediol. cum in horto Philippi sepultum esse potuit; sed paene eadem verba in Dorothei libro tradit; ubi postea s. Naboris ecclesia aedificata est; leguntur. 4) in libro de situ civitatis Mediolani, et inde translatus esse dicitur per Carolum Borromeum. 2) Ordinem nominum hic inversum esse

Marcolus sedit a. 15, depositus 9. Kal. Maii ad Sanctum Petrum ^a , ad Sanctum Nazarium.	408.
Martinianus sedit a. 30 ^b , depositus 4. Kal. Ian. ad Sanctum Stephanum ^c .	423.
Clericius sedit a. 18 ^d , depositus 17. Kal. Octob. ad Sanctum Nazarium.	432.
Lazarus sedit a. 11, depositus 14. die mensis Martii ad Sanctum Nazarium.	438.
Eusebius sedit a. 17, depositus die 9. mensis Augusti ^e ad Sanctum Laurentium.	449.
Gerontius sedit a. 6, depositus die 7. Maii ^f ad Sanctum Simplicianum.	465.
Benignus sedit a. 8, depositus ^g 10. Kal. Decemb. ad Sanctum Simplicianum.	470.
Senator sedit a. 3, depositus 4. Kal. Iunii ad Sanctam Eufimiam ^h .	477.
Theodorus sedit a. 9, m. 8, d. 17, depositus 5. Kal. Aprilis ⁱ ad Sanctum Ypolitum ^j .	480.
Laurentius sedit a. 22, depositus 6. Kal. Aug. ad Sanctum Cassianum ^k .	490.
Eustorgius sedit a. 7, depositus 8. Id. Iun. ad Sanctum Xystum ^l .	512.
Magnus sedit a. 30 ^m , depositus Kal. Novemb. ad Sanctum Eustorgium.	518.
Datius sedit a. 22, depositus 19. Kal. Feb. ad Sanctum Victorem ⁿ .	530.
Vitalis sedit a. 4, depositus ad Sanctum Vitaliem.	532.
Auxanor sedit a. 2, depositus 3. Non. Sept. ad Sanctum Stephanum ad Rotam.	566.
Honoratus sedit a. 2, depositus ad Nocetam ^o .	568.
Frontus sedit a. 11, depositus in Genua ad Sanctum	570.

Laurentius sedit a. 19, m. 7, obiit 12. Kal. Septemb., sepultus est in Genua ad Sanctum Syrum. Vixit annis 85 ^p .	573.
Constantinus episcopus ^q sedit a. 18 ^r , obiit die 3. mensis Sept., sepultus est in Ienua in 393. domo sancti Ambrosii. Vixit a. 100.	593.
Deusdedictus episcopus sedit a. 28, m. 1, d. 14, obiit 3. Kal. Novemb., sepultus est in Ienua 601. ad Sanctum Syrum. Vixit a. 90.	601.
Austerius episcopus sedit a. 10, m. 5, d. 7, obiit die 4. mensis Iulii, sepultus est in Ienua 630. ad Sanctum Syrum. Vixit a. 70.	630.
Fortis episcopus sedit a. 3.	641.
Iohannes episcopus sedit a. 10, obiit 4. Non. Ian., sepultus est ad Sanctum Michahelem 645. in Domo ^s .	645.
Antonius episcopus sedit a. 2, obiit pridie Kal. Nov., sepultus est ad S. Simplicianum.	655.
Mauricillus episcopus sedit m. 4.	657.
Ampelius episcopus sedit a. 5, sepultus est ad Sanctum Simplicianum.	668.
Manusuetus episcopus sedit a. 9, obiit 11. Kal. Mart., sepultus est ad Sanctum Ambrosium.	672.
Benedictus episcopus sedit a. 47 ^t , obiit 5 ^u Id. Mart., sepultus est ad Sanctum Ambrosium. ^v 681.	681.
Theodorus episcopus sedit a. 14 ^w , sepultus est in monasterio Auronae ^x .	721.
Natalis episcopus sedit m. 14, obiit pridie Id. Maii, sepultus est ad Sanctum Georgium ^y .	736.
Arifretus episcopus sedit m. 9, sepultus est ad Sanctum Nazarium.	741.
Stabilis episcopus sedit a. 2, m. 4, obiit Id. Decemb., sepultus est ad Sanctum Ambrosium.	753.

a) ad S. P. deest 3. b) VIII. corr. Pap. p. LXXXII. c) ad Rotam add. 2. 3. d) ita 1. 2. 3. VIII. corr. D. P. p. LXXXIII.
 e) obiit VI. Idus Aug. 2. f) VII. die 3. ob. IV. Nonas M. 2. (collitur III. Nonas.) i) obiit V. K. D. 2. (collitur XII. Kal. Dec.)
 40 k) III. mens. VIII. dies XV. obiit IV. K. 1. 2. l) VIII. obiit K. A. 2. m) Laurentium 3. In codice 1. nomes
 sancti etenim; manus recentior superscripti ipolitum. Sepulatum esse in sacello s. Hippoghi basilicas Lav. antero dicti
 Sasiis, Series p. 136. n) VI. K. A. sepultus est ad S. Ypolitum 2. Cas. sive ad predictum S. Ypolitum 3. Scilicet his
 duobus simul dedicata erat ecclesiola illa. Vicende di Milano p. 294. o) sepultus est in supradicta ecclesia 2. S. Xysti
 sacellum adhaerebat basil. s. Laurentii. p) XIII corr. D. P. q) sepultus est in ecclesia a. Georgii ad Nocetam 2.
 45 d. est ad Nocetam in e. a. G. 3. r) nomen sancti deest 1. d. in G. ad S. deest 2. XI. iste primus concendit
 cathedralm Ambrosianam, symoniace; cui condigna pena pro meritis respondentem, ipsam terram absor-
 buit sicut Dathan et Abiron, nec corpus eius ultra visum vel repertum christianam sepulturam re-
 cepit addit. 3. s) Postea in 1 forma litterarum aliquantulum minor esse incipit, sed manus eadem plane, quae et pre-
 cedentia exarantur; fortasse itaque scriba calamus hic sicut, alio tempore resumpit, quem continuo deduxit usque ad
 50 mortem Guidonis a. 1075. t) LXXXII. 2. v. a. 85. hic et in tribus sequentibus deest 3. u) ep. deest constantier 3.
 v) VIII. corr. Pap. w) XLIII. corr. Pap. q. cuius computatione abhinc discessit. x) VI. 2. VII. 3. y) obiit
 pridie Idus Maias addit 2. z) Oloase 2. Orone 3.

5) corpore a Constantiopolii Mediolanum relato. cata. v. Vicende di Mil. p. 261. 8) sc. quod Au-
 6) Noceta quod 3 m. p. Mediolano abeat; v. Fama
 55 galli Vicende di Milano p. 230 seqq. 7) Hoc
 usque ad Heriberti tempora ignoratum est, v. Arn.
 II, 20. Eccl. illa prope metropolitanam erat aedi-
 fata, v. Vicende di Mil. p. 273.
 9) in Pal-
 atio, quam basilicam ipsa fundaverat; v. Saxii Seriem
 p. 251. Vic. di Mil. p. 289.

741. Laetus episcopus sedit a. 13, m. 11, obiit pridie Non. April., sepultus est ad Sanctum Ambrosium.
755. Thomas episcopus sedit a. 28, d. 5, obiit 5. Kal. Octob.^a, sepultus est ad Sanctum Laurentium.
784. Petrus episcopus sedit a. 17, m. 2^b, obiit Id. Maii, sepultus est ad Sanctum Ambrosium. 5
803. Odelbertus episcopus sedit a. 9, m. 7, obiit 5. Kal. Martii, sepultus est ad Sanctum Ambrosium.
813. Anselmus episcopus sedit a. 5, obiit 5. Id. Maii, sepultus est ad Sanctum Ambrosium.
818. Bonus episcopus sedit a. 4, obiit 10.^c Kal. Febr., sepultus est ad Sanctum Ambrosium.
822. Angelbertus^d episcopus sedit a. 1^e, m. 2, d. 22, obiit 7. Idus Octob., sepultus est in ecclesia 10
hiemali.
824. Angelbertus episcopus sedit a. 35, m. 5, d. 17, obiit Id. Decemb., sepultus est ad Sanctum Nazarium.
860. Tado episcopus sedit a. 7, m. 6, d. 13^f, obiit 7. Kal. Iunii, sepultus est ad Sanctum Ambrosium. 15
868. Anspertus episcopus sedit a. 16^g, m. 5, d. 13, obiit 7. Idus Decemb.^h, sepultus est ad Sanctum Ambrosium.
882. Anselmus sedit a. 14, m. 6, d. 22, obiit 5. Kal. Octob., sepultus est ad Sanctum Ambro-
sium iuxtaⁱ altare sanctae Marcellinae.
896. Landulfus sedit a. 3, diebus minus 38, obiit Nono^j Novembiris, sepultus est ad Sanctum 20
Ambrosium.
899. Andreas sedit a. 6, m. 3, obiit pridie Kal. Mart.^k, sepultus est ad Sanctum Ambrosium.
906. Acho sedit a. 12, m. 6, obiit 7.^l Idus Sept., sepultus est in ecclesia hiemali.
918. Warimbertus^m sedit a. 2, m. 8, obiit 18. Kal. Sept., sepultus est ad Sanctum Stephanum
ad Fontiⁿ. 25
921. Lampertus sedit a. 9, m. 8, d. 15, obiit 13. Kal. Iulii, sepultus est in ecclesia hiemali.
931. Hilduinus sedit a. 5, d. 25^p, obiit 9.^q Kal. Augusti, sepultus est in ecclesia hiemali.
936. Ardericus sedit^r a. 12, m. 2, obiit 3. Idus Octob., sepultus est in ecclesia Apostolorum
intra capellam sancti Lini papae^s.
948. Aldelemannus et Manasses^t 5 annos inter se divisserunt. 30
953. Gualpertus sedit a. 18, obiit 8. Idus Novemb., sepultus est in ecclesia hiemali.
970. Arnulfus sedit a. 3, m. 4, obiit 16.^u Kal. Maii, sepultus est in ecclesia hiemali.
974. Gottefredus sedit a. 5, m. 1, d. 23, obiit 13. Kal. Octob., sepultus est in ecclesia hiemali.
979. Landulfus sedit a. 18, m. 3^v, obiit 10. Kal. Aprilis^w, sepultus est ad monasterium sancti
Celsi^x. 35
998. Dominus^y Arnulfus sedit a. 19, m. 9, d. 6, obiit 5. Kal. Martii^z, sepultus est ad Sanctum
Victorem ad Corpus^{aa}.
1018. Dominus Heribertus sedit a. 27^{bb}, sepultus est ad Sanctum Dionysium.
1045. Dominus Guido sedit a. 26^{cc}, obiit 10. Kal. Sept. sepultus est in Bergullio^{dd}.
1073. Dominus Tedaldus archiepiscopus^{ee} sedit a. 9 et m. 3 et d. 21, obiit 8. Kal. Iunii, sepultus 40
est in Arona.
1086. Dominus Anselmus archiepiscopus sedit a. 7 et m. 5 et d. 4, obiit pridie Nonas Decemb.,
sepultus est in basilica Apostolorum.

a) Dec. 3. b) IV. 2. 3. c) XV. 3. d) hic deest 2. e) a. II. 3. f) XXII. 2. g) XIII. 2. 3. h) Oct. 3.
i) i. a. s. M. deus 2. k) ita 1. hic et alibi passim; Noni 3. IV. Non. Epitaph. ap. Gual. II. 75. l) Maii 2. m) VI. 2. 45
n) Dec. ad S. Ambrosium 3. o) hic et Lampertus deus 2. p) XV. 2. 3. q) IV. 2. r) dees 2. m. II.
denat 2. 3. s) L. quam ipse hedificari fecit 3. t) VI. 2. u) diebus XIII. agda 2. v) Octob. 3.
v. Glolini II, 452. w) quod ipse noviter edificavit inductione X. 2. x) deest 2. 3. const. y) Maii indi-
catione 1. 2. Martii etham Necrol. S. Joh. Modestus, Glolini IX, 32. z) ad C. deus 2. 3.) XXVI. m. IX. diebus
XIX. obiit VI. die mensis Ianuarii, s. e. in ecclesia s. Dionysii confessoria. 2. obiit XVII. Kal. Febr. s. est 50
ad S. Dionysium cuius monasterium edificavit et ditavit. 3.) XXVI. m. I. diebus IV. o. XII. K. 2.
b) ad Bergallio. Cessavit episcopatus annos III. et dimidium. 2. in Bergallio veteri prope Alexandriam. 3.
Hic deus manus primaria in 1. Qui sequuntur archiepiscopi, singuli ibi singulis scriptis notantur, unde apparet, eos
paulatim prenti succedebant, adiunctos esse a diversis scribit. e) deest 3. const. s. a. IX. m. VII. d. XXVIII. 2.
10) ita dictum, quia baptisterium erat, feminis destinatum, dum maribus Sanctus Iohannes ad Fontes 55
patebat.

Domnus Arnulfus archiepiscopus sedit a. 3 et m. 9 et d. 19; obiit 8. Kal. Octubris, sepultus 1093.
est in Claviensi monasterio^a.

Venerabilis memoriae^b Anselmus archiepiscopus sedit a. 3^c et m. 10 et d. 28; obiit pridie 1097.
Kal. Octubris, sepultus est Constantinopoli, ut peregrinus, in monasterio sancti Nicolai.

Grosolanus hanc^d sedem a. 9 et m. 4 perturbavit.

Domnus Iordanis archiepiscopus sedit a. 8 et m. 9 et d. 3; obiit 4. Non. Oct., sepultus 1112.
est apud Sanctum Ambrosium iuxta pulpum^e.

Domnus Orlicus archiepiscopus sedit a. 5 et m. 6 diesque 11; obiit 5. Kal. Iunii, sepultus 1120.
est in ecclesia hiemali iuxta pulpum.

Cod. 1.

Ab electione domini Anselmi de Pusterula Anselmus qui dicitur de Pusterla sedit a. 10 1126.
usque ad electionem domini Ribaldi, qui et m. 1 et d. 14; obiit 19. Kal. Sept. 1135.^f
tunc erat Albensis episcopus, sunt a. 9 sepultus est in Roma ad Sanctum Iohannem Lateran.

et d. 29.

Cod. 1. 3.

Robaldus sedit a. 10 et m. 4 et d. 28; obiit autem 3. Kal. Ian., sepultus est in ecclesia
beatae Mariae quae dicitur hiemalis, iuxta
pulpum. Fuerunt autem ab ipsis obitu
usque ad electionem domini Oberti dies
26^g.

Obertus sedit a. 20, m. 2^h et d. 6; obiit autem
6. Kal. Aprilis, sepultus est Beneventi
exulans pro fide in ecclesia sanctae Sophiae.
Fuerunt autem ab obitu ipsius obitu
usque ad electionem domini Galdini
dies 20.

Galdinus sedit a. 10, eadem die consecratus
et mortuus. Obiit autem 14. Kal. Maii
supra pulpum beatae Tegiae, praedicans
populo verbum fidei et veritatis, et prae-
cipue contra catharos. Sepultus est in
eadem ecclesia iuxta pulpum. Fuerunt
autem ab obitu ipsius usque ad electio-
nem domini Algisi septimanae 10 et
dies 4ⁱ.

Algisi^j sedit a. 8 et m. 9, quinque diebus minus. Vacavit autem sedes per m. 1 et d. 11. 1176.
Sepultus est autem^k in ecclesia yemali iuxta pulpum.

Domnus Ubertus^l, qui et papa Urbanus, sedit a. 2 et m. 4 et d. 10^m. Vacavit autem sedes 1185.
m. 1 et d. 16. Sepultus vero est in ecclesia Ferrarensi.

Miloⁿ sedit a. 7^o et m. 8 et d. 8. Vacavit autem sedes per 26 dies^p. 1187.

Ubertus de Terciago sedit m. 9 et d. 5. Vacavit autem sedes d. 29. 1193.

Philippus^q sedit a. 10 et m. 4 et d. 7. Vacavit autem sedes d. 24. Sepultus^r est in ecclesia 1190.
sanctae Mariae Maioris Mediolani.

*a) Arnulphus ep. sedit annis III. m. X. sep. est in mon. s. Kaloceri in Clivate. b) haec duo verba in 1. videntur esse eiusdem scriptore, sed aliquis, cui ritasse non placebant, delere conatus est. Desunt 2. 3. c) IV. ob. peregrinando et s. est in civitate C. 2. d) G. ep. sedit a. VII. et m. IV. sepultus est Romae ad S. Sabam. 2. G. habuit sedem a. VIII. et m. IV. 3. e) o. in monasterio s. Ambrosii 2. f) Octob. 1. et s. est Romae ad S. I. Ycolasum Late-
ranum. 2. Mediolani fuit ecclesia S. Ioh. Itolani, quae postea S. I. de Laterano vulgo vocabatur. Vicende di Mil. p. 259.
g) XXIII. 3. h) o. II. desunt 3. i) lege quarto. l) Hic desunt 2. k) IV. incensationis MCLXXXVI. XVIII^o
mensi Aprilis. addit 3. Abbino in 1. manus a. XIV. pergit. l) de Pirovano addit 3. m) deest 3. n) Crivel-
lus addit 3. o) VI. 3. p) de Cardeno addit 3. q) VIII. 3. r) sepultus in ecclesia yemali addit 3. s) de-
Lampugniano addit 3. t) Sepultus — Mediolani desunt 3. Hic desunt 1.*

55 11) San Calogero di Civate, sitem inter duo lacus Larii cornua.

SS. T. VIII.

Cod. 3.

- (206) 1207 die sabbati, 11. Kal. Ian. electus fuit dominus Ubertos de Pirovano, qui erat Romane curie cardinalis. Sedit autem a. 4 et m. 3 et d. 2. Obiit 9. Kal. Oct. in sabbato sancto¹², et sepultus est in die pasche in ecclesia yemali iuxta pulpitum. Vacavit vero sedes usque ad 4. diem Maii.
1211. Dominus Girardus de Sessa, qui erat electus Novariensis et apostolice sedis legatus, sedit electus tantum et non consecratus nec etiam confirmatus, a 4. die Maii usque ad 16. diem Decembris. Obiit Cremonae et ibi sepultus est. Vacavit autem sedes in magna lite et discordia m. 10 et d. 20; causa discensionis causa fuit in examinatione electionis tria divisio. Una pars enim domino archipresbitero suum prestiti favorem, alia pars domino archidiacono, tercio episcopo Vercellensi¹³, qui erat huius ecclesie ordinarius et post mortem predicti legati et electi ante hanc examinationem legatus apostolice sedis effectus. Nullius tamen electio fuit ab electoribus secundum morem solitum pronunciata, qualibet parte suam electionem effectui fore mancipandam affirmante, et una quidem asserente, se numero ampliorem et ideo suum electum esse pronuntiandum, aliarum vero partium utraque allegante, se licet numero breviorem, tamen digniorem et ideo uam electionem esse efficaciorem. Hec quippe contentio multo tempore duravit, quasi tamen sopita, nec coram iudicibus fuit questio bene discussa nec ventilata; quare adhuc remanet insoluta. Propter huiusmodi contentionem dominus papa capitulo nuntiis ad se convocatis, dominum Henricum de Setara, huius ecclesie cimillarcham et ipsius apostolici subdiaconum, qui erat Bononie in scolis, in pastorem elegit a. D. 1213, 4. die Nov. Et notate, quod paucis ante temporibus, mortuo beato Galldino, quasi similis sed non tam prolixa fuit contentio inter archipresbyterum et archidiaconum; propter quorum contentionem electores et episcopi huius ecclesie utroque illorum abiecto elegerunt dominum Algisium de Pirovano, qui erat similiter cymiliaarcha et presbiter, quo nullus postea usque nunc fuit huic ecclesie utilior.

Hii igitur factis cupidus moneatur honoris,
Viribus aut plausu fastuve minuisse^a vel astu
Quemlibet incassum se nisi magnificandum,
Et Christi fasces factos vitare sodales.
Hiis etenim fisi quoad hiis sunt scandere nisi,
Fratres manserunt quibus patres esse cupierunt,
Non fatias partes homo, si vis aut cupis arcas,
Nec fratrum plaudas vitiis, tibi robur ut addas.
Non humiles fastu preme, necve minis nec et astu.
Qui facit ista quidem, fugat hunc quem querit honorem
Munera ne cupias; que captans quam sit iniquus,
Vige rite simo quinto psalme sinuat¹⁴.
Non te ergo laqueet quis donis, sit quasi pisces
Jesus curva puta sub munere^b quolibet era.
Non tribulos plantes, violas et lilia iactes,
Sontes magnificans, mites ut vilia calcans.
Non pingues ungas, macros arere sinendo,
Divitibus tribuens et egenis non miserendo.
Non studeas ursos et equos volucresque cibare,
Pauper et ante dominum frustra clamet: *Miserere!*
Non carnis curam, mox vermbus esca future,
Perfice, set memores anime busto cariture.
Hec modo que monui, spernas si corde maligno,
Quo cupis, haud scandes, digne mansurus in imo.
Hic quoque qui sca., si non servaverit ista,
Quo magis ascendit, tanto mage verget ad ima.

30

35

40

45

50

55

a) faustuve minusve cod. quod correxius ob paulo post sequentia. b) munera cod.

12) a. 1212. secundum hanc computationem, quam multis argumentis impugnavit Giulini. 13) Ari-

prando de Vicecomithus. 14) i. e. insinuat psalmo 25o.

*Sin autem spernas, et hic impletat illa benigne
O utinam veniat! regnabitis ambo perhenne.*

Obitus predictus dominus Henricus de Setara Brebie a. D. 1230. 16. Kal. Oct., et sepultus est in ecclesia sancti Victoris ad ultimum; et modo translatum est in ecclesia sanctorum marthirum Naboris et Felicis, et ibi iacet. Stetit autem in episcopali sede a. 16 et m. 10 minus 12 diebus. Stetit equidem ideo dixit et non sedit, sicuti de plebisque suprascriptis dictum est, quia stare pugnantis est seu laborantis, sedere vero qui esentis. Toto enim fere sui regimini tempore in labore fuit et pugna non minima, scilicet pro toto ecclesie tuenda libertate, pro istius maioris ecclesie honore conservando, 10 pro hereticis expellendis, pro episcopis qui videbantur a subiectione Mediolanensis ecclesie absoluti, recuperandis. Unde dominum Omnebonum episcopum Ceremonensem, qui debitam huic ecclesie reverentiam annis pluribus prestare recusaverat et se teneri obedire omnino negabat, post multos labores et sumptus et diutinam contentionem et prolixam in curia Romana cum eo habitam, tandem evictum et per sententiam condemnataum 15 debitam fidelitatem prestito iuramento solito more publice coram cuncto civitatis istius clero, ibi etiam astante innumera populi utriusque sexus multitudine etatum, scilicet puerorum adolescentium iuvenum et senum, in medio ecclesie beate Tegle sibi et Mediolanensi ecclesie fecit exhibere a. D. 1229. in festo purificationis beate Marie, 1229. hora 3, clero veniente cum processione a Sancta Maria Beltrade secundum debitam con- 20 suetudinem. — Vacavit autem sedes episcopalis d. 28, videlicet usque ad pridię Id. Oct. 1230. quo die fuit electus dominus Guillermus de Ruzolio, istius ecclesie venerabilis archidiaco-nus, cum omni pace et concordia tociusque capituli consensu et favore.

*Cui tribuat Christus data munera sic duplice.
Audiat ut digne carmen felius euge!*

25 Cum lex divina precipiat et ipsa legis capitula persuadent, ut in eo opere, in quo apparet aliiquid de diminutione, ille qui ad illud supplendum magis appropinquat, merito subesse teneatur, et cum complemento in actu perduxisse: cum quedam de domino Gui- lielmo venerabili archiepiscopo perscripta invenimus, non autem omnia digne completa, ad illud declarandum proposui fore inducendum, ut ea que de ipso cognovi et intellexi 30 digna memoria commendanda in scriptis reponerem; non ut ex hoc sperem recipere premium, sed hec mea potius volo scripta de tanto nobili viro dicta in die luceant et in tenebris non esordescant, id est vos presentes illuminent et subsequenter in posteris elucentur. Unde mei versus sic ordine continuantur:

35 Anni tunc Domini currabant mille dicenti,
Ad quos iam denus coniunxit quater et unus,
Cumque die quarta, que venerat ante Kalendas
Illius mensis qui dicitur Aperiensis:
Cum de Kuzolio Guillielmus pastor amandus
Ex isto mundo migravit in arce perhenne,
40 Quì per lustra duo cathedrali sede triumphans
Necnon et menses per quinque fideliter ultra
Astitit, et iunctis super hoc ter quinque diebus.
Quem pietas redimit, quem lex divina reformat,
Quem mores laudant, quem vita beata coronat;
Artibus instructus, divino fonte repletus,
Exemplisque suis nos omnes ipse docebat.
Elloquio Marcus est Cicero Tullius iste;
In bello Turnus, quando ferus hostis agebat;
Alter Cato fuit, quem pax tranquilla iuvabat.
50 Nam dabat optanti pacem, sibi quando petebat.
Quid referam? non ultra valet mea lyra sonare.
Nam mihi si centum linguis Deus ipse dedisset,
Laudes nempe suas non possem scribere cunctas.
Ergo Deum patrem devota mente precemur,

1241.
Mar. 29.

1241.

Qui talenta dedit pastoribus ipse requirit,
Ut sibi det requiem vitam quoque prestet eternam.
Qui legit hoc versus, moneo precibusque peroro,
Dicat, quod Christus iam sibi parcat. Amen.

Prefatus dominus Guilielmus sedit in episcopali sede a. 10 et m. 5 et d. 15; obiit 1241, quarto die exente Martii. Vacavit autem sedes m. 2 et d. 19. Sepultus vero est in monasterio Clarevallensi¹⁵.

Leo archiepiscopus de agnatione nobilium valvasorum de Perego sedit a. 16 et m. Jun. 15, 3 et d. 30. Electus autem fuit 1241. in festo sancti Viti; obiit a. 1257^o, 14^o die Octobris; sepultus vero est in ecclesia Salvatoris in loco de Legniano, forbannitus a popularibus civitatis Mediolanensis. Qui forbannitus cum ordinariis Mediolanensis ecclesie fuit ab ipsis popularibus, pro eo quod ipse et ordinarii predicti aliquos de ipsis popularibus titulare in clericis ipsius ecclesie noluerunt; et non solum forbanniti propter dictam causam, set spoliati bonis suis per eos fuerunt. Qui dictus Leo archiepiscopus tamquam 1257. peregrimus et electus ab eis de civitate Mediolani in predicto loco obiit. Vir strenuus et constans libertatem Mediolanensis ecclesie defendit usque ad obitum suum. Per cuius obitum vacavit sedes ipsa a. 4 et 9 mensibus et 7 diebus.

1262. Anno vero Domini 1262. 11. Kal. Aug. tempore quo dominabantur Turriani civitati Mediolani, dicte Mediolanensi ecclesie dominus Urbanus papa, quartus premia meritis dignis dispensans et de pastore providere procurans, diligenter habita examinatione de domino Ottone tunc archidiacono prefate ecclesie Mediolanensis; qui a veteri et nobilissima Vicecomitum prosapia sumpsit originem, in terra Montis Flasconis providit, eius mores et vitam cognoscens honestate fulgere. De cuius vita et moribus quoniam res obtulit, quamquam ratio persuadeat aliquid enarrari, tamen non multum curandum est, quia ipsius honestatem soleritiam atque peritiam in articulis necessitatum pacientia, in grafiarum retributione misericordia evidentissime manifestant. Nam novercante fortuna multarum adversitatum pacienter tolleravit aculeos, et in abundantia prosperitatum pallio humilitatis vestitus, se pauperibus affabilem et hostibus propriis, ut narrabitur, misericordem se prebuit et tutorem. Cumque Turrianis predictis notificatum fuisset, de dicto domino Ottone archiepiscopo prefate ecclesie fore provisum, ipsius industriam atque potentiam sibi formidolosas tinentes dolerunt. Quapropter dictum dominum archiepiscopum ab ipsis sede prohibentes, ne populum suum gubernare valeret, non causa ut causa moti quamplurimos quos ei existimabant fore propitos, de civitate turpiter expulerunt. Dominus vero archiepiscopus predictus amicorum suorum incomoda et populum suum desolatum regimine secum sepe reputans, et hiis duobus defectibus subvenire disponens, congregatis 35 amicis suis exultibus, cum eisdem intravit Aronam. Quod cum ad Turrianorum pervenisset notitiam, freti marchionis Pallavicini¹⁶ subsidis, qui tunc matre ecclesie inimicari presumperat, cum parato exercitu prefatum dominum archiepiscopum de predicto loco Arone cum suis adherentibus expellentes, circa a. 15 ipsum a sede propria compulerunt enormiter exulare. Postremo divina providentia videns populum beati Ambrosii sui patris doctrina desolatum evanescere, et pastoris et populi miserie finem congruentem impoenens, nec volens eos de sue rei publice terminis eliminatos videri, a. 1277. adeo dictum 1277. Ian. 21. dominum archiepiscopum viribus et favore munivit, ut ipse in festo beati Agnetis predictos Turrianos cum suis complicibus in burgo Dexio¹⁷ existentes magno ipsorum conflictu debellaret et vinceret, in quo conflixti Turrianorum et ipsorum complicium magna strage perempta, multi capti fuerunt ad ipsius domini archiepiscopi deducti presentiam; inter quos fuit dominus Neapoleo cum quibusdam alias de maioribus domus sue. Tunc misericordia pii patri hostium suorum subiit adversitati compatiens; offensiones sibi per eos ylatas per tempora anteacta sibi ipsius remisit, et eos cum signo sancte crucis ab excommunicationis vinculo, quo propter demerita astricti tenebantur, absolvit. Et in hoc uno claruit superhemineutia misericordie tanti patris, quod cum perpessi graves iniurias ab ipso domino Neapoleone et aliis captiis ipsum et alios gladius conarentur invadere, ipse dominus archiepiscopus nequam divine pietatis oblitus, impetuose voluntati se multorum obiciens, ipsorum furem extinxit, et ipsorum captivorum vitam ab illorum

15) Chiaravalle. prope Mediolanum. 16) Uberti. 17) Desio, 10 m. p. distat a Mediolano.

feroci animo preservavit. His ita actis, dominus archiepiscopus supradictus ad tria disponens sue dignitatis officium, videlicet ad Dei gloriam exaltandam, sui incrementum archiepiscopatus, et ad Christi pauperum subventionem quos Christi nuntios cognoscet, civitatem Mediolani cum amicis suis intrans sine triumphi elatione, sedem propriam est ingressus. Igitur victoriam supradictam de divina dispensatione precibus beate Agnetis virginis, in cuius festo prefatorum Turrianorum modo predicto fuit strata potentia, pastoralis clementia processisse cognoscens ad Dei et ipsius beate virginis honorem in ecclesia hyemali beate Marie construxit capellam, quam ut inferius continetur, sufficienter dotavit. Ad clerum Mediolanensem disciplinandum in sacra pagina, doctorem ordinarium in eadem 10 sacra scientia, qui sit de domo Vicecomitem, si in eadem domo reperiatur ydoneus, in dicta ecclesia ordinavit. Ecclesiam vero sancti Bartholomei ad buschum, et hospitale sancti Iacobi in strata parte Cumane, et ecclesiam sancti Georgii de Legniano cum suis pertinentiis, comuni mense capituli ecclesie Mediolanensis, que minus sufficiens erat, pro cottidianis distributionibus concessit. In augmentum quoque mense sui archiepiscopatus 15 possessiones et terras ipsius pulcerimis edificiis decoravit, videlicet excellenti arce Angliam, arce etiam decora Travalias¹⁸, pulero etiam Cassianum¹⁹ castello, preciosis etiam burgum Legniani pallaciis, ac etiam dominibus burgum de Abiate²⁰ magis congruentibus et decoris. Possessiones et divitiae in loco Cosorezo²¹, multaque alia edifica et possessiones archiepiscopati aquisivit. Tandem ille spiritualissimus pater, cuius tota intentio convertebatur ad Deum, carnali copula sibi coniuctos ditare non studens, sua disposuit in hunc modum. Hospitale quidem novum, cuius fundator extiterat, magna possessione in loco Trivilzio iacente dotavit; de cuius proventibus ordinavit annuatim dari capitulo beate virginis Agnetis libras 60, doctori theologie libras 100 pro suo sellario, pro suo etiam annuali libras 20 monete tunc currentis. Ultimo bona sua patrimonialia immobilia hospitali 20 Ierosolimitanorum pro subsidio terre sancte, mobilia vero omnia pro faciendo hospitale ad usum pauperum, in sua ultima voluntate legavit. Cuius legati fidem commissarii apud Sanctum Donatum in strata hospitale comodum confecerunt. In predictis autem operibus vigilans ille pater piissimus, cum in archiepiscopal sede a. 33 et diebus 23 sedisset, a. 1295. Aug. 9.

1295. die 8. Augusti vocatus de tenebris huius vite ad patriam celestem migravit. Cuius 25 corpus iacet in supra scripta capella beate Agnetis in archa marmorea decenter sculpta, ibi elevata post altare ipsius; cuius anima per Dei misericordiam requiescat in pace. Amen. Predicta autem omnia per infrascriptos versus in archa dicti domini archiepiscopi littera aurea scriptos breviter declarantur:

30 *Inclitus ille pater, patria lux, gloria patrum,
Fulgor iusticie, fidei basis, archa sophye,
Largitor venie, portus pietatis egensis,
Intrepidus pastor, quem molles nulla laborum
Ardua devicit, populo latura quietem;
Ille pius princeps et presul amabilis, in quem
Altus virtutum splendor conuenierat omnis;
Quo Mediolanum radiabas lampade tanta
Totaque fulgebat regio, nunc pallet adempta.
Clara Vicecomitum proles, venerabilis Otto,
Oh dolor! oh vulnus! cinis est hoc marmore factus.
Christe pater vite, requiescat spiritus in te!
Annis undenis ter sennis terque diebus
Prefuit ecclesie pastor bonus Ambroziæ.*

Dominus Guillelmus filius condam domini Thome de Pusterla de Tradate fuit capellanus comensalis domini Iohannis pape XXII, necnon prepositus de Posonio²² de Hungaria²³ ac archipresbyter ecclesie sancti Iohannis de Modoetia, et ecclesie Mediolanensis ordinarius et cimiliarcha, canonicusque ecclesie sancti Iohannis de Castro Seprio. Deinde

a) hic destinat scriptor in media pagina. Alius in sequenti pagina sequentia subiecti medio saec. XIV.

18) *Travalia*, ad lacum Verbanum. 19) nunc *Cassano Magnano* prope Gallarate. 20) *Abiate Grassi* seu *Biagrasso*. 21) *Cosorezzo* in plebe Legnani. 22) nunc *Presburg*.

dominus Clemens papa VI pronuntiavit ipsum dominum Guillelmum patriarcham ad ecclesiam Constantinopolitanam, sibi in commendam predicta omnia beneficia concedendo. Postremo
 1361. dominus Urbanus V²³ transluit eundem dominum Guillelmum ad archiepiscopatum ecclesie
 Mediolanensis, commendans sibi patriarchatum et alia beneficia supradicta; que translatio
 facta fuit 1361. Prenominatus vero dominus Guillelmus optinuit patriarchatum a. 16 et 5
 1371. m. 7, et archiepiscopatum a. 9 m. 4 cum patriarchatu et aliis beneficiis memoratis. Et
 sepultus fuit in Avinione in domo fratum predicatorum.

In 1. haec leguntur in fine addita:

1342. 1344²⁴ dominus Iohannes de Vicecomitibus factus fuit archiepiscopus Mediolanensis, et
 vixit in archiepiscopatu annis 11. Obiit 1355. quinto Octubris, die dominico. Qui etiam 10
 fuit dominus generalis civitatum Mediolani, Bononiae, Ianuae, Parmae, Placentiae, Bobii,
 Laudae, Brisiae, Pergami, Cremonae, Cumarum, Vercellarum, Novariae, Asti, Tretonae,
 Alexandriae; qui multa bona paraverat et parabat suae ecclesiae, si heredes eius ipsi
 ecclesiae dimisissent, ipse non potuit attingere, scilicet libros in officio et theologia, calices,
 cruces, figuras sanctorum, aureas mitras, baculos etc.

23) imo Innocentius VI, si annum recte indicavit, v. Giulini contin. II, 105. 24) potius 1342. ful. 17;
 v. Giulini contin. I, 430. Obiit a. 1354. ib. p. 538.

GESTA TREVERORUM

EDENTE G. WAITZ, PROF. PUBL. KILONIENSI.

Treviri sive Treveris, civitas omnium fere quibus nunc Germania laetatur antiquissima, a populo Gallico, sed qui Germanicae originis se esse iactabat, condita, a Romanis postea expugnata sed honoribus monumentisque exornata, tunc episcoporum et archiepiscoporum, qui summum honorem in regno Francico, Lotharingico, Germanico obtinuerunt, sedes paeclarissima, hodieque situ amoeno, monumentorum ruinis, ecclesiis, bibliotheca atque sanctorum reliquis conspicua, rerum scriptoribus largam semper praebuit factorum quae enarrarent memorabilium materiam, neque defuerunt qui tum recentiori aetate tum medio aevio id egerint ut historiam Treverensem politicam et ecclesiasticam exponerent, monumenta illa describerent, archiepiscoporum vitas narrarent aliave diligenter docteque illustrarent.

Attamen ut eos omittam qui data occasione de hac urbe egerint, nulli praeter unam sancti Maximini vitam historiae Treverensis exstant libri saeculo X. antiquiores; ita ut qui priora tempora aggredi velit fontium penuriam doleat necesse sit. Quod invasione illa Normannica factum esse audio, qua omnia fere antiquiora historiae monumenta non solum membranacea sed etiam lapidea diruta esse, uno ore clamant, quotquot de originibus Treverensibus scripserunt. Neque ego negarim, multa tunc esse eversa atque perdetta; quae si superessent, prius mordius historiae praesertim ecclesiasticae lucem darent; sed libros historicos incensos vel deletos fuisse haud legi, neque tales tunc temporis in bibliothecis inventos fuisse putarim. Medii aevi scriptores potius antiquiore urbis devastazione, Germanis, Hunis et Wandals civitatem occupantibus, talia facta esse dicunt, famam incertam fallacemque procul dubio secuti¹. Nam annales civitatis

23 1) Antiquiora bac de re testimonia colligere iuvat: Vita S. Eucharii Valerii et Materni, Acta SS. Ian. I, p. 922. Hillar, Vindiciae hist. Trev. p. 56: *Haec de gestis sanctorum patrum, post excidium Trevericæ urbis relatos cineses diligenter perscrutantes, sparsim in cartulis scripta inventimus; quao in unum redacta utilitatibus legentium tam præsentes quam futurorum fideliter commendamus, et quao in præsenti libello pauca de eorum sanctissimis actibus propter carnum superiorius memoratum continueantur etc.; et clausula ad 30 iecta, ap. Hillar. I. I: tamen inventimus post excidium Treverorum quod tribus vicibus devastata sit civitas (dicit Graecorum, Wandalorum et Hunorum vastationem) . . . quao in pauca de eorum multis commemorantur (de multis memorantur, cod. S. Virg. ap. Hillar. p. 162), ut prædiximus, per devestationem et incendium civitatis, cum ecclesiasticis causis, hunc quoque libellum postea inventum; alium scilicet combustum invenimus . . . ; Vita S. Felicis, Acta SS. Mart. III, p. 622: In huius autem ter felicis sancti mejistone, sicut in omnium fere Treverensium sanctorum recordatione, repetitan saepius huius urbis castigationem cogimur plorare, per quam constat ingentia sanctorum patrum nostrorum vilæ columnæ ita penitus esse consumpta, quod, nisi ex paucissimiis ut ita dixerim tanti pelagi gutta, in*

2 Trevericæ gesta antiquissima continentæ, quos Silvester papa revolvisse dicitur², fabulosos esse, omnes concedent, neque acta Paulini aliorumque episcoporum³ tunc temporis existisse, equidem persuasum habeo. Qui ante invasionem illam Nortmannicam sancti Maximini vitam scripserunt, horum alter anonymous nihil eiusmodi tradit⁴, alter Lupus eius facta silentio suppressa esse dolet⁵. Alii quoque saeculi XI. scriptores magis praecedentium temporum negligentiam arguunt⁶ quam barbarorum incursions; quos verum vidisse dubitari nequit, quum vitas illas sancti Maximini aliasque libros⁷ Nortmannorum manus evasisse constet.

Quibus missis, videamus qui postea res Treverenses memoriae tradiderint. Multi sane nominantur, opera magna et praeclara laudantur. Sed etiam horum maximam partem frustra quaeras. Laudantur quidem, sed neque edita sunt neque manu scripta inveniuntur, quasi altera barbarorum invasio haec quoque documenta delevisset. Laudantur vero a Trithemio, viro docto quidem et diligentissimo antiquitatum librorumque scrutatore, sed qui fidem suam non ita probavit, ut ipsum tamquam certum auctorem sequamur. Iste narrat, mox post Treverorum excidium a Nortmannis illatum Florbertum monachum Sancti Mathiae Treverensis id elegiaco versu quinque libris descriptsse; idem dicit⁸, Florberto in schola monastica regenda successisse Eberhardum, Eberhardo Richardum, postea Diethelmum, Adelbertum, Theodericum, Theodorum, Golscherum, Lamptum de Legia, Arnoldum, Iohannem, Erhardum, qui per ducentos fere annos scholam rexerint et tantum non omnes tum aliis operibus tum historia Treverensi scripta et continuata insignes fuerint. At mirum sane de tot viris illustribus, de schola florentissima unum Trithemium narrare, neque in domesticis historiae Treverensis monumentis, sive breviores annales sive ipsa gesta sive

vetusimis aliorum locorum schedulis vel etiam gesta eius præclarissima, tametsi mirifica credantur et sint, ad nostram tamen, quod dolendum referimus, notitiam cuncta data sunt minime. Egit hoc, ni fallor, furibunda Nortmannorum rabies, ecclesias Dei undique decastans. Scitum namque habetur, urbem Trevericam una cum suis suburbanis et ecclesiis adiacentibus per eosdem spuriissimos Nortmannos incendio concrematam. Quamobrem accidit, ut non modo huius dicti Basini vita, verum etiam aliorum complurium sanctorum actus præfulgidi posteritatis scriptis mandati irent se perditum. Tamen ab imperatore Arnulfo profligatis impia Nortmanni agmina satrapis paceque concessa, de post plurimorum sanctorum gesta denovo recuperata sunt. 2) Vita S. Agritii, Acta SS. Ian. I, p. 773. 3) V. locos n. 1. allatos. 4) Acta SS. Mai VI, p. 371. 40 5) Lupi epist. ad Waldensem apud Surium III, p. 323: Verum in hoc opere illud me admotum coarcat, quod, multis quae dum adhuc viceret egit, ut palam est, silentio suppressis, eis parva gestorum illius monumenta extant, et in his quaedam fabulosis incertitudinis similia. 6) Vita S. Agritii I. I, p. 778: — antecessorum, ut dictum est, negligentia nostrorum non claret; Hist. martyrum Trever. c. 1. ap. Hontheim Prodr. I, p. 111: pro quorum et nominum et meritorum obliuione antecessorum nostrorum negligentiam incusamus etc. 7) Pertinet huc ymnum de S. Paulino scolice scriptus a. 1072, inventus (hist. mart. Trever. c. 2), pertinent codices hodieque in bibl. Treverensi et Gandensi superstites plures, & IX. antiquiores. 8) Ann. Hirssag. I, p. 55 37, 56, 71, 98, 121, 142, 154, 174, 184, 208, 245.

singulas archiepiscoporum vitas perscruteris, neque apud vicinos scriptores Metenses, Virdunenses, Leodienses, neque apud Sigebertum Gemblacensem qui librum singularem de Scriptoribus ecclesiasticis composuit, quidquam hac de re inveniri. Unus alterve ex illorum numero nominatur, sed neque eo tempore vixit in quo a Trithemio ponitur, neque ea opera composuisse videtur quae hic recenset. Nam praeter alia multa quae ad historiam minus spectant, haec illis tribuit: Eberhardo vitam sanctorum Eucharii et Materni tam metro quam prosa elegantiori stylo conscriptam, necnon hymnos varios cantus et prosas in laudem sanctorum plures; Theoderico translationem et miracula sancti Celsi; Golschero libros tres de laudibus sanctorum Eucharii Valerii et Materni; Lamperio de miraculis sanctorum libros V, de Agritio archiepiscopo Treverorum librum unum, vitae sancti Mathiae apostoli librum unum; Iohanni legendam auream sanctorum; praeterea Eberhardum, Adelbertum, Golscherum, Lamperium, Iohannem et Erhardum ad historiam sive gesta Treverorum plura addidisse refert. Cum his ea conferamus quae revera exstant historiae Treverensis monumenta.

Saeculo primum decimo ecclesiae Treverensis originem usque ad apostolorum tempora relatam esse, alti iam monuerunt⁹. Tunc vitam sancti Eucharii simplicem et brevem quam editam videmus¹⁰ scriptam esse, verisimile est, quippe quae illos a sancto Petro missos immo Domini Iesu Christi discipulos dicat. Certe hic liber, quo Remigius Mediolacensis¹¹ saec. X ex., Herigerus¹² et auctor vitae sancti Agriti¹³ saec. XI. usi sunt, recentioris nequit esse aetatis. Eberhardo aliis¹⁴, aliis¹⁵ Golschero hunc tribuerunt; sed neque Eberhardiana metra neque tres libros Golschero adscriptos hic habemus. Fortasse tamen trium episcoporum vitas Trithemius tres libros vocavit; certe etiam alibi ubi parcus de scriptoribus Treverensibus agit Golscherum nominat¹⁶; necnon Browerus se Golscheri sermones de Euchario Valerio Materno membranis inscriptos vidisse testatur¹⁷. Si vita editam intelligit eamque revera Golscheri nomine inscriptam legit, hic, quem a 1012—1038. scholam rexisse Trithemius narrat, iam saeculo X. medio floruit. Sed nescio an Golscheri nomen alias inauditum et in codicibus nullis inventum¹⁸ pro rorsus fictum sit.

Saeculo X. exente, si Trithemio fides¹⁹, Remigius abbas Mediolacensis Egberti archiepiscopi iussu „cantum de SS. Euchario Valerio Materno primis Treverorum episcopis dulci et regulari modulatione compositum.“ Hillarius²⁰ vero in

9) Hontheim Hist. Trev. dipl. I, p. IX sqq. de aera fundati episcopatus Treverensis, I. Priorius Act. SS. Sept. IV, p. 357 sqq. Quibus addantur quae nuper V. Cl. Sybel de antiquitatibus Treverensibus doce et recte plerumque disputavit. V. etiam Reitberg Kirchengeschichte Deutschlands p. 73 sqq.—Ado in martyrologio, Romae 1745. p. 71 Valerium S. Petri discipulum dixit; apertius vero papas Iohannes XII. et XIII. loquuntur. Hic a. 969: Audicimus, inquit, sicut etiam pridem audiendo immo et legendo compertum habuimus, eandem ipsam prae ceteris Gallicarum ecclesiarum christianae religionis exordium catholicaque fidei prima rudimenta percepisse per sanctorum virorum Eucharii Valerii ac Materni et caeterorum evangelicam doctrinam, quos tempore suo — beatus Petrus apostolus ordinavit et instruxit neconon illuc ad praedicandum directit. 10) Acta SS. Ian. II, p. 918. Hilar. p. 147—159. 11) De quo v. infra. In eius homilia ap. Hilar. p. 132 ita legitur: sic enim Deo gratissimae ipsius vitas con-

tinet textus etc., eaque narrantur quae in vita edita existant. 12) Neque vitae scriptorem ex Herigeri libro, neque ex communis fonte ultrumque hausisse concedam. Cf. quae supra T. VII, p. 142. n. 51. V. Cl. Köpke monuit. 13) Acta SS. Ian. I, p. 778. 14) Hontheim Hist. I, p. XVII. III, p. 965. 15) Bollandus I. I. 16) De illi: viris Gorn. Op. I, p. 131; ubi ipsi librum de laudibus Eucharii Valerii et Materni, Gestu quoque Treverorum lib. I. tribuit. 17) Ann. Trev. I, p. 5: Sancti eius (Golscheri) non sermones de primis suis sedis Trevericae tribus episcopis Euchario Valerio Materno membranis vidimus inscriptos. 18) Tres vitae codices Hillarius affert, Sanmathianum p. 56, S. Gisleni p. 146, Virdunensem p. 161. Sed nihil de Golscheri nomine. Neque Browerus dixit se Golscheri nomen in membranis legisse, sed sermones quos ipsi fortasse Trithemio teste adscribendos indicavit. 19) Ann. Hirz. I, p. 122. 20) p. 132, ubi fragmenta edidit.

codi e Sanmathiano homiliam invenit ab hoc Remigio in natali sancti Eucharii compositam, sed ex vita illa plerumque descriptam.

²¹ *Jam antea Sigehardus miracula sancti Maximini scriptis²¹, Theodericus vero saec. XI. incipiente translationem sancti Celsi narravit²², neuter vero res Treverorum antiquiores verbo tetigit. Hunc Trithemius a. 980—996. scholae prae- fuisse dicit; sed ipse se a. 1006. monasterium ingressum esse narrat, neque litteras ibi docuisse videtur.*

²³ *Vitam sancti Magnerici Trithemius Eberwino abbati Theologiensi tribuit²³, sed auctor abbas fuit Sancti Martini Treverensis²⁴, idem qui post a. 1035. vitam sancti Syneonis inclusi Popponi archiepiscopo dedicavit²⁵; et quum iam¹⁰ a. 975. vita illa afferatur, Eberwinus nonnisi finem addidisse vel novam eius recensionem composuisse cengendus est. Ex Gregorii Turonensis et Fortunati libris pleraque sunt excerpta, vix pauca ex domesticis monumentis sumta, neque origines ecclesiae Treverensis obscurae et dubiae hoc opere illustrantur.*

Qui primus eas exponendas suscepit auctor fuit vilae sancti Agriti, quem¹⁵ Trithemius Lambertum de Legia dicit. Sed iste Lambertus s. XII. vixit²⁶; alter quem Regenheid dicunt nonnisi opera theologica scripsisse fertur²⁷. Vita vero sancti Agriti saeculo XI. confecta est, inter annos c. 1050 et 1070²⁸. Praeter vitas sancti Eucharii, Nicetii (quam apud Gregorium Turonensem invenit), Maximini et Hildulfi auctor scriptos fontes nullos adhibuit²⁹, sed ex traditione undecimque collegit quae vel Agriti gesta vel reliquias ab ipso collectas vel historiam Treverensem spectabant, pleraque fabulosa et quae recentioribus parum se probabant³⁰, sed ideo magni facienda, quod aperte demonstrant, quid tunc temporis de historia antiquiori Treverenses comportum habuerint.

³¹ *Paulo post a. 1072.³¹ in monasterio sancti Paulini crypta aperta ibique²³ tabula plumbea inventa est, quae Normannorum tempore defossa dicebatur, tum de martyribus sub Rictiwaro passis et de Paulini sepulchro, tum de ecclesia in eorum honorem a Felice archiepiscopo aedificata loquens³². Haec inventio et reliquiarum translatio miraculis illustrata eo tempore celeberrima fuit³³, et non solum singulari huius rei narrationi scribendae ansam dedit³⁴, sed ut etiam³⁰ vitae Paulini et Felicis propriis commentariis illustrarentur efficit. Haec libere profitetur ante inventam tabulam certi nihil constitisse³⁵, historia martyrum Treverensium longius exponit, quomodo documentis historicis destituti fuerint clerici*

²¹ SS. IV. p. 229. ²² De qua v. Appendix.

²³ Ann. Hirs. I. p. 161. Cf. Acta SS. Jul. VI. p.

¹⁷⁹ Hontheim Hist. I. p. 373 n. III. p. 973. Eber-

winus S. Martini Angilberto successit. Theologiensi-

Gardino (Ann. Vird. SS. IV. p. 8), sed eodem

tempore uteque vixit. ²⁴ Vide huius vitas finem

in Appendix editum. ²⁵ De qua vita v. Append.

Minus recte Trithemius l. l. ipsi Gesta Bopponei ar-

chiepiscopi lib. I. tribuit. ²⁶ Hilar. p. 84. V.

infra quae in Append. de miraculis S. Mathiae di-

cita sunt. ²⁷ Hilar. l. l., quem Wytenbach se-

guitur. ²⁸ Cirea a. 1050. tercia vita S. Hildulfi

scripta est (v. SS. IV. p. 86), et quae in vita S. Agriti

de translatione S. Maximini et martyrum The-

baborum afferuntur (p. 774) nonnisi in illi existant

(Act. SS. Jul. III. p. 231). Tabulam vero a. 1072,

inventam auctor nondum vidit, quippe qui Paulini

corpus in ecclesia a Felice condita sepulcum negue

tamen catenis miraculose suspensum diebat et alia

ex maiorum relatione hac occasione afferat, quae

cum monumento illo celeberrimo non ita convenient,

ut inde sumta esse possint. Cf. vitam S. Agridi p.

774. cum vita S. Felicis p. 623. ²⁹ De annalibus 35

Treverensibus semel atlatis cf. p. 112 et infra n. 95.

³⁰ V. testimonia ap. Hontheim III. p. 969. ³¹ De

anno cf. Acta SS. Oct. II. p. 335. ³² Quae de

re dissertationem (Nelleri, ut Wytenbach mo-

net) ap. Hontheim Prodr. I. p. 87 sqq. et quae I. 40

Bucenus contra eius opinionem disputavit, Act. SS.

Ost. II. p. 331 sqq. ³³ Lambertus a. 1072. et

Sigebertus a. 1071. rem narrant (SS. V. p. 190. VI.

p. 362). ³⁴ Ex hac martyrum Treverensium hi-

storia quadam in Append. edidi. ³⁵ Acta SS. 45

Mart. III. p. 623: *Causam vero necessitatis suscepit*

videbile tam mira operositas, quam (quaedam ed.)

multis maiorum scriptis vel dictis perceperamus, non

sine admiratione ignorabamus. Oterum quia omnia

tempora tempus habent, etc. — Nam plumbea tabula

in crypta ciuidem monasterii — reperta manifeste

nos intrivit, quam iusta et honesta de causa haec

ab illo constructa sit ecclesia tam magna.

Treverenses, eaque est qua docemur, nullam sancti Paulini vitam tunc existisse. Hanc fortasse recentiorem iure dicamus³⁶; vita sancti Felicis et Historia martyrum Treverensium eidem tempori immo eidem scriptori³⁷ tribuenda esse videntur, cuius nomen nos nescire doleo. Utrumque opus Trithemius ne verbo quidem tetigit.

His expositis Trithemii errores ab omnibus puto intelligi. Praeterea vero his libris perfectis luce clarius patet, historiam archiepiscoporum Treverensium continuam nullam tunc fuisse. Quotquot vitas illas composuerunt, certo duce in archiepiscoporum tempore ordine et gestis exponendis destituti erant; omnes id unum agebant, ut ex paucis monumentis iisque saepe dubiis et falsis, ex libris externis, ex traditione incerta ea colligerent, quae praesulum ecclesiis fundatis eorumque nomine inscriptis celeberrimorum historiam quodammodo illustrare possent. Sane neque Gesta, qualia iam ante invasionem Normannicam scripta, postea semper continuata esse Trithemius refert, viderunt, neque de Eberardo, Adelberto, Golschero, rerum Treverensium scriptoribus, quidquam compertum habuerunt. Quid igitur dicamus? Nuda figura sunt, quae ille credulis vendidit³⁸.

Circa vel post a. 1070 Nizo abbas vitam sancti Liutwini scriptis³⁹, nec diu post sive ab eodem sive ab altero scriptore vita sancti Basini confecta est⁴⁰. Ne hic quidem levissimum Gestorum vestigium reperies. — Saeculo XII. incipiente Thiotfridus Epterensis Brunoni archiepiscopo librum misit, quo de sanctis eorumque reliquis egit, quo etiam de tunica Domini plura retulit, sed quod Gesta narrant, hanc Treveros esse perlata, alto silentio praeteriit⁴¹. — Neque Stephanus Leodiensis quum a. 1107. vitam sancti Modoaldi scribendam susiperet, usus est, sed ex aliis fontibus locum suum hausit, quo adeo ab illorum narratione recedit, ut Modoaldum non Severino sed Sebaudo successisse dicat⁴². — Etiam vitae sancti Auctoris⁴³ et Severini⁴⁴ s. XII. scriptae aliis milum-

36) I. Pinus Acta SS. Aug. VI, p. 675. hanc vitam ante a. 1071. scriptam putat, quia nihil de inventione illa legatur; quocum Hontheim III, p. 971. et I. Buens Act. SS. Oct. II, p. 333. faciunt. At quae de sarcophago catenis suspense p. 678. leguntur, ex tabulae fide pendunt. Plura S. Paulini acta exstare dicuntur, sermone diversa; a. vero 1072. nulla fuisse, ex inventione historia patet; vix hymnum quandam de S. Paulino reperire potuerunt. 37) Certe illud ferè verbis nonnquam utinatur. Hist. c. 1: quorum tamen diligentius commendamus pro eis litterarum documenta, quae de eorundem sanctorum meritis aut plumbis aut marmoreis tabulis aut vestitissimis scedula inscripta reperimus. Quocum conferimus velim locum ex vita S. Felicis supra p. 111 n. 1. exscriptum. 38) Id addam, ex magno illo scholasticorum Sammathianorum numero et ipsum Trithemium alibi paucos tantum nominare, Theodicum, Theodorum, Lambertum (Chron. Hirsang. Op. II, p. 43. 54. de ill. viris Germ. ib. I, p. 131), quos revera in hoc coenobio doctrina et operibus excelsi, partim scimus, partim illi liberenter credamus. 39) Nihil enim de Gestis dicit. Mirum est libro de scriptoribus eccl. ne horum quidem fieri mentionem. De Golschero v. supra p. 113 n. 18. 40) Vita Liutwini, Udoni archiepiscopo (a. 1068—1077) inscripta, hucusque est inedita; cf. Acta SS. Mart. I, p. 314. Codices Paris. siis (Archiv VIII, p. 309), Gandavi (ib. p. 549), Treveri (ib. p. 604) existant. Bonnensis vero (ib. VII,

p. 556) iam inveniri nequit. 40) Nizoni etiam vitam S. Basini deberi, ex his verbis statuerunt (Act. SS. I. I. p. 319): *Quid deinceps Lutwinus egredit — qui nosse desiderat, ad libellum sanctorum eius gestorum recurrit, ibique luculenter scripta reperiet. Haec vero ex gestis eius, quantulacunque a nobis brevitate elucubrata, eapropter huic nostrum tractatus inserimus etc.* Sed hanc potius alium scriptorem indicare videatur; siquidem verba quantulacunque a nobis brevitate elucubrata non ad Liutwini sed Basini vitam referri debeant. Haec minime, ut Hontheim III, p. 978 opinatur, Udoni dedicata est. 41) V. Sybel, der heilige Rock p. 34. 37, qui haec primus observavit. 42) Nihil ferè de hoc episcopo compertum fuisse Stephanus dicit; v. locum supra p. 112 n. 1. relatum, et quae antea de monacho Helmwardensi narrat: *Qui — dum pro investiganda patroni sui (Modoaldi) generositate ordinis nostri loca plura inviseret et — tam gesta pontificum quam annales regum Francorum famaque antiquorum sapientum diligenti inquisitione perquireret: tandem ad nos omnium ultimos dicerit. . . . Postea: adorsi, inquit, sumus auctore Deo enarrare quae de vita et miraculis beati Modoaldi pontificis tam ex antiquorum relatione quam ex authenticorum librorum lectione colligere potuimus. Sed plura refert a Gestis prorsus aliena, alia praetermitit quae hic expositi sunt.* 43) Acta SS. Aug. IV, p. 45. 44) Inedita est; cf. Hontheim III, p. 975.

*tur fontibus. Liber vero de inventione et miraculis sancti Mathiae eodem saeculo
scriptus ad Gesta provocat⁴⁴*

Quae quum ita sint, non ante saeculum duodecimum Gesta Treverorum scripta esse statuamus oportet. Id quod etiam aliis rationibus comprobatur. Codices enim quos habemus antiquissimi usque ad a. 1101. progredivuntur⁴⁵ et historiam saec. X. et XI. incipientis ita exhibent, ut nullo modo hanc coaevis scriptoribus tribui posse cuique pateat necesse sit. Res omittuntur gravissimae, episcoporum ordo turbatur, pleraque ieiune narrantur, et ne uno quidem loco quam levissimum auctoris supparis vestigium deprehendes. Immo Theoderici et Eberwini opera neconon vitas illae sanctorum Magnerici, Agriti, Felicis, atque Historia martyrum Treverensium exscripta sunt; id quod viros doctissimos Hontheimium, Wyffenbachium aliquos fugisse valde miror⁴⁶.

Praelerea vero, nisi fallor, Gestis antiquiores fuerunt libri quidam de historiae Treverensis initii singulisque episcopis scripti. Huc refero opus olim in codice Sanmathiano M 1. n. 14. lectum, nunc fortasse perditum, quod Hillario teste „acta Trevorum continuat usque ad Basinum archiepiscopum, de quo pauca admodum memorans finit“⁴⁷. Ex vita sancti Agriti partim haustum, ergo post s. XI. medium scriptum est. — Fortasse idem fuit codex, quem Calmetus primus vidit⁴⁸, quamvis Hillarius alterum indicaverit, quem ita descriptis, ut non ipsa Gesta, sed aliud a Gestis plane diversum opus continere videatur⁴⁹. „Codex, inquit, (Sanmathianus) sub litt. I, 10 N. S., in manuscripto minore purissimo, qui sanctorum primitivae ecclesiae sive martyrologium sive compendiosa vitarum relatio intitulari posset“⁵⁰, atque fragmenta afferit talia, quae diversum libri

⁴⁴) Hunc locum exhibet Hillarius pag. 53. 61. 128. quem fol. 113. exstare dicit: Omnis^a infidelitatis spinas ibidem tum longissimo temporis spatio exortas sicut agricola fortissimus agri colendi scientissimus ita radicitus extirpavit, quod se nulla deinceps incredulitas radis ibi subministravit. Sicut^b enim diligent suppeditatione colligimus^c, 239^d annos inter beati Materni ex hoc mundo gloriosum excessum et sancti Agriti felicissimum in hanc urbem ingressum esse cognoscimus^e. Quo temporis spatio intercurrente cessavit huius sedis episcopatus, paginis 30 ipsam civitatem obtinibus. — In^f huius quoque sancti Materni patris festiva mentione hoc nolumus silendo praeterire, quod sicut apud Elegiam 40 diebus in sepulchro mortuus iacebat, ita ecclesiam Trevericam 40 postmodum annos vivos et incolumis regebat. Verba Omnis — obtinentibus ex vita S. Agriti p. 715. descripta sunt. Post hunc locum, ut Hillarius inquit, „a margine manus perinde antiqua difficulter ob vetustatem legib[us] haec adnotata“: Inveniuntur in catalogo 35 episcoporum Trevirensium 22 episcopi modi fuisse inter Maternum et Agritium. Quare error patet. Similiter error patet, quod eodem tempore etiam pagani civitatem obtinuerint, cum prius habeatur, innumerabiles martyrizatos a Rictiovaro non longe ante adventum Agriti. Quibuscum cf. locam infra n. **. editum.

^a) Omnis — subministravit nonnisi p. 53. ^b) Sic et p. 61. 128. ^c) collegimus p. 61. ^d) 346 p. 128. 246 coni. Sybel. 40 ^e) desinit p. 53. 128. ^f) haec nonnisi p. 62. ^g) S. e. p. desinit p. 62.

⁴⁵) Act. SS. Febr. III, p. 442: Quonodo autem de Iudea in Treverim cenerit, sicut in historia Tricerica et in monumentis Silvestri papae legi etc. 45) De codicibus Aureaevallensi et Treverensi, qui minus longe progredivuntur, v. infra. 46) Praeter hos et alios multos etiam Rivet Hist. liter. VI, p. 127. Triitemium sequitur. 47) Hillar. p. 128. 48) Calmet, Praeves p. 1: Nous l'avons confronté avec un manuscrit plus ancien et plus court, dont apparemment le moine Thierry s'étoit servi et qui est comme le fondement et la base de son histoire; et Sur les évêques de Trèves p. VI: un ancien manuscrit de saint Mathias, que nous avons vu dans cette abbaye etc. et in editionis sua notis saepius dicit l'ancien manuscr. de Treves vél l'ancien mss. Ne Calmetus quidem Gestorum codicem hunc dicit. Hontheim frustra in S. Mathiae monasterio eum quaesivit. Hist. p. XXVI. Sed Hillarius librum exhibere noluit, v. quae dicit p. 61. 103. 49) ibid. p. 63. 50) Pergit: „hic est minor ille antiquior, quem a se visum asserit Calmetus.“ Quod tamen vis concesserim. Nam Calmetus non de martyrologio sed de continuo quamvis brevi historiae Treverensis narratione loqui 50 videtur, qualis in codice M 1. n. 14. exstabat; Calmetus suum librum in vitis primorum episcoporum cum vulgari textu ad verbum convenire dicit, codex Hillarianus in his ipsis prorsus diversa habet. Cf. quae dixi Archiv IX, p. 704 sqq.

ordinem et formam satis indicent^a. — Priori similis, ut videtur, fuit historia Treverensis, cuius censuram infra editam ex codice Sanmaximiniano descripsi^b.

⁵ ^{**)} In codice olim Sancti Maximini (conf. Acta Sanctorum Sept. IV, pag. 360), nunc in bibliotheca Gorresiana Confluentiae aservato (Nro. 94.) manu sacculi XII. haec in margine scripta sunt: Ieronimus in chronica: „Colliguntur omnes anni a 15. Tiberii anno, hoc est a predicatione Domini, usque ad 14. annum Valentii 351; quibus si addas illos 30, hoc est a 42. Cesaris Augusti qui est annus nativitatis Domini usque ad 15. annum Tiberii qui est primus annus predicationis Domini, eront anni 381 ab incarnatione Domini usque ad 14. annum Valentii quo intererit.“ Sed retrosum computatis annis a 14. anno Valentii usque ad 23. annum Constantini patris aug., qui est annus adventus beati Agricci, remanent plane anni 333. Ergo 333º anno incarnationis Domini Agricus ab Helena missus est Treveris presul effectus, et usque ad secundum annum Constantii filii Constantini perduravit; cui Maximinus successit anno dominice incarnationis 342, siveque anno pontificatus sui 4, imperii vero Constantii 6, dominice autem incarnationis 346, generalem sinodum Agripine Colonie in depositionem Eufrate Arriani 4. Idus Maias inductione 4. post consultatum Amanti et Albinii sub Julio papa celebravit; propter quod et Ieronimus eundem annum diligentissime in chronica quasi in persona Maximini annotavit, dum Maximum hoc anno clariorum reddidit, et eundem annum memorabilem ob memoriam Maximini indidit. Itaque absque ulla contradictione computabis^c inter Maternum et Agricium plenariter 200 annos; quod et probabilibus argumentis approbamus. Si enim 54. dominice incarnationis anno beatus Eucharius pontificaliter Treverice urbis accepit, et 23 annis rexit, et Valerius in 15. successit, siveque Maternus in 40. determinavit: constat profecto eundem Maternum anno Domini 132 obiisse, hoc est 13. anno imperii Adriani et 2. papatus Telephori; et sic absque ulla contradictione computabis^d 200 annos inter Maternum et Agricium, quia 54 et 23 deinde 15 tunc 40 faciunt 132, non 128 ut Treverica historia habet^e; et in hoc arguitur mendacio. Ecce habes comprehensam Trevericam historiam. Adhuc nota eius secundum mendacium. Dicit enim^f: „Anno Domini 368 Agricus presul efficitur“; quod apertum mendacium est, quia, ut superius ex Ieronimo monstravimus, cum a nativitate Domini usque ad 14. annum Valentii quo intererit sint anni 381, sed retrosum computatis ab eodem 14. anno Valentii usque ad 23. annum Constantini, qui est annus adventus beati Agricci, remanent plane anni 333, non 368, et ita comprobabis^g eam his per omnia mentitam; unde ex his duobus mendaciis plura potes ex eadem Treverica historia ad plenum colligere.

Quoniam 200 annos inter Maternum et Agricium suisse ex chronica Ieronimi comprobavimus, restat ut videamus, si civitas ista, ut quidam volunt, maxime Treverica historia^h, his 200 annis in paganismum redierit, an in christianitate perduraverit. Quod nobis omnino non videtur, videlicet eam in paganismum redisse. Cum enim constet usque ad passionem Tarsi et Palmacii et locis Treverici populi, qua facta est a Rictiorave sub Diocletiano et Maximiano anno Domini 306, hoc est 19. anno imperii Diocletiani, quando in Martio mense in diebus pasche ecclesie per totum orbem Romanum iussu Maximiani et Diocletiani subverse sunt 1º anno persecutionis, quia, ut Ieronimus in chronica testatur, 2º anno persecutionis Diocletianus in Nicomedia, Maximianus Mediolani purpuram deposuerunt; cum inquam usque hoc tempus tota civitas a tempore beati Eucharii christiana extiterit, et episcopi, Methodio teste Parensi ecclesiae episcopo et martyre, per totum tempus inter Maternum et Agricium non defuerint, ita ut 26 episcopi enumerenturⁱ; absurdum videtur, ut in tam parva tempore, sicut est a passione predictorum martirium usque ad adventum beati Agricci, tota hec civitas in paganum redierit; cum inquam non plus quam 24 anni extiterint, quia a primo persecutionis anno usque ad 23. annum imperii Constantini fuere non plus quam 26 anni, quoniam 4. persecutionis anno regnum orsus est. Ergo 24 anni sunt inter passionem Tarsi et Palmatii et adventum beati Agricci. Quod si dicas his diebus civitatem in paganum redisse et exinde Tetradium usque ad tempora Martini paganum perdurasse, nobis omnino stare non videtur. Quomodo homo tanti nominis ut Tetradius in tam preclaris et regia civitate paganus durare tot tempora potuisse, maxime tot sanctis sacerdotibus hic vigentibus, ut Agricus, Maximinus et Paulinus? Quomodo homo paganus contemporalis Maximini esset in una eademque civitate, cum constet eam tot ac tantis miraculis claruisse? Qua fronte Eufratam Agripinensem vir Deo plenus gradu movit utpote hereticum, et non in civitate sua converxit paganum? Quomodo in ulteriore Frigiam Paulinus pro Christo exulavit, et ibi usque ad sanguinem paganus predicavit; dum hic in sua dioecesi paganos reliquit? Inconveniens plane fuit. Sed quis Tetradius a Martino baptizatus est, dicimus eiū baptismum usque

^{a)} computab^c cod. ^{b)} comprobab^d cod. ^{c)} ita cod. ^{d)} enurentur cod.

⁶⁰ ⁵¹ Locos de SS. Euchario Valerio et Materno storia Treverensi vituperantur, a Gestis partim sunt excipere longum est. Non uno tenore legebantur; aliena, sed cum iis fere convenient quae ex M 1 sed. fol. 37. 45. et 5, neque cum Gestorum verbis n. 14. supra n. * exhibui. ⁵³⁾ cf. Gesta c. 16. convenient. Loci vero a Calmeto exscripti semper ⁵⁴⁾ Gesta c. 19. ⁵⁵⁾ Haec in Gestis ita non lepropius ad hanc accedunt. ⁵²⁾ Quae hic in hinc guntur, quae nunc cum Methodio faciunt.

⁵³ *Hi libri et alii fortasse, quorum ne notitiam quidem habemus⁵³. Gesta qualia nunc exstant antecessisse ipsisque conscribendis ansam praebuisse videntur. Ne illi quidem saec. XI. ezeunte antiquiores esse possunt; Gesta vero non ante saec. XII. scripta esse iam monuimus.*

Sed quo anno confecta sint, nunc certius indicari nequit. Primos tamen saeculi annos equidem huius libri natales dixerim. Nam qui vitas sanctorum Modoaldi et Auctoris conscriperunt, Gestis quidem minime usi sunt; sed neque Gesta ex his vitis hausta sunt, neque sancti Modoaldi translationem a. 1107. et aliam sancti Auctoris paucis post annis factam verbo tetigerunt. Huc accedit, quod iam c. a. 1132. alter quidam his Gestis additamentum et continuationem adiecit, quod Bruno episcopus, qui a. 1101. ecclesiam Treverensem suscepisse narratur, iam a. 1124. obiit, denique quod codex qui exstat antiquissimus saeculo XII. incipiente scriptus esse videtur. Quae quam ita sint, non diu post a. 1101., in quo codices desinunt, Gesta esse confecta, non possumus quin statuamus⁵⁴.

In monasterio sancti Eucharii Gesta nata esse, probabile est, sed auctor nomen sicut, neque inter viros illos a Trithemio laudatos quaerendum esse videtur. Certe Golscherum, quem Trithemius nonnunquam solum dicit auctorem, equidem vix inter scriptores mediæ aëvi retulerim. Aliud vero nomen quod nuper innotuit non satis firma nisi auctoritate omnes concedent. In bibliotheca Romana Vallicell. codex a Bethmanno nostro evolutus est, H 13. fol., qui s. XVI. vel XVII. scriptus inter varia opuscula historica f. 1—12. librum continet ita inscriptum: Ex chron. Trevirensium per Rodulfum Trev. diaconum conscriptis. Sed mera sunt Gestorum fragmenta ex codice continuatione prima aucto negligenter satis descripta. De nomine illo nihil constat.

Quisquis auctor fuit id egit, ut antiquitatem et historiam Treverensem illustraret urbemque ut ipsi non sine causa videbatur celebrem redderet celebrimam. Nam non solum archiepiscoporum gesta et res christianas narranda duxit, sed ad priora tempora regressus est, immo in obscuram vetustatem ascendiit, ut gloria Treverorum facta enarraret. Fabulosa esse multa quae tradit primo patet aspectu, neque tamen leviter haec invenisse putandus est, sed ex fama vulgari, ex inscriptionibus tunc temporis repertis vel fictis⁵⁵ hausisse, coniunxisse, amplificasse quaecumque ad rem facere viderentur. Non hoc loco quaerendum est, quis primus Treverorum origines a Trebeta Nini filio repetierit; fortasse non ante s. XII. haec nata est opinio, sed Gestorum scriptorem alii praecessisse videntur⁵⁶. Hic vero non solum hanc narrationem libenter illuc, sicut mos illius temporis erat, distulisse; quod et Augustinum et Ambrosium et ipsum Martinum invenimus fecisse; nec tamen totam civitatem paganam ideo extitisse. Quod si dicit Tetradium omnino gentilem fuisse nec ideo Martinum in eius domum descendisse, dicimus eum ideo egisse, qui viderit eum non obstinata mente paganum sed sibi reservatum esse, quia si idem obstinata mente incredulus fuisse, nequaquam pro filia ad Marti- num accessisset, sed potius ad idola sua declinasset.

⁵³ Hilar p. 66. 127. etiam de codice M 1. n. 13: *tot tempora nullo sciente inibi serbaretur. Sed hoc loquitur Gesta breviora usque ad Nortmannicam invasionem continent. Sed e nostris B 6 intelligi ecclesia sermo est. In qua Agritium sepultum esse, auctor procul dubio fixit (v. infra p. 120) et ita 45 M 1. n. 12. p. 26. 64. 127. (= C 1), M 1. n. 15. p. 57. vita Eucharii etc.), M 1. n. 16. p. 57. 67. (Historia martyrum Treverensium). ⁵⁴ Sybel, die Advocaten des Trierer Rocks II, p. 45 n. 4. 52. Gesta post a. 1131. scripta esse putat, quia Agritius, qui c. 19. in S. Eucharii monasterio sepultus esse dicitur, tunc primum reperiatur. Nam in translat. et mirac. S. Mathiae ita scribitur c. 6: *Qui licet per**

illuc, sicut mos illius temporis erat, distulisse; quod et Augustinum et Ambrosium et ipsum Martinum invenimus fecisse; nec tamen totam civitatem paganam ideo extitisse. Quod si dicit Tetradium omnino gentilem fuisse nec ideo Martinum in eius domum descendisse, dicimus eum ideo egisse, qui viderit eum non obstinata mente paganum sed sibi reservatum esse, quia si idem obstinata mente incredulus fuisse, nequaquam pro filia ad Marti- num accessisset, sed potius ad idola sua declinasset.

⁵⁵ inventioni ansam dedit. Huc accedit quod in Gestis ecclesia S. Eucharii nunquam S. Mathiae nomine indicatur, quam a. 1131. sancti apostoli ossa ibi reperta sint, quae c. a. 1050. Bertulfus abbas ibi reposuisse dicitur. Qua de re nihil Gesta referunt. Cf. Archiv IX, p. 709. ⁵⁶ V. c. 2. (3.) 6. 8. 18. 23. 27. ⁵⁶ V. Thioifridi locum ad Gesta c. 2. n. allatum, quem ante Gesta conscriptum patet.

recepit, sed eas quoque traditiones quae de monumentis urbis hodieque magnificis in populi ore ferebantur⁵⁶. Quibuscum veterum scriptorum de Treveri et Treverensibus locos quotquot invenire potuit coniunxit, et patriae glorificandae studio illectus nonnunquam etiam ea ad Treveros retulit quae de Gallis in universum dicebantur. Ita Iustino, Eutropio⁵⁷ et Orosio usus est, praesertim vero Caesare, ex cuius commentariis de bello Gallico quam plurima descripsit. Legerat etiam Ausionium⁵⁸, necnon ex libro quodam Galbae Viatori nescio cui adscripto⁵⁹ quaedam sumsisse videtur; alia vero sunt quae ad certum fontem referri nequeant. Maiori etiam diligentia scriptores ecclesiasticos adhibitos videmus; nam quae Hieronymus⁶⁰, Ambrosius⁶¹, Augustinus⁶² de rebus Treverensibus referebant, hic sunt repetita; Historiae ecclesiasticae Rufini et quae tripartita dicitur singulas notitias praebuerunt⁶³; alias Gestorum scriptor apud Sulpicium Severum⁶⁴ et in libro Gregorii Turonensis de vita patrum⁶⁵, necnon in vita Gregorii Magni auctore Iohanne diacono⁶⁶ invenit; neque historici saec. V. VI. VII. ipsi defuerunt, qui modo Prosperi chronicon⁶⁷, modo Gregorii Turonensis historiam Francorum⁶⁸ consuluisse videtur, prae ceteris vero his temporibus chronographum quem vulgo Fredegarium dicunt eum habuit quem sequeretur⁶⁹. Nescio an his Bedae opera⁷⁰, Adonis martyrologium⁷¹ aliave addam. Accedunt vero vitae et historiae Treverenses, quas partim supra iam recensui; Vitas dico sanctorum Eu- charii⁷², Agriti⁷³, Maximini⁷⁴, Felicis⁷⁵, Magnerici⁷⁶, Hildulfi⁷⁷, fortasse etiam Liutwini⁷⁸ et Paulini⁷⁹. Ex his et Historia martyrum Treverensium⁸⁰ magna antiquae historiae ecclesiasticae pars ad verbum est descripta. Necnon Passionem sancti Nazarii⁸¹, Vitam sanctae Helena ab Almanno scriptam⁸², Vitam sancti Goaris auctore Wandelberto⁸³, fortasse etiam Acta sancti Lubentii⁸⁴, sanctorum Fusciani et Victorici⁸⁵ in usus suos vertit. Praeterea antiquioribus temporibus librum Methodii nomine quamvis falso inscriptum⁸⁶, et Herigeri gesta episcoporum Traiectensium consuluisse videtur⁸⁷; postea vero ex Reginone plura⁸⁸, singula quaedam ex Thegani appendice⁸⁹ et Hincmari epistolis⁹⁰ recepit; vidit etiam sancti Celsi translationem⁹¹ et vitam Conradi sive Cunonis archiepiscopi⁹², quas tamen describere noluit. Inde a nono saeculo brevius Treverensem historiam narravit, fontibus, ut videtur, destitutus. Nam praeter Reginonem iam nullum habuit rerum Germanicarum scriptorem, neque archiepiscoporum vitas, sed pauculas tantum de invasione Normannica notitias, et de sequentibus temporibus nihil praeter catalogos episcoporum nuda nomina exhibentes, singulas translationum historias memoria non valde dignas, regum denique et paparum chartas⁹³, quas breviter indicare ipsi satis videbatur. Quo factum est ut haec Gestorum pars vix historiae nomine digna censeri possit, quae breviter episcoporum ordinem referat, paucis tantum verbis de singulorum origine vita et obitu additis, qualia s. XII. scriptor raptim colligere potuerit. Cum Caesaris gesta ex alieno fonte hausta plures paginas impleant, nunc tempora gravissima paucis lineis absolvuntur, summi archiepiscopi paucioribus verbis quam fabulosi illi

56) V. de portis c. 3, aqueductibus et amphitheatre c. 4.
 57) Purum Eutropii textum habuisse videtur; nihil enim ex Pauli Diaconi vel Historiae minicellae additionibus reperti. 58) c. 20. 59) cf. c. 3. 6 n. 60) c. 7. 20. 61) c. 20. 62) c. 21. 63) c. 19. 64) c. 20. 65) c. 23. 24. 66) c. 26. 67) c. 20. 68) c. 20. 22. Mirum est alia multa quae hic de Treveri narrantur prouersus negligenta esse; ita ut non ipsum Gregorii librum sed alium ex hoc descriptum auctori ad manus fuisse

putarim. 69) c. 22. 70) cf. c. 16 et 23. 71) cf. c. 17. 72) c. 4. 14. 73) c. 17. 18. 19. 74) c. 19. 75) c. 22. 76) c. 24. 77) c. 25. 78) c. 24. 79) c. 19. 28. De vita S. Mari v. c. 23. 80) c. 17. 81) c. 15. 82) c. 18. 83) c. 23. 25. 84) c. 19. 85) c. 17. 86) v. infra. 87) c. 25. 26. 27. 28. 88) cf. c. 13. 14. praesertim vero c. 25. 26. 27. 28. 89) c. 25. 90) c. 24. 25. 27. 91) c. 29. 92) c. 33. 93) c. 24. 25. 26. 29. 32.

Catholdus et Arimaspes laudantur. De Egberto quidem et proximis eius successoribus auctor minus parco utitur sermone; sed mox consuetu more pergit. Neque ex fontium penuria haec iam explicari possunt. Nam quo propius ad sua tempora scriptor devenit, eo brevius res Treverenses narravit, aut eas satis notas esse ratus, aut eo consilio ductus ut veterem civitatis gloriam quam amplissimam laudibus efferret, recentiora vero tempora saepe minus felicia negligeret vel alius uberius describenda relinquere.

Sed aliam fortasse huius diversitatis causam licet indicare. Quid enim si ille quem Gestorum dicimus auctorem antiquius descripsit opus, quod de primis historiae Treverensis temporibus uberior est, quod ipse vere brevius continuandum sumpsit? Sunt sane quae ut ita statuamus valde suadeant. Eiusmodi librum usque ad Basini tempora decurrentem Hillarius vidit, sive eundem sive similem Calmetus oculis habuit eaque attulit quae hanc narrationem plerumque cum Gestis convenire, in singulis vero locis discrepare ostendant⁹⁴. Quibus accurati examinatis, id patet, hunc codicem propius ad fontes accedere neque ea exhibere quae fabulosa et in coenobio Sanmathiano inventa esse videantur. Quem codicem quominus antiquiorem Gestorum formam exhibere dicamus multa videntur⁹⁵, nisi quotquot de historia Treverensi scripti sint libri, Gestorum appellemus. Sed Gestis nostris librum illum fundamento esse positum et fontes quos supra recensui magnam partem non ab ipso Gestorum auctore sed a priore illo scriptore adhibitos esse, non possumus quin statuamus; quamvis nunc quae hic liber exhibuerit, quae Gestorum auctor addiderit, non satis discerni possit. Quae Calmetus afferit haec sunt: locus c. 16. de episcopis inter Maternum et Agritium ecclesiam Treverensem regentibus⁹⁶, praeterea quae c. 15. de viniductu, c. 19. de Mathiae ossibus et tunica Domini, ibidem de Agriti et Maximini sepultura referuntur, in antiquiore illo libro non legebantur. Alia probabili conjectura indicari possunt, e. gr. quae de ecclesia ab Euchario aedificata, de Euchario Valerio et Materno ibi sepulis c. 14. 15. 16. de cella sancti Eucharii c. 21. leguntur. Haec enim scriptorem monasterii sancti Eucharii sive Mathiae indicant, qui praesertim id egit, ut in suo monasterio pontifices egregios et viros sanctos sepultos esse ostenderet⁹⁷. Capite 16. vero episcoporum catalogum valde auxit, ut lacunam illam inter Maternum et Agritium expleret et ecclesiae Treverensis antiquitatem certius vindicaret. Haec nomina, quae in antiquioribus catalogis desiderantur⁹⁸, fictitia esse, iam omnibus,

94) cf. supra n. 51. 95) Hoc nuper Sybel contendit, Die Advocaten des Trierer Rocks Fasc. III, p. 75 sqq., antiquam Gestorum formam restituere conatus. Sed quae partim ex Hillario partim ex Calmeto afferit, inter se nullo modo coherent, et utrum ex eodem codice sumta sint valde dubito (v. supra p. 110 n. 50). Verba ab Hillario exscripta non Gestis vel Historiam sed martyrologium indicant (verba: *Treviris S. Eucharii*, *Treviris depositio S. Valerii* sine dierum indicatione cogitari nequent), et a Gestorum textu longe recedunt; quocum codex Calmetianus plerumque satis convenient. Ipse vero Calmetus dicit: *un manuscrit plus ancien et plus court, dont apparemment le moine Thierry s'etoit servi et qui est comme le fondement et la base de son histoire*. Theodericum, qui s. X ex., XI inc. vixit, Calmet primum Gestorum auctorem habet (. . est probablement composé par Thierry). Ideo non Gestis, sed Gestorum fontem illo codice contineri inuit. (Quod Hontheim Hist. I, pag. XXVI, dicit, Eberhardianum exemplar Calmeto visum esse, ne-

minem tenebit). Gestorum sace. XII. antiquiora nulla fuisse, iam supra satis docui; codex vero Aurese 35 vallis, quem Sybel huc revocavit, alio pertinet; v. infra. Denique quae de Annalibus civitatis gesta antiquissima continentibus; quos Silvester papa revolvisse dicitur, in Vita S. Agritii leguntur (v. supra p. 112), gesta quaedam Vita fuisse antiquiora, mihi 40 persuadere nequeunt. 96) I, p. VII. 97) Huc pertinent quae c. 25. de translatione S. Maximini, c. 25. et 28. de Hetti et Theoderico ibi sepulis, c. 27. de corpore S. Eucharii traduntur. 98) V. catalog. Gislenianum ap. Bontheim I, p. XXIV. (Hilliar 45 p. 71. 159), Prumiensem Prodr. I, p. 78. Quibus additum tertium usque ad Egbertum continuatum quem Bethmannus ex Lamberti Florido descripsit. Hontheim: I, p. XXVII dicit: „quod alias vir eximius et harum rerum prudentissimus simile Ms. Gestorum 50 exemplat, in quo pariter nulla episcoporum nomina inter Maternum et Agritium media sunt, silio loco a se visum mihi retulerit.“ Sed fortasse catalogus vel brevior historia intelligi dobet.

nisi fallor, constat¹; maior vero eorum pars in libro legebatur Methodii Patensis nomine inscripto²; quem ne revera huic auctori attributas tum ipsius aetas tum aliae rationes vetant³. His receptis octo addebat Tungrensis ecclesiae episcopi, de quibus noster Herigeri verba retinuit, sed quorum hic locum sepulchrae se nescire dicit, hos more consueto in sancti Eucharii ecclesia sepultos asserit. — Alius locis quae ex opere illo sumta, quae addita sint, iam indicari nequit, neque inde a quo tempore Gestorum scriptor proprio Marte narrationem continuaverit compertum habemus. Cabnetus codicem non ultra Maximini tempora afferit, Hillarius alterum in Basino desinere, alterum, quem Calmetianum habet, sanctorum pri-¹⁰ mitivae ecclesiae compendiosam vitarum relationem exhibere dicit. Evidem inde a capite fere 23. auctorem hoc duce destitutum fuisse putarim; sed etiam quae ante ex Gregorio et Fredegario sumta, immo quae de antiqua civitate Treverensi ex libris partim, partim ex traditione vulgari compilata sunt, monacho illi San-¹⁵ mathiano tribuerim, qui saeculo XII. ex breviori archiepiscoporum historia Gesta haec composuerit, eo consilio ductus, ut patriae et ecclesiae suae gloriam quam maxime celebraret⁴.

Neque tamen hoc libro omnium volis satisfecit. Nam paulo post Treverensis quidam eum continuandum et amplificandum suscepit, ita ut initio singulas quasdam modo breviores modo longiores adderet notitias, nonnunquam etiam quae scripta erant mutaret vel prorsus omitteret, postea vero novam archiepiscoporum historiam plenioram et accuratiorem ordiretur, usque ad Adalberonis tempora (a. 1132.) continuatam. Primo libri intuitu diversum huius scriptoris ingenium agnosces. Animo minus quieto, sermone uberiori res Treverenses prosequitur, modo novis usus fontibus, modo traditionem secutus seniorumque rela-²⁰tionem. Romana tempora ex Suetonio et Ausonio⁵ illustrat, semel ad Gallicam quoque historiam provocat, Caesaris fortasse commentarios intelligens⁶, praeterea Galbum Viatorem disertis verbis auctorem laudat. Nam ubi de christiana re-²⁵ligione apud Treveros initio sermo est⁷, non solum longiore Eucharii Valerii et Materni historiam insertam videmus, sed etiam fabulosas illas urbis origines repetitas legimus, eodem fere tenore sed aliis verbis quam primis Gestorum capitulis. Quibus inter se comparatis, non ex Gestis sed ex Gestorum fontibus haec sumta esse patet; sed an a continuatore illo confecta aut aliunde sint descripta dubitari potest. Quamvis vero hac parte eundem fere sermonem easdemque locutiones quae in ipsa continuatione deprehendere mihi videar, haec tamen perplacet sententia, tum quia non video cur easdem res uno libro bis ille enarraverit, tum quia haec cum antecedente Eucharii Valerii et Materni historia arte coniuncta esse puto, quam ex libro quadam ecclesiastico huc esse translatam, et toto narrationis tenore et singulis verbis⁸ indicari videatur. Nisi fortasse dicas, hoc alterius historiae Treverensis esse initium, postea demum cum Gestis coniunctae; id quod inscriptione hoc loco in quibusdam codicibus praemissa: Incipit hystoria Treverorum quodammodo confirmatur. Neque huic opinioni equidem obstat⁹; sed pene is fui qui olim duos fuisse historiae Treverensis libros postea

90) Quamvis Hillarius fortissime contra hanc dimicaverit sententiam. 1) cf. infra notam ad c. 16.
45 2) Hontheim Hist. I, p. XXI. Acta SS. Sept. IV, p. 360. De vera Methodii astate v. ibidem Inv. IV, p. 5. 3) Paucis saepre verbis additis vel mutatis fontium testimonia in suum usum vertit; c. 22. Romanorum duces in Treverorum principes mutavit.
50 5) Eucharii ecclesiam imm mira antiquitate tum re- liquis pretiosis donavit. Episcopos Tungrenses audacter Treverenses fecit. Etiam falsum Silvestri diploma novis additionibus ab ipso auctum esse, ut tunicam Domini Treveros esse perlatam ostenderet, Sybel ostendit. 4) ad c. 13. 5) ad c. 14. 6) Hos etiam aliis locis adhibuit, veterum Gestorum verbis mutatis; v. notas ad c. 9. 10. etc. 7) c. 14. 8) Verba dico: sequens tertio demonstrat.

demum in unum conglutinatos statuerem⁹. Quam seponendam putavi sententiam, ne nimis conjecturis indulgere et has res magis involvere quam explicare dicar. — Postea secundus ille scriptor antiquum textum minus auxit neque ita amplificavit ut novum opus dicatur; sed pauca tantum adiecit ex vilis sanctorum Martini⁹, Severini¹⁰, Gertrudis, fortasse etiam Basini, neonon ex chartis aliis monumentis hausta. In saec. X. historia exponenda fontibus et ipse procul dubio desitutus erat; nullum enim praeter narrationem de sanctis a Theoderico Mettensi reportatis adhibitum videmus librum¹¹; sed ex populi rumore sumta sunt quae de Rotgero Ekberto aliisque pontificibus falso plerunque traduntur, aut ad ecclesias ab ipsis exstructas vel donatas spectant, aut leviora sunt et nullius fere momenti. Etiam quae de Poppone narrantur fabulis plena sunt, ex traditione quadam ecclesiastica hausta, alia ex vita sancti Symonis sumta¹². Postea quaedam ex passione sancti Cunonis descripta sunt¹³.

Iam vero ab hoc inde tempore auctor antiquum Gestorum textum nimis breuem prorsus reiecit, id agens ut pleniū et copiosius narraret quaecumque tum ex seniorum relatione¹⁴, tum ex chartis¹⁵ epistolisque¹⁶ colligere potuerit. Plena igitur narratione Popponis et Engelberti tempora persequitur, animo candido sed erga imperatorem Heinricum IV. nimis hostili res exponit gravissimas, et ubi ad tempora venit suis propiora ea narrat quae ipse vidit vel a praesentibus audivit¹⁷. Hanc libri partem magnac esse auctoritatis omnes concedent, sermonem salis cultum sed nimis sacrae scripturae et patrum locis exornatum¹⁸ iudicabunt. Quis fuerit auctor non constat; sed non diu post a. 1132, quo narrationis telam abruptum, vixisse censendus est. Canonicum dixerim Treverensem, certe non Sancti Mathiae monachum, quippe qui sancti Petri ecclesiam a Poppone reaeditam accurate describat, nihil vero de hoc coenobio restaurato, nihil de sancto Mathia reperto dicat.

Fuerunt vero qui etiam hanc Gestorum formam mutandam et augendam iudicarent. Ut enim eos praetermittant codices, quibus antiquae recensionis primae parti hanc continuationem additam videmus: alius singulos locos mutavit¹⁹, scriptoris verba nonnunquam iniusta et nimis acerba ratus; alius Godefridi archiepiscopi tempora ex actis genuinis latius exponenda sumxit²⁰; alius denique novis additionibus textum auxit, chartis et diplomatis, quae in antiquis Gestis breviter indicata erant, aliisque multis plene descriptis, ita ut eorum mole genuinum textum nonnunquam prorsus obruere et chartularium potius quam chronicon Treverense exhibere videatur. Quod a Lamberto de Legia monacho Sanmathiano factum esse, sunt qui statuant²¹; id quod neque confirmare neque negare ausim. Certe codex, nisi valde fallor, ab ipso auctore exaratus, in saec. XII. medio collocari debet, et olim in bibliotheca Sanmathiana fuit. Praeterea etiam nota de ecclesia sancti Eucharii reaedita et de sancto Mathia invento²² huius coenobii.

9) Fortasse idem scriptor qui Gesta continuavit tam composuit de originibus rei publicae et ecclesiae Treverensis libellum, quem postea ipsis inseparandum iudicavit. Antiquioris libri, ex que Gesta partim descripta esse supra monui, haec esse fragmenta genuina, fortasse quis dicat; cui assentire vix possim. 10) ad c. 20. 11) ad c. 24. 12) ad c. 29. 13) Addit. c. 3. 4. 14) Addit. c. 9. 15) Addit. c. 1: quantum ad meam notitiam seniorum relatione devent; c. 16: seniorum relatione ad nostram notitiam devenerunt; c. 25: sicut patrum nostrorum relatu didicimus. 16) c. 1. 7. 8. 17.

17) c. 5. 12. 13. 19. Etiam ad Hinckmari epistolam 40 c. 23. provocat. 18) c. 24: quae et ipse ego vidi et aliorum certa relatione cognovi; c. 19: quoddam memorabile cui me contigit interesse. 19) Augustinum c. 17. 20. 22. Gregorium M. c. 18. 22. Gelasii epistolam c. 14, canones ib. et c. 20. affert, 43 sed iis plerumque locis ubi aliorum verba referit. 20) c. 14. 15. 21) Quae vide infra edita. 22) Wyttenbach p. XX. 69 not. (p. 172 n. eidem mutationes illas c. 14. 15. factas tribuit). De Lamberto v. Mirac. S. Mathiae in Append. 23) c. 25; cf. infra 50 p. 127.

scriptorem arguant. Idem continuationem ab a. 1132—1152 ex vita sancti Adalberonis magnam partem haustam adiecissemus est, quam in codice illo eadem manu, quamvis non continuo calamo, scriptam videmus. Negue vero ultra hunc annum scriptor progressus est, sed alii postea alias continuationes adiecerunt, de quibus alibi accuratius agemus.

Hoc loco antiquissima Treverorum Gesta usque ad a. 1101, Gesta aucta et continuata usque ad a. 1132, denique additiones saec. XII. factas exhibemus. Quae omnia codicum et recentiorum scriptorum auctoritate ducti Treverorum Gesta nominamus; sed ut singula discernantur opera, primum A. alterum B. tertium 10 vero C. nominamus. Continuationem brevem usque ad a. 1152 et quae postea diversis temporibus de episcopis Treverensibus scripta sunt alio huius collectionis volumine edemus.

Nunc codices quotquid ad notitiam nostram venerunt breviter describemus, spe ducti fore ut hoc modo non solum editioni nostrae viam sternamus, sed ea quoque magis confirmetur atque illustrentur quae iam exposuimus. Nam codices secuti, Trithemii errores reprehendere et non solum tres illas Gestorum formas secernere sed etiam leviores mutationes indicare potuimus.

(A) 1. Codex²⁴ olim „monasterii sancti Mathie apostoli extra muros Treverenses ord. sancti Benedicti“²⁵, nostris temporibus in bibliotheca viri doctissimi Fichard Francofurtensis asservatus. Liber foliis 75 minoris formae constat, quorum 69 Gestis explentur, quae saeculo XII. inc. non una manu, partim in membranis quas dicunt palimpsestis scripta sunt, negligenter quidem et tam mendose ut scriba textum haud satis intellexisse sed quam fidelissimum alterius codicis exemplar fecisse videatur. In singulis verbis scribindis a vulgari, saepe recedit, quippe qui e pro t. ec pro et, cum pro com et alia exhibeat peculiaria. Tam haec quam menda illa graviora scribae tribuenda esse puto; non paucos vero errores ipsi Gestorum auctori imputaverim. Brevis de archiepiscopis Adalberone, Godefrido et Meginhero notitia alia manu in codice, huius ut videtur temporibus scriplo, addita est. Hanc una cum Gestorum textu fideliter descriptis

(A) P. Codex musei Britannici, Harley. N. 3773. saec. XII, quem ante annos aliquot iam Pertius novae huic Gestorum editioni adhibuerat, nunc vero his schedis Treveris deperditis iterum quam accuratissime V. Cl. Oehler exscripsit. Quo comprobatum est, hunc librum codicis 1. esse exemplar, ita nisi fallor factum ut scriba magistri dictantis verba calamo exciperet; qua occasione hic 35 textum in 1. depravatum coniecturis sanare conaretur, ille vero novos committeret errores antiquis graviores. Nam adeo iam verba sententiasque corrupta videmus, ut verae lectionis etiam vestigia saepe evanuerint. Recentior manus nulla correxit, nonnunquam altero ut videtur codice adiuta, saepius meritis coniecturis indulgens.— In ultimis quatuor libris libelli aliis argumenti²⁶ scripti sunt.

(A) 2. Codex musei Britannici, Arundell. N. 270. saec. XIII, ut videtur, in 4^o scriptus, ubi fol. 1—23. Gesta Treverorum antiqua leguntur. Hunc librum, olim fortasse Moguntiae vel in diocesi Moguntina asservatum²⁷, primus Cl. Lappenberg evolvit, nuper vero Cl. Thorpe in usus nostros exscripsit. Hoc Gestorum exemplar, non ex 1. sed ex alio huius recensionis codice sumtum, accurata praestat scribendi ratione, sed mendis minime caret, quippe quod modo verba omittat

24) cf. quae de hoc aliisque codicibus iam Archiv Salomonis; Dissertatio Ambronii et Ieronimi. 25) Nam VII. p. 511 sqq. dixi. 26) Prima dedicatio quam archiepiscoporum Moguntinorum catalogum— a. 1230. constituit rex Salomon; De poenitentia et liberatione in ultimo legi folio iam Archiv VII. p. 512 notavi.

²¹ modo alia addat vel correctionibus antiquum sermonem deformet²¹. Brevissima in fine adiecta est continuatio eadem manu scripta.

Cum hoc codice plures ita convenient, ut ex eodem fonte hausti esse debeat. Inter quos primo loco nominanda sunt duo codicum fragmenta, quae utrum huic classi tribuenda sint necne iam intelligi nequit:

3) Codex Guelferbytanus saec. XII, qui nunc uno tantum quaternione constat, quo Gestorum initium usque ad haec cap. 9. verba: in concilio habuit circumlegitur, accurate satis et nitide scriptus.

²² 3^a) Codex Viri Cl. Leopoldi van Alstein Gandensis, antea Lammens²², saec. XII. eleganter in membranis exaratus. Huius quoque octo tantum folia supersunt, quae usque ad c. 12. verba: magistratus quae pertinent.

Huc accedunt codices, quos cum antiquis Gestis (A.) usque ad Eberhardi mortem (+ a. 1066.) exscriptis continuationem illam usque ad a. 1132. coniunxit et ita novum quodammodo opus effecisse, supra tam dixi. Nescio an codices 3^a. 3^b. huc pertineant, reliqui vero saeculum XIII. non superant, neque aetate, neque accurate lectione commendantur, quamvis cum 2. plerumque convenient.

4) Codex V. Cl. Thomae Phillipi equitis, in cuius ditissima bibliotheca Middlehill asservatur, qui in foliis 42 membranaceis manu saec. XIII. Gestas continet, satis diligenter exarata. Praecipuas lectiones Cl. Lappenberg enotavit.

²³ 5) Codex Hamburgensis Hist. eccl. 4^a. N. XXXI.²³, olim Uffenbachii, postea Wolfii, chart. s. XV. 4^a, qui foliis 223 varia opera continet historica, Iohannis de Stabulaus Gestas pontificum Tungrenium, Gestas Treverensium, necnon Eusebii et Prosperi chronica Sigeberto praemissa. Gestas Treverorum 70 folia explent, olim seorsim numerata, nunc paginis 159—278. inscripta; sed inde a p. 253 (f. 48) continuatione legitur ad Wernherum usque archiepiscopum (a. 1388.) deducta.

5^b) Codex Hamburgensis Hist. Germ. fol. N. 31^b, pluribus manibus saec. XIV—XVI. in 4^o mai. scriptus, amplam librorum historicorum collectionem continet²⁴, inter quae tam Iohannis de Stabulaus opus quam Treverorum Gestas leguntur, haec f. 175—190. manu s. XV. ut videtur exarata. Lectiones cum 5^c. plerumque convenient, continuatione f. 186—190. eadem est.

³¹ 5^c) Codex Hamburgensis Hist. Germ. sing. region. fol. N. 70^c. recentioris aetatis, qui folius 88 eadem Historiae Treverensis monumenta exhibet, quibus Gestas archiepiscoporum Coloniensium (ut 5^b.) addit. Hic liber manu satis eleganti scriptus foedissimis scatet erroribus, qui scribam veteris scripturae ignorrum arguunt. Cum 5^c. et 5^d. valde concordat, ex neutrō tamen sumptus est; sed ad antiquius exemplar omnes referri debent. — Eiusdem generis

5^d) Codex musei Britannici, Cotton. Titus D. XXV. esse videtur, qui Gestas Treverorum usque ad a. 1387, necnon Gestas archiepiscoporum Coloniensium et

³² Traiectensium aliaque continet²⁵.

6) Codex bibliothecae regiae Parisiensis N. 5873, olim I. A. Thuani, antea „ex libris Io. Leferon Caropolitanus“. Uno volumine tres codices diversae aetatis continentur. Tertium saec. XIII. inc. duabus columnis scriptum olim ad aliud perlinuisse volumen, quaternionum numeri XXXI—XXXIV ostendunt, notaque hac recentioris manus confirmatur: In v(eteri) c(odice) praece- 40

27) e. gr. c. 9. neque — colebant, c. 10. cum his — mentum partem esse codicis Lugdunensis dicit (p. per venerant, et qui — proficisciabantur desunt; c. 23. 555. 97). 29) De quo cf. Archiv VI, p. 230. pro pensus scriptum est pessuria et inde loci sensus 30) V. Archiv VI, p. 240. et quae Vol. X. dicturus deformatur. 28) Cf. Archiv VII, p. 522. VIII, sum. 31) Archiv VI, p. 244. 32) Archiv VII, p. 555. Minus recte Bethmannus noster hoc frag- 50 p. 75.

debant Gesta Francorum et historiae miscellae Pauli Diaconi nomine libri **XXIII.** Nunc nihil nisi *Gesta Treverorum* hic leguntur iam duobus foliis omissis manca. Sed haec nuper Bethmannus noster Romae reperit in cod. Vaticano Christ. N. 1283, ubi f. 70. 71. exstant.

⁵ 6^a) *Codex Parisiensis* S. Germain N. 77. fol. mai. s. **XIII**, duabus columnis scriptus, qui ea continet quae in 6^c. iam desiderantur, partem historiae Francorum ab Hugone Floriacensi scriptae, Historiam miscellam, fragmenta quedam de historia Francorum, iisque *Gesta Treverorum* addit ad verbum ex 6^c. descripta, ut accurata codicum collatione mox intellexi.

¹⁰ 6^b) *Codex Parisiensis* S. Germain N. 1079, saeculo **XVI**. ex libro Ioh. le Feron Carolopolitanus, id est ex 6^c. descriptus.

6^c") *Codex Parisiensis* Baluze Armoire II, paq. 5. n. 2. codicis 6^c. apographum s. **XVII**. factum continet.

¹⁵ 6^d) *Codex Bruxellensis* N. 9178—9187. s. **XIII**. fol. eadem opera continet quae in 6^c. olim legebantur, in 6^c. partim hodieque exstant. Quibuscum codicibus huius lectiones a V. Cl. Oehler diligentissime enotatae ubique concordant.

²⁰ 6^e) *Codex Lugdunensis* N. 127. s. **XIII**, inc. 4^c, initio et fine mancus. *Gesta enim his c. 24. verbis*: quod vocatur horreum incipiunt. Sequuntur prima historiae miscellae verba, reliqua huius libri parte avulsa. Etiam hic liber a Bethmanno cum editis comparatus quam proxime ad alios huius classis codices accedit; neque dubitari potest quin omnes ex uno fonte manarint, qui iam textum valde mutatum iis praebuerit. Nam quamvis multa sint cum 4. et 5. communia, plura tamen peculiaria hic leguntur, quae scriptorem, ut orationem redderet faciliorem et elegantiores, libere et audacter verba correxisse ostendunt.

²⁵ 23) *Integral fere horum codicum varietatem annotavi, praesertim eam, in qua omnes vel singularum classium codices conveniebant. Hanc litteris 3. 5. 6. indicavi.*

Libri sequuntur manuscripti, qui Gestorum textum multis additionibus auctum et usque ad a. 1132. continuatum exhibent. Etiam hi in duas classes secernantur oportet, alteram quae genuinam huius operis formam praebeat, alteram novis interpolationibus hinc inde auctam. Alioquin vero inter se valde conveniunt, et quamvis nonnunquam etiam ad codices 5. et 6. accedant, plerumque tamen genuinam codicis 1. lectionem servant³³.

Ad priorem classem pertinent:

B 1) *Codex Vindobonensis Hist. prof.* N. 1069. saec. **XII**. 8^c, cuius lectiones inde a Popponis temporibus Cl. Chmel in usus nostros excrispsit. In fine *Gesta Alberonis archiepiscopi metrica et versus de Romana avaricia leguntur.* Huius libri apographum in Lambecii usus factum in bibliotheca Vindobonensi S. II. 361. aservatur.

³⁵ B 2) *Codex Guelferbytanus*³⁴, antea „liber beatorum apostolorum Petri et Pauli in Ylsineburg“ saec. **XII**. 4^c, eleganti scriptura, textu perbono et singulari Godefridi archiepiscopi historia insignis.

B 3) *Codex Schlettstadiensis*, olim Marbacensis monasterii prope Columbariam, s. **XII**. ex. fol. a Pertio a. 1841. repertus, a Bethmanno nostro hoc anno perfectus et optimus huius recensionis iudicatus; cui tamen, quia non nisi singulis locis lectionem enotatam habarem, primum locum tribuere non potui.

Sexta folia desunt, alia Iustinum continent.

Alii tres codices narrationem praebent hinc inde mutatam vel interpolatam; inter quos

B 4) Codex Stuttgardiensis saec. **XII**. praecipuus est, caeteris antiquior,

^{30 33)} Exempla vide c. 9. 10. et aliis multis locis. ³⁴⁾ V. Archiv VII, p. 515.

diligenter exaratus, neque scriptoris arbitrio decurtatus, neque temporum iniuria fine destitutus.

B5) *Codex Vindobonensis Hist. prof. N. 686.* magnam Gestorum partem (Additam. c. 10—14. 16 init. 17. 18 fin. 19 sqq.) omissit.

B6) *Codex Treverensis N. 30.* olim S. Mathiae Treverensis, in fine manus s³⁵ est (desinit c. 30.), et tam mendose negligenterque scriptus³⁵, ut nonnisi ultimo loco nominari possit. Quae codices B. c. 14. adiecerunt desunt, reliquae vero additiones et interpolationes omnes hic leguntur, neque de sera codicis aetate parvaque fide dubitari potest. Eodem volumine historia martyrum Treverensium legitur, quam neque tunc quum V. Cf. Wyttbach hunc codicem Hanno-¹⁰ veram transmisisset neque dum Treveri degerem ditissimae bibliothecae libris usurus a me exscriptam esse doleo. Quamvis enim hoc opus recentioris aetatis esse videatur, singulos tamen locos Gestis lucem datus esse putarim.

Ad hanc codicis familiam referendus est

B7) *Codex Scriverianus, a Leibnilio editus,* ipsoque teste in fine ita inscriptus: Feliciter finiunt gesta Treverorum summa diligentia per manus Petri Westalenti scripta, cuius anima post mortem hanc cum Christo requiescat in pace, Amen. Leibnitius alio loco³⁶ tres laudat codices, praeter Guelferbytanum supra nominatum, alterum a Migio professore Marpurgensi acceptum, alterum quem penes se habebat. Uter Scriverianus fuerit non constat. — Etiam Goldastus similem codicem possedit³⁷, aliisque fortasse fuerunt qui nunc latent. Certe codex Aureae Vallis s. XIII. a Martenio visus, quem frustra in biblioteca Luxemburgensi quae sivi, incendio absusptus esse videtur. Cui quamvis verbis addit. c. 8. consentit Everhardus episcopus finis esset, ut huc eum referam eo permovere quod Martenius illum cum Leibnitiano testu convenire dicat³⁸. Brevis alia manu addita erat continuatio usque ad a. 1258. deducta, sed partim ex Sieberi Gemblensis chronica hausta³⁹.

Codices denique recensendi sunt, quibus terlia Gestorum forma continetur. Omnium vero praestantissimus est

C1) *Codex Treverensis N. 1341 (XXXI.) mbr. in 4^o mai., hac inscriptione notatus:* „*Codex sancti Eucharii episcopi sanctique Mathie apostoli. quicumque abstulerit. calicis lude proditoris in perpetuum particeps fiat. amen. amen. fiat.*

35) V. Archiv VII, p. 518. Idem esse videtur quem M. I. n. 13. inscriptum usque ad Nortmannorum invasionem pertinere, Hillarius dicit pag. 127; conf. pag. 66. 36) Access. hist. I. praef. 37) Apologia p. 41. 43. 38) Martene Coll. IV, p. 141: Huic (Hist. Trev. a Leibnitio editae) omnino consimilis est quam in ms. codice Aureae Vallis, ante annos quingentos exarato, incenitus. . Aut si quid inter utramque discriminis occurrit, levissimum illud est in eoque sium, quod codex Aureae Vallis prima manu ad annum 1047. desinens, pauca de subsequentibus archiepiscopis ad Hillinum usque recentiori quidem sed antiqua manu subicit. Hunc p. 171 n. edidit. 39) Hirach de vita Sieberi p. 415. — Quibus et loco a. 1049. omissis, reliquam partem hic exscribere iuvat: Post hunc (Popponem) archiepiscopus existit Engelbertus. Quo defuncto archiepiscopus ordinatur Bruno. Anno Domini 1124. Godefridus fuit archiepiscopus Treverensis annis 7. A. D. 1131. Albero Metensis fili archiepiscopus per annos circiter 20. Hic dicendum est, quod frater episcopi Heinrici Leodiensis, qui sepultus est in Hoio, comes Tullensis Fride-

* B. C. adz. Iste^m namque Ekebertusⁿ et Theodericus Metensis^o episcopus anno dominicae incarnationis 970. cum Ottone magno et glorioissimo imperatore augusto, cuius coniunctus Theophanius^p, in Italia per triennium fere constituti, multa sanctorum corpora collegerunt, quae ad sedes suas transmisserunt. Ekebertus^q sanctum Severum presbiterum in Terentina valle sepultum, de quo sanctus Gregorius in libro dialogorum^r, adiutorio regis supra nominat^s acquisivit, qui per Mosellae fluminis alveum transvecus est^t. Acquisivit in Spoleto^u civitate ossa Gregorii martyris^v et Ponciani martyris, in castro Turegum reliquias Felicis et Regulae^w. Episcopus autem Corfinii Theodericus episcopo Metensi dedit corpus sanctae Luciae virginis, testificans, manu sua angelio superposita, hanc ipsam esse Siracusanam, de qua responsoria^x et antiphonae cum missa cantantur ubique, et eo loci per Foroardum quendam ducem Spoletinum^y translatum. Quod^z dimidio idem Theodericus Ekeberto episcopo^{aa} devotissime petenti tradidit. Huins^{bb} industria Treberensis ecclesia baculum sancti Petri iam diu amissum recepit. Quem qualiter amiserit^{cc}, breviter dicemus^{dd}. Temporibus sancti Maximini Hunis Renum^{ee} transire et Gallias invadere meditantibus, sanctus Servacius Traiectensis episcopus preevidens in spiritu caedes et incendia tociusque y Galliae futurum excidium, Romana causa orationis adiit, ut suffragio apostolici patrocinii militaret iram Domini. Ubi dum triduo precibus et lacrimis insistet, responso didicit apostolico, nullo modo vindictam Domini praeteriturum, nilque in Gallia civitatum vel ecclesiarum iustum relinqui, nisi solum in Meti^{ff} monasterium sancti Stephani^{gg}. Inde ergo reversus Treberi, sancto Maximino quod audierat retulit, nec multo post apud Traiectum obiit. Quicquid igitur in civitate Treberica^{hh} erat reliquiarum mobiliuⁱⁱ praedictae hostilitatis metu ad Metim^{jj} defundrum consilio sapientiu^{kk} est decretum. Porro ante^{ll} Hunorum irruptionem 25 Treberi Grecorum pertulerunt invasionem^{mm}. Nec multo post ille omnium fama celebris Attila, rex Hunorum, miseriarum gurges et malorum, a Reno Aurelianis usque ommem Galliam captivavit, incendit et vastavit. Exinⁿⁿ cum pace redditia cepissent urbes et vici secundum pristinum inhabitari, Treberi res suas^{oo} Metensibus repentes, in vanum fuere laborantes. Placuit ergo tributum de civitate Treberi^{pp} sancto Stephano Metensium patrono annuatim persolvi, quo per 30 hanc exhibitam venerationem merentur aliquam rerum surarum restitutionem. Quibus cum praeter baculum alia reddearentur, essetque pudor Treberorum^{qq}, victores quondam gentium tributarios esse Metensium, rupto foedere altare in honore^{rr} sancti Stephani super quatuor columpnas in curia exercent Trebericam^{ss}, et praedictum censum annis singulis illuc persolverunt. Deinde a Metensibus in curia regis orta querimonia, et dicentibus annum tributum a Treberen^{tt} sibus sibi debitum aliquod^{uu} iam annis sibi negatum, isti quoque negantibus unquam se alieni tributarios fuisse, Metenses in fidei et querelae suea testimonium rogant mitti et inspici, quod super columpnas erat in curia altare locatum. Quod cum utrorumque arbitrio definitum foret fieri debere, Treberici occulte celerrimum nuntium miserunt, et altare columpnis depositum in monasterio sancti Petri collocaverunt. Sic ergo cum res mota querimonis probari non posset 40

a) parochia l. b) Corpus insuper C. c) r. e. 6c. d) quadam 4. quadam 5c. 6c. quadam die B2. e) festo 5c. 6. festum 5b. f) i. etiam C. g) sanctorum B2. h) treberici corr. treberiq C1. et ita C3 sqq. i) ekebertus B2. ek. archiepiscopu C. k) methensis B4. l) deest B5. C. m) sanctum — transvectus est deusnt B6. n) in dialogo B2. menim post add. C1. et ita C3 sqq. o) qui — transvectus est deusnt C. p) deest B4. q) Obiunuit etiam in C. r) poleta B6. s) responsorio B5. t) poletinum B6. u) archiepiscopu C. v) c. 45 XLV. Leibn. Huins etiam C. w) amiserint B2. x) rheum C1. semper. y) tocius B2. 6. z) metti B2. metti B3. C. meto B4. 5.) treberi B2. a) nobilium B6. b) methti B2. metti B4. c) sapientu C. d) autem B4. e) exin corr. exinde C. 3. et ita C. 4. 6. f) iam B5. g) igit B2. h) treveri C1. i) deest B2. k) trebirorum corr. trebriros C1. et ita C3 sqq. l) in h. deusnt B6. m) treberici B2. n) aliquod corr. aliquot C1. et ita seqq. o) a. se B2.

26) Ieiunium postea bannitum dictum esse, Brower haec scriptor Treverensis. 34) In Gestis opp. 50 p. 486. annot. — Cf. Hist. mart. Trev. c. 4. (Hontheim Prodri. I, p. 124), ubi haec leguntur: Postea quinto Kal. Maii, que die iuxta inductum Ekeberti archiepiscopi plurimae circumamenantium villarum turbae cum crucibus Treveros solent venire et monasteria ciuitatis illius omnia circuire. 27) Ex eius translationis historia a Theoderico scripta quedam infra edidi. 28) Haec ex narratione illa de sanctis a Theoderico reportatis, quam v. SS. IV, p. 473. Hausta sunt; sed narratio nullam Ekeberti facit mentionem. 29) I. l. rectius Adelheida nominatur. 30) Cf. quae supra in textu antiquo leguntur; scriptor fortasse translationis historiam vidit. 31) Haec narratio Theoderico tribuit. 32) Haec in narratione non leguntur, ex qua sequentia sumta sunt. 33) Addit

Tullensium baculus S. Petri Tullio Mettim saec.

X. pervenisse narratur. De ipso Metti asseverato

v. Brower I, p. 483. Cf. vero Vitam S. Agritii p.

778: Baculum quoque apostolorum principis Petri de

manu ipsius in fraternae mortis consolatione necnon

apostolicæ dignitatis honore susceptum, huic loco

beatus Eucharius intulisse non ignoratur. Quapro-

pter, sicut privilegium in Romano armario repositum

testatur, quod omnia eiusdem apostolorum principis

in Romana sede successor baculi sustentatione non

utitur. 35) Hucusque Herigerum c. 22. 23. SS.

VII, p. 173. sequi videtur. Nunc addit narrationem

valido fabulosam, ex libro nescio quo descriptam.

36) V. supra c. 19. 22.

sancti Eucharii, ipse pro celebrando ibidem divino officio ad eius monasterium perrexit. Cumque post^a expleta missarum^b sollempnia a fratribus obnixe^c petreter cibi potusque^d karitatem sumere, ne eis onerosum fortasse existeret si tanta comitatus ambitione ibidem reficeretur^e, coepit oblatam^f a fratribus karitatem omnino^g refutare et redditum suum in^h urbem maturare. Cumque venisset ad fluviumⁱ Oleviam^j, coepit infirmitate gravi deficere, nec mora ad suam sedem^k veniens^l, diem clausit extremum^m. Sepultus est ibidem inⁿ parva ecclesia^o, quām ipse construxerat^p in honore sancti Andree^q.

30. ^r Huic successit Liudolfus^s. Eo^t pontifice, praefuit in monasterio^u sancti Paulini praepositus nomine Adelbero, de Lucelenburch^v ortus, vir potens et dives, habens 10 castella^w haec: Sarburch^x, Berencastel^y et^z Rutiche^{aa}; qui inito^{bb} cum Liudolfo archiepi- 20 scopo^{cc} pravo consilio, ecclesiam^{dd} sancti Simphoriani, quae abbatibus sancti Martini subiaciebat, partim vi partim dolo^{ee} sibi vendicavit, episcopo, proh dolor! sibi^{ff} consentiente, et dein- 30 ceps^{gg} eam Sancto^{hh} Paulino retinuit. Liudolfo autem defunctoⁱⁱ, ea fiducia qua^{jj} sua^{kk} soror Heinrico Claudio^{ll} imperatori nupta fuerat, episcopatum invasit^{mm}, militesⁿⁿ in sua sacramenta 40 nrurare coegit, palatium quod situm est in eadem^{oo} urbe occupavit, pontem quoque Mosellae turribus munivit. Heinricus^{pp} autem imperator Meingaudo^{qq} episcopatum^{rr} dedit, praeposito ecclesiae^{ss} Mogontiae^{tt}; qui cum pararet^{uu} potentiae Adelberonis resistere, 80 mansos de rebus Sancti Martini Ravengero^{vv} de Madelberch^{ww} et^{xx} Udelberto^{yy} de Stalle^{zz} in beneficium dedit, nec tamen preevaluat. Tunc^{AA} Heinricus^{BB} imperator cum exercitu Treberim venit et 50 palatium obsedit a dominica post Albā usque ad Kal. Septembbris. Qua obsidione non 1008. Apr. 4. testimonii, Treberenses hac potiti victoria, baculi tamen carniero praesentia, donec post supra- 25 dictas et trium adhuc gentium gravissimas irruptiones, Wandalorum, Francorum et Nortmannorum, Ottone regnante, frater eius, potentissimus Coloniensis episcopus, hac etiam civitate donatus, a Treberensis rogatus, baculum huic ecclesiae restitendum a Metensibus extorsit, sed cum^{BB}, eadem qua clavum Domini perfidia subtrahere voluit^{CC}, Coloniensi ecclesiae dono dedit. Paucis 30 hinc annis transuentibus, Ekeberti episcopi^{DD} instantia Warinus Coloniensis episcopus^{EE} partem baculi cum apice secans, superiore partem sibi^{FF} retinuit, reliquam hue^{GG} transmisit. — Feruntur hirundines ab hoc viro, scilicet Ekeberto episcopo, maledictae, templum sancti Petri non involare, aut^{HH} si involarent^{II}, examinari, quod sibi quodam^{KK} die super altare sacra celebranti ex una earum caput contigisset foedari.

* B. C. add.: in latera ecclesiae^{LL} dextro. Sinistrorum vero depositus iacet Heinricus supra no- minatus, huius tercius antecessor^{MM}, quem in Italia defunctum hue relatum illic sepelit.

** B. C. add.: natione Saxo. Hic muris ecclesiam sancti Petri ac fratrū habitacula^{PP} circuminxit, et ut ea quae^{RR} intra sunt usui canoniconum cedant, exceptis quae ad episcopum^{TT} pertinent, instituit, quatinus, quomodo religione, ita^{UU} mansio^{WW} a plebe sequestrentur.

a) deest 6c. b) missarum 1. c) p. o. B. C. d) cibi et potus B. C. e) ita 2. 4. 5. 6. reficeret 1 B. C. f) deest 2. 4. 5. 6. g) deest 5b. omnino caritatem 6. h) deest 1. i) flumen B. C. k) olevia 4. 5. oleviam B. 2. 6. C. olivam B. 5. obliuian C. 6. l) sedem suam 5. m) pervenians B. C. n) C. 6. in mary.: 5. Idus Decembris. o) deest 2. p) ipso in b. s. A. construxerat B. C. q) a. apostoli 6. r) c. XLVI. Leibn. s) liitolidas B. 4. 5. 40 lijdoflus B. 6. t) Quo B. C. u) ecclesia 5. 6. v) lemburch 1b. lutzenburch 2. lutzelburch 5b. luzelemburch 6c. luzelemburc 4. 5. lutzenburg e corr. C. 3. et ita C. 6. w) castra 5. 6. x) sareburch 2. sare- burch 4. 5. saremburch 6a. saremburc 6c. y) herencastel 5b. herencastell 5g. herencastell 6. beronossel B. 2. y) deest 5b. z) rutiche 1. rutiche 2. rutiche 5a. C. 6. rutiche 5c. rustiche 6c. rustiche B. 2. rustiche C. 1. *) i. consilio B. 4. 5. a) archipresbitero 2. episcopo B. 2. deest 5c. 6a. episcopo L. 6c. b) et e. 6. o) domo v. 5. 6. d) deest 5b. 45 e) deinde 1. f) eas obtinuit a. p. 2. 5c. 6. eas obtinuit 5a. b) ludolfo 2. autem deest 5b. h) d. adelbergo ea 5. i) quia 5c. quod 2? 6. k) deest B. 2. soror sua 2. 5. 6. l) deest 2. 4. 5. 6. heinrici 1b. m) invaserat B. 6. n) militesque 1. o) deest B. C. p) Neinricus 1. autem deest 5c. q) meingaudo B. C. meingaudo 5b. meningaudo 5c. mangaudo 6a. r) ep. m. p. e. m. d. 5ac. 6. m. p. e. m. ep. d. 5b. dedit deest 2. s) deest 1. b. 2. 55 mogontiae 2. t) pot. ad. r. parare B. C. u) LX. B. C. v) ravengo 5. 6. ravengoro B. 2. ravengero C. 3. 50 w) madelburo 2. madelberch 4. madelberg 5a. 6. madelburo B. 4. 5. maileburch B. 6. x) deest 5. 6. y) oldeberto 4. adelberit 1b. 5c. adelberit B. 2. udelberit B. 4. 5. 6. C. 1. z) stale 5. 6. *) henricus 1. henricus 2. hoc loco, 5. B. 6. semper; i. henricus 6. a) B. 4. in margine: Bruno. b) cum B. 2. c) archiepiscopi C. d) deest C. 3: 4. e) huic B. 2. hunc B. 5. f) vel C. g) eo quod B. 2. h) quadam B. 6. C. i) deest B. 6. k) antecessori B. 2. l) tabernacula C. 6. m) deest B. 4. 5. 6. post supp. C. 1. n) episcopum B. 2. o) deest 2.

55 37) Ecclesiae metropolitanae versus orientem. — Cod. Par. (C. 6.) eius epitaphium addidit, quod Browero monente (p. 493) iam eius temporibus, loculi modo. vestigiis apparentibus, excidit. Hoc est:

Epitaphium Erberii (ita cod.).

60 Pontificum decus, ecclesiae clarissima lampas,
Pax et amor populi, totius gratia cleri,
Hic iacet, Egbertus lucis regione repertus,
Præsus Trevericus, sed et aulae conditor huius,

Rexit et ecclesiam senos denosque per annos

... novens atque diebus.

Omnies dilectum prece commendate patronum.

38) Sarburg, Berncastel et Roussy. 39) Malberg.

40) Cf. Ann. Quedlinb. h. a. et Thietmarum VI, 25.

41) Qua de re v. vitam S. Agritii, Acta SS. Ian. I.

p. 777; cuius locum infra exhibendum duxi. 42) Cuuius

ruinas s. XVIII. ex. superfuisse, immo adhuc retro do-

mos vulgo auf dem Graben videti. Wyttbach annotat.

solum regio in circuitu urbis undique vastata est^a, [set^b] ipsa quoque civitas, quae iam post vastationem Nortmannicam aedibus exornata et aliquatenus fuerat inhabitata, in pristinam solitudinem est redacta. Non solum denique obsessores, set^b et ipsi palatini obessi frequentibus eruptionibus ipsos obcessores et finitima palati^c populabantur. Una die de vertice Iurani^d montis multitudine boum^e et ovium ad servitium imperatoris adducta cum praesidio militum^f descendit. Quod palatini ex arce prospicientes, eruptione^g subito facta, boves et oves, praesidio eorum fugato, ante se in palatum compulerunt. Quos caesariani milites persecuri, apertis portis simul cum illis^h palatum irruperunt. Nec mora, palatini ex abdito portas clauserunt, omnesque qui irruperant, missis ex arce lapidibus, alios occiderunt, alios graviter sauciaverunt, reliquos ceperunt. Tunc imperator ex materia domorum urbanarum machinas circa palatum usque ad arcas praecipit erigi, quo facilis posset palatinos ex ipsa machinarum aqua palatio altitudine angustare.ⁱ Hae quoque, palatinis fortiter repugnantibus, igne inmisso vel succensae vel dirutae sunt. Caesar ergo cum nequaquam proficeret in eius expugnatione, ad Kal. Septemb. profectus, pontem deici iussit, quem custodia Adelberonis optimuerant, et Megingaudo episcopatum confirmavit.^j Qui usque ad finem vitae suae in castello Confluentia episcopatum administravit, Adelberone supradicto invasore maximam episcopii familiam refente. Tandem circa finem Megingaudi, gravi infirmitate depresso, omnia Megingaudo redditus, sed palatum sibi retinuit. — Obeunte Megingaudo, Heinricus imperator Popponem^k in Babenberch^l educatum ad offensam Adelberonis praesulem constituit, ita dicens: *Talem virum debo diriger, qui tuae vesaniae sufficiat resistere.* Igitur Adelbero tandem sera poenitentia tactus, nec valens vires Popponis sufferre, suplex eidem factus, palatum et sua castella et omnia sua contradicit^m, et deinde in monasterio sancti Paulini usque ad finem vitae permanxit. Heinricus vero imperator ob ea quae civitatem patravit incommodatabulum ex auro et argento et lapidibus preciosis metallizatamⁿ equalis secundum altare^o sancti Petri magnitudinis ad satis faciendum Sancto Petro direxit.^p

^{1015.} Dec. 23.

31. Anno dominicae incarnationis 1015^q Poppo^r archiepiscopus Trebirorum ordinatur. Hic saepius occupatus in expeditione et procinctu militum, quaedam de Sancto Paulino tulit, de palatio etiam 60 monialium praebendas militibus in beneficium distribuit. Berencastel^s quondam Adelberonis a praedonibus defensum destruxit, aliud quoque castellum Adelberti cuiusdam tyranni^t, quod dicebatur Schkiva^u, ad terram deiecit. Qui videlicet Adelbertus castellum Treberis quondam in honore sanctae crucis constructum possidebat. Inde frequenter cum multitudine militum erumpens ad curiam^v episcopi, quidquid ibi ad eius obsequium parabatur^w violenter auferens abducebat. Cuius rei ignominia confusus episcopus, videlicet quod hostem cottidianum sibi tam proximi ob munitionem castelli

³⁵ * Heinricus — direxit deunt B. C.

^{a)} deest B. C. ^{b)} deest 1. 1b. 2. 5. ^{c)} et ipsa 6. ^{d)} deest 2. 4. 5. 6. ^{e)} exornatam C 3. 4. ^{f)} deest 5a. ^{g)} pene est B. C. ^{h)} sed obcessores post supplenum 1. sed ipsi 5. ⁱ⁾ eruptionibus 5. B 2. ^{j)} deest 1b. ^{k)} palacio populabantur 2. ^{l)} urani B 2. C 6. ^{m)} boum et auium 1b. ⁿ⁾ deducta 4. adducta B 5. ^{o)} multum 1. multo 1b. ^{p)} ex arce deusint 2. ^{q)} s. f. e. 6. ^{r)} deest 1b. ^{t)} fugato p. ante 6. ^{u)} ipsis 6. — v) hic 40 desint cod. B 6. ^{w)} ab 2. 4. 5. 6. ^{x)} deest 5. ^{y)} facilis palat. — angustare (deest posset) 2. ^{z)} fortibus 1. 5a.b. foribus pugn. ^{1b.} i. successe immisso vel d. 6. ²⁾ a) disrupta 1b. domite 2. 4. 5a.c. 6. ³⁾ derute 5b. ubi sunt deest. ⁴⁾ uero 1b. ⁵⁾ deest 1b. ⁶⁾ semib. B 2. — prof. deest 5. ⁷⁾ custodia — obtinuerat 5b. ⁸⁾ custodiae corr. custodia a. obtinuerat C 1. et ita C 3. sqq. ⁹⁾ megingaudi 1b. megingaudo 1b. 5a-c. 6. ¹⁰⁾ semper. ¹¹⁾ supradicta 1. ¹²⁾ megingaudi 2. et ita postea; deest 5. 6. vita 4. ¹³⁾ meingaudo 5a. meingaudo 5c. hoc loco et infra. 45 ¹⁴⁾ restituit C. ¹⁵⁾ deest 5. 6. ¹⁶⁾ meingaudo 5b. ¹⁷⁾ hoc loco. ¹⁸⁾ popponem 2. B 4. 5. et ita deinceps, popponem 5. B 2. ¹⁹⁾ babenbure 2. haberich 5b. babenberg 6. babenberch 4. at. m. suppl. i. B. deunt B 2. Regenesburg B 4. 5. regensturh C. ²⁰⁾ instituit 6. c. p. B 2. ²¹⁾ alboro 1b. ²²⁾ sero C. ²³⁾ in 6. ²⁴⁾ u. sue 4. 5. 6. ²⁵⁾ v) hic 27 ²⁶⁾ es incommoda q. c. p. 6. ²⁷⁾ metalli 2. deest 4. 5. 6. ²⁸⁾ y) equalis 4. 5. 6. ²⁹⁾ x) altar 6. ³⁰⁾ z) magnitudine 4. 5. magnitudinem 6. ³¹⁾ a) deest 1b. ³²⁾ b) c. XLVII. Leith. II, c. XXI. C 1. — C 3. add. rubram: De archiepiscopo 50 Popone; deinceps vero capit. hanc numerantur. ³³⁾ c) mill. XVI. 2. B 1. C. MXX. 5. mill. XV. deusint B 2. 4. 5. ³⁴⁾ di loppo 2. ³⁵⁾ e) t. a. 6. ³⁶⁾ f) retailit B 1. deest 5. ³⁷⁾ g) deest 2. 5. 6. ³⁸⁾ h) tradidit 2. ³⁹⁾ i) berencastel B 2. ⁴⁰⁾ k) c. t. adelb. B. C. ⁴¹⁾ l) qui 5. 6. ⁴²⁾ m) scribu (vel scribu) 2. siura 5a¹ 6. siura 4. auru 5b. skiva B 1. 4? 57 C. siura B 2. deest C 6. ⁴³⁾ n) honorem 6. B 2. 47 C. ⁴⁴⁾ o) deest 1. ⁴⁵⁾ p) deest 2. ⁴⁶⁾ q) unde 6c. 4. B 1. ⁴⁷⁾ r) curam 1. ibi deest 1b. ⁴⁸⁾ s) pertinebat 1b. ⁴⁹⁾ t) qui 4. 5. 6. ⁵⁰⁾ 43) Apud Hontheim I, p. 368 et 371 asservant villarum suarum fecit. WYTT. ⁴⁴⁾ Wytenbach duo diplomata (a. 1036 et 1037), quibus varia donat ex recentiore quodam cod. Trever. assert verba: monasterio S. Mathiae. Possidet bibliotheca Trev. Skiva quod Monasterium dicebatur. Hodie Monclar. aliam chartam de a. 1037, nondum impressam, in 45) Nullae amplius hodierno tempore huius castri, qua et variis aliis ecclesiis (S. Martini, Prumiensi, olim prope Treverim siti, supersunt ruinae. WYTT. S. Mariae ad Martyres etc.) iste Albero donationes.

non posset debellare, multis ad amicos suos habitis querimoniis, ad huiuscmodi infiamam depellendam consilium et auxilium coepit inquirere. Erat in exercitu eius vir potens divitius et viribus fortis, nomine Sicko^b, qui promisit se temptaturum, si quo modo posset huic mali inventre medicamentum. Episcopo sibi satis congratulante^m, egreditur ille^a, cupiens quae spoderat adtempfare. Quadam die pergit^p ad portam castelli, pulsans^q foras, rogat^r sibi ab^s Adelberto^t ad refocilandum poculum^u mitti; quod cum^v celeriter allatum fuisset et ebibisset^x, nuncum alloquit^y: *Domino tuo, ait*^z, *ex mea parte magnas gratias nunciato, pariter et haec verba narrare curato, quod vita sospite hoc sibi poculum grata voluntate ciassime rependere studebo.* Et his dictis abiit. Captato deinde oportuno tempore, 30 hamas¹ praeparat, in quibus singulis singulos milites electos loricatos² et^b galeatos ensibusque praecinctos^c collocat, et^b desuper lintheis opertas^d funes^e, quibus vectes^f ad portandum eas inseruerent^g, componit. Deinde 60 viros nichilominus electos et plebeia veste^h amicos, ensibusque eorum in harnasⁱ reconditis^j, gestatores constituit, nulloque hominum huic fraudis praeter^k praedictos viros^l consciente, ipse Sicko^m cum his et aliis paucis militibus vallatus ad castellum tenditⁿ; foras^o pulsavit. Servo sciscitante quis sit et quid velit: *Dic, ait, domino tuo, me sibi vinum magnae dilectionis gratia olim promissum deferre, quando ipsum non pigui mihi sicuti^p poculum dirigere.* Servo renuntiante^q, Adelbertus iussit viros intromitti. Quibus ingressus et hamas coram Adelberto^r in terram simul^s ponentibus^t, post eos Sicko subintrat^u, iubet auferri lintheum^v velamina, rogat^w Adelbertum suscipere dilectionis munera. Portatores^x, sicut erant docti, uno momento pariter omnia^y hamarum velamina deiciunt, gladios suos^z diripiunt^{aa}; insidiae de hamis exiliunt^{bb}, gladios^{cc} stringunt, fortiter undique ferunt, ipsumque^{dd} Adelbertum obtruncant, ceteros aeditios crudeliter mactant, castellum in soliditudinem redigunt^{ee}. Sicko a Poppone pro victoria^{ff} beneficiis illustratus est^{gg}. — Hic Poppo ecclesiam sancti Petri iam collapsam reparavit, et in honore sancti

B. C. pertinet: Simili modo per alios principes suos multa^h castella partim vi partim dolo cepit, tyrannorumque insaniam diu impune bachantem ex parte maxima refrenavit. Monasteriis sive eorum violentia pene exhausta prout potuit misericorditer succurrerit, quibusdam non habita dando, quibusdam ablata restituendo, exceptis dumtaxat, ut supra diximus, duabus congregacionibus, sancti Paulini videlicet et sanctae Marie de Palacio, ex quibus alteri propter Adalberonis insolenciam quaedam subtrahendo minime peperit, alteri propter maliciam ibidem habitantium, de quibus postea dicimusⁱⁱ, cuncta quas habuerunt abstulit, ipsaque de loco eodem exterminavit. Hieⁱⁱ rogatus a quodam Danorum comite Ottone Daxiamⁱⁱⁱ venit, gentemque^{iv} Danorum adhuc idolis servientem ad Christum converxit; ubi incredulis repugnantibus cyrothecam ferream fieri praecepit eumque igniri. Qua manu sua vestita nec laesa, lineoque panno cera infuso ad carnem indutus, fornaceum candentem^v intravit, indeque panno combusto illaeus extiens, Christum^w Dei filium Deum esse verum, hoc indicio declaravit. Hoc usque hodie apud Danos celebri fama vulgariter, a quibus et Angariis^x vocatur. Quo nomine eius^y memoria ab eis 5. Idus Septembr. celebratur. Sepulchrum^z eius^{aa} Treberi a Danis frequentatur. Sed quia tantisper elius mentionem fecimus, libet a principio quaedam gestorum eius breviter narrando^{bb} commemorare.

Hucus textus continuationem additamente nomine inscriptam infra edidi.

a) multis 1^b. c) huicmodi 5. B. 1. C. 3. d) debellandam 2. e) E. enim 5^c. e. autem B. 1. C. f) eius exercitu 6. g) f. v. 6. h) sicko B. 1. sicko 6. C. semper. sicko 5. semper. i) q. h. m. inveniret 4. k) i. p. b. m. m. 6. l) deest 5. m) congratulans B. 2. n) deest 5^b. o) adimplere C. p) perexit 1^b. q) pulsanque 6. B. 2. r) foras 1. B. 1. C. 4. s) rogans 5. t) deest 1. 1^b. u) adelbertum 1^b. alberto B. 1. v) m. p. 1^b. w) dum B. 1. x) obedisset 6c. y) pincernum (pincernum B. 5). n. B. C. z) alloquuntur 6c.) inquit 6^a. a) grates 2. 4. 5^c. 6. b) scilicet 5^c. c) deest 2. 4. 5. 6. d) deest 1^b. e) oportuna 1. d. consilio oportuno (opportuno 4). XXX. 4. 5. 6. f) amas 5. semper. g) loricatos 1. h) deest 6. i) praecinctos 1. praecinctis 5^b. collocati 1. 1^b. k) ei — componit deusnt 6. s) operos B. 2. apertis, funis 5c. m) fines 1. 50 n) deest 5^a. confectis 5c. o) portandas 4. 5^c. p) inseruntur 2. q) LXX. 1b. r) deest 1. plebeia a. 1b. s) enibus 5^b. 6. B. 2. 4. 5. t) hamis 2. 6. B. 2. anis 5. u) reconditis 1. 1^b. v) nullaque (nullaque 5.) — conscient fecit 4. 5. 6. nullo B. 1. w) nisi praedictis viris 2. x) deest B. C. y) Ille Sicko 5. z) tetendit 6. ad pallacium tendit 5^b.) foresque 4. 5. 6. a) deest 2. b) sciente 2. scisciente 4. c) nunciante 2. pronuntiante 4. d) ad delberto 1. dubius teneat. e) potentibus 1. f) subintravit 2. simul s. B. 2. g) linterum 2. 55 linterorum 4. 6. B. 1. linterum volamen 5c. h) rega 1. adelberum rogat 1^b. i) portatores B. 1. e corr. C. 3. et ita C. 4. k) onera h. deponunt v. B. 1. l) deest 5. 6. m) oripiunt 5^b. arripiunt (corr. accipiunt 6^a). n) prosluant 6. o) g. suis B. 1. p) ipsum B. C. q) dirigunt 1^b. r) pro viet. deusnt 1^b. s) illustratus 1. illustratur 1^b. e. i. 5. 6. t) permulci C. 3. u) dant B. 1. daxiam corr. daciam B. 2. 3. daciam e corr. C. 1. 6. datiam C. 3. v) candaentem B. 2. w) xpictum B. 2. x) angerius B. 1. z) cap. XLVIII. m. Leibn. " ") deest B. 2. 3. C. a) nar-

60 randum cummemore corr. ut ed. C. 1.
46) i. e. dolia vinaria, germanice *Ohm.* 47) V. saeculo X. Danis praedicavit. Ex Ottone rege fama infra Additamentum. 48) Nimiò sane errore Tre- comitem Danorum Ottonen fecit, denique ut erro- vironsem archiepiscopum Popponem eum habet qui res cumularet etiam Angarium-huc traxit.

Martini⁴⁹, translatis in eam^b partim^c reliquis eius, dedicavit, turrimque^d ibidem construxit⁵⁰; Sancto^e Euchario quaedam bona delegavit, quaedam ablata restituit. Sanctus Symeon^f solitarius super^g nigrum portam Treberis claruit; ubi et requievit^h. Poppo archiepiscopus ibi 1047, congregationem [clericorumⁱ] instituit⁵⁰; ubi et ipse ad pedes scilicet^k sancti Symeonis postmodum requievit.

32. Cui Eberhardus^l successit. Hic privilegia^m suae ecclesiae apud papam renovavitⁿ; 1049. ipsum papam^o Treberis cum honore suscepit, multa praediu acquivit, pro quibus redimendis amplius quam mille talenta de sacrario tulit. Hic aliquando dum dioeceses^p circuiret, a Cunrado^q comite de Lucelenburch^r captus est, vestimenta sacerdotalia^s a militibus direpta, pallium discissum, corpus dominicum violatum et in terram^t proiectum, crisma unctionis effusum est, episcopos ad^u Lucelenburch^v in^w custodiam delatus est^x. Treberi nichil eorum quae ad divinum officium pertinent^y celebrare voluerunt, donec Romanum pontificem de hac re per internuncios^z interpellarent. Interim Cunradus^y comes compusus a plurimis episcopum dimisit^z. Romanus pontifex Cunradum excommunicavit et Eberhardo^z absolvendum^z commisit^z. Qui tandem penitus Treberim venit, et humiliiter a summo^z pontifice absolutionem petuit et inpe- 1053. travit, et ad satisfactionem quaedam bona Sancto Petro contradidit^z. Eo^z tempore Heinricus^z imperator corpus sancti Valerii de Treberis transtulit^z ad Goslar, et^z econtra^z curtum^z Vilmar^z Sancto Euchario tradidit^z⁵². Eberhardus^z [episcopus^z] turram a Poppone inceptam 1066. perfecit^z. Sabbato sancto^z paschae post expletum divinum^z officium in sacrario^z, sicut Apr. 15. paratus^z erat, obiit. Sepultus est^z in monasterio sancti Paulini.

33. Quo^z defuncto, Anno Coloniensem episcopos, quem tutorem regni et filii sui Heinrici^z Heinricus supradictus imperator constituerat, quendam clericum suum nomine Cuononem^z episcopum ordinans, Treberim direxit. Quod cum didicisset Trebirorum praeses^z Theodericus^z nomine, congregata hostili manu, apud castrum quod Bideburch^z dicitur eum vincitum 1068. tenuit, ac non multo post probrosa morte occidit. Cuius^z passionem quisquis scire voluerit 25 in promptu est⁵³. — His ita peractis^z Udo Suevus^z nobilis⁵⁴ episcopatum suscepit. Quo 1077. decidente Eilbertus^z omni^z bonae memoriae dignus subrogatur episcopus. Hic ecclesiastique in episcopio suo dirutas^z secundum suum posse reedificavit; ac^z non multo post de 1101. medio ablatus, Bruno successit episcopus.

Codex 1. alia manu addit:

30

In cuius diebus multe clades ac dissensiones in toto regno contigerunt. de quibus ipse 1124. inimicus consilio et actibus non extitit. Cum hic autem decederet, Godefridus maioris ecclesie 1127. decanus subrogatur episcopus; sed postmodum a suis incusatus de symonia electus est, et Meginero cedit episcopatus.

Codex 2. addit:

35

Post hunc Godefridus, qui de symonia convictus depositus est. Huic successit Megin- 1129. herus, qui Romanum prefectus a quodam Cunrado tyranno captus est et in captivitate diversis 1130. tormentis enecatus. Post hunc Adelbero Metensis successit ad episcopatum.

a) materi 4. b) ea 4. 5. 6. c) parum 5. d) turremque 17. e) deest 1. qui eucharist — restituit post suppedit, f) simon 1. g) supra 5. 6. h) requiescit 4. 5. 6. i) deest 2. 4. 5. 6. k) deest 5. 6. et ipse postea ad p. z. 40 r. 5b. l) heberardus 4. heberardus 5a. c. heberardus 5a. eberardus 6. semper. m) privaligio 1. e. s. 4. 6. n) deest 4. 5. 6. o) dioecesis 1. 1b. dioecesis 27 p) conrado 4. 5. 6. semper. q) lucelenburch 1b. lucelenburch 2. 5a. c. 6. lucelenburch 5b. lucelenburch 4. q') s. v. 4. esc. disrupta 5b. r) terra 2. 4. 5. s) in 6. t) lucelenburch 1. lucelenburch 1b. lucelenburch 2. lucelenburch 4. lucelenburch 5a. c. 6b. lucelenburch 5b. lucelenburch 6c. u) ad 6. v) deest 2. 4. 6. w) pertinet 1. 1b. x) infernoscis 1. y) comes c. 6. z) di . . . initia 1. *) heberado 5b. 45 heberardo 5a. c. hoc loco. a) ad solendum 5. 6. b) dimisit 5. c) deest 6. d) contradidit 1. e) dono 1b. tra- didit 5a. c. e) Eodem 5a. f) heinericus 2. g) transstulit 1. h) qui 4. deest 6c. i) contra 2. k) curism que dicuntur 1b. l) wilmar at. manu 1. unilmar 1b. m) contradidit 5b. n) Eberardus 5a. c. hoc loco. o) deest 2. 4. 5. 6. p) perfectit alia manu 1. perficit 2. q) sancte 1. r) sollempne alia manu 1. et ita 1b. s) i. s. alia manu sed loco vacuo 1. deest 2. in s. uncus erat oleo et mortuo sepultus 1b. t) e. p. 6. u) sepultusque 50 in 4. est deest 5b. v) Quae sequuntur ex codd. 1b. 2. — 4. 5. 6. tam cum B. C. conveniunt, quorū textum v. infra. w) deest 2. x) cuononem 1b. 2. y) comes 1b. z) n. th. 2. *) biedenburch 2. a) Quibus 1. b) In 1. 1b. c) pacis 1. d) suev. 4. e) egilbertus 2. f) deest 2. g) dirotas corr. dirutas 1. h) Hac 1. 2. i) 1b. eadem manu pergunt.

49) V. infra Additamentum c. 8. 50) Ex portae ibi codex C. adiecit. 52) Wilmar ad fluvium Lahn; 53) ruinis ecclesia facta est S. Symeonis, quae usque ad v. Heinrici diploma ap. Hontheim I, p. 394. 53) Quam nostra tempora steti. 51) Cf. I. I. c. 9. et quae vide infra editam. 54) V. infra Additamentum.

ADDITAMENTUM ET CONTINUATIO PRIMA.

1.^a Regnante serenissimo Heinrico, rege quidem secundo, imperatore autem primo, anno regni eius 14th, Meingaudo^b Trevericae civitatis archiepiscopo de medio facto, dominus 1015, Poppo in gaudium et laeticiam^c universae civitatis cathedralm episcopalem suscepit, vere inquam in gaudiu, quia ut in ipsum scolasticis cuiusdam veribus utar:

Alum tutorem secum tulit hic Symeonem;

unde in sequentibus pleni Deo largiente tractabo. Primum autem quibus parentibus, quibus etiam partibus extiterit oriundus, quantum ad meam noticiam seniorum relatione devenit, referre curabo. Patri eius Lupaldi^d nomen erat, qui regionis Austriae marcam tenebat, 10 mater autem eius Richeza cuiusdam ducis Germaniae Franciae^e filia fuit, sed et frater eius patris aquivocus^f, patre eorum defuncto, eandem marcam strenue gubernabat. Hii itaque filium suum, Popponem^g dico, aetate proficente disciplina litterali erudiendum in Regenesburgo^h civitate viris doctioribus tradiderunt, et post in processu temporis scientia litterarum satis imbutum et in virile iam robur adultum noticiae supradicti regis exhibuerunt. Cui in brevi tam dilectus factus tamque idoneus visus est, ut, sicut dixi, Meingaudo episcopo Trevericae metropolis de medio facto, rex ipse Treberim festinato venerit — erat enim in Confluentia positus —, et impetrato tam cleri quam populi consensu, ipsum pontificale cathedra sublimaverit. Proinde ibidem ab episcopis, qui causa regis advenerant, consecratus est sub die Kal. Ianuar. anno dominicae incarnationis 1016. Consecratorum autem eiusⁱ unus erat 1016. Theodorus^j secundus Metensis episcopus. Deinde diebus non multis interpositis, Romam oracionis causa prefectus est, et ut quod sancta Romana mater ecclesia filiae suea, Treverensi videlicet ecclesiae, ex institutione sanctorum apostolicorum honoris et gratiae debuisset impendere, fieri sibi postularet^k. Quem dominus Benedictus^l VIII. sacratissimae apostolicae sedi praesidens, magno cum honore suscepit, moramque ibi facienti omnem^m reverentiam et dilectionem exhibuit, ita utⁿ pro eo missas ficeret et cum ipso saepius cibum caperet, volentemque inde transmigrare summopere de eius quae in Deum est fidei conservacione^o, et de subditorum sibi eruditione atque de peccantium non furiosa sed paterna castigatione, sed et de mundicia animae et corporis sollerter admonebat; et^p ut ipsa haec^q eius praecepta memoriae ipsius non excederent, dedit cyrographum hunc habentem modum: *Benedictus^r episcopus servus servorum Dei beatissimo confratri et episcopo Popponi sanctae Trevericae sedis archiepiscopo venerabili aeternam in Domino salutem et apostolicam benedictionem. Apostolicae sollicitudini convenit, benignum erga fratres semper prebere affectum eorumque petitionibus, quae ratae rationabilesque esse videntur, commodare assensum^s.* Proinde, dulcissime frater, quia postulasti a me, ut iuxta morem praedecessorum tuorum usum tibi pallium concederemus, 35 libenter voto tuo annuis, sollerter tuam communentes fraternitatem, ut exterioris indumenti habitum morum probitate exornes, talemque te^t in omnibus exhibeas, ut creditae dispensationis officium pastorali cura semper administrare studeas. Tunc enim veluti lucerna, quae in domo Domini lucet cunctis, apparebis conspicuus. si ulti exteriori habitu, ita et interiori fueris adoratus a crucem Christi, quam sub pallii specie gestas in corpore, intus decreveris portare, in 40 mente clamans cum apostolo: „Mihi mundus crucifixus est, et ego mundo“, desideranter quoque et addens^u illud prophetae: „Conlige clavis a^v timore tuo carnes meas.“ Debita igitur karitate Gal.6.14. Psalm. 118.20.

a) II. c. XXII. C 1. 6. b) meingaudo B 2. b') ci pro ti ex B 2. plerunque retinui. c) lupaldi B 2. lupaldi C 1. 3. 4. d) popponem B 4. 5. semper. popponem C. e) regenesburch B 2. regenesburch post corr. regenesburch C 1. 3. f) deest C 3. 4. g) postulasse B 1. h) papa B 1. i) omnesque C 3. 4. k) deest B 1. l) conversacione B 2. 45 m) et ut — modum totaque Benedicti constitutio desunt C 3. 4. n) deest B 1. o) c. XLIX. Leibn. v. XXIII. C 1. 6. p) deest B 1. vocabulo videatur iterum scripto sed detexto. q) deest B 1. in o. te C 6. r) addens et B 2. 3? 4? s) c. a deusus. B 1. claves B 5.

55) Cuius fuerit nondum constat; cf. Moritz hist. das II. filius fuit Alberti, nepos Popponis. 57) Theocom. Sulzbac. I. p. 11. 56) Fratres Popponis dericus. Cf. de hac re Thietmarum VII. 19.

50 Heinricus et Albertus marchiones fuerunt, Luitpol-

te admonentes, ab apostolica sede pallium tibi transmittimus, huius privilegii nostri auctoritate statuentes, ut in celebrazione missarum his tantummodo sollempnitatis eo adornatus incedas, videlicet in natu Domini, in epiphania Domini, in coena Domini, in pascha et penteosten, et in ascensione Domini et in festivitatibus sanctae Dei genitricis et perpetuae virginis Mariae, et in nativitate sancti Iohannis baptistae, et in sollempnitatis omnium apostolorum, et in sollempnitate omnium sanctorum, in festis quoque illorum sanctorum quorum corpora et reliquiae in tuo episcopatu habentur, et in dedicatione tuae ecclesiae, et in die annuae ordinacionis tuae, et si quando sacros ordines competenter facere decreveris. Concedimus etiam tibi karissime fili, [licentiam] crucem ante te gestandi. Omnipotens Dominus fraternitatem tuam, dulcissime frater, hic et in futuro custodiat, sicut mente nostras in servitu suo corroboret, ut pro bene administratiae pastoralis curae officio in aeterna beatitudine laborem nostrum remuneret. Bene valete. Data 6. Idus Aprilis mensis, per manus Benedicti episcopi apostolicae sedis legati, anno Heinrici invictissimi regis Romanorum 14, imperii vero eius 3^a, indictione 14.

*2.^b Inde vero annis aliquot transactis, cum satageret, ut iuxta Dei voluntatem et secundum suprascriptam Romani pontificis commonicionem animam suam immaculatam Deo offerret, ecce diabolus, qui, ut scriptura^c dicit, seducit universum orbem, sicut arte sua nequissima per mulierem Adam prothoplastum nosque omnes per eum immortalitis veste nudavit, ita quoque et huius animatum fraudis suae in tegumenta a proposito castitatis subvertere laboravit, ne posset cum apostolo dicere: *Gloria nostra haec est, testimonium bona conscientiae etc.* Verbi causa. Est in suburbio Treverensi oppidum quoddam, quod vocatur Aula Palacii^d, ubi ex institutione unius filiarum Dagoberti regis preciosae virginis Athalae inibi quiescentis congregatio^e erat puellarum canonicam vitam profitentium. Accedit itaque, ut episcopus uni earum commissaram pallii mitteret, ut ipse ei exinde caligas^f, quibus, cum ad missarum sollempnitas celebranda procederet, indueretur, aptaret. Quas illa susciens, et in pudicitiae suae participem fieri concupiscens, arte sua nescio qua venifica inficit, sutas remisit. Quibus mox episcopus^g indutus, mirum dictu, non visum est ei ultra id debere sospite vita procedere, nisi ad praesens haberet rem cum muliere. Attonitus de tam subita mentis mutacione tamque inopinata carnis titillacione, quippe qui disposuerat carnalibus desideriis non consentire, cum festinatione exiit, ac uni ut ita dicam de principibus sacerdotum, qui forte illic aderat, indutum dedit; qui mox uero induit, et ipse festinanter exiit, secum mirans, nichil tamen dicens. Tunc reliqui qui astabant, quid id miraculi esset admirati, unus post unum easdem caligas secreto capientes induerunt, et similia passi sunt; nullus tamen quid pateretur audebat pro pudore fateri. Novissime ventum est ad urbis praefectum; qui ut ab episcopo iussus induit, furore incredibili infremuit, et se incantatum esse proclamavit, scitantique quis iniquitatis huius auctor extiterit, episcopus aperuit. Tunc omnes in unum sententias suas proferentes dicebant, maximum hoc esse dedecus ecclesiae, quod qui canonica vel etiam ecclesiastica censerentur professione tali polleret iniquitate, eam quidem quae rem hanc fecisset ab ordine sanctimoniae proici dignum esse, ceteras vero ibi manentium, ne ab eis quodammodo tam infame procederet, mutatis vestibus ac pro albis nigris indutis, artiori vitae debere operam dare; quod si perpeti noluisserint, melius esse, ut locus ille careret inhabitatione, quam ibi tales degerent personae, quae huiusmodi nequiciam gestarent sub religionis specie. Et ita factum est. Illa electa est; sed et ceterae nolentes nec habitum nec conversationem mutare, similiter sunt electae, et aliae in monasterium puellarum quod Horreum dicitur, aliae autem ad alia sui habitus migraverunt loca, vacavitque locus aliquamdiu a divinis laudibus. Cuius rei gratia episcopus postea summa ductus penitentia, veritus ne huius causa iniuriae extrema divini^h iudicii ultione dampnaretur, annuente domino Iohanne tunc Romano pontifice, commissa sub ipsis testimonio comprovincialibus episcopis, suis videlicet suffraganeis, Treverensi ecclesia, Ierusalemⁱ ire dispositi; unde rediens in loco supradicto ad laudes Dei celebrandas clericos religiosos mancipavit. Euntis*

*a) in B. 4. 5. C. 1. b) deest B 4. 5. c) natifite B 2. natale C. 1. d) sollempnitatis C. 6. e) t. e. B 2. f) deest 50 B 2. 4. 5. C. 1. g) gestandi supercr. vel (gesto)ri C. 1. h) vale C. i) imperio B 2. 4. 5. k) deest B 1. l) c. L. Leibn. m) sacra e. C (sacra e corr. C. 1.). n) deest B 1. o) deest C. 6. p) athele B 2. 5. C. q) congregatio B 2. 4. 5. corr. ut videtur congregatio C. 1. et ita C 3 sgg. r) c. exinde C. 3. s) apo B 2. 4. 5. corr. eps C. 1. et ita C 3 sgg. t) id deest B 1. u) pro post corr. pre C. 1. v) p. enso C. w) deest 1. C 3. x) ita omnes codices B. polleret corr. polllerent C. 1. pollerent post corr. pollueretur C. 3. et ita C. 4. z) infamie B 1. *) con- 55 versionem B 1. a) locus isto B 1. b) deest B 1. c) iherusalem C. saepius.*

58) Palatiolum sive Pfalzel; v. supra c. 24.

itaque Ierusalem quamque efficax quamque Leo exstitit penitentia grata, prudens quisque liquido potest advertere, cum didicerit, quod divina respectus clementia virum sanctum beatum Symeonem sibi coniunxerit secumque adduxerit. Cuius qua mentio se intulit; licet de illo prolixior tractatur habeatur⁵⁹, et me libet vel ad modicum, ut sit memoria eius in hene-

⁵⁹ dictione qui adduxit eum^b, Domino adiuvante sanctitatem eius perstringere.

3. Interea dominus Poppo, de quo sermo est, Trevericae huius metropolis strenuus provisor, Ierosolimam tendens, ibi loci quo Symeon morabatur applicuit, eumque ut secum ¹⁰²⁸ venire vellet exoravit. Qui annuens, cum Antiochiam^d simul devenissent, Symeon^e a primis, quibus pridem ibi se notum fecerat, remoratus substitut, donec Poppo Ierosolima rediens secus eam^f civitatem iter reflexit. Tunc admonitus in somnis, praefato se praesuli commendavit, et secum Treverim venit⁶⁰, ubi prout ipse petuit^g in turri quadam deserta a ⁶⁰ Poppone reclusus, sicut quondam in vertice montis Synai, ita nunc hic quoque graves malignorum spirituum insidias perpetuit^h, quos Domino auxiliante superavit. Postremo cum ibi reclausus transegisset septem annos, ei qui dedit animam reddidit Kal. lunii anno dominicæ in carnationis ¹⁰³⁵. Deus autem eum^k multis virtutum indicis magnificavit, ita ut erectis manibus nostris sursum ad Deum ac^l cordibus nostris, euangelicum illud exultantes decantare possimus, quia visitavit Deus plebem suam. Itaque pro miraculorum frequenti ostensione ^{Luc. 1, 68.} populus totius huius provinciae saepe dictum Popponem deprecabantur episcopum, uti ad honorem Dei et sancti illius viri vel per se vel per epistolam suam Romanum pontificem consuleret, et eventum rei nunciaret, peteretque, quatinus auctoritatis^m praecerto, quem Deus evidentibus miraculis commendaret, humeⁿ etiam fidelium populus digno sanctis obsequio frequentaret, et annuam depositionis eius diem sollempniter^o celebraret. Super cuius rei negocio archiepiscopus habito coprovincialium episcoporum consilio, quod subditus sibi populus pie petit implere decrevit⁶¹.

25. 4. Verum ut ad^p ordinem narrationis accedam, libet ad superiora parumper respicere. Poppone in paelibati itineris negocio occupato neclum reverso, Giselbertus^q quidam comes de castello Lucelenburc^r nominato cum filio suo Cuonrado^s, non sic^t aliter quam solet lupus in oves insanire si quando contigerit pastorem deesse, alias hoc, alias illud sibi vendicare, ille quoscumque capere, iste autem depraedari, siue mala inenarrabilia non cessabant pertrahere. Quod episcopus reversus conversus conperiens — nec enim ipso praesente a malitia sua se poterant continere —, cum non potuisset ullo modo illis resistere, quippe quibus tocius huius provinciae valentiores, qui hanc in eos debuissent iniuriam^u vindicare, confederati erant hominii^v coniunctione, persaepe apud imperatorem Cuonradum^w se proclamavit de illorum tyrannie, nichilque potuit proficer, sicut subscripta eius epistola commemorat.

33. Unde quam plures et regi et papae mittebat^x epistolæ, quas quia pro multitudine taedium erat singulas ponere^y; verum etiam quia non omnes contigit ad meam noticiam devenire, unam hanc tantum sufficiat pro omnibus posuisse.

Epistola Popponis episcopi^z.

Reverentissimo patri patrum gratia et nomine Benedicto, Poppo licet indignus divina tamen largior clementia sanctae Treverensis ecclesiae minister, cum totius affectus dilectione debitam subiecioneum. Superiori anno cum annuelle venerandæ memoriae domino Iohanne in hac sancta sede apostolica praedecessore vestro amore visionis sepulchri Dei hominis Ihesu Christi Ierusalem peregre prefectus fuisset, in regione nostra pravorum hominum supercrevit iniquitas, ita ut nec adhuc manus ab incepta possint retrahere nequicia^{aa}, omnia per circuitum diripientes et devastantes. Super quo saepissime deprecatus faciem domini mei regis^{bb}, quatinus manum michi porrigeret suæ^{cc} animadversionis, nichilque^{dd} profeci, saepe etiam supra nominato

^{a)} deest C. 3. ^{b)} cum B. 2. 5. ^{c)} c. LII. Letba.; II, c. XXIII. C 1. 6. ^{d)} antiochiam C. 1. ^{e)} simon B 1. ^{f)} deest C. ^{g)} deest B 1. ^{g')} peccit B 2. saepius, et ita etiam tocius, frequenciam sentencia et alia huicmodi, sed non omnibus locis. ^{h)} perpetuit quos corr. perperpus est qua C. 1. et ita C 3 sqq. ⁱ⁾ XXXV. corr. XXXVI.

50 C. 3. ⁱ⁾ cum B 2. deest C. ^{j)} a B. 5. ^{m)} a. eius B 1. eius ante auct. post add. C. 1. et ita C 3 sqq. ⁿ⁾ et hunc etiam C. (detexto et C. 1.). ^{o)} deest B 1. ^{q)} c. LII. Letba.; II, c. XXV. C 1. 6. ^{r)} deest B 4. 5. ^{s)} giselbertus B 4. 5. C. ^{t)} lucelenburc B 2. luzelenburc C. ^{u)} cuonrado C. semper. ^{v)} sicut B 2. sicut del. C 1. deest C 3 sqq. ^{w)} ipse B 1. ^{x)} deest B 1. ^{y)} homini B 2. 3. homines B 4. 5. hominii e corr. C. 1. et ita sqq. ^{z)} cuonradum C. ^{z')} mittebat B 2. C 6. corr. mittebat C. 1. ^{z')} nere verum — intermissa sunt (infra c. 8) deest B 3. foliis tribus excisis. ^{b)} deest rubra B 2. 4. 5. C 3. Popponis ad papam C 1. 6. ubi incipi c. XXVI. ^{c)} nequicia B 2. ^{d)} deest B 1. ^{e)} nichilque corr. nichil C 1. et ita C 3 sqq.

59) Ex hac vita ab Eberwino scripta infra in Append. fragmenta quedam exhibui. ⁶⁰⁾ Aliter Eberwinus haec narrat, v. infra. ⁶¹⁾ V. epistolam c. 4.

praedecessori vestro pro eodem supplicavi, nec quicquam usque adhuc consolationis impetravi. Quam ob rem desidero, ut vel nunc solacietur michi Deo amabilis paternitas vestra, mittatque virum de honoraribus vestris ac prudentioribus, qui michi in necessitatibus meis consilio simul et auxilio suffragetur, auxilietur dico de adversis, consilietur autem de his quae latere non credo aures vestrae sanctitatis. At vero si hactenus vos latuerunt, iam nunc obsecro, ut benignum litteris meis accommodare velitis auditum. Vir quidam vitae sanctitate laudabilis apud nos diebus istis ex hac luce migravit, quem si signis et virtutibus quae per eum Dominus operatur credere debeamus, procul dubio eum cum sanctis aeternae beatitudinis habere consorciū, non dubitamus. Sed non tam signa quae fidelibus et infidelibus communia sunt, quam fidei virtus, qua fideles ab infidelibus sequestrati sunt, qua ipse dum adhuc in corpore maneret plurimum viguit, de eius nos sanctitatem certos reddit^a. Proinde accersivit nos tam cleris quam populus ecclesiae nostrae, obsecrantes, ut litteris nostris ad hanc apostolicam sedem, cui vos auctore Deo praesidetis, cum illius viri sancti vita^b et miraculis missi peteremus, quod petitione dignum credimus, quatinus, si ita vobis cautum videatur, dato nobis vestri apostolatus decreto, nomen eius liceat cum sanctorum nominibus conscribi ceteraque honoris sanctis debiti ipsi impendi. Itaque quid solaciū, quid consilii super alleviatione angustiarum nostrarum hinc et inde obortarum prudencia vestra michi ineundum^c decreverit, sine longa temporis dilatione dignemini instinare. Honor vester et meritum apud Deum semper et homines augeatur.

Sed quid papa ad haec responderit, quamque benignae litteras eius super decursas accepterit, mea non est opus praefatione. Ipsum audi, quid dicat.²⁰

Epiſtola domini papae^{d. 62}.

Benedictus episcopus servus servorum Dei Popponi^e tam suis meritis quam divino karissimae Treverorum^f archiepiscopo^g salutem^h karissimam cum apostolica benedictione. Sumpit reverentiae vestrae litteris et lectisⁱ atque relectis, in imo cordis eaurum vim reposuimus, ut vobis potentibus desiderata concederemus. Nam illius regulam magistri nos oportet^j in quantum possu^k s imitari, qui se bene potest, non est obstinari, se in veritate quaerentibus non est prolongatus, nec ad fore suas perseveranter pulsabit ad aperiendum retardatur. At nos, licet tardius quam cupimus^l, ad sonum tamen paginae vestrae, ut debemus, pro affectu respondemus. Neque enim facimus quod volumus, cum^m volumus, sed cum divinitus ut faciamus accipimus, quaeque suis temporibus superna disposicio coaptavit. Quod igitur meministis,³⁰ sedem apostolicam, cui ex divina dignacione praesidemus, totius ecclesiasticae pastoralitatis esse refugium, ut votis vestris ad eam confugientibus annueremus, meritis amplexibus haec ipsa verba donavimus; quippe cum sit origo et fundamentum ecclesiarum, Domino confessionem Petri taliter compensante: „Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam“;

Mat. 16,18.

dignum plane videtur, ut omnis christiana fidelitas ad eam concursum habeat, et ipsa omnibus manum solaciī porrigitⁿ. Vobis vero in congressu positis, ad iniurias pravorum hominum debellandas ac spirituali^o gladio puniendas, quoniam in rebus divinitus vobis commissae vicis coadiutorum praesulem a nobis poposcistis, en^p dirigitur. Quem⁶³ quidem et honestas morum, sicut nomine indicat, et sagax animi pulchritudo decorat; quem huic negotio apfissimum censimus, quia Dei fidem servum et prudentem cognovimus; cui^q et astucia serpentis est et columbae simplicitas; de cuius quodammodo labiis fluunt mella pro captu audientium coelestis ambrosiae plena; quem^r a corpore nostro velud dextrum separavimus brachium, in precentes ei salutem et gaudium. Dirigimus ergo illum, ut solacietur vobis in necessitatibus vestris, tam scilicet in opere consecrationis, quam et in unctione confirmationis, et si quid in necessitatibus aliis Deo fauente valebit pro libitu sanctae^s vestrae fraternitatis. Ut^t illum tractare^u uti decet non detractetis^v vel dissimuletis, nulla credimus admonitione indigetis, cum vestra benignitas inde sit^w profusior, unde est sanctior. De cetero ad virum illum Symeonem veniendum, quem numerosis^x choruscantem miraculis, divinis praefulgentem virtutibus ostenditis. Ex quo liquet, eum in fragili corpore thesaurum baūdassae spiritualis gratiae, ut non solum sibi providerit ad salutem.

a) reddidit B4. reddidi B5. b) deest B1. c) in eundem B2. 5. C 6. d) deest rubra B2. 4. 5. C 3. Benedictus 50 papa Popponi C 1. 6. In C 3. in margine alia manu scriptum legitur: canonizatio sancti Symeonis. — e. LIII. inc. Leibn. c. XXVII. C 1. 6. f) trevirocum C. g) episcopo B2. h) s. et apostolicam benedictionem C. i) et l. de sunt B 1. k) m. r. op. non B 1. l) concupiscentias B2. m) c. v. de sunt Act. n) o. p. m. s. B1. o) spiritali C. p) deest Act. Fortasse N. pro ipsis nomine scriptum erat. q) ut cui Act. r) quare et cum Act. s) deest B 1. t) ut agem Act. u) tracteis B2. tractaretis B4. 5. v) detrectetis B1. Act. 55 w) fit B 2. 4. 5. Act. x) innumerosis B1.

62) Ex codice quodam ecclesiae S. Symeonis edita est Act. SS. Iun. I, p. 96., cuins lectiones hinc inde attuli. 63) Gratianum intelligit Papebroch, Act. SS. Iun. I, p. 97.

coenorum antea proiecibatur, deinceps in aliquem mundum locum venerabiliter collocaretur; cuius exercitus dum Gauath, hoc est acervus testimonii, non immerito vocaretur, factum in osse, quod hunc 5 suppositum fuerat terra, miraculum omni posteritati loqueretur. Hoc itaque consilio dato et collando, illud etiam eidem fratrum collegio complacuit, ut scripsi in monasterium relato et super altare locato, communis cordis et oris necnon cappiculam consonantia divina ab eis laudaretur prudentia, quea nihil facit nisi in magna, ut par est, sapientia. Ad hanc ergo laudem Dei ex tota civitate cuiuslibet ordinis et castis viri ac feminae, iuvenes et virginis, senes cum iunioribus, hilariet 10 convenienter, finita laude in sua redierunt, Dominum de tam inauditi miraculi stupore benedicentes. Contigit autem istud miraculum quinta Nonas Martii, et sabbatum erat⁴⁴. Hora vero nona ex ore ille ex osse coepit manare, qui non ante tertiam secundum feriae horam visus est cessare. Fama ergo huius miraculi longe lateque volando plurimorum salutis facta est occasio, dum innumeris diversis languoribus fatigationibus oppressi, ad huius famam miraculi undecimque exciti, venirent ad 15 hunc locum humiles et devoti. Cumque coram hoc positi sacramento propter peccata, quibus aliquatenus multati erant, planksissent, aquamque ossis huius intinctione sacram sibi datam aliquatenus gostassent, non est nisi Christi fidelibus credibile, quam 20 citissime a quacumque peste gravabantur liberati fuissent. Si quis autem numerum et ordinem istorum a nobis curiose quiescerit, per haec verba Porphyrii sibi credit satisfieri: *In numero sunt, sed non in fato.*

35 4. Facta sunt praetera miracula non pauca in illa scilicet crypta ubi sanctorum marifirum deposita sunt corpora. E quibus aliqua nostrae nunc memoriae succurrentia breviter sunt designanda. Ex his erat hoc primum, quod licet ad plurimas sanctorum 40 contingat memorias, nolumus tamen in his quoque miraculis locum ei negare, quem divinae pietatis ordinatio ei dignata est accommodare. Nam cum

domou archiepiscopus post auditum de ossis mira- 1072.
culi famam primum in illud sancti Paulini mona-
sterium orationis causa venisset, venit cum eo qui-
dam de partibus Aquitaniae penitentis, ex his bra-
chium dextrum ferro fuit ligatum. Hic itaque cum
domino entitatis fossam illam, ne dicam criptam,
quae nondum ibi fuerat, intravit
Post hanc in die palmarum, quae tunc erat pro- Apr. 1.
xima, quaedam femina Est autem con-
suetudo loci illius congregationum, ut in die Pal-
marum in id ipsum sancti Paulini monasterium ad
laudem Dei omnes cum magna populorum multitu-
dine omni anno conveniant. Cum ergo iuxta hanc
ritum eadem die maximus et clerus et populus illuc
convenissent et consuetudinarias ibi laudes Domino
dixissent

Postea 5. Kalendas Maii, qua die iuxta indebet Apr. 27.
Ekberti archiepiscopi plurimae circumanentium vil-
larum turbae cum crucibus Treviros solent venire
et monasteria civitatis illius omnia circuire, delatus
est a parentibus puer quidam parvus in monaste-
rium saepe predicti patris Paulini, quod amodo
sanctorum quoque martyrem non immerito potest
vocari . . . Erat vero eadem hora dominus archi-
episcopus cum omnibus loci illius canonicorum
congregationibus in eodem monasterio orationis
deditus officio

Deinde non multo temporis intericto spatio ap-
portatur illuc quaedam puer

Huic miraculo illud successit in ordine prox-
imum⁴⁵, quod quidam rusticus de villa quae dicitur
Sanctae Aldegundis oriundus, cui visus oculorum
omnino defecrat, cum suo presbitero civiumque
suorum numero non modico eodem deductus est.
Presbiter vero idem, assumptis secum duobus in
loco illo fratribus, deduxit eacecum illum in locum
sanctorum corporibus consecratum, ibique cum fecit
uuio denarium census annuali sanctis illis perso-
nandum super unum vadire sarcogum. Deposito
itaque ad praesens ibi uno denario

Dénice alius quidam villanus de villa quae vulgo
Inda vocatur

EX MIRACULIS S. MODOALDI

AUCTORE STEPHANO.

45 5. *S. Modoaldi corpore a. 1106 Treveri in monasterium Helmwardeshusense translato, huius coenobii monachus, qui diu vitam sancti illius frustra quaesi- rat, Stephanum abbatem S. Jacobi Leodiensis, virum doctrina et operibus praecellum⁴⁶, precibus adiit, ut hanc expleret lacunam. Ipse, praefatione ad Thiet- marum abbatem scripta: Qui, inquit⁴⁷, corpore quidem ad tempus vobis absens,*
spiritu autem semper praesens, dum pro investiganda patroni sui generositate
ordinis nostri loca plurima inviseret, et quasi apis argumentosa florum dulce-
dinem in mellis liquorem comportans, tam gesta pontificum quam annales re-
gum Francorum famamque antiquiorum sapientium diligenter inquisitione percur-
reret: tandem ad nos omnium ultimos divertit, obsecrans non perfuntorie sed
55 infatigabiliter et instantissime, ut de vita et miraculis beati Modoaldi in lectio-

a) proximo ed.

44) Hoc ita a. 1072. fuit. 45) Cf. Hist. liter. IX, p. 522 sqq. 46) p. 51.

nibus et responsoriis aliquod ingenioli nostri xenium domum deferendum a nobis mereretur accipere. Cuius precibus opportune importunis cum hinc humilitas professionis nostrae ob declinandam praesumptionis notam obviare persuaderet, illinc caritas internae obdurbationis in proximum nos argueret: supereminentioris viae latitudinem timore abieco considerantes, quoniam id quod sumus, quod vivimus, quod sapimus, totum Deo et proximo debemus, tandem amici pio desiderio acquevimus satisfacere. *Fontibus se destitutum auctor luget⁴⁷, sed nihilominus valde copioso sermone Modoaldi genus et res ab ipso gestas exponit. Quibus omissis, pauca ex miraculis exhibuimus, editionem sculli, quam post Sursum ope codicis Corsendoncani curavit Henschenius (Act. 10 SS. Mai. III, p. 51). — Eadem Stephano translationis historiam emendandam transmisit Thielmarus abbas Helmwardeshusensis, quae alii collectionis nostrae volumini inserenda est atque accuratius etiam de Stephani scriptis agendi occasionem dabit.*

VITAE LIBER III.

15

Quoniam, aspirante Deo, nobilem beati Modoaldi prosopiam, altissima regii sanguinis linea productam, in primo huius operis libello dilucidavimus, in secundo vitam eius laudabilem paucisque imitabilem, qua Deo carus hominibusque venerandus extitit, omni regiae nobilitati praelatum, transitumque eius gloriosum angelicis chorus gaudium intulisse peroravimus: nunc iam in tertio non ab re iudicavimus peropus explicare ipsius sanctitatis indicia, qualia videlicet miraculorum primordia, omnipotentis Dei gratia, post quietam famili sui dormitionem, ex illius reliquiis in urbe Treverensi voluit ostendere.

1. Vorum ex quanta barbarorum crudelitate, ex quanta praefatae urbis desolatione occasio illa suborta fuerit, qua viri Dei merita fidelibus primum innotuerint, paucis libet perstringere; quia quod in praefatiuncula huius opusculi de simili calamitate, ⁴⁸ alio inducta tempore, disserimus⁴⁹, argumentum cognitionis esse valit his quea hoc in loco dicturi sumus. Ibi enim commemoravimus barbaras nationes generaliter per omnes Galliarum fines furoris sui frona laxasse, hic vero inducimus Nortmannorum gentem indomitam, de vagina sue crudelitatis eductam, quasdam Galliae et Germaniae partes occupasse. Quae immanitate sui sceleris grassata, in cervices fidelium velut ursa raptis catalis efferrata, nulli sexui, nulli aetati parcere, senes reverendos necare, iuvenes et adolescentes pro viribus vel tempore se defendentes confodere, parvulos matrum uberibus avulso excerebrare, matronas castas, virgines pudicas de honestate, urbes nobilissimas flamnis edacibus concremare, sanctuaria Dei aut subvertere aut profanare, divina et humana pari contemptu pessum dare.

882. Huius horrendae tempestatis procella urbem invadente Treverensem, omnes pavore, tropidare; neque fugae, quam non paraverant, neque praesidiu illam spem habere; prae oculis omnium imago

47) cf. locos supra p. 112. n. 1. et p. 115. n. 42. allatos. 48) V. locum partim supra p. 112. n. 1. exscriptum. 49) lib. II: *Interea . . . super ripam Mosellae oratorium in honore beati Symphoriani martyris extruxit, opere quidem exiguum et artifi-*

ciosi schematis decore minus ambitiosum . . . Ibi 55 quippe congregationem sanctorum virginum . . . instituit. . . . Quibus etiam ad regularis vigorem disciplinae servandum sororem suam praefecit nomine Seoram. Cf. Gesta e. 24.

mortis voltare, incundae populi urbanitates in plantum, chori psallentium in luctum, choreae puerarum in lamentationes migrare. Totius civitatis faciem immutatam videres, divinas religionis vix aliquas tenues reliquias remanere. Porro Deo dicatae virginis, quas in oratorio beati Symphoriani martyris coenobialis conversatione Deo servire supra exposimus⁴⁸, inter tot mortis genera ad consuetas orationum arma confingentes, pro castitate servanda, quam devorarent, non pro vita praesenti tuenda, 25 quam despicerant, supernum cooperare auxilium ardentissima spiritus contritione invocare; ac beati Modoaldi sepulcro omnes advolatae, ut eius patrocinio ab imminentibus eriperentur periculo, talibus vel talium similibus coelum precibus feruntur penetrasse: 30 *Domine Iesu Christe . . .* Huiusmodi precibus cum magna spiritus contritione, cum magno lacrimarum imbre profusis, non defuit operatio supernae exauditionis, non defuit exhibiti miraculorum beati confessoris. Ne ergo 35 Deo sacrae virginis mala videnter, quae pro sexus fragilitate motuebant, neve bona amitterent, quae pro castitate observantia promoveruerant, mirabile audire, mirabilis visu in pace lecto decubantes, intra dies triginta omnes praesenti decesserunt vita; 40 tantumque feliciter, quanto perenniter victurae, cum ornatis lampadibus sponso coelesti occurrentes, semper interne incunditi thalamum cum illo ingressae sunt. Quarum corpora in eodem sunt oratorio recondita, in quo beati Modoaldi pignora; ut cuius 45 patrocinantibus meritis animae illarum coelum cum suo possidebant patrono, ipsius exigenibus reliquo corpora in eodem humarentur loco; ubi fluent orationes earum, et exuberant Dei beneficia ad memoriam virginum ex tunc et modo et usque in 50 seculum.

2. Cum igitur eiusdem tempestatis adhuc residerent vestigia longaque solitudo pleraque sanctorum cohereret loca, siebat nimis, ut illas sancti

familiaris angulus pro sui quidem dignitate parum oblinetur reverentiae, neglectu vero civium omni custodia desultus etiam pateret iniuria. Sed ex mortelium incuria nostro pontifici auditoria gloriae 5 facta est materia. Quidam enim viri, genere Franci, sua gentis haud ignobiles, animo et corpore quam maxime valentes, sanctae devotionis gratia urbem Treveri pcesserant; quem suorum sancrorum numero superbam, tum vetustatis dignitatem celebratam, 10 omni Gallia magis clare comparent. Eius aliquamdiuin laribus obvercati, religione delectati, sacra terebant limina, ex ignotis pene notissimis; cum interea viros natura sagaces flamma subiit pulcherrimi facinoris, ut quocumque modo precibus aut 15 pretio tot sanctorum pignoribus cum maximo Trevorum participarent beneficio. Itaque simulata devotione ecclesiam sancti Symphoriani subintrantes eiusque omnia quae sibi mox usui forent explorantes, vident domum insulam, iniuriae 20 opportunam, ministris civibusque neglectam, merito quidem sui Croesi divitias nobiliorem, sed rei familiaris, inopia longe ceteris obscurioram cum maestina plebs ad orandum coepisset ex more concurrere Ceterum huius facinoris ca- 25 stigandi gratia, ne quid simile deinceps perniciosa crearet licentia, decerant in communia, corpus sancti in propatulo positum, ab ecclesia transferre, coelestemque thesauro firmioribus apothecis et tuiori aerario commendare. Itaque arcana lignea, 30 firmissimis tabulis compactaque ferreisque nervibus circumquaque munitam accelerant; eoque translata confessoris pignora, in oratorium sancti Paulini super altare sanctae Crucis summa cum veneratione deponunt; consulte scilicet, ut pari, sacerdos sa- 35 cerdoti iungeretur, illoque adventantes duplii patrocinii solatiarentur. His additur ex Paro marmore tabula, ad extremam manum decoris mira sculptoria arte perducia, quae propter sepulcrum eius reperta, sepius nomen et meritum praeferebat, 40 hac serio exarata: *Hoc est sanctuarium Deo dilecti Trevorum archiepiscopi Modoaldi, cuius rex Dagobertus sanctitatem, sicuti in eius paecepto de Treveri continetur, infra Ligerim et Rhenum magnifice extulit et dilatavit*⁵⁰. Quod etiam in superioribus memoratum est.

3. Igitur sancti Paulini ecclesia novo illustrata hospite, in quantum brevi claritudinem pervenerit, quanto fidelium studio priore neglegitum correxit, dum pauper cum divite eo suas necessitudines ma- 50 turat deplorare, memoratu est incredibile. Sed postquam diuturna quies otium, otii vero securitas corruptos mores peperat, totamque urbis faciem immutatam pro religione divinorum contemptus in- cesserat: sustinenda erat necessario supernas cor- 55 rectio[n]es sententia, quae pollutam licentiam sub freno distinctionis coerceret. Itaque iuxta senten- tiam prophetae: *A sanctuario meo incipile, intem- pestas noctis silentio idem oratorium subito con- flagravit incendio*⁵¹, id scilicet agente divina cen- 60 sura, quo ne per diem accensum faciliter concur- tione restinguueretur industria. Ferebatur undique globi ignium ventis urgentibus, totisque habenis

50) Corporis partem ablatur sanguine fuso deteguntur. 51) V. falsum hoc diploma ap. Bontheim Hist. I, p. 76. 52) Quo tempore factum non constat.

regnabat flammorum impetus; cum interea exper- facti custodes vident res suas in extremo sitas, opes ad subveniendum ubivis imparatas. Itaque quod in tanto constrictis licebat articulo, festinare, con- currere, ingenti metu trepidare, nec contra nisi nec posse quiescere, postrem manerent ad fugerent in- certi, malum improvissum, anceps periculum clamore testari. Quorum vocibus exciti licet admodum pauci, si qui tam sub osculta nocte confluxerant, aurum et argentum, quae prima mortales putant, variisque sacri ministerii supellecilem summa ope tueri sa- gebant; de sanctorum vero pignoribus erundis immemores, nulli rerum minorem operam impen- debant. Unde et contigit, ut ignis edax, dum nulli locorum parceret, non solum arentem lignorum materiam penitus absumeret, sed tabulas quoque marmoreas, operis dignitate mirandas, circumquaque corrumperet. In tanta rerum difficultate quis tuas, sancte, reliquias non aestimaret iri perditum? Rue- bat undique moles aedificiorum, dissiliens vi caloris soliditas marmorium, lotaque sacrarum aedium facies una favillarum erat congeries. Et quis omnium apothecas lignearum, contra vim ignis tenerri- man, quae media templi testudine in edito posita 50 omnem ruenient fabricae excipiebat impetum, credere periculum evasisse? Sed quod actu difficilli- mur aegris videbatur mortalibus, summo Procura- tori facillimum rerum probavit exitus

4. Sed quia maiorum ingressi vestigis, qualiter beatus confessor svarum reliquiarum defensioni semper assuerit, monstravimus, libet cetera eius carptim attingere, utque snorum supplicum post id dierum numquam saluti defuerit paucis absolvere. Mausoleum illud lapideum, quod a quibusdam temerarius effractum, latenter expoliatum, sicut ex praemissis claruit, veterum memoria testabatur, postquam mai- oris cautelas gratia, omnibus id consulentibus, pretiosis thesauro vacuatum est, pari nihilominus atque didum reverentia in eadem ecclesia compo- sum, sancte admodum reservabatur. Huius super- ficiem docta manus artificis tabulis undique marmoreis a fronte praecinxerat, eisque solide ad invicem compactis, decorum opere, usum decori ad- diderat. His vero in vicinitate sancti corporis tan- 55 tom virtutis tantumque gratiae salutaris divinitus accesserat, ut credi vix possit, quantus mortalium incommodis, patricinante sancti beneficio, salus exinde procurata sit. Quicumque enim longis fe- bribus usque ad ossa depatus, quisquis morbo diurno confectus, huc cum fidei integritate svarum aerumnarum querimoniam detulerat, rasura eiusdem marmoris aquae mixta ei in potum sumpta, cele- rimum languoris remedium certissima curatione ob- tinebat. Huius opis capessendae gratia cum hodie que innumeros ex diversis mundi partibus videamus concurrere nullamque frustra pii intercessoris auf- fragium desiderasse, unum tamen fide et religione ^{Ezech. 9.6.} praestantissimum silentio praeferire non est consi- lium. Moguntia, civitas totius Germaniae celeberrima, Rheni iomine litteribus, commerciis patens, ege- statia insolens, agrorum et vinearum fertilis, nul- liusque necessariae rei indigena, viris et aedificiis

satis exornata, sed multo beatius, quod pretiosissimum religionis genus est, reverendo monachorum ordini illustrata. Horum in uno monasterio, quod longe ceteris nobilis Sancti Albani dicitur, nostra memoria quidam præpositus, Severanus nōmine, coelesti philosophia exercebat, vir optimis artibus a tenero ueste imbutus, Deoque et hominibus ob 52 multa ingenii bona carus et acceptus. Sed hos tam laetos successus præpediebat aegritudo continua, lentisque febrium vaporibus non lente viri eminentis premebatur industria. Qua pesta accrima iam per triennium exhaustus viribus, nihil potremo credit salubrius, quam, inutili medicorum opera cessante, coelestis manus suffragium queritasse. Nam edocetus claritudinem Treverensis ecclesiae, eo profectus intendit; parsque factus supplicantis populi, humilis

precator, sed celebrissimus beneficiorum impetrator, tumulum sancti accessit, potum abraui marmoris since participavit; nec fideli desiderio frustratus, brevi ex inferno sanissimum, pallorem redivivo colore mutavit. *In non immemor beneficii, cum sanctis omib[us] pure deseriret, tam suo curatori familiarici iaharebat, eoque aevotionis circa illum profecorat, ut locum nostrum* ⁵³, quo eius reliquias super translatas didicerat, speciali affectu multis et frequens expateret, et ante fraternitati nostrae acceptus, tum 10 vero ex assiduitate commandandi acceptissimus fieret. Hulus relatu viri intem, quam expertus fuerat, fratribus sui studiosus compartam, hanc iniuria nostra narrationi credidimus inserendam, nihil verentes debili falsitatis caluniam pulsari, que tam veracis 15 viri patrocinio facile poterit enervari

EX INVENTIONE ET MIRACULIS S. MATHIAE.

*Lambertum a Legia*⁵⁴ libros de vita et miraculis S. Mathiae apostoli scripsisse iam Trithemius retulit⁵⁵; id quod etiam Browerus⁵⁶, Hillarius⁵⁷ aliisque testati sunt. Ideo Henschenius quum duas de S. Mathia Treveri sepulco et invento narrations ederet (Act. SS. Februar. III, p. 441 et p. 448), quin altera Lambertu tribuenda esset non dubitavit⁵⁸; et eam quidem illius nomine inscripsit quam ex codice Sanmathiano recepit quamque paulo post sancti inventionem conjectam esse primo patet aspectu. Hillarius vero alteram Lamberti esse, eo docuit, quod praefatio huic praemissa in codice Treverensi Lamberti continet nomen. Qua 25 in re ipsum falso esse⁵⁹, equidem non putarim, neque video quid nos impeditre possit quo minus hanc amplectamur sententiam. In Lamberti aetate indicanda Trithemius consueto more errat⁶⁰, neque aliunde certi quidquam de tempore quo vixerit compertum habemus⁶¹, praefatione illa excepta, quae ad abbatem L. id est Ludovicum, qui post medium saec. XII⁶² monasterium S. Mathiae regebat, 30 missa est⁶³. Cognomen Lambertus inde accepit, quod Legiae sive Leodii natus

52) S. Iacobi monasterium vix intelligere potest. Num haec Helmwardicensis monachus adjidit? 53) Quem cave ne eundem putas qui vitam S. Heriberti scripsit s. XI, v. Hist. liter. VIII, p. 6. Mon. SS. IV, p. 739. Hist. S. Laur. Leod. ap. Martene IV, p. 1087. 54) Ann. Hirsau, p. 174. De illust. viris Germ. Op. I, p. 133, ubi ita loquitur: *Lamperthus de Legia, monachus coenobii sanctorum Eucharii et Mathiae apostoli... vir undecunque doctissimus, philosophus, rhetor, musicus et poeta clarissimus, ingenio subtili et compitu eloquio. Scriptis tam metra quam prosa quasdam præclaræ opuscula, de quibus ego tantum reperti subiecta: De miraculis sancti Mathiae apostoli magnum opus metrice compositum lib. 5.* (Ann. Hirsaug. I. 1.; de miraculis sanctorum lib. 5); *de sancto quoque Agricio lib. 1* (cf. supra p. 114); *ad Lamperthum (lege: Ludovicum; v. Hillar p. 85)* abbatem suam vitam sancti Mathiae apostoli edidit lib. 1; sermones etiam variis in honorem sanctorum lib. 1; epistolæ quoque multas ad diuersos; carmina diversi generis elegantissima si multa et varia componuit, et alia complura nobis incognita. 55) II,

p. 22. 56) p. 85. 57) Cum Henschenio facit Hist. liter. XII, p. 631 sqq. 58) Quod Sybel contendit, dia Advochten II, p. 43 n. 59) Lambertum a. 1038—1047, vixisse uno loco dicit (Ann. 35 Hirz. I. 1.); altero: *Claraf, inquit, sub Henrico quarto a. D. 1080.* 60) Unum est quod Brower I. 1. dicit, Lambertum a opere d. Mathiae hoc aevio a febribus scribere liberatum (v. n. 67). Sed ne haec quidem cum nostra pugnant sententia. 61) Inde ab a. c. 1169—1182. 40 ap. Rontheimium in chartis occurrit. 62) Haec ex Lazar editione ad Henschenio descripta nominibus careat, quas Hillarius ex codice Trev. adiecit: *Reverentissimo domino suo ecclesias sancti Eucharii Treveris abbati vere dignissimo L. humile levata 45 Lamperthus, omnium fratrum illi commissorum unius, debitæ subiectio decutum obsequium. Cum vero simul et opera præpollens, pater beatissime plurimos a levitate seculari retractos theoreticas clauso societati?* (v. n. 67), ex quibus in speciali illud sua sol- 60 licitudinis studium impendiunt. Attestantur tis two instansia cotidiana ammonito, correptio, quam uel ex iuvenili levitate non satis libenter excipiat, ex

fuit⁶³; vixit vero in S. Mathiae monasterio, ibique sancti laudes tum carmine⁶⁴ tun pedstri sermone celebravit. Illud ineditum neque a me in codice Treverensi lectum est, hic liber primo vitam sancti Mathiae exponit, ex Hebreo codice, ut dicitur, translata⁶⁵, postea inventionem et miracula narrat s. XII. facta, sed ex antiquiore illa relatione maximam partem descripta, hinc inde singulis quibusdam usque fabulosis notitiis aucta⁶⁶.

Haec omnia tamquam nullius pretii omisi, sed priorem illum auctorem sequi malui, qui diligenter ea exposuit quae a maioribus accepérat vel præsens viderat⁶⁷. Miracula quae additum iri in fine dicuntur nunc desiderantur; 10 neque libros de S. Mathiae miraculis a Lamberto metrice scriptos⁶⁸, qui in bibliotheca Treverensi etiamnum extare videntur⁶⁹, ad manus habui; alia vero cum Lamberti vita edita sunt⁷⁰, alia ex codicibus Erlangensi s. XII, qui vitam S. Ottonis Bambergensis aliisque continent⁷¹, et Treverensi (N. 547) s. XIII. exscripti, quae quamvis partim recentioris temporis sint huic monumentorum Treverensium collectioni inserenda duxi.

EX INVENTIONIS HISTORIA.

Dignum et iustum quidem neonon credimus displicere, si in gloriam et honorem beati Mathiae apostoli Domini præter ilam reverentiam, quae ei in toto orbe terrarum sub die 6. Kalendarum Martiarum a Christi fidelibus exhibetur, civitas Treverorum, quae felicia eius ossa continet, alium quoque diem solen-

20 qua tamen pietate prodeat, cum mente a vanitate ab illo manus continuerim. Nam ille sibi in christiano, non ignoro. Illud quoque præterire non debet, quod me lectioni instare iugiter præcipit et hortaris, ne scilicet otiosum inimicus inveniat, ne murmurando mentem occupet, ne detractio in lingua 25 deseriat, ne manus operi quod ad rem non attinet insistat. Præcipit igitur beatitudine tua, ut vitam beati Mathiae apostoli, ad cuius ossa digne præsides, ab Hebraico volumine, qui Damnatorum liber intitulatur, quod in eo, contra legem agentium iudicium confineatur, exceptam latius exponerem, secundum indagatam avido vel potius extortam omnem rei veritatem. Quod ego, licet audacie merito denoter, feci tamen ut potui. Praedictum libebit aliis latius tam eloquentius explanare styloque rusticum lima urbana decentius 35 expolire. Dominus te incoharem nobis custodiat, pater carissime. Amen. (63) Hi versus ap. Hillar. I. l. et Wyttbach T. I. pref. p. XX. ex cod. nunc Libl. publicae Treverensis N. 80. exhibentur:

Legia me genuit, foveat altera Treberis, in qua
40 Parvus ego, parva modulatus, parva repono.

(64) V. epist. n. 62. relatam et prologum hunc libro præmissum: Cum multo studio et sollicitudine flagram, quomodo gesti beati Mathiae apostoli, quae apud nullum ecclesiasticorum interpretum habentur, 45 invenire: quidam presbyter nomine Theodericus fluctuantem me ac tristem videns, causas a me tristitiae requisivit et accepit. Unde summa exultatione perfusus, quia hoc in me studium invenierat, dixi, quod si eorundem gestorum interpres esse vellim, 50 cum quadam Iudeo familiari suo se acutrem, ut mihi librum quem ipse Damnatorum intitulat pro eo quod in ipso contra legem agentium damnatio continetur, Mathiae scilicet, Iacobi utriusque et Stepheni, idem Iudeus prætentaret. Didiceram eo tempore 55 a quadam ex Iudeis litteris Hebraicis. Venit ergo Ebellum deferens; cuius cum ego titulum legerem, Sir Hasirim, hoc est cantica cantorum, scriptum inveni; tantaque indignatione commotus sum, ut cix

ab illis odio ingenuo decipere me gestiebat. „Et tu, inquam, len spurcissime, clericum fallere temptas, qui Hebreicarum, Graecarum et Latinarum historiarum plenissimam accepert scientiam? Nihil est certe in nostra bibliotheca, sive Graeca sive Latina, quod nesciam.“ Timore ergo correptus, maxime ne ei apud principem, in cuius gratia tunc fu, nocerem, iureiurando se mihi satisfactum promisit; quod et fecit. Lecto namque titulo libri quem postmodum defulit, Ay Mathay, hoc est vita Mathiae, scriptum deprehendi. Denique opinatus omnia me intelligere quae infra scripta erant, licet invitus, omnem tamen ex ordine veritatem mihi aperuit, acceperio a nobis prelio viginti trium solidorum. Post hunc anno sequente dominus meus archiepiscopus ab alio Iudeo, in periculo rerum curiarum constituto, ita se omnia habere, deprehendit, excepto quod ad nomen suum allusissus dixi versiculo psalmi. Postea cuidam inclusae pro hoc ipso triduuman tetrium agenti idem revelationem est. Legatur itaque abeque omni dubitationis scrupulo, quod tam certis argumentis verum esse deprehencum est, quia omne ambiguum Spiritus sanctus aboloit. Quomodo autem de Iudea in Treverim venerit, sicut in historia Trevirica et in monumento Silvestri papae legi, miracula quaque eius subsequenter edidierunt. (65) Pasca in notis rotuli. (66) c. 6. — Primo cap. Gesta sequitur. (67) De quibus cf. Trithemium I. l. Huic etiam pertinere videntur quea Brower I. l. monuit: Ipseque adeo Lambertus coenobita non liberatus qui opera ibi dicinitus patrata scripto etiam libro est persecutus, opa se dici Mathiae a molestis nocturnis febribus hoc aero scribit liberatum. (68) V. Wyttbach I. l. (69) Nessio an eidem brevis de S. Mathiae ecclesia ab Eugenio papa a. 1148 dedicata relatio (Act. SS. I. l. p. 453) tribuenda sit (Hontheim Hist. I. p. 552. n. h.). (70) De quo alibi accuratius agam.

²¹ miset¹¹. Re etenim vera pium est atque conveniens, ut quibus gratia datum est domini Dei nostri prae- ceteris gentibus familiarius eius quasi perfrui allocutione aliquę collidana conficeri benedictione, illam pro- pensioni quam quibus haec gratia non contigit reverentur honore. Hoc autem maxime congruum indicati- vimus die salutiferae revelationis eius. De cuius laetabunda translatione simul et inventione neonatus et revelatione sed et qualum quantorumque miraculorum glorificatione laetificati simus, Domino adiuuante, 5 prout possumus dicemus ex ordine. Sed ipsum beatum Mathiam in omnium primordiis necesse est per dominum Iesum deprecemur, quatenus eius intercessione non alia quam quae sibi digna ac Deo sunt pla- cita, nostra ducti insipientia, proferamus.

¹² 1. Igitur¹² anno incarnationi verbi Dei 368. Constantino Magno, patre augustorum, christianissimo imperatore, Romani nominis sceptra feliciter re- gente, beata Helena, mater eius, imperatrix augusta, et ipsa nihilominus christiana in professione firmata, dominica cruce inventa, huius patriae suae — erat enim indigena civitatis Trevericæ — piae memoriae beatum Mathiam apostolum a Iudea translatum cum aliis magnificis reliquiis, de quibus modo non est sermo, per patriarcham Antiochenum Agricium cum benedictione beati Silvestri tunc Romani pontificis huc destinavit. Quod nimis exempla ipsius beati Silvestri eidem Agricío data legendo cognovimus. Quem videlicet beatum Mathiam non longe post fideles populi qui tunc erant Treviri, in gau- dium et laetitiam venturis retro filii, causa consideratione propter ingruentes quas Ariani et pagani concitabant ecclesiaram persecutions, iuxta corpora sanctorum Eucharii Valerii et Materni terræ attiu- infossum venerabiliter collocaverunt; cuius nos nunc revelati gaudii participatione Dei nostri gratia perfruimur.

2. Perinde multum temporis fluxerat, annorum 1647 propemodum sexcentorum, et Eberhardus archiepi- 1066. scopus vii industrios Trévirorum ecclesiam gubernabat¹³. Hic efflagitatus est a rege, qui regnavit in illo tempore, Henrico scilicet, Conradi secundi imperatoris filio, quatenus ad illustrandum templum suum, quod Goslariae faciebat, impetraretur ei se de reliquiis sancti Mathiae apostoli necnon et de cor- poribus aliorum sanctorum, quorum fama esse ec- chiesiam suam Trevirensem plus omnibus Cisalpinis abundare. Episcopus autem reliquias petenti deae- gabat, quoniam an illuc essent dubitabat, immo, et si sibi essent, ignorabat ubi essent. Inter haec quada- vice, cum, ut saepe faciebat, venisset Romanus, sive orationis gratia, sive alia qualibet exigente causa, forte reperit librum illuc continentem quibus in locis singuli apostolorum praedicaverint, ubi et quomodo passi sint et quievérint; cognovitque le- gendo, sanctum Mathiam in Iudea praedicasse et quievisse, ac postmodum ab Helena Constantini matre a Iudea translatum, et per patriarcham Antiochenum Agricium Trevirim fuisse transmissum, ibique iuxta corpora discipulorum Christi filii Dei in sinistro latere inter aquilonem et austrum fuisse depositum. Quod videns gaudio gaviosus est, et as-

sistentibus sibi quibusdam Trevericæ huic ecclesiae non satis fidibus causa congratulationis ostendit.¹⁴ Qui post regi proper quod prælibavimus non quiescenti, sed magis magisque de die ut diem ut desiderium eius completeret instanti, ad gratiam regis adulantur, magnifici et pretiosi atque sacro- sancti illius ecclesiae thesauri delatores effecti, ape- 15 iont, quid legendo cognoverint. Itaque cum rex audierat, quod iuxta corpora, ut diximus, discipu- lorum Christi — nec dubitendum, quin beati Eu- charii ac sociorum eius — ossa illius fuerint antiquitus deposita, petitum cum intermissione gratiarum 20 ac dilectionis suae, simul cum illius reliquiis quantumlibet modicis dari sibi corpus sancti Valerii epi- scopi, pollicens, quod et fecit¹⁵, ad honorem Dei et quasi conciliationem patrifamilias monasterii illius, beato supranominato Euchario, quatenus fra- 25 trem et committitionem suum a se separari permit- teret, datumur se de redditibus sui magnifica be- neficia. Igitur persuaso suffraganeorum episcopo- rum, Adalberonis vocabulo Sancti, Metensis, et Thoederici cognomento Magni, Virdunensis, alio- 30 rumque quos illo tempore Treviri contigunt esse, ef- fodi de profundissima terrae altitudine, licet invitus, tamen permisit archiepiscopus. Denique cum praedicti pontifices aliquę et clero sepulchrum aperi- 35 sident, tanta ex eo repente odoris suavitas emanavit, quod omnes admiratione et metu percorsi et ut credimus divinitus inspirati, tanto thesauro regionem hanc nequamquam fraudare, sed cooperculo sepul- chrum citissime claudere deliberaverunt. Ibi Theo- dericus Virdunensis, episcopus extremitatem cappae,⁴⁰ qua ex die solemniter erat induitus, amissit; quia dum ipse sanctis reliquiis curiosius intendit, ut, si posset, aliquid ex eis subriperet, clauso cum cele- ritate sepulchro, partem cappae intus claudi conti- git, quam, ex invito et reniente, statim ferro incidi 45 oportuit. Venerabilis vero presbyter, qui ossa apo- stoli tractare meruit, tali testimonio omni reliquo vita sua tempore claruit, ut, quotiescumque cum aliquo earundem reliquierum mentionem habuisset, statim mirum in modum digitii manus eius dexteræ, 50 sanctorum ossium tactu sacrae, quasi oleo imbuti stillare coepissent¹⁶. Porro prædictorum corporum totiusque eccliesiae petitione atque consulu, beati Malibrag apostoli ossa sacratissima non deinceps sunt terrae infossa, sed desuper terram, verumtamen,⁵⁵

Hic Henricus imperator totius eccliesiae Trevorensi sacram suam direxit legationem etc. 74) Diploma

mate a. 1153 dato, ap. Hontheim I, p. 395; cf. Ge-

sta c. 32. — Sed a. 1151. Heinricus Trevci fuit.

75) Lambertus addit: Narravit priuhi quidam senex 60 religiosus cum lacrimis, se in compresbytero mo- saepius hoc vidisse cum admiratione nullorum.

⁷¹ Kalendas Septembri; quem diem, inquit Bro- werus, sancti apostoli inventione coenobiti posteri in dicinis officiis habent feriatum. HENSCHEN.

⁷² Hoc caput ex Gestis c. 19. 18. sumptum est.

⁷³ Minus recte haec in altera relatione (Lamberti) nar- rantur: Anno ab inc. Domini 1127. regnante Henrico Romanorum imperatore secundo huius nominis, Eber- hardus archiepiscopus sedem Trevericam gubernavit.

ne forte furo suriperentur, in parietibus vel in
cittaria sunt rebondita, vel infra eiusdem basilicae
septem, ubi e fidibus illis deferrant piae devotionis obsequia, nec tamen auferri facile possent cu-
5 ingram personae violentia, sicut fieret, ut civitas,
hoc munia patrolo, perpetuo eius non defraudaretur beneficio. Ubi vero sacra illa pignora tunc
fuerint deposita, senibus populi de medio factis,
succedentibus filiis incognitum fuit⁷⁵.

10 3. Verum decurus abhinc fere octoginta annis,
placuit domino Eberhardo, eiusdem, sanctorum vi-
debet confessorum Eucharistie ac sectorum, coenobii
patri, quatenus veteres monasterii muros destrueret
et novos aedificaret⁷⁶. Quacumque occasione opus
15 istud incepit sit, factum non est absque divina
dispensatione, maxime cum nulla veterum aedificiorum
urgente ruina tale sit opus exorsum, quod tam
sumptuosum tamque inestimabile postularit impen-
dium⁷⁷ secum altare quod fuit ibi seorsum
20 contra pedes confessorum, in honore sanctae Dei ge-
nitricis Mariae consecratum Interea crescebat illa
nova structure aedifici, et deducebatur magna admo-
num cum festinatione, priori tabernaculo adhuc ha-
bente statum. Contigit itaque aestate perfecta, autumno
25 iachante, ut altari maiorum arcum, qui sunt in
spectu sanctuarii, machinas praestrentes, altare
sanctae Dei genitricis, quod supra diximus, oppor-
tunum indicarent, esse amovendum Ibi in-
venierunt⁷⁸ loculum in modum arcae plumbae
30 maiora corporis ossa Mathiae apostoli continentem,
sed et marmor latum ad modum palpi, in quo ca-
raram fuit: *S. Mathias apostolus*, simul cum re-
liquiis intrinsecus positum. Quid plus? Nigrum
aedes illa una omnium exultatione et laudantium
35 Dominum voce posuimus. Arca autem sacra ha-
bens reliquias in medio delata; theca lignea pro
tempore apparata, ferro firmissime compacta, aliaque,
proprie quod supra paucis intimavimus, cautissima
40 custodia observatum esse, donec, perfecto, quod
prae manibus erat, opero novo, communis delibe-
raret consilio, ubi condecent mitteretur in loco.
Paucis deinde transactis diebus, cooperunt multi
infirmi confluere, et precibus apostoli subsecuta est
45 gratia Domini. Benedixit enim Dominus terram
quam avertit captivitatem Jacob; qui post longos
annos sterilitatis inediae et famis terra dedit fructum
suum, et Dominus praeparavit mensam populo suo; et depulsa violencia tyrannorum et prae-
donum, incunda tempora pacis et quietis successe-
50 runt, ut vere dicere exultantes possimus: *Benedictus dominus Deus Israeli, quia visitavit et fecit redemp-
tionem plebis sue*. Contigit autem haec inventio
55 anno dominice incarnationis millesimo centesimo
vicesimo septimo, indictione quinta, regnante sore-

55 a) locus corruptus esse videtur. b) supernemoravimus ed.
Kal. Iun. idem esset qui Idus Mai.

76 Aliter 1.1.: *Ilic* (presbyter)... *Mathiam apostolum in tres portiones dicunt, tribusque altaris diligenter et secreta reponunt, paucissima fidelibus concutis, ne postmodum aliquis violenta ciuitas Treverorum proprio priaretur patrono.* 77) Qua de ea conferatur quod in altera Gestorum continuo, postea edenda, legitur. 78) Narrat quomodo pluribus in somnis S. Mathiae corpus revelatur ait. Alia habet 60 Lamberci relatio, ubi eliam hanc leguntur: *Post*

nissimo et Dei cultore Lothario Saxone, sub pon-
tificatu martyris Christi Megigheri episcopi, die Kal. Sept. 1.
September, prima hora dies, ad laudem et gloriam
Christi.

4. Sed sicut nullis praecedentibus meritis ope-
ram bonorum, sed gratitudo potius Dei miseratione
de huius sanctissimi apostoli insperata inventione
magnifice laeti proiecti et consolati sumus, ita
peccatis nostris merentibus, causisque quas supra 70
memoravimus⁷⁹ impellentibus, graviter post haec
contristati et periclitati sumus. Anno denique ab
hinc quinto, qui est dominice incarnationis millesimo
centesimo trigesimum primus, cum iam veteris 1131.
sancti Eucharistie structure monasterii in novum stu-
diosissime repararet statim, quaeque ex parte
sanctuarii perfecta stabiliter cooperta trabes tegu-
lisque fuisse, 18. Kalend. Iunii, cum fratres, meri-
diana transacta hora, iam nonam more solito in-
choassent, subito et insperate in aedificio sacrari, 78
quod versus aquilonem eidem monasterio adhe-
robat, maximus ignis accensus, minaces in ultim
flamas extulit, et correpto citius tecto sanctuarii,
exitiolem omnibus minebatur interitum. Mox dicto
citum universa civitas commota simulque in unum
conglobata, ad sedandum occurserunt ignem; cui se
undique ascenso ipso aedificio opponentes, incen-
diu divina, ut postmodum rei exitus docuit, vol-
lante saevius frusta conabantur extinguere. Igne
autem super capita illorum cadente — nec enim 79
ardentie poterant scandere tecta — ingressuque,
per quod intraverant, iam prope obstruто, cum
evasionis nullus pateret egressus et ex impinendi
periculo undique coartarentur: licet inviti, ex-
viuentibus cessere flammis, et aliqui per fenestras
super inferiora proxima delapsi tecta, aliqui vero
per funis se summittendo vii incolumes evaserunt.
Rursus certatum concurrentes tecta dormitorii et
claustris citivine destrunt, ne ignis de monasterio
decidens, locum omnino inhabitabilem redderet.
Quod utique factum esset, nisi clemens miseratione
Dei affluisse. Nam ex obovio incendio monasterii
longissime in extremitate villas domus incensu est,
quanto magis proxima aedificia tecta, nisi Dei pro-
tectione affluisse, pene consumpta fuissent. Unde mer-
rito proclamare possumus: *Nisi Dominus admississet, forsitan obortus ignis civis nos absorbusset*. Quan-
tum inihi lacrimarum fusum sit, quanq; fletus, quanto
suspiria; quis digne valeat emarrare? cum amentis-
stium certe locum in tecto regno, per gratiam Dei
ex inventione et ex miraculis beati Mathiae nomi-
natissimum, putarent ab exitialibus flammis exter-
minandum. Sed quid Dominus misericordiae et
consolationis ostendere dignatus sit, iustissime vi-
detur insinuandum.

c) in numero cui mense fortasse vitium latet; nam d. 18.

haec in episcopatu Tungrensi quondam nunc vero
Leodiensi locus quidam est Sustris nomine, pro eo
quod sanctimoniales ibi degunt, quas vulgo sorores
vocant. Erat in eodem loco mater monasterii religioni
operam dava, quae, sicut moris esse solet, sortie can-
deolarum unum ex apostolis sibi patronum eligere decre-
vit. Inscriptis igitur duodecim candelis nomina duode-
cim apostolorum altisque superponens etc. 79) Quo-
modo hoc factum sit, fabulose exponit Lambertus.

1131. 5. Primum ante omnia incumbebat nobis sollicitudo de reliquia sanctorum, et maxime de pignoribus sancti Mathiae apostoli, quibus Dominus locum illustrare dignatus est, ne malevolae mentis homines aliqua machinando constilarent, ex quibus locus esset ludibrii deinceps et despectui subdensus. Quod ita etiam per omnia evenisset, nisi ut paulo ante dixeram, miserratio Dei affuisse. Cum etenim ignis, ut praediximus, contigua circumquaque lambente consumeret, et aediculae, qua maius altare cum sarcophago sancti continebatur, ignis iam immineret, quidam malignus mentis in unum congregati, communis tractabant consilio, qualiter idem sarcophagum foras extractum arte qua possent laborarent ut inde subtractum urbi inferrent; dicentes, manifestis indicis declarasse, non esse ipsius voluntatis amplius ibi commorari, cuius protectionis omnimodis monachii indigni fuisse⁴⁰. Circumdatum ergo sarcophagum longissimo fene ad exteriorem portam usque tendente, omni conamine de incendio eruere consabuntur; sed quia intentione id facerent, evidens rei declaravit eventus. Nam centum et eo plures nunc brachis, nunc fastibus impingentes, de loco vix moveare posuerunt, donec venientes senioris consilii et maioria auctoritatis viri, adiulato eorum consilio, sic tandem cum ingenti labore foras extractum ante ipsius foras oraculi posuerunt. Quod tamen postmodum finito incendio in locum pristinum referentes, levissimi inventant est oneris, ut, quod paulo ante a centum viris non 82 potuit moveri, nunc a duodecim facililime referetur.

6. Ex qua autem causa ortum sit vel cur permisit Deus hoc praevaluuisse incendium, scire voluntibus pro posse pandamus; nam silentio res supprimenda non est, quia causa incendiis maior ipso incendio fuit. Erat ibi quidam monachus, ex aliis unde adveniens⁴¹, ibi iam ex malto tempore suscepimus, qui non ibi secundum regulam promissae obedienciae, sed abusus subiectioe morabatur, et tantum falsissimae utique fidelitatis ubique demonstrabat, ut non solum ei minima quaque committeretur, verum etiam cellarii indigne iniungenter obdientia. Qua tandem, licet invitus, amissa, quis inquietissimae vitae fuerat, maligno utique suadente diabolo, rursus custodis arripuit non iussus officium, quo et spontaneo quod praebebat adiutorio ad hanc quoque obedienciam aptus esse indicaretur. Quid plura? Ut suar voluntatis era, custodis adiutor deputatus, confessim contra voluntatem fratrum et etiam saepe contradicentem in monasterio sibi lectulum collocabat, quo aptius perficiendas suae dementias locum inveniret. Inerat autem ei discedendi desiderium, ob quod omnimodis satagebat, licet furive, ructorum reliquias acquirere, cum quibus in alium locum veniens honorabilius suscipitur. Remanserat autem ibi de veteris monasterii structura turris admodum magna, ingredientibus templum pandens introitum, studiosissime quondam a venerabilis Bertulfo abbe construite; in eius ascensu altare statuerat, quod licet, ex eo 80 monachos sicut veste ita etiam moribus nigros, indigos esse Mathia, Lambertus. 81) quidam Suevus hypocrita in Lamberti dicitur relatione. 81') Haec in editis non leguntur; ad eadem vero c. 3. respicere videtur. 82) Haec Lambertus explicare volens ita

quod nuper ab his quos supra notavimus⁴² violatum et reliquia in summitate sui fuerat vacuum, negligenter, tamen, ut postmodum patuit, ex osib[us] et cineribus sancti Agricilii Antiochenis patriarchae et Trevirorum archiepiscopi copiosissime fuerat in signatum. Qui licet per tot tempora nullo sciente infib[us] servaret, tamen hoc a senioribus memoriae traditum ausivimus, quod praedictus venerabilis abbas interdum clanculo ascensu ipsa turre, orationi ibi per totum vacaret diem, saepissime etiam per vigiliem ante memoratum altare prostratus duxerit noctem. Forte igitur sic operis ratio postulaverat, ut eadem turris destrueretur, quatenus locus novae daretur structure. Cumque aedificia eius et laqueraria iam pene ablata fuissent, praedictus monachus, nesci quo instictus spiritu, cum iam coenandi horum praeferret, operaris ab opere suo domum discidentibus, arrepro ferramento, praeditum altare confringere aggressus est. Et cum aliquantum in frangendo laborasset, invenit scriptum diligentissime sigillo superposito reconditum; quod sigillum, quia litteres non noverat, cuius esset, scire non poterat, sed primam tantum litteram se cognovisse nobis restat, quae est in capite supra dicti abbatis Bertulfi, et ideo ipsius fuisse indicaatur, qui aedificata ipsa turra altare pariter statuerat. Foras ergo prolatum scrinium, reieci sigillo, temeraria non verbobat aperire manus; brevemque titulum marmori inscriptum ipsis ossibus superpositum auferens, quia aperie erat scriptus, utcumque 30 potuit legendo cognovit⁴³, Sanctus Agriculus archiepiscopus scriptum esse. Laetus ergo effectus, scriptum descendens secum detulit; et quia illud a secure servandi locum non habuit, in cimiterio inter ossa mortuorum in crypta depositum, donec tandem 35 aptam sibi locum provideret, quo illud sine timore, nullo sibi concio, servare posset. Quod et triduo ibi absconditum latuit, quoadaque in sacario, quia, ut diximus, custodis adiutor era, locum optum servandarum reliquiarum cautissime provideret. Est autem sacrarii domus inferior lapidibus camerata, superior autem lignis adiuta, ad quam de inferiori per cochleam ascenditur. In hac ergo superiori locum inter trabes et tectum praeparavit, ibi que sacra ossa de crypta reportata locavit, magnamque struem lignorum veteris aedificii circumponuit, saepiusque illis eundo, laterum etiam ibi dormiendo, locum frequestare non destitit. Interea iter suum licet acquisito parat, nunciumque fidei sue eidam amico direxit, rogans eum omnino ad 50 se venire, adiiciens quod rei quam vellet cum illo tractare nullum omnino alium vellet interesse. Reliquiarum igitur parte de scrinio pannis quod præparaverat imposita, studioissime satagebat, quatenus nil suas obstat profectio, ut omnibus rite praeparata, quacunque die sibi placaret, liber posset discedere. Talia miser, divinam non recognita animadversionem, tractaverat; sed Deus omnipotens, qui sanctum Agricium noluit separare a sanctissimo suo apostolo, cuius quondam per tanta 60 dicit: Cum non intelligoret penitus scripturam, scrutari cœpit si quid uspiam simile reparet. Quod et fecit. Nam simile quid in codice vitæ eius scriptum inventum, crebra inquisitione ad notitiam huius nominis accessit.

terrarium spatia vector exsilaterat, impium eius dispositionem manifestavit et cassavit. Cum etsenit, ut praediximus, locum eundem aliquandiu iugis sollicitudine frequentasset, dico ante praedicta inde descendens more sibi solito, alias nescio quo ire paravit; cum subito ipsa domus, incertum unde exorto incendio, cum reliquiis et monasterio combusta est; licet aliquid ad honorem reliquiarum illum lumen ibi habuisse affirmet, quod ipse ex toto negavit; vel rursum illi dicant, ab igne, quo candales ibi parabantur, hoc evenerit; quod incredibile videtur, quia ante triduum ignis ex toto ibi defecerat; re autem vera divina voluntate hoc decrevit fuerat. Ignis autem flammas in altum in 15 cente, ille miserrimus anxius de reliquis, festinus accurrens, domum ascendit, paucum curi reliquias iam incendio proximum apprehendit, quem secum trahere cupiens, omnino non potuit; nec ultra iniquis manibus tractanda cessit, sed potius ibidem 20 comburende remansit. Qui cum in trahendo frustra diu laborasset, desperans scrinium aperuit, ut saltem aliquod membrum inde aciperet, quod sue voluntatis incombustum servare posset. At cum introspexisset, subito ignis, quasi fulgor de sacris 25 ossibus incutatum, ita faciem eius inflammativit, ut resupinus corruens pene exanimatus esset. Sed nec tune quidem os aperuit, ut aliqui ex curruntibus cum armis et aqua rem pandaret; quod si fecisset, iam illaesse incendio reliquiae creptae fuisse 30 sent. Ita Deo disponente, Agricili ossa et pulvis in loco permanserunt, quae inique furanda de loco requietionis sublata fuerant. Quae postea minutissim

inter carbones diligentissime requisita, magna ex parte 113*re* inventa sunt, ut maiorem ipsius corporis partem non non dubitemus habere. Pulvis vero cum cineribus castissime cribro purgatus, ibidem in unum locum servandus depositus est, quibusdam audientibus, ut in honorem eiusdem sancti Agricili altare, bene statueretur et dedicaretur ecclesia. Per omnia benedictus Deus, qui nos, licet indigneos, noluit priuare patrono tali; cuius nos auxilio ubique gaudemus perfrui. Postquam autem haec acta sunt, video auctor huius sceleris non posse celari quod Deus voluit manifestari, cuncta quae gesserat vel cogitaverat protulit in medium; monstravit quoque locum, ubi reliquias collocaverat. Quem fratres diligenter perseruant, sicut iam diximus, quantum potuerunt, seminata ossa coadunaverunt, et hono-
rifice in reliquias habenda conservaverunt. Ille autem miser, dictante omnium sententia, cum li-
centia discessit, quia nempe sibi nec loco huic habi-
bitare ulterius commodum nobis visum fuit

7. Mihil hoc satis mirum videtur, quod in tanto periculo ignis et incendi, in tanto concursu et multitudine utriusque sexus populi nemo prouersus vita vel salutis suae debilitatem in-
currit, nullus omnino nostrum rerum suarum ali-
quid perdidit.

Haec uicemque dicta sufficient; nunc aliqua miraculorum beati Mathiae dicamus, quae ante in-
ventionem eius contigisse multi adhuc in corpore manentes religiosi praedicant, a quibus nos haec contigit audire

Haec miracula in editione desunt.

E X M I R A C U L I S .

1) e codice Erlangensi¹⁰.

83

35 1. Interea¹¹ dum opinio beati Mathie multis signis cresceret, plurimi ex diversis orbis partibus fama virtutum eius excita¹² veniebant et curabantur ab infirmitatibus suis. Quedam igitur die cum religiosi vii vota ferentes ad ipsum locum propera-
40 rent, alius cuneus inde digressus illis occurrit. Cumque curiosus, ut assolet, de miraculo apostoli, an vere ita se haberent ut auditu perceperant, in-
quiererent, quidam maligne mendis, diabolus ut post patuit instigante: *Quid tam, inquit, audibus fabulos*
45 *creditis? Nescitis clericos monachosque ad fingerendum talia plurimum collere, questus gratia suisque prestigiis morsu¹³ nostris et apothecis laqueos po-*
nere? Nimis ut epulis vacent illi, ieiunandum no-
bis erit; ut illi superabundent, nos egebimus. Quod
50 nobis bis ydola proponunt, nunc Martini, nunc Ni-
colai reliquorunque, non saluti nostrae consulentes sed substancialiter faciunt. Quasi vero haec non sufficient, novum bis quadammodo de Mathia deuoculum faciunt, ut patrum fundum penitus emun-
55 gant. Redite igitur ad cor, et videite, quia delira-
menta sunt haec omnia magis quam vera miracula. Hec et alia multa, que brevitas causa obmisi, eo

didente, uxori eius ac filii aliisque sanioris consilii viri rogabant eum, ne sancto apostolo detraheret, dicentes, haec divina opera esse, non humana figura. Sed cum infelix ille non solum tacere ren-
nuerit, sed multo deteriora proferret, subito traditius hosti antiquo, cuius haec instinctu loquebatur, clamidem suam ac tunicam ad pedes usque scidit, et caballo suo insiliens per montes et valles se devia queque se cum clamore valido proripuit. Quesitus igitur per biduum nec inventus est; post diem autem tertium in palude quadam caballus quidem eius apparuit, verum ille penitus inveniri non potuit. Cuius exempli multi correcti et devo-
ciores effecti sunt.

Eodem¹⁴ tempore quidam paraliticus de Arduenne silva, que maxima est tocius Gallie

Est autem quartu Kal. Iulii sollempnis consue-
tudo Gallorum, ut, in unum diocesi qualibet coad-
unata, cum reliquiis et letanis ad urbem Treve-
ricam properant, ut communis leticia beatorum apostolorum Petri et Pauli natalicia celebrarent. Ab inventione tamen sancti Matthei maxime hic mos inolevit; unde et ipse sepius in cantu vulgari re-

12) exciti corr. exstat c

83) Quaedam cum his convenienter quae apud Lam-
bertum (Acta S. S. I. I.) leguntur. Sed Lambertus
hoc fonte usus esse videtur. 84) Cf. Act. SS. I. I.
n. 15. Antea etiam in codice historiola legitur,

qualis ibid. n. 9. exstat: *Fuit eo tempore quidam molendinarius nomine Lampertus civis Treverensis etc.*

85) cf. Acta SS. I. I. n. 12.

plicatur. Qua sp̄cie dom' quidam laudes sancti Mathie, quas vulgo teyos vocant, cancerent, unius eorum levitate iuvenili actus, cepit iocari temere et pro laude simillima laudi decantare, ut risum sui similibus excitaret . . .

Sequenti anno cum quidam rusticus Mosellam^b in vigilia sancti Iohannis baptistae naviculam ingressus cum uxore et filio ad limina beati apostoli per flumen Mosellam v̄nire decrevisset, in ipso itinere a quadam tiranno captus, et catherenatus in carcerem mittitur, ceteris fuga elapsis . . .

In civitate Argentinae provinciae Alsatiae quidam clericus . . .

Alius vir, cum esset pastor ovium, beato Symone, qui Treveri in porta Marcia, que et Nigra vocatur, reuocescit, ovem de paupere ovili vovit . . .

Duo viri de vico Logosten^c nominato Benum transiitri naviculam piscatoriam ingressi sunt . . .

Iudeorum quoque auxilia ac velutarum carmina consultuit . . .

Item puerulus matrem secuturus preceuntem, de ponte Attili in aquas subiectas cecidit . . .

⁸⁶ Luxa forniciam Attili triumphalem^d, qui du milia passuum a Treverensi civitate distat ad meridiem, quidam adolescens, dum media estate Mōsellam transvadare vellet . . .

Miles quidam Treverensi territorio genitus non infimi generis sed pauperis erat substantia. Quapropter pudore actus natale solum reliquid, peregrinatus ubicunque se obtulisset oportunitas. Devenit ergo Coloniā Agripinam, ubi cum et status et leges urbis placerant, subsistere delegit. Adscivit itaque sibi potentissimos quoque in dominos, ut, cum illis fidilitatem ac servitium fecisset, eorum auxilio et consilio tunc degeret. Cumque multo tempore prospere ageret nullaque agitaretur molestia, causa quadam obveniente unus dominorum eius dissimilato odio domui sue illum ascivit correptumque in vincula coniecit. Novem denique dies in quadam arce iacuit . . .

2) ex codice

1226. 1. Anno verbi incarnationi 1226, primo anno domini Gregorii pape noni, regnante gloriose imperatore Friderico, favente Deo, qui omnia que vult facit in celo et in terra, in mari et in omnibus abyssis, qui producit nubes ab extremis terre, predictatores videlicet sancte Crucis, qui ubiqui terrarum discurrentes, et crucis gloriam predicantes ex omnibus gentibus et populis et tribubus et linguis signaverunt servos Dei et milites Christi in frontibus eorum. Sensus enim et cogitacio humani cordis, que ad malum prona est omni tempore, ab adolescentia sua promississima redditia est in gloriam Christi et ad reverentiam sancte Crucis, dum in remissionem omnium peccatorum populorum multitudines signarentur et in milicia celi boni milites Christi conserberentur. Unde et gloriatus imperator Fridericus signum salutis suscipiens, non nisi in cruce domini nostri Ihesu-Christi gloriari voluit; pro cuius fide et devocione universi crucis signati gavisi sunt gaudio magno valde. Cor pra-

a) uox c. b) mosellus c. c) Atrivit c. d) Loessie c.

85) Lahstein. 86) De monumento in vico Igel exstante sermo esse videtur. 87) Beaumont,

88) Walderbach 89) Elbogen.

Pargensis quidam eiusdem civitatis . . .

Puer quidam vidue filius morbo tactus ad extrema perductus est. Cumque dies 15 egrotasset, extinctus est. Compositus igitur feretro, media locutor domo, ubi more Gallorum vigilis ac ladi sollemniter frequentatur. Ludebant alii, sed mater flebat uberrime . . .

Quinquagenerius homo quidam Puleri-montis^e accola, quod est Ardennae silvē . . . qui-dam ingenua vir eiusdem castelli municeps . . .

Suburbano, rure quod Treveri adiacet versus aquilonem circa portam Marciam . . .

Apud Fuldam, que est Francie Teutonicae, mulier quedam ponte fluminis transitura . . .

Erat quidam maligne mentis, sicut diviciis sic 15 habundans etiam viciis; qui cedibus et rapinis in vicinos suos grassatus, violenter omnia depopulabatur. Quidam autem illorum, quos iniuste affixerat, domum illius igni succendit et aufugit. At ille sicut erat mentis perverse, in quendam pauperem crimen iniecit et pro tribunal iudicii illum detulit. Quod cum per advocationem suum pauper se fecisse negaret, ad hoc tandem causa devenit, ut deuello determinaretur. Hoc tyrannus, sicut erat sanguinini avidissimus, leto suscepit animo; pauper 25 antem se ausque dominio illius submittere volebat ut quiesceret. Sed ille renuit. Die igitur dicta venerum ambo locumque duelli intrantes congressi sunt, pari certamine viribus impares. Attrivit enim tyrannus pauparem pene usque ad dedicionem, 30 donec compulsus a suis nomen sancti Mathie invocaret, pauper divitem uno ictu deiceret et occideret. Et salvatus est sanguis innoxius meritis beatii Mathiae.

35

Iuxta pontem Moselle quidam puerulus navicula excidens submersus est. Quod videns quidam iuvenis vestibus abiectis aquae insiluit, et inventum extrahens volens, maligno spiritu retrahente, quem Neptunum vocant, sensi et secundo perdidit . . . 40

Treverensi.

vum hominū et inscrutabile de abysso dedit vocem suam, et altitudine terrene dignitatis manus suas ad celum levavit. Ex istorum igitur numero predicatorum predictor unus Conradus nomine nacione 45 Hallensis — que civitas imperatoris est in Suevia — venit ad abbatem Cisterci ordinis in Walrehach^f — que abbacia sita est in episcopatu Radesbonensi in confinio regni Boemie —; qui vices suas et auctoritatem domini pape predicto magistro Cunrado in predicanda cruce commisit et litteris suis et sigillo confirmavit. Veniente autem iam dicto Conrado in civitatem que Cubitus^g dicitur Pragensis episcopatus spectante ad cameram regis Boemie^h et crucem predicante, tot milia militum et 55 multitudines populorum signum crucis accepérunt, ut idem rex Boemie, cum proponeret bellum inire cum duce Austria, nec posset ei resistere, quia magna pars militum suorum a predicto Conrado signata erat, nec vires suas bellis inanibus regis 60 expendere vellet; furore nimio commotus et spiritu

61

maligno exigitus, totam iram suem in ipsum Cuonradum effondere voluit, utpote qui causa fuerit tanta discussionis sui exercitus, et immunita nullitia regis minorisset honorem. Igitur accensis animis, 5 notarium suum escivit, munera ingencia promisit, et eum in necem Cuonradi armavit. Quia ergo pecunie obediunt omnia, et munera^a excecutant eciam oculos sapientum, excecutus promissis, obtulit se in decollacionem innocentem. Multitudine ergo instar 10 corone circumstante, stabat illi regis notarius evaginato gladio, et predictor crucis propter verbum crucis in modum crucis totus iacebat perfectus in terra. O spectaculum nefarium! O iniqüitas que egreditur a facie terre! Fons turbatus 15 pede, iustus cadens ante faciem peccatoris. Stat inpius, iacet iustus; et ut caput iusti amputet, ferus gladiator adest. Prostratus itaque et morti proximus, orat et precatur, ut tantillum ei daretur spactium, quo confessionem facere et corpus Domini 20 sumere posset. Dum ille preces funderet, et timore regis — sermo enim regis urgebat — nemo illi subvenire presumeret: ecce filia ipsius regis, irrupta undique circumstancium multitudinem, nudato capite advenit, dolens et flens super inpietatem patrias. 25 Prostratum levavit et in capellam, que proxima erat, secum adduxit, et confessores ei pie providit. Respirans aliquantulum Cuonradus, ante confessionem rogavit sacerdotes, quatenus nomina duodecim apostolorum scriberent et singulis cerei singula no- 30mina adponerent, ut cuius nomen volente Deo assumere, ipsum patronum et advocateum in tam horrende mortis discrimine et in futuro examine propicium haberet. Facta confessione surrexit, accessit, talit et legit, ei nomen Mathie apostoli gloriosi 35 scriptum invenit. Stans autem attonitus, et ultraque manus teneps breviculum, in qua^b nomen sanctum sancti apostoli scriptum erat, toto corde et animo se totum devovens apostolo, rogat et depositit sibi auxiliari et adiutoriem celorum in tanta tribula- 40 cione fieri. Adest subito benignissimi benignitas apostoli, et facta est repente mutatio dexteræ Ex- celsi. Ira enim regis, que fuerat nuncius mortis, apostolo sancto interveniente et protegente conversa est in clemenciam, furor in misericordiam, tempe- 45 stas magna in tranquillitatem maximam. Confestim ergo imputatum est cor regis, et eum sui penituit sceleris. Festinus itaque et cum ingenti tumultu militum se circumpatienciam accurrit, ut idem Cuonradus terrore nimio tumultuantis turbe turbatus 50 iterum se ad mortem petrahi metueret. Veniens autem rex, ad pedes magistri Cuonradi cecidit, et toto corpore in modum crucis in terram prostratus, indulgenciam sibi dari humillime et devotissime expedit. Cuonradus vero admirans gratiam Dei 55 et auxilium celebrissimum beati Mathie apostoli, factus est quasi in exthasi in eo quod contigerat sibi. Regem prostratum de terra levat, et indulgens sibi vitam, reatum criminis letus relaxat. Venit et ille gladiator, notarius scilicet regis, pallens et 60 tremens, et facti sui penitens, veniam pectit et accepit. Cuonradus continuo a rege assumitur, pre- sente rege, et omni multitudine in alto statuatur,

et ut verbum Dei prediceret a rege iubetur. Erant illo die nundine et forum rerum venalium, quo e diversis locis mercandi grata convenire solent populorum examina. Ipsa die Deo favante et rege gaudente maxima principum et militum et diverse etatis et sexus hominum signata est multitudo, et facta est leticia magna in populo Iste ^{Dicit. 16.}
^{19.} idem Cuonradus predictor Treverum venit, et in ecclesia sancti Eucharii fuit, et in cimiterio eiusdem ecclesie predicavit coram tomba beati apostoli; Deo et beato apostolo liberatori suo immensas gratias reddidit, et hec omnia que in eo facta sunt enarrans, ad gloriam Dei et beati apostoli ea litteris mandari rogavit. Acta sunt hec in civitate que Cubitus appellatur sita in episcopatu Pragensi ad honorem gloriosi apostoli et gloriam domini nostri Ihesu Christi.

2. In episcopatu Spirensi est civitas quedam

domini regis, que vocatur Gruoningen⁸⁴, spectans ⁸⁵ ad imperium; in qua civitatis habitatores^b in fraternitate beati Mathie apostoli ex antiquo fratres conscripti et associati sunt Universi ergo elegerunt magistrum fraternitatis scultum ipsum civitatis, Godefridum nomine, virum strenuum et industrium, qui quidem ad opera et negotia regis aptus et strenuus erat et ad collectas faciendas et oblationes colligendas diligens et sollicitus, sed ad dirigendas et transmittendas oblationes beato apostolo negligens et remissus

3. Comes palatinus Henricus nomine a duobus suis clericis spiritu maligno repletis circumventus, ad hoc inductus est ut villam quamdam Vilmar dictam super Logenam fluvium sitam, quam pie memorie Henricus imperator cum omnibus appendicis suis pro remedio anime sue beato Mathie apostolo et sancto Eucharii sollempniter donaverat ⁸⁶, in proprietatem sui iuris conseretur adstrabere. Idem enim duo clerici, ut favorem ipsius comitis magis magisque sibi conciliarent, promittebant ei privilegia et sigilla tali arte facturos, quibus intuentum oculi deluderentur et quasi ante multorum annorum carricula facta vetusta et antiquissima viderentur. His dolis et versuclii clericorum animus comitis abstractus et illectus, quia vir nobilis et potens erat nec ei ecclesia resistere poterat, predictam villam suam esse dicebat. Fama hec ad aures ecclesie pervenit et tamquam sonitu magni tonitrii omnes illius ecclesie fratres nimio terrore percussit. Abbas conventum ingressus et universos intuens animo valde consternatos, consolatus est eos in Domino dicens: *Quia prepotitorum dominus potens est et comitem adrectare et eis propria restituere. Fidelis est, inquit, Deus, qui non patietur vos temptari supra id quod potestis, sed faciet cum temptatione proventum ut possitis sustinere.* Hoc dicens comitem adiit, et accidit ut apprehenderet eum in equo sedentem et cum magno comitatu iter agenter. Abbas comiti appropinquans, causam et necessitatem ecclesie apperuit, pro ecclesia preces supplicationesque obtulit, orans et obsecrans, quatinus intuitu Dei et beati Mathie apostoli et sancti Eucharii, quorum reliquias et miracula eadem

a) quo c.[?] b) habitatores cod. c) his scriptum c.

89) Grüningen. 90) V. supra Gesta c. 32.

eccllesia insignis haberetur, res ecclie^a usurpare non presumeret, quia iram Dei et sanctorum eius, qui illius loci sunt domini et protectores fidelissimi, effugere nullatenus posset. Comes itaque fastu temporalis glorie elatus, preces abbas spreuit et abnui, secundum illud: *Simplicitas iusti quasi lampas contempta ante fatiem peccatoris parata est tempus statum.* Et abbas quidem pro ecclie legatione fungebatur et contempnebatur; oratio autem fierbat pro eo sine intermissione ab ecclie ad Deum. Et Deus, qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, de excelso sancto suo resperxit in orationem humilium, et non spreuit preces^b eorum. Nam cum ad primas preces comes abbatem sperneret, manum Dei super se paulum aggravatam comes sensit; equus enim eius totus contremuit et casum minatus aliquantulum timoris comiti incussit; sed ipsam lenem castigationem, quia a Deo fieret, nemo eorum qui aderant adverte potuit. Comite itaque progrediente, iterum abbas comiti adjungitor, et preces precibus addens, ut ante contempnit. Et equus^c comitis secunda vice maiori terrore concussus ad genua corruit et seseorem suum gravi timore conterruit. Tunc amici comitis testi^d et timentes ne forte hec visitatio Dei et sanctorum eius esset indignatio, cuperunt unanimiter comitem exorare, et ab iniusticia sua dignaretur desistere, quia ire Dei et sanctorum eius non possit resistere. Comes ergo corde obdurato preces omnium et consilia spreuit, et idcirco acerius castigari meruit, correptionem habens sic vesanie, quia tantummodo sola vexatio intellectum dare solet auditui. Tertia vice cum idem abbas, quem sollicitudo maior stimulabat et sollicitabat, comitem interpellaret et multam patiens repulsam^e nichil proficeret: ecce repente in conspectu omnium manifeste dignam pro meritis iram Dei et sanctorum eius comes expertus est, et sicut locusta violenter ex equo excusus, cum equo cecidit, et gravi allisione corporis adfractus, premortuus et ex sensu factus quasi amens in terra prorectus inquit. Tandem a terra levatus et alias delatus, cum ad se redisset, intelligens plagas quas circa eum Deus et sancti eius ecce iam tertio fecerant, timens ne peiora priorib[us] patretur, amicorum quoque et nobilium blonda ammonitione ammonitus, protestatus est publice coram abbat[us] et aliis quam plurimis^f, iniuste res ecclie usurpare sibi voluisse et nichil juris in rebus ecclie se habere confessus, 5 et iniquitatem prosecutam periculose inductum fuisse. Hec mutatio dextera Excelsi, qui dominatur^g potestatis maris, motum autem fluctuum eius pro voluntate sua et qualitate hominum aut mitigat aut exasperat. Itaque comes castigatus et humiliatus, 10 versa vice abbatem petit et obsecrat, ut errori suo clementer indulget, libertatem ville quam innite rapere adtemptaverat libere et absolute cum omnibus appendicis suis possideat, et cum fratribus ecclie ut pro eo orient humilliter exorat. Grates 15 quoque et gratias plurimas Deo et sanctis eius egit, quod sic p[ro] castigari meruit, nec eum sanctorum pietas morti presenti tradiderit. Preterea doo illi nec nominandi clerici fabricatores mendati, qui aduersus innocentem eccliesiam dolos tam nefandos 20 continuauerant et comitem ad hanc iniquitatem aduxerant, tesarizantes iram, in die ire iram Dei et sanctorum horrende experti sunt, et ambo simul substantia morte mortui sunt

4. Dominus castri de Merenberch, Hardradus 25 nomine, quodam tempore ab adversariis suis impugnabatur, et adversarii eius circumquaque discurrentes euncta que sui iuris erant prout poterant rapinis et incendis devastabant. Venerunt ergo ad quandam villam que Duorlar dicitur non longe a 30 predicto castro positam, et ad eundem Hardradum dominum castri pertinentem, eadem facturi que in aliis locis faciebant. Erat autem in eadem villa curtis quedam et horrenum frumento plenum, collectum et aggregatum de quadam arabilis terra, 35 quam senior Hardradus, avus videlicet istius iunioris Hardradi, beato Mathie apostolo in elemosinam pro remedio anime sue legaverat, quam in eadem villa colonus quidam Ludowicus nomine strenue excolebat et censum annum de eadem elemosina 40 eccliesie beati Mathie solvebat. Igitur hostes et adversarii eandem villam ingressi, cuperunt predas agere, ignem incere et villam exurere

GESTA ALBERONIS ARCHIEPISCOPI.

45

Quum archiepiscoporum Treverensium historia Gestorum continuatione usque ad Meginheri obitum descripta esset, Alberonis viri illustris, fortis atque inge-

a) bis scirpum c. b) aucti c. b) deest c. ubi spete in libro. c) equus c. d) :----: gates c. e) multa p. repusam c. f) pluris:----: c. g) potestatis c. h) appendicis c. i) aduxerant c.

niosi tempora secuta sunt, quae ecclesiam penuria depressam nova gloria extulerunt et Treverensibus magnas in rebus publicis imperii Germanici gerendis partes contulerunt. Ideo mirum esse nequit, quod plures in eius laude canenda et scribenda versati sunt, alter episcopo nisi fallor vivo, alter sub Hillino Alberonis successore¹. Primus carmine hexametro archiepiscopi vitam usque ad a. c. 1145. descripsit, mox strictius, mox uberior de rebus publicis et ecclesiasticis locutus, sed ubique eorum quae narranda duxit bene gñarus, quippe qui in urbe Treverensi vixisse et pleraque suis oculis auribusque percepisse videatur. Etiam chartas quasdam adhibuit² totamque narrationem Gestis antiquis quasi breve supplementum addidit³.

Altius Baldericus rem aggressus est, quem aliquot post Alberonis mortem annis huius vitam narrandam susciperet. Ipse tunc magister erat scholarum, ab ipso Alberone a. 1147. in hoc munus evocatus. Natus enim in dioecesi Leodiensi, villa Florinensi, ad papae Eugenii curiam se applicerat. Quem quum, 15 papa in Galliam profecto, in urbe Parisiensi „causas dicentem et saepe apposite perorantem“, ut ipse narrat, Albero audiisset, secum Treverum adduxit et scholae ecclesiae S. Petri praefecit⁴. Inde ab hoc tempore archiepiscopo familiaris fuit eumque in itineribus nonnunquam comitatus est⁵, ita ut res ab illo postea gestas bene perspectas haberet et tam veritatis studio quam Alberonis 20 amore ut eas posteriorum memoriae commendaret induci posset. Vixit pluribus annis post sub Hillino archiepiscopo et vel ipsius vel aliorum chartis, annis 1152. 1154. 1156. et 1157. nominatur; a. 1156. ecclesiae S. Simeonis praepositus erat⁶. Postea vero nemo eius mentionem fecit⁷.

Insigne vero scientiae et ingenii testimonium Wibaldus abba Stabulensis Balderico dedit, quem hic scholam Treverensem regere coepisset⁸; neque Baldericus opere suscepto et finito bonam opinionem fecellisse iudicandus est. Sermonem magis floridum quam siccum iudicaveris, hinc inde poetarum Horatii et Ovidii locis exornatum⁹; et ipse auctor se veterum scriptorum laudes aemulari apertis verbis dicit¹⁰. Neque tamen fines rerum scriptori constitutos egressus esse videtur, sed 30 plerunque apte et simpliciter quae sunt enarravit. Praefatione brevi sed

1) V. Bald. c. 11. 2) v. 126. 136. 158. 3) Quae mino, ut illud tuum nobile et acutissimum ingenium, quod tibi praestante Deo a natura insitum est et optimis artibus in inventore tua sublimiter excutum, torpere per otium non sinas, ne honos, qui tibi quasi quidam laboris fructus ob scientiae claritudinem collatus est, optimis disciplinis tuis quemdam obscuritatem situm inferre praevaleat. Sane et acumen ingenii et facultas gloriam et adeptas dignitates humilitate quasi quodam gemmarum splendor ornabis, et memineris honores eidem artibus esse servandos quibus eos ex asecutus. Fortunatum enim, ut saeculariter dicamus, esse potuit quod ascendisti; sed regere te ipsum in alto equidem industria est. Praesentia tua tuis auditoribus disciplina sit; raro siquidem castigabis si assiduus fueris. Plus habet locus tuus quam docendi officium; nam et censoriam debet exhibere severitatem, quoniam et corrigenias moribus praefectum te esse noveris, quae disciplina et exercitatio omnibus est subtilior et in fructu cunctis propensior. Scienti pauca sufficient, non ut doctorem doceamus, sed ne officium prætereamus. 9) c. 3. 12. 10) c. 16.

concinna lectoribus veri amorem probavit, et quamvis archiepiscopi laudes non tacere sed viri egregii res admiratione dignas celebrare voluerit, neulquam tamen partium studio se abripi passus est. Primis, nisi fallor, annis Friderici imperatoris pacificis et quietis de lite regni et ecclesiae, qua Albero valde implicatus fuerat, integre iudicavit et regis Alberoni infensi epistolam narrationem inseruit¹¹; postea quae minus comperta habuit aperte professus¹², ubi vero monumenta fide digna recipere potuit¹³, haec secutus est. Pluribus locis Balderici narratio cum Gestis illis metricis ita convenit, ut alter altero usus esse videatur¹⁴. Sed uterque semper etiam propria habet, et quum poeta ille iam ante Balderici adventum libro finem dederit, Baldericus vero multo sit ubeior¹⁵ et copiosior¹⁶, hunc illius Carmen vidisse quidem sed nonnisi paucis locis adhibuisse putarim. Post a. 1145. hic scriptos fontes nullos habuit, et hac potissimum libri parte propter rerum copiam et fidem magni est faciendus.

Utrumque librum poetae et Balderici scriptor ille Treverensis penes se habuit, qui in cod. S. Mathiae, Trever. N. 1341, supra C1. nominato, Gestis brevem continuationem usque ad a. 1152 adiecit, sed praecipue Baldericum presso pede secutus est. Postea poeta diu latuit; Baldericus vero a Browero aliisque lectus, ab Hontheimio¹⁷ (Prodr. II, p. 767) et Wytenbachio¹⁸ (Tom. I, p. 217 sqq.) editus est.

Gesta metrica in cod. Vindobonensi Hist. prof. N. 1069, supra B1., pri-²⁰ mus Pertius invenit, eoque flagitante V. Cl. Chmel descriptis; eius exemplar huic editioni parandae fundamentum fuit.

Codex Treverensis N. 1387 (IV.), olim fortasse S. Mariae ad martyres¹⁹, membr. s. XII. ex., qui octo quaternionibus et 3 foliis constat et elegantius quam diligenter scriptus est, Balderici gesta Alberonis continet. Quem a. 1840 in 25 bibliotheca Treverensi cum editis accurate contuli et nunc erroribus correctis²⁰ quam fidelissime exprimendum curavi. Singulari quodam folio voluminis initio archiepiscopi imago cernitur, hac inscriptione addita: Domnus Albero archiepiscopus Trevorum. Ex hoc codice descriptus est alter chartaceus saec. XVI, nunc N. 1388 (1281.) indicatus, quem in libro edendo prorsus seponen-³⁰ dum duxi.

Kiliae pridie Kalendas Maias a. 1847.

G. WAITZ.

GESTA METRICA AUCTORE ANONYMO.

*Non valeo lingua gestis depromere digna
Huius pontificis; sed pauca rogatus amicis
Digerò sermone ceu vix quoq; iusticie.
Musa favè, mendosa cave, cum plura revolvas.
5 Pastor age, dic presul ave, cum pauca resolvas.*

*Ortus erat celebri vir de regione Metensi;
Post et in ecclesia puer est nutritus in illa,*

¹¹⁾ c. 3. ¹²⁾ c. 4. ¹³⁾ c. 10. epistola cleri Treverensis de Alberonis electione Innocentio papae scripta. ¹⁴⁾ Cf. c. 4 et v. 26 sqq.; c. 15 et v. 61 sqq.; c. 17 et v. 140 sqq. ¹⁵⁾ Etiam poeta quaedam fusius et accuratius narravit; v. 86 de Conradi regis unctione, v. 110 de abbatis S. Maximini, v. 211 sqq. de expugnatione castri Rudolfisberg. ¹⁶⁾ Cf. excerpta in SS. R. Gallicarum collectione T. XIV, p. 349—

360. ¹⁷⁾ Sed hic suo more non solum quae in continuatione adlecta sunt sed etiam posterioria aevi additiones textui immiscunt. ¹⁸⁾ Ex tali Hontheim l. 1. editionem paravit. In codice nunc huius patriae vestigium nullum est. ¹⁹⁾ In scribendi ratione eo tantum a codice recessi quod in verborum fine ubique ac pro e scripsi. Codex sibi non constat.

Inque iuventute per regni climata late
 Claruit. Et Romae iam tunc diffusus ubique
 10 Error magnus erat, quia papam cesar habebat
 Fraude dolo captum, sic iuramenta coactum,
 Ut numquam sese banniret, iniqua dedisse.
 Sed fedus ruptum, cogentibus ecclesiarum
 Principibus, grande belli succenderat ignem.
 15 Paxque negata bonis fuit omnibus ecclesianis,
 Ecclesiae nati fuerant qui sic vocitati;
 Cedibus ac predis intentis Heinriciadis,
 Sic appellatis Heinrici nomine regis.
 Hec iam de parte quadam perstrinximus ante²⁰;
 20 Quare non esse liquet hec replicare necesse.
 Tunc de quo loquimur velut insuperabile robur
 Creverat Albero, cepitque patescere clero;
 Primum cesarianis, post magnatibus ipsis
 Innotuit, crebro contraria multa gerendo.
 25 Necnon pontificem propria de sede Metensem
 Adelberonem, non equa sibi sapientem,
 Officioque suo fecitque carere sepulchro.
 Cui successorem sanctum primo Theogerum,
 Hinc Stephanum fieri, spreto satis imperiali
 30 Obtinuit iure. Qua causa rege furente,
 Mandatum multis eius de funere mortis;
 Quod multis gratum fuit, et satis insidiatum
 Roman pergenti seu per regnum gradienti.
 Evasit vero mortis vicinia crebro.
 35 Sepe per infestos veluti paraliticus hostes,
 Impositus carro, iuncto protractus asello,
 Transiit immunis, sibi preducere paupere quovis.
 Nam commentato facies superoblitia fuco
 Hunc abscondebat; agapes quoque suscipiebat
 40 Illorum qui se meditabantur iugulare.
 Sic Roman, sic ibat eō quocumque volebat.
 Et contemptentes papae decretā Metenses
 Taliter angebat, quod nullus eos sepelias
 Defunctos, donec se plebs vesana novisset
 45 Romanae sedi numquam debere reniti.

Hic igitur nactus Trevirorum pontificatus
 Sedem, iam dictum Stephanum nunc ante Metensem,
 Hactenus adversum tribus his metropolitanis
 Nostris, Brunoni, Godefrido vel Meginhero,
 50 Forte resistentem, sibi nec parere volentem,
 Ut voluit tandem parere coagit eundem.
 Ceperat inde rei proprias sic consiliari,
 Banno refrenans a predis compatriotas;
 Et per episcopium tendens acies oculorum,
 55 Undique corrasit sibi quod mēna utile suscit.
 Et nec cenobiis propriis hac parte pepercit;
 Et minus Eucharii dicto de nomine Christi,
 Quod nimis attrivit nimium nimiumque gravitat.
 Hinc ad cenobium Maximini repetendum
 60 Intendens animum, magnarum pondera rerum
 Agreditur, et regis ad Italiam properantis

1132.

20) V. Gesta addit. c. 10. 19.

1136 Lotarii comitatur iter, totumque per annum
 Illius obsequium numquam defessus agebat.
 Tam papae quam regis ibi fit carus honori,
 65 Cisalpinarum legatus et ecclesiarum.
 Efficitur, redditu suo corpus Megenheri
 Quondam pontificis et decessoris abinde
 Transtulit, inque domo sancti Petri tumulavit.
 Mox nimium durae subeunt discrimina curae.
 70 Quippe suum castrum quod nomine dicitur Ararum²¹,
 Dum fuerat peregre, pervasum fraude latronum;
 Mors quoque Lotarii regis diffusa per urbes.
 His consernatus, tacitus paulisper agebat;
 Sed confortatus animum viresque trahebat,
 75 Miliciamque suam populum cives Trevirorum
 Aggregat in castrum, circumdedit obsidione,
 Post paucosque dies, sed non sine sanguine, cepit;
 Et sibi vicinum Nanterum²² nomine clarum.
 Preterea missis hic circumquaque ministris,
 80 Pontifice et primores collegit in unum
 Quo fluit in Renum Mosella decus fluviorum,
 Et quem predixi²³ Counradum nomine regem
 Constitutique suis hunc rebus honorificavit
 Et sumptu; mox hunc ad Aquis castrum properantem,
 85 Ut, ceu mos veterum constat, benediceret illum,
 Prosequirut; sed non quoquam procedere quivit
 Hac re velle suum, qui presul Coloniensis
 Hoc interrupit, proprii dicens fore iuris
 Ungeret ut regem. Cuius si qui rationem
 90 Considerare velit, citius cognoscere quibit,
 Quod rationis^a inops numquam subsistere possit.
 Claret enim cunctis, quoniam^b primas Treberensis
 Omnibus ecclesiis Gallorum Germaniaeque
 Presideat iure, quo summa negotia quaeque
 95 Disponat. Sicut legimus, cum mortuus esset
 Lotharius, quondam rex falso, sed verus adulter
 Existens, Treberis cum nullus episcopus esset,
 Thietgaudus quoniam presul peregrinus obiisset:
 Qui tunc presul erat Adventius ille Metensis.
 100 In vice primatis Karolum — quasi tertius illo
 Nomine pollebat — statuit regemque sacravit²⁴.
 Sed forsan dicent, quod eorum presul obiisset
 Tunc, etiam quod nos verum fore non reprobamus;
 At sibi subiectis vicis eius iura licebat
 105 Ocius implere, sibi lex si prisca favisset,
 Quam modo divitiis calcant fastuque moderni,
 Ut, quia pauperior est hec sedes Treberensis,
 Propterea sit et inferior locupletibus illis.
 Hec modo sufficient. Albero tamen satagebat
 110 Regis ad obsequium pre cunctis esse paratus;
 Rex quoque pre reliquis hunc semper honore colebat,
 Eius consiliis crebro feliciter usus,
 Precipue quando Saxones arma movendo

^a) vel veritatis superer. c. ^b) ita emendandum est. P. — quam c.

21) Arrax ap. Baldericum c. 15. 22) Nantersburch ap. Baldericum l. 4. 23) Hunc autor neutiquam nominavit; sed in Gestis cont. c. 27. 28. appellator. 24) V. Reginonem a. 869.

Viribus immensis hunc infestare parabant.
 115 Quo sumptu magno veniens et militiē multo,
 . Obtinuit laudis palmarumque suae probitatis.
 Hoc mediante tamen per pacis condicionem
 Omissum bellum, populusque domum remeavit.
 Pro quibus ac aliis ab eodem tam bene gestis,
 120 Et quia non iuste subtracta fuit Treberensi
 Ecclesiae, quondam de eius proprietate
 Et fundo vere legitur constructa fuisse,
 Ut testamenta²⁵ referunt sub nomine regum
 Qui Dagobertus Pipinus Karolusque fuerunt,
 125 Hanc abbatiam Maximini nomine dictam
 Rex sibi restituit, Petro per eumque beato²⁶.
 Sed monachi, pulso paucis abbate Gerhardo
 Ante diebus, ei mox quandam substituerunt,
 Ignotum prorsus persona, religione;
 130 Hunc et distracto templi duxere metallo
 Vestibus atque sacrī, Romanis hisque coemptis,
 Hunc ab apostolico mercedibus obtinuerunt
 Abbatem fieri de more sibique sacrari.
 Et confirmatum barono metropolitani
 135 Exemptum iuri libertatemque tueri,
 Acrier exposcunt²⁷, exultantesque reducunt,
 Huncque suae sedi superimposuere latenter.
 His certaminibus pertransiit integer annus.
 Quo grandis factō crevit metropolitano
 140 Curā, quod hec tanta sibi vis illata fuisset
 Contemptusque gravis ab eis quos semper amavit
 Romanis, quorum sese virtute putavit
 Omnes qui vellent se ledere vincere posse.
 Sed quid ad hec ageret? Ne castrum rumperet illud,
 145 Quae sibi detulerant papae mandata vetabant;
 Introitusque suisque sibi non iure negatus.
 Ipse tamen cives ad talia bella furentes
 Crebro minis precibusque suis ab eis revocavit.
 Motus preterea sua quod legatio spreta
 150 Esset ab ecclesiis hic presulibusque quibusdam,
 Omnibus impensis Romam festinus adivit.
 Expositisque viae causis, papaque favente,
 Obtinuit quae tunc voluit, victorque redivit.
 Atque sui voti compos effectus, ut illud
 155 Cenobium semper sibi successoribus atque
 Esset subiectum, per apostolicumque sigillum
 Hac re firmatam referens pro munere cartam²⁸.
 Sed graviora malis sunt orta prioribus exin.
 Nam monachis factum fuerat presentibus istud.
 160 His et apostolicus iussit metropolitani
 Dictis parere, simul abbat per eosdem
 Ecclesiae donum demandans suscipiendum
 Nutu pontificis sedisque manu Treberensis.
 Sed cum decreto Romano presule spreto,
 165 Rursum conspirant huic introitumque negabant;
 Ob cuius meriti rem sunt anathematizati.

1139.

1140.

27

28

25) V. chartas regum ap. Hontheim Hist. I, p. 76. 120. 132, omnes dubiae fidei. 26) V. regis diploma ib, p. 541. 27) V. Innocentii chartam ib, p. 543. 28) V. Innocentii bullum alteram ap. Hontheim I, p. 547.

Sed querens veniam de banno solvitur abbas,
At monachi magnum super hoc fecere tumultum,
Et comitem castri Lucelenburhe antea dicti,
170 Qui defensoris nomen suscepérat horum
Pontificique fidem iuraverat auxiliumque,
Cum septingentis corruptum pene talentis,
Fraude doloque fide prima vel federe rupto,
Efficiunt promptum que bella moveret et arma.
175 Qui veluti nostis ut crudelissimus hostis,
Cedibus ac predic capturis pluribus actis,
Sacra profanavit, villas ac tempa cremavit.
Heu pudet armatas acies hostemque superbum
Ad portam Martis sanctique fores Symeonis
180 Clavigero celi contraria signa tulisse!
Non locus hic muro sed vili prelia vallo,
Hostilemque manum perpauci sustinuere.
Non tamen immunit de clade superfuit hostis,
Sed maiore sui dampno multatus adivit.
185 Vidimus ad pontem vesani presulis agmen,
Igne furens, in tecta ruens, et fana profanans.
Aula Dei matris, quam quondam rex Dagobertus
Condidit, irrupta flammisque voracibus usta,
Sanctorum thecas, quas reperit hic super^a aras,
190 Districto gladio miles occidit avarus,
Par habuitque solum factorem reliquiasque.
Vidimus impleri quod ab Ezechiele refertur,
Quod violatorus hoc emissarius esset
Archamum Domini. Sed non impune patratum
195 Hoc scelus. Ut villas aliquantas ecclesiasque
Hostis combussit et plures urere iussit,
Presul eum cum milicia post terga secutus
Occupat, et multis ex eius agmine captis,
Pluribus occisis, aliquantus debilitatis,
200 Accelerare fugam Domino miserante coegit³⁰.
Iam fuerat quintus huius certaminis annus,
Expulsique loco sunt illi maximi iuste,
Suffectique sibi monachi sunt religiosi;
Quis a pontifice preponitur abba Sigerus.
205 Qui prius electus ab apostolicoque sacratus,
Post anatematizatus estque reconciliatus.
Ista sub autumpno sunt prelia gesta bienni;
Quos hiemes validi venti pluviaeque fuere
Cum magno plebis dampno geminitaque secuti;
210 Iamque putabatur pars parta quiescere futura.
Sed secus hoc cessit, quia castrum forte remansit
Predicti comitis, quod abest tria milia nobis,
Nomine Butolicum^{b, 31}, quod presulis agmine dudum
Obsessum fuerat, sed ab obsidione solutum,
215 Cum presul comitis premeret tergum fugientis³².
Sed castellani dederant se vel sua paci;
Inque fuga belli comes hanc laudare coactus.

a) supra c. b) ita codex; fortasse Rutilianum legendum est.

30) Cf. Baldericum c. 20. 31) Idem esse debet sessum et tunc demum capitum ille breviter narrat. quod apud Baldericum c. 20. Rodolfi mons, alibi 32) V. Baldericum l. l. Roulmont audit, quod ab episcopo bis esse ob-

Ut vero patuit paulo post fraude doloque
Rupit, earnque sui violarunt cedibus, igni.
220 Sic vulgus miserum patro de limite pulsum,
Proflugus atque vagus perit in diversa rotatus;
Quique remanserunt operi nullo studuerunt;
Tantum cura fuit illis ut ab hoste laterent.
Iam pecus abductum regio vastataque circum,
225 Agricolae raptis annum flevere iuvencis;
Cessit cultura terrae per Belgica rura.
Hoste malum faciente, minus Deus est operatus;
Namque pecus, quod ab hoste metus vel terror abegit,
Nocte lupus laniando ferus vastator ademit.
230 Qui prope nos fluvius est Kylla³³ nomine dictus
Teque Mosella petit, momenti tempore crevit,
Imbris effusis tectis domibusque solutis,
Omne genus pecoris vel alitis intro repertum
Cumque viris pueros mulieres atque puellas
235 Pertulit, absorptos famae maioris in amnem.
Interea Treveri curarum pondere pressi,
Talibus insueti bellis intendere nisi,
Aggregiuntur opus sine muro. Namque patebat
Urbs, nisi pontificis quam quandam cura Brunonis
240 Fecit ad australem longo muninime plagam.
Vallo circumdant vel muro menia firmant,
Custodes vigilesque locant vel lapsa restaurant;
Arma parant, sociosque vocant, hostemque fatigant.
Qui nimis elatus spoliis rebusque secundis
245 Iam sibi cessuram gentem speraverat omnem:
Sed facies rerum conversa vices dedit illis;
Cum Treveri crebris excursibus hoc repetentes,
Nobilibus horum captis gladioque peremptis,
Acceptas clades his cladibus equiparabant.
250 Mox ubi temperie prodibant gramen et herbae,
Presul, corraso quod in ecclesiae fuit auro
Preterea quicquid tunc reperi in cruce magna
Quam quandam felix Ekebertus contulit illic³⁴,
Rursum Butolicum toto conamine castrum
255 Agreditur; sed difficile cepit licet illud,
Quod non fida sibi sociorum pectora sensit,
Qui castellanos, iam quos angustia panis
Dederi cogebat, clam pane dato retinebant;
Et cui tormenti quod vulgo manga vocatur
260 Credita cura fuit, iaciendi cessit ab arte,
Quod seductus erat mercedibus accipiendis.
Tandem cum cura, cum sollicitudine summa,
Post mortes i. minum multas fusosque cruores,
Undique conclusi, vetiti dandis alimentis,
265 Iam desperati meditantur ditionem,
Egressumque petunt cum rebus sospite vita.
Annuit his presul et conductum dedit illis.
Tum vero quidam de principibus Trevirorum,
Qui modicas fidei multum prius impediabant
270 Pontificem, sed clam castellanosque iuvabant.
Orant ut salvum donetur hoc sibi castrum.

33

34

33) Kylli. 34) V. Gesta c. 29.

- Cumque notum Treviris foret hoc sermonibus istis,
Infremuere nimis, et vociferatio grandis
In castris oritur passim magnusque tumultus,
275 Armaque diripiunt. *Hoc si castrum, modo dicunt,*
Permaneat saluum, cur nos obsedimus illud?
Cur toties domibus nostris natusque relictis?
Nocte dieque vias transivimus atque finores?
Esuriemque, sicut, pluvias solisque calores,
280 *Vulnera, llores, et mille pericula mortes,*
Impensas, studium, curas estusque laborum
In cassum tulimus, nichil hac si parte lucramur.
Hoc manet effugium cuivis de gente latronum;
Exultat hic tutus qui grassator populorum.
285 *Hoc urbi nostrae fuit, hoc patribus inimicum,*
Hoc vetutique viam tam nobis quam peregrinis.
Hic fusus sanguis noster, nosque propinquus
Et socii pariter hic mortibus occubuerunt.
Sed magis ite viri, iam solvite vincula colli,
290 *Dum vacat, a cervice iugum deponite durum!*
Quod quantum premat ignotum, quia venit in usum;
Sed nos depositum concedet grande levamen.
Nec quid quisque comes dical vel quid velt aut dux
295 *Cernite; sed vestrae faciem cognoscite turbae.*
Sunt multo plures qui nos et nostra sequentur
Signa, vel aduersos quo fortiter ense repellent.
Est rerum dominus presul, qui nostra iuvabit
Vota suo nulu, si lingua forte facebit.
300 *Sic exhortati scandunt fastigia montis*
Agmine condenso, victisque viam tribuentes,
Portarum cunctos aditus et muros occupavere.
Nec mora, subiecto clam lato menibus igne,
Exultat presul, gemit hostis, fumigat omnis
305 *Mons, unaque die capit hec contentio finem.*
1144? Oct.
305 *Octobri mense medio fere pretereunte,*
Autumni causa diffusis civibus extra,
Hi castellani pulsi munimine tali,
Cum duce prelato spargunt ignes iterato,
Nec piget infestis ad pontem currere signis.
310 *Protinus intenta bellis urbana iuventa;*
Sed non consulte sine consilio sapiente
Obvia ferratis fit nuda pedeaque tyrannis.
Precipiti cursu vesani presidia agmen
In raro agitur cuneos sternitque fugatque.
315 *Hic equites pauci fuerant primoque fugati,*
Et pedites miseri mortes et vulnera passi
Sunt, reliqui portis fugere pericula clausis.
Mane sequens totum valdeque fuit nebulosum;
Custos non aderat pontis, portaeque patebant.
320 *Hostis tum letus de prosperitate priori,*
Advolat, et portis urbem cepisset apertis,
Ni de canonica quidam foret obvius illi;
Qui clamore suo paucis sibi consociatis,
Hunc celeri cursu foribus clausis repulisset.
325 *Sed spargens ignes, cunctas ibi subruit edes;*
Hinque secutus eos quos diximus antea cives,
Hos confiscavit villamque solotenus ussit.

Presul enim regem conduxit in hanc regionem³⁵,
Et turres et castra petit, comitemque coartat,
330 Et sibi commissa privavit eum comitiva;
Quam de principibus regnique fidelibus uni
Subdidit, haut^a quia nec diu multo post obit ille,
Et redeunt rursum beneficia grata priori.
Sed tamen hec presul concessit corde benigno,
335 Letus in hoc bellum iam finivisse cruentum.

1145.

EXPLICIT.

GESTA ALBERONIS ARCHIEPISCOPI AUCTORE BALDERICO.

Alberonis Trevorum archiepiscopi facta et dicta memorabilia narraturus, rem aggredior apud posterum minus fidei habituram quam miraculi. In qua re, scias lector, nec laudi nec vituperationi me studere, sed veritati.

1. Ammirarum quosdam magna fecisse, sed multorum favore et auxilio atque cooperazione; quemadmodum principes gentium, qui existentes paternorum regnum heredes et successores, subditarum gentium armis suum dilataverunt imperium, ut Alexander, Iulius, Augustus, Karolus et plerique alii, qui materiam magnam suis factis prebuerunt antiquis historiarum scriptoribus. Hic autem singulariter in hoc exstat ammirandus, quod solus homo atque privatus, immo etiam adhuc pauper, maximas res perfecit. Cum enim adhuc in prima invente nulla fulgeret dignitate ecclesiastica vel seculari, pro libertate ecclesiae, solus inter omnes Metenses, imperialis maiestatis culmini se opposuit. Ea tempestate, qua regnum et sacerdotium gravissimo dissidebant sciamente — quod in diebus Gregorii papae septimi, qui priori nomine Hildebrandus dicebatur, atque Heinrici te. ii imperatoris ceptum, per tempora Urbani Paschalis apostolicorum usque ad tempora Calixti papae 25 perduravit — iste homo novus cepit miles mirabilibus ingenii atque consilii sui armis esse ecclesiastae sanctae defensor. Ut autem plenius atque planius intelligas, quae et qualia et qualiter et ad quid homo iste perficerit in defensione ecclesiae contra imperatoris iniuriam, predicendum michi videtur, quae et qualis fuerit causa huius scismatis. A tempore Karoli imperatoris usque ad tempora Henrici imperatoris tertii reges ob sua merita, quia suis beneficiis ampliabant et defensabant ecclesias, ex concessione Romanorum pontificum investituras episcopatum dabant et ecclesiarum providentiam gerebant; Henricus autem tertius, cuius, ut speramus, propter pleraque bona opera valida magna, tecta sunt peccata, nimis fuit infamatus de venditione episcopatum. Unde predictus papa VII^b Gregorius investituras episcopatum eidem regi conabatur auferre³⁶. Quod cum perficere non posset, coegit tamen eum firmiter promittere, quod eos omnes expelleret a suis sedibus episcopos, quos precio sciret intrasse, et de cetero precio nulli episcopatum dare. Quam rem cum predictus imperator aggredieretur, tantum incurrit fere omnium odium episcoporum, quod contra ipsum regem Gregorio papae adheserunt et eum cum domino papa excommunicaverunt. Multi autem ex cardinalibus regi adheserunt, et de clero Romanorum atque de populo. 40 Quorum contra papam Hildebrandum plurima extant scripta mordacia³⁷. Hic autem Henricus filius erat Conradi imperatoris. Cuius filius Henricus, qui dicebatur senior, paternae heres discordiae cum Romanis pontificibus, imitando patrem gravabat in tantum quosdam episcopos, quod eorum machinatione et Romani pontificis auctoritate a filio suo Henrico regno pulsus est, LIII^c regni sui anno, et paulo post Leodii defunctus est. Cui cum in regnum 1050. 45 successisset Henricus filius eius junior, iam post Gregorium, Urbano papa defuncto, sedebat apostolicae memoriae Pascalis papa, qui quod dominus Gregorius VII^d ceperat zelo Dei suc-

a) haut quia quid autem vellet necio. b) bis scriptum est.

35) V. Contin. Sigiberti Gemblac. a. 1145, SS. VI, p. 380. 36) Scriptoris errores cuique facile patent. Certe Heinricum III et IV. non satis distinxit. 37) Praesertim Bennonis librum intelligere. videtur.

census perficere volebat. Cum enim Henricus iunior ad consecrationem imperialem Romam venisset, unctionem ei papa denegabat, nisi cederet a iure quod in vestitulis episcopatum videbatur habere. Quae res quem eventum habuerit, ex epistola a rege Heinrico Roma redi-
tilla. eunte per universum regnum transmissa perpendi potest.

2. Heinricus³⁸ Dei gratia Romanorum imperator augustus, omnibus Christi et ecclesiae fidelibus. Notum esse volumus dilectioni et discrezioni vestrae, ea quae inter nos et dominum illum Paschalem erant, quomodo incepta tractata ac peracta sint; scilicet de conventione inter me et ipsum, de traditione Romanorum in me et meos, ut auditu intelligat, intellecta examinet, examinata diudicet. Igitur cum in eo totus esset, ut me ad ecclesiae utilitatem et ipsius votum, si iustum esset, componerem^a, cepit dilatationem et exaltationem regni supra omnes antecessores meos studiose promittere, subdole tamen, quomodo regnum et ecclesiam a statu suo scindere, tractare. Quod facere sic aggressus est. Regno nostro^b, iam a Karolo 300 et eo amplius annis et sub sexaginta tribus apostolicis investituris episcopatum et abbatiarum eorundem auctoritate et privilegiorum confirmatione tenenti, absque audience auferre volebat; et cum per nuncios nostros quereretur, quid de nobis fieret omnibus his ablatis, in quo regnum nostrum constaret, quoniam fere omnia antecessores nostri ecclesiis concesserent et tradiderunt, subiunxit: „Fratres aecclesiae decimis et oblationibus suis contenti sint; rex vero omnia predia et regalia, quae a Karolo et Lodoico, Ottone et Heinrico aecclesiis collata sunt, sibi et successoribus suis recipiat et detineat.“ Ad haec cum nostri responderent: nos quidem nelle violentiam ecclesias inferre, ne ista subtrahendo tot sacrilegia incurrerem^c, et sui sacramento pro ipso firmaverunt, 20 dominica Esto mihi in Deum se omnia haec cum iusticia et auctoritate sub anathemate confirmare et corroborare; nostris itidem firmantibus, si hoc, uti premissum est, complessent — et quod tamen nullo modo posse fieri sciebant —, me quoque investituras ecclesiarum, uti querebat, refutaturum, sicut in carta conventionis plenius poteritis videre. De traditione vero in nos et in nostros sic res se habet. Vix portas civitatis ingressi sumus, cum nostris infra menia se- 25 cure vagantibus, quidam vulnerati, alii vero intersecti, omnes vero spoliati aut capti sunt. Ego tamen quasi pro lev^d causa non motus, bona et tranquilla mente usque ad ianuas beati Petri cum processione perveni. Ubi, ut ostenderem, nullam Dei^e disturbancem ex velle nostro procedere, in cunctorum astantium oculis et auribus hoc decretum promulgavi: „Ego Heinricus^f Dei gratia Romanorum imperator augustus, confirmo Deo et sancto Petro, omnibus episcopis, 30 abbatis et omnibus ecclesiis, omnia quae antecessores mei reges et imperatores eis concesserunt vel tradiderunt; et quae illi pro spe aeternae retributionis obtulerunt Deo, ego peccator pro timore terribilis iudicii illo modo subtrahere recusa.“ Hoc decreto^g et subscripto, petii ab eo, ut sicut in carta conventionis eius scriptum est mihi adimpleret. Haec carta^h conventionis eius ad meⁱ: „Dominus papa precipiet episcopis presentibus in die coronationis regis, ut dimittant 35 regalia regi, et regno quae ad regnum pertinebant tempore Karoli, Lodoici, Ottonis et Heinrici, et aliorum predecessorum eius, et scripto firmabil sub anathemate, ne eorum presentium vel absentium quisquam vel successores eorum intromittant se vel invadant eadem regalia, id est civitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, thelonium, marchatum^j, advocacias, omnia iura centurionum, id^k est villicorum, curtes et villas quae regni erant, cum omnibus pertinentiis suis, miliciam et castra; nec ipse regem et regnum super his ulterius inquietabit, et privilegio sub anathemate confirmabit, ne posteri sui amplius inquietare presumant. Regem benigne et honorifice suscipiet, et more predecessorum eius catholicorum scienter non subtracto, coronabit; et ad tenendum^l cum his omnibus officiis sui auxilio iuvabit. Si dominus papa haec regi non adimpleverit, ego Petrus Leonis iuro, quod cum tota potentia mea tenebo me ad dominum regem. Obsides autem, nisi effugerint, reddemus altera die post coronationem regis. Si per pacem remanserit ut non coronetur, similiter reddemus. Die dominico cum rex ad processionem venerit, obsides dabo Gracianum filium meum, et filium Wizonis filii mei, vel filium sororis meae, si cum habere potero.“ Haec sunt sacramenta: „Ego Petrus Leonis iuro vobis, quia dominus papa proximo die dominico adimplebit regi, quod in carta conventionis scriptum est.“^m

^{a)} coponerem c. ^{b)} quod c. ^{c)} hoc loco quedam desunt; sed uisitler promisit epist. ^{d)} ecclesiarum dei epist.
^{e)} H. c. ^{f)} a me lesto et epist. ^{g)} H. est ep. ^{h)} Si rex adimpleverit domino papae, sicut in alia conventionis cartula scriptum est, dominus p. ep. ed. Legg. II, p. 67. ⁱ⁾ mercatum ed. ^{j)} i. regnum officii ed.

³⁸⁾ Haec epistola encyclica ex Udalrico Babenbergensi et Annalibus S. Dysibodiⁿ iam Legg. Vol. II, p. 70. edita est. In singulis verbis hic textus ab edito rece-

Hoc sunt sacramenta ex nostra parte: „Ego comes Hermannus. Ego comes Godefridus. Ego comes Fridericus. Ego Folmarus. Ego Adalbertus cancellarius iuro vobis, quia dominus rex proxima quarta vel quinta feria ita principes iurare faciet et obsides dabit, sicut in carta conventionis scriptum est.“ Cum ergo supradictae postulatio insisterem, scilicet ut cum iusticia et auctoritate promissam michi conventionem firmaret, universis in faciem eius resistantibus et decreto suo planam heresim incitantibus, scilicet episcopis, abbatibus, tam suis quam nostris, et omnibus ecclesiae filiis, hoc, si salva pace ecclesiae dici potest, privilegium proferre voluit: „Pascalis episcopus servus servorum Dei, dilecto filio Heinrico regi eiusque successoribus. Et divisione legis institutione sanctum est, et sacris canonibus interdictum, ne sacerdotes curis secularibus occupentur, neve ad comitatum, nisi dampnatis^a erendis aut pro aliis qui iniuriam patientur, accedant. Unde et apostolus Paulus: „Secularia, inquit, iudicia si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia illos constituite ad iudicandum.“ In regni autem vestri partibus episcopi vel abbates adeo curis secularibus occupentur, ut comitatum assidue frequentare et milicium exercere cogantur; quae nimis aut vix aut nullo modo sine rapinis, sacrilegiis, incendiis, aut homicidiis exhibentur. Ministri enim altaris ministri curiae sunt facti, quia civitates, ducatus, marchias, monetas, theloneum, curtes et cetera ad regni servicium pertinētia a regibus acceperunt. Unde etiam mos ecclesiae intolerabilis inolevit, ut electi episcopi nullo modo consecrationem acciperent, nisi prius per manum regiam investirentur. Quia ex causa et synoniacae heresis pravitas et ambitio nonnumquam tanta prevaluit, ut nulla electione premissa episcopales cathedralē invaderentur; aliquando etiam vivis episcopis investiti sunt. His et aliis plurimis malis, quae per investituras plerumque contingunt, predecessores nostri, Gregorius VII^b et Urbanus II^c, felicis memoriae pontifices, excitati, collectis frequenter conciliis episcopibus, investiturās illas manus laicae dampnaverunt; et si qui clericorum per eam obtinuissent ecclesiās, deponendos, datores quoque earum communione privandos percensuerunt, iuxta illud apostolicum kanonum capitulum, quod ita se habet: „Si quis episcopūs seculi potestatisbus usus ecclesiam per ipsos^d optineat, deponatur et segregetur, omnesque qui illi communicant.“ Quorum vestigia subsequentes, et nos eorum sententiam episcopali concilio confirmavimus. Tibi itaque, fili karissime, Heinrico rex, et nunc per officium nostrum Dei gratia Romanorum imperator, et regno regalia dimittenda precipimus, quae ad regnum pertinebant manifeste tempore Karoli, Lodoysi et ceterorum predecessorum tuorum. Interdicimus etiam et sub anathematis distictione prohibemus, ne quis episcoporum vel abbatum, presentium vel futurorum, eadem regalia^e invadat, id est civitates, ducatus, marchias, comitatus, monetas, theloneum, mercatum, advocacias, iura centurionum, et curtes quae regni erant, cum pertinentiis suis, milicium et castra, nec se deinceps, nisi per gratiam regis, de ipsis regalibus intromittat. Sed nec posteris nostris liceat, qui post nos in apostolica sede successerint^f, aut te aut regnum super hoc inquietare negotio. Porro ecclesiās cum oblationibus Dei, hereditariis possessionibus, quae ad regnum manifeste non^g pertinebant, liberas manere decernimus, sicut in die coronacionis tuae omnipotenti Domino in conspectu tofius ecclesiae promisi. Oportet episcopos curis secularibus expeditos curam suorum agere populorum, nec ecclesiās suis abesse diutius. Ipsi enim per vigilant iuxta apostolum Paulum, quasi rationem pro animabus eorum reddituri.^h

3. Ut autem ex tenore epistolae perpendere potes, o lector, res ista ad finem non est perducta, sed efficientibus his qui cum rege erant tanta ex hac re discrevit discordia, quod inter regis exercitum et Romanos acriter ad gradus Sancti Petri pugnatūm est, et rex papam captivum usque Viterbum adduxit et quosdam cardinales.

Ubi rex, ut dicitur, cum in ecclesia respiceret picturas, videns Iacob luctantem cum angelo, domino papae eandem quoque demonstravit picturam, dicens exemplo Iacob: *Non dimittam te, nisi benedixeris mihi*ⁱ. Gen. 32, 26. Tandemque a coacto domino papa non solum unctionem imperiale extorsit, immo etiam iuramenta, quod numquam in eum excommunicationis sententiam proferret. Quod cum ipse dominus papa, ut vir Dei timorem habens, firmiter observaret, prelati tamen ecclesiarum, vicem pī patris dolentes, a communione imperatoris abstinuerunt. Hinc imperator contra ecclesiās, hinc ecclesiae contra imperatorem. — Sed fortassis, o lector! verbis me deridebis Horatii, dicendo:

^a pro d. ed. ^b filios supercor. vel ipsos c. ^c anathemate c. ^d bis scriptum c. ^e successerint c. ^f deest

^g ^h Legg. II, p. 69.

ⁱ 40) V. Ekkehardum a. 1111.

de art. port.
v. 21.*Amphora cepit*

Institui; vergente rota, cur orceus exit?
hoc significans, quod cum Alberonis promiserim gesta narrare, ad Romanorum pontificum
atque regum facta me transtulerim. Sed ego tibi eiusdem verbis Horatii facile respondeo:

ib. v. 152.

Nec primum medio, medium nec discrepat ino.

Tunc enim dominus Albero, Metensis clericus, solus inter omnes, immo contra omnes Metenses, domino papae astitit, vivacique arte et consilio multa ad honorem et utilitatem domini papae et ad libertatem universalis ecclesiae intrepidis peregit. Unde et regiae indignationis severissimos motus contra se incitavit, quos mirandis artibus sepissime evasit⁴¹.

4. Cum enim rex nullam ecclesiae eligendi pontifices permitteret libertatem, in Metensi te quoque civitate, expulso de sede venerabili viro Popone episcopo, quendam nobilem virum Alberonem nomine sua voluntate constituit episcopum; quem dominus Albero predictus, sepe Roman eundo, deponi fecit tandemque excommunicari, et in excommunicatione defunctum extra ecclesiam sepeliri⁴², apostolicisque apicibus civitatem interdici fecit a divinis, ita quod etiam sepultura defunctus negabatur⁴³. Litteras autem domini papae interdicti sententiam continentis cum nemo Mettum timore crudelissimae mortis auderet afferre, ipse clericali toga linea se induit, et peplo muliebri caput et vultum involvit, et cappa de griseo panno se super induit, atque in specie peregrinae mulieris, tanquam thus ad altare ferens, litteras domini papae altari imposuit. Inde revertens, canonicos, quos in ipsa ecclesia beati Stephani vidit, ad se convocavit, et quod litteras domini papae in altari acciperent et reverenter legarent indixit. Illi autem, cum iam eum recognoscere inciperent, furere et constrepere, et sonitu campanae populum civitatis in eum concitare accelerabant. Ipse vero, antequam ipsum possent comprehendere, in equum, quem ante fines ecclesiae preparaverat, velocissimum ascendit et cursu citissimo auffugit. Quem cum homines civitatis illius, equites et pedites, usque ad villam quae dicitur Arkenzei insequerentur, ipse forti equo in quo sedebat transnatavit Mosellam fluvium, et usque Rozeium castrum, in patrimonio ipsius episcopi Poponis situm, ad dominum suum pervenit. Consimili arte insidias regis multotiens evasit.

5. Rex enim ipsi Roman eunti omnes vias obstruxerat, et de morte ipsius omnibus fidelibus suis precepérat. Adversarium enim et inimicum regni eum publicè pronunciaverat; ipse autem transfigurando se in diversas formas, per medios hostes transibat incognitus⁴⁴. Aliquando enim servos suos suis vestibus induebat, et ipse servili habitu illis ministrabat, equos procurabat, cenam preparabat, calciamenta detrahebat, reliquias servorum comedebat; aliquando inter mendicos ut mendicus ibat, aliquando cum mercatoribus, tanquam merces ferens; atque innumeris aliis modis se transformabat, non solummodo vestes mutando, immo etiam vultum, capillos, barbam fuco colorando. Dicitur quoque, quod ego tamen nescio, quod aliquando regi et exercitu eius, formam simulans contracti et sedens in asino, occurrit, et ab regina quinque solidos in elemosinam accepit. Additur quoque, sed ego nescio, quod in eodem itinere longius regis comitatus processum, sub specie mendiciorum regis sub mensa locatus, audierit plurima ipsum regem cum regina et cum aliis suis fidelibus ocioso animo loquentem de his quae contra papam machinatus erat, atque inter cetera de insidiis contra ipsum dominum Alberonem dispositis recitantem, et quot^a et quae viae ipsi Roman tendenti essent interclusae. Quas regis insidias sic premunitus, cum omnes evasisset, Roman perveniens, reginae remandavat multas et magnas gratias pro accepto ab ipsa beneficio; ipsum enim esse mandavit, cui quinque solidos sedenti in asino dedisset. Cumque rex ipsum Roman pervenisse intellexisset, non solum per terras, sed per mare quoque insidias illi preparavit, ne modo rediens evadere posset. Quod nec ipsum dominum Alberonem latuit; unde ipse Roma revertens, cum Pisan venisset, sciens, quod rex Pisanus quoque de morte eius mandasset, portum navium non audebat per se ipsum adire, ne forte ab his qui preparati erant insidiatores ibi expectaretur; sed servus eius pro se atque pro socio tanquam adhuc venturo navem conduxit. Die autem qua navis conducta a littore solvenda erat, servus eius cum rebus suis návem ascendit; ipse autem intrare navem non audebat, eo quod pluriama turba in portu ad spectaculum staret, inter quos etiam insidiatores suos esse timebat. Unde alio loco

^{a) quod corr. quod c.}

41) Cf. Vitam Theogeri Metensis alio volumine edendam. 42) Cf. Gestæ metricæ v. 27. 43) Cf. etiam gesta episcoporum Metensem infra edenda. 44) Cf. Gestæ metr. v. 34 sqq.

in preparata navicula piscatoris mare ascendit, et vix eo die navem precedentem consecutus est. Quam cum ascendere vellet, lapsus est in mare, et aliquandiu natans in equore, fune de puppe^a deicto, tandem vix est attractus in navem. Qui cum in sero, siccatis vestibus, cum nautis comedret, cuperunt pulcherrimas manus eius considerare et ex hoc perpendere, quod homo plebeius non eset. Coacti autem idem fuerant nautae a Pisaniis fidem dare, quod nullum ferentem litteras apostolici in navem suam reciperent. Unde et dicebant Alberoni, se velle loculos eius respicere, ne forte litteras contra dominum imperatorem deferret; et refrebat ei, qualiter mandatum super hac re a Pisabis accepissent fidemque dedisset. Ipse vero dominus Albero litteras absconderat in pixide eburnea serata, quam Tiro panno honeste involverat, tanquam rem sacram; dicebatque esse sanctorum reliquias, quas de transmarinis partibus afferret; addebat quoque, illorum suffragio, cum in mari fluctuarat, se a periculo liberatum. Unde illi conterriti, reverentiam sacrae rei exhibentes, aperire non audebant. Sic hec et multa alia evasit pericula.

6. In episcopatu Argentinensi quadam vice, dum regalium insidias sibi sciret in via qua iturus erat preparatas, nec aliorum iam declinare posset, clipeo et lancea et vestibus militibus se adornans, forti sedens equo, per medium eorum ferebatur festinus, requirens subito ab eis, si Alberonem Metensem diabolum transeuntem ibi vidissent. Rex enim ad capiendum illum subito misisset ipsum, maledicebatque ei dicens: *Tam malas horas det ei Deus, sicut ego habui tota nocte inseguendo illum.* Sic mille artibus insidias regis eludere solebat.

7. Metenses vero tempore huius discordiae domum eius, quam in civitate eorum habebat, bis destruxerant, bonis suis distractis. Sed ipse quoque his compulit eos, eandem reedificare et ablata restituere.

8. Tandem defuncto supradicto Popone episcopo, alium quoque absque voluntate regis^b^c fecit Metenses habere episcopum^d, quendam mirae sanctitatis virum. Qui cum consecratus esset in episcopum, non est in civitate receptus, sed infra paucos dies ad eternae civitatis habitaculum translatus est. Post quem eos fecit habere episcopum Stephanum nomine, fratrem Rainaldi comitis de Monzon. Hoc amore comitis Rainaldi putabatur fecisse. Nam ipsi duo unum par amiciciae esse videbantur. Unde etiam tempore predictae discordiae castrum suum Monzon ei commodaverat, ut guerram Metensibus inde inferret. Ex quo castro quodam tempore latenter intrans civitatem, in domum cuiusdam viduae declinavit. Maneque facto subito equum ascendens, per plateas sese ostentabat. Quo cognito, clamor per totam civitatem exorsus est, et quicumque equos habebant, ipsum persequuti sunt longe extra civitatem. Comes vero Rainaldus milites, sicut condixerant ipse et dominus Albero, in insidiis tenebat, et insultum in Metenses faciens, plurimos ex eis cepit. Contigit vero postea, comitem Rainaldum Metensis confederari, acceptis muniberibus, quae excecerant etiam corda sapientum, et defecit ab amicicia domini Alberonis. Quod ipse dominus Albero indigne ferens, minas graves in faciem eius contra eum perculit, manifeste predicens, quod magnum dedecus ex hac re ipsi esset proventurum; iubensque subito coram comite equos insellari, ad regem properando pervenit Heinricum, in cuius gratiam plenarie noviter redierat, et multa loquendo effectit, quod ipse rex Monzon pervenit; et cum illud obcedisset, noctanter fugiens comes Baris evasit. Rex autem Monzon^e reliquens, Bariz multo milite circundat, et dum comitem ad dedicionem compulisset, captivum eum adduxit^f. Sed tandem multis precibus flexus dominus Albero, eum liberum et absolutum reduxit; et deinde amicicia eorum, quae ad horam fuerat dissoluta, tam constanti firmitate consolidata, quod nullus casus sed neque mors eam dissolvere potuit.

9. Igitur dominus Albero iam in his diebus multum creverat dignitatibus et redditibus; primicerius enim iam factus fuerat Metensis aeccliae et archidiaconus et prepositus Sancti Arnualis. Archidiaconatum quoque in aecclisia Virdunensi adeptus fuerat, et in Tullensi ecclesia, de qua oriundus fuerat, archidiaconus et prepositus Sancti Gangulfi erat. Originem, inquam, habebat ex episcopatu Tullensi, nobilibus quidem parentibus^g. In quo episcopatu etiam, antequam a Treverensibus eligeretur, in patrimonio suo, quod Monasteriolum diceba-

a) popo c. b) monzon^c.

45) Theogerum scilicet, abbatem S. Georgii in Nigra Silva. 46) Cf. Ekkehardum h. a. 47) De his v. locu*supra* p. 126. n. 38. ex cod. Aureaevallensi editum.

⁴⁸ tur⁴⁹, abbatiam construxerat, in qua regulares kanonicos magnae religionis et sanctitatis viros collegit. Vocaturque claustrum Bellus Campus⁵⁰. Nostris enim temporibus nemo maiori intentione studuit religiosos viros et litteratos circa se attrahere et eos diligere et suis beneficiis largiter honorare. Hospitalis quoque supra vires semper exstitit, et extraneos quosque dulciter et humane tractare solebat.

10. His ita se habentibus, contigit eum eligi ad archiepiscopatum Partonopolensem⁵¹ 5
¹¹²⁸ temporibus Lotharii regis et imperatoris secundi; quem omnibus modis abnegans, suis effecit ingenii, quod dominus Norbertus, vir famosae religionis, ecclesiam eandem regendam suscepit⁵². Eiusdem quoque imperatoris temporibus cum Alberstadensem^a venisset ecclesiam, clerici eiusdem civitatis iam ad sedem vacantem ut episcopum eligerent convenerant⁵³, et 10
cum, studiis diversis existentibus, voluntates eorum in nullam possent convenire personam, audientes talem et tantum advenisse virum, omnes unanimiter convenerunt in ipsum. Quod cum ipse percepisset, relieto prandio, quod iam preparatum ipsi fuerat in domo cuiusdam venerabilis personae, Conradi camerarii, quem rex Heinricus excercari fecerat tempore predicti scismatis, cum iam sui manus abluere cepissent ituri ad prandium, ex improviso equum 15
ascendit suosque se subito sequi precepit; et sic aufugit. Tandem sedente domino papa In-
nocentio, regnante Lothario, Treverenses clerici, contra voluntatem omnium laicorum, eum
elegerunt in archiepiscopum. Qualiter autem electio facta fuerit, ex tenore subscriptae epि-
stola, quam cleris domino Innocentio^b papae transmisit, perpendere poteris. Est autem haec
epistola:

*Batissimo catholicae ecclesiae pontifici, personae Treverensis ecclesiae devotum obediens et servicii famulatum. Non te latet, pater reverende, qualiter ecclesia Treverensis iam per biennium proprio pastore viduata est. Nostri etiam, quod dominum Brunonem, quem unanimiter elegeramus, habere non potuimus; sed nos modo labores et mala, quae interim sustinuimus, supersedentes, novas angustias et pericula tibi denunciamus, finemque illorum per tuae 25
Apr. paternitatis auxilium quam primum obtinere desideramus. Sane cum rex esset in civitate nostra, et cum eo dominus Albanensis, episcopi quoque Metensis et Tullensis, et provinciae nostrae ba-
rones, facto conveniu ad eligendum pastorem, quinque nominavimus, ut faciliter per concordiam unius illorum ab omnibus eligeretur. His nominatis, barones et omnes laici a nobis pro capiendo
consilio in partem secedentes, mox ad nos reversi, nullum de quinque sibi prenominatis, sed 30
omnes uno ore Gebehardum illum Wirzburgensem^c petierunt; et quamvis nos illum iustum reprobationis rationem^d ostenderemus, tamen clamando, tumultuando, usque adeo in ea peti-
cione perseveraverunt, quod plerique fratres nostri illis concordare cuperunt. Sic ea die infecto
negotio dimissus est conventus. Postea vero nos pauci non nostris viribus contra tantam multi-
tudinem satis confisi, ab episcopis, Albanensi videlicet et Metensi, consilium quesivimus, et tan- 35
dem sic nos et causam nostram in manu et consilio eorum posuimus, ut de quacumque persona
ipsi considerent, dummodo illa tibi, pater, accepta foret, et dominus rex eam investire vellet,
illam nos eligeremus. Quid plura? Loqui sunt regi; deinde ad nos reversi, ut dominum Albe-
ronem Metensis^e ecclesiae primicerium eligeremus, consenserunt; et hunc domino regi placere
eiusque favorem nobiscum in hoc fore dixerunt. Hac igitur fiducia animati, dum ad faciendam 40
electionem conveniremus, palatinus comes, qui est ecclesiae nostrae advocatus, ceterique nobi-
les et populus, ubi intentionem nostram persenserunt, facta turba et tumultu, penitus nos dis-
turbaverunt, et tunc omnes dominum Godefridum^f, ecclesiae nostrae prepositum, qui primus
de quinque erat nominatus, sibi dari petierunt. Sed nos, quia, ut supra dictum est, obligati era-
mus, eorum petitioni satisfacere renuentes, electionem usque ad discessum regis et baronum 45
distulimus. Nam in presentia eorum primicerium eligere nequam audebamus. Tunc rex*

a) abbostadensem c. b) I. c. saepius. c) vocabulum deesse videatur, vel praebere vet aliquid eiusmodi. d) meten-
sem c. e) G. c.

48) Montreuil sive Monterol. De quo Calmet, Histor. Lothar. II. (ed. a. 1746) p. 52 ita dicit: *Le chateau nommé Monterol était près du lieu où est aujourd'hui l'abbaye de Belchamp . . . Ce chateau est aujourd'hui entièrement ruiné, il n'en reste que quelques vestiges; mais son nom subsiste encore dans une colline à un quart lieue de l'abbaye.* 49) Bel-
Champ. 50) Magdeburgensem. 51) Cf. Ann. Saxo a. 1126 et V. S. Norberti. 52) Hoc a. 1129 factum
sit oportet, quo anno Otto episcopus depositus erat. 50
53) Gebehardus cathedra Wirzburgensi electus erat. 54) Gebehardum minus recte Hontheimius dicit; cf. c. 11. — Godefridus praepositus maioris ecclesiae in pluribus nominatur chartis, ap. Günther Cod. dipl. Rheno-Mosell. I, p. 208 (a. 1129), 215, 55
223. Hontheim Hist. I, p. 520, 526, 531, 533 etc.

discedens diem nobis Moguntias denominavit; ibi iudicio episcoporum se negocium nostrum 1131 velle tractare affirmans. Interea nos pauci, videlicet prepositus maioris domus, decanus, duo archidiaconi, prepositus Sancti Paulini, magister scolarum, custos, et alii 4 kanonici maioris domus, in choro nostro convenimus, et dominum Alberonem sub [ea¹] quidem spe elegimus, videlicet si tibi, domine pater, placaret, et si dominus [rex²] eum, ut nobis episcopi Albanensis et Metensis promicerant, dono sui iuris investire vellet. Sciebamus enim et adhuc vere scimus, iram et furorem laicorum nullo modo, nullo ingenio, nisi regia potestate et gratia, posse sedari. Quod autem ad electionem non plures fratres vocavimus, causa fuit timor, quo timebamus cives nostros, qui, si forte rescissent, in iugulos nostros irruissent; et de quorundam fratrum nostrorum assensu minus sperabamus, quoniam prius eos timore mortis, ut credimus, territos, laicos fuisse videbamus, et tamen adhuc tunc³ plerique ad se delatae a nobis electionem benigna mente et verbis repererunt. Postea vero, ubi Moguntiam die statuto venimus⁴⁵, et electionem factam⁵⁵ domino regi representavimus, ille gratia laicorum immutatus, non sperata benignitate nos audiuit, nec causam nostram manu tenuit, et tandem a domino Albanensi⁵ promissionis supradictae commonitus, coram omnibus episcopis et principibus qui presentes erant, numquam se domino⁶ Albanensi vel Metensi promisisse, testatus est, quod aliquam de eligenda illa persona bonam voluntatem habuisset, nisi per assensum et concordiam omnium tam laicorum quam clericorum fieri potuisset. Sic confusi et frustrati ab eo recedentes, ubi dominum venimus, omnem fere clerum, preter nos qui electionem feceramus, a nobis discordantem invenimus; et quotiens eos alloquimur et confortare tempus, claustrorum destructionem, prebendarum suarum direptionem et ipsius vitae periculum nobis pretendunt, et omnium istorum malorum nullum se inventire conclamant remedium. Maiestatis igitur tuae provoluti pedibus, per caritatem Ihesu Christi obsecramus, ut cito regis favorem, quem dominus Albanensis et Metensis nobis promiserant, acquiras; alioquin vero restat, ut vel primum electum nostrum dominum videlicet Brunonem⁶⁵ nobis reddas, vel, salva tuae paternitatis gratia, aliam nobis necessario incumbit eligere personam, in qua et cleri et populi vota concordent. Non equidem tam nos movent mala quae ipsi sustinemus vel sustinenda expectamus, quam frequens fratrum nostrorum, clericorum, monachorum, sanctimonialium, orphanorum et viduarum eiulatio et querimonia, qua se omnibus periculis culpa nostra expositos misere conqueruntur.

30 11. Ut autem ex tenore huius epistolae perpendere potes, laici, tam liberi quam ministeriales⁷, electioni huius personae se opposuerunt; inter quos Lodoicus quidam burgravius, id est prefectus urbis, homo de familia aeccliae, omnium clericorum, qui huic electioni contradicere nolebant, domos irrupit, et omnia bona eorum rapuit; immo, quod crudelius est, excellentiore tocius aeccliae clericos et altioribus dignitatibus decoratos Metim ad requiendum elegit properantes apud pontem Conchis⁸⁷ per insidias ceperunt, et equis et vestibus ablatis, horrendum dictu⁹ nobiles personas etiam diris ictibus atque percussionibus perturbaverunt. Sed neque pigrum est, nomina eorum memoriae commendare, qui pro libertate aeccliae defendere conantibus¹. Hii autem fuerunt viri strenui et in tribulatione prohasti et in fide constantes: Godefridus maioris domus prepositus, Folmarus decanus⁹⁸, Arnulfus archidiaconus⁹⁹, Theodericus et Bolso archidiaconi¹⁰, dominus quoque Hillinus, adhuc eo tempore¹⁰⁰ subdiaconus¹¹, qui proximo loco predicto domino Alberoni in sedem archiepiscopalem successit, et dominus Bruno, tunc Confluentinus prepositus, postea vero Coloniensis archiepiscopus, frater comitis Adolfi de Monte, quem eius tribulationis tempore Treverenses, antequam dominum Alberonem denominassen, in archiepiscopum omnes unanimiter elegerant. Sed ipse 45 multo labore a domino Innocentio papa absolutionem impetravit, quasdam latentes causas pretendens. Dicebatur autem, quod ambitione dicitur, licet dignitate minoris, episcopatus, hunc noluerit oblatum honorem recipere. Quod etiam ipse postea satis fecit probabile. Parvo enim¹ interposito tempore, ipse in Francia ad studium existens, cum Colonienses quendam Godefridum Xantensem prepositum communis cleri et populi consensu elegissent, 50 hac fama comperta, statim reversus est, et eandem cassari cum fecisset electionem, eundem Dec. 25. accepit episcopatum.

55 a) deest c. b) supercor. c. c) albanensis c. d) a domino c. e) ministeriales c. f) ita cod. consal sunt ed. g) archidiaconi c. h) subdiaconus post corr. subdiaconus c. i) his scriptum c.

55) De huius conventus tempore v. Jaffé, hist. Lo- 58) Idem ap. Hontheim I, p. 520. 526. 530. 531. tharri p. 103. 56) De quo v. infra hoc cap. 533 etc. Günther I, p. 223 nominatur. 59) Cf. 57) Prope Conz ad Saravum fluvium. WYTTENB. Günther I, p. 225. Hontheim I, l.

^{1131.} 12. His itaque modo se habentibus, contigit, apud Remensem civitatem colligi concilium, cui presidebat dominus Innocentius papa secundus; ad quod concidium predictus dominus Albero atque clerici Treverensea diversis studiis convenerunt; isti enim ut electum suum eis reluctantem coactioe domini papae obtinerent nitebantur; ille vero absolvit ab hoc onere et dignitates atque ecclesiastica beneficia, quae propter inobedientiam suam amiserat, recuperare laborabat. Predictus eam dominus Innocentius^a papa, cum post eius sepius iteratam iussionem hoc onus declinaret, eum ab omni officio et beneficio ecclesiastico suspendit. In hoc itaque concilio dominus papa rapi sublimem eum precepit, atque pluviali indutum inter archiepiscopos collocari, ducensque Viennam, et adhuc pro absolutione laborantem in archiepiscopum consecravit. Huius rei fama cum ad Treveros pervenisset, Lodoicus predictus burgavius coniurationem fecit, quod, si umquam dominus Albero civitatem Trevorum intraret, morti eum tradiceret; et ipse Lodoicus iuramento tali addidit, quod ipse futurus esset primus qui in illum irrueret. Causa autem, propter quam predictus Lodoicus in tantum se opponebat domino Alberoni, hoc erat: dominum Godefridum^b archiepiscopum suis artibus in tantum sibi subegerat, quod dicebat, se in beneficio tenere palatum atque omnes redditus episcopales in illud deferendos, et quod ipse pascere deberet episcopum cum suis cappellani, et cetera omnia ad episcopatum pertinentia de suo esse beneficio; ad episcopum autem dicebat pertinere missas et ordinationes clericorum et consecrationes ecclesiarum celebrare; sui vero iuris dicebat esse, terram regere omniaque in episcopatu disponere et miliciam tenere. Unde per singulos dies ad prandium episcopi sextarium vini et duos sextarios cervisiae amministrabat; ipse vero cum multitudine hominum in mensa sua, quasi magnus princeps, cotidie epulabatur splendide, stipatus caterva militum ubique incedebat, et omnibus modis toti terra principabatur. Inde evenit, quod tantum predictus episcopus odium omnium incurrit clericorum, eo quod ipse, spornens consilia et familiaritatem totius cleri, soli laico totum se dedisset, quod ad depositionem eius ceperunt laborare⁶⁰. Ipse autem paupertate oppressus, coram adversaris suis succubuit. Predictus enim Lodoicus non tantum pecuniam, sed omnem quoque sapientiam et rationem eius exhauserat; in utroque enim deficiebat, ut fieri assolet, quotiens aliquis, qui publicis utilitatibus invigilare debet, tanquam ignavus inertis desidia torpore volens, omnem curam et sollicitudinem suam in aliis proicit, nec de se nec de alio volens esse sollicitus. Dicitur enim in proverbio: *Manticam clienti committas, sed prudentiam consili tui penes te ipsum reservas.* Ob similem quoque causam Hildericus rex Francorum a regno depositus est, et ei, cui ipse commiserat regendum, datum est, Pipino scilicet maiori domus, domino papa Adriano approbante. Et quoniam Alberonem virum acris ingenii et in omnibus providum et sibi non futurum obnoxium presiebat Lodoicus, et quia non ferre dominum sed dominari didicerat, ideo ipsi opponebat. Sed visne huic rei audire finem? Audi:

Ovid. Am.
III, I, v. 36.

Hac enim coniuratione comperta, dominus Albero archiepiscopus, cum prius, tanquam episcolpis officii onus subterfugiens, sese a commissa sibi civitate subtraheret, nunc haut aliter quam fluvius, qui obice clausus cum prius silenti tractu quietus incederet, obstaculi quasi indignans oppositionem, strepiti tumultuant undisque spumanibus littora fatigat claustraque disrupit, ut vir inexpugnabilis et impetreritus, collecto multo milite, Treverim adiit. Cui clerici ad Albam portam⁶¹ cum sollempni processione obviantes, honorifice cum hymnis et laudibus studio magno eum suscepert. Lodoicus vero et sui coniurati simuliter ei occurserentes, cum vidissent eum tam magna manu militum stipatum, obtupescentes et mente confusi, pacem statim simulaverunt, et inter omnes primus Lodoicens ad salutandum blanda et humili voce ad dominum suum festinavit, et ad eius osculum accessit.

^{1132.}
Apr.

13. Prtereundum non est, quod cum dominus Albero archiepiscopus venisset Aquigrani ad curiam imperatoris, Lotharius rex noluit eum investire regalibus, eo quod ante recepisset consecrationem episcopalem, quam suam requisivisset investituram; et omnino, ut credebatur, rex se ei opposuisset, nisi quod ipsum tamem virum esse sciebat, qui facile totum orbum sui imperii contra ipsum commoveret; unde et levem satisfactionem ab ipso recepit. Cum enim ex comuni consilio principum iuramentum regi obtulisset, quod non ad diminutio-

^a I. c. *sepius.* ^b G. c.

60) V. Gesta supra p. 200 edita. 61) De qua v. Gesta c. 3.

nem sui honoris hoc factum esset, sed a domino papa coactus ad consecrationem accessisset, 1132. dominus rex iuramentum ei remisit, et regalia sceptro regni ei concessit. In eadem quoque curia Lotharingiae ducem Symonem, fratrem regis⁶², excommunicatum pronunciat, et in Apr. 10. die sancto paschae, dum legeretur euangelium, eum exire acclesiastis compulit⁶³.

14. Nec hoc silentio dandum, quod, cum acceptis regalibus Treverim intraturus esset, inter omnes reditus episcopales non potuit tantum reperiri, unde prima die posset ei servitum preparari. Omnia enim ad episcopatum pertinentia aut oppignerata erant, aut predictus Lodoicus et sui coniurati ea se in beneficio tenere dicebant. Eapropter dominus archiepiscopus aliquid contra paupertatem providens, a domino papa Innocentio impetraverat, quod reditus ecclesiasticos, quos ante episcopatum tenuerat, per spaciū trium annorum ei tenere concessit. Cumque vinum et annonam suam et cetera ad victum suum pertinentia secundum antiquam consuetudinem in palatum deferrentur, predictus Lodoicus omnia includens, non nisi quantum sibi placebat, sicut cum antecessoribus suis consueverat; ei per singulos dies distribuebat; cetera vero ipse cum suis expendebat. Quod cum dominus archiepiscopus aliquandiu tolerasset, ille Lodoicus in tantum patientia eius abusus est, quod quadam die in postmeridianā, cum extranei quidam ad curiam venissent archiepiscopi, et ipse, ut consuetum est, curiis iuberet propinari, et cum venissent ministri eius ad palatum pro vino, procurator Lodoici respondit, se nichil dare illis, nisi dominus Lodoicus preciperet. Haec et his similia cum sepe passus esset, tandem visum est ei hoc malum intolerabile. Eapropter Palaciolum, Iulii Cesaris castrum, iuxta civitatem situm, eo tempore situ et vetustate dirutum et inhabitabile, multis sumptibus restruxit, et virtus sua illuc deferri iussit; et tunc sarcasmum talem protulit: *Nunc habeat Lodoicus suum palatum.* Postea vero per triennium mansionem ibi faciens, studium suum ad hoc omnino adhibuit, ut redditus episcopales absolutos faceret, et curiam Humah⁶⁴ prc. 300 marcis redemit, quam predecessor eius dominus Meinherus invadiaverat; et cetera fere omnia ad episcopatum pertinentia dominus Albero redemit, a domino Godefrido archiepiscopo aut invadiata aut in beneficium data. Tandem Lodoicus vacuum suis sumptibus servans palacium, ad tantam devenit humilitatem, quod nudis pedibus in laneis Palaciolo ad pedes se provolvit archiepiscopi. misericordiam petens et palatum resignans.

15. His diebus dominus archiepiscopus multa colligendo factus est valde habundans in rebus, et cotidie succrescens, ad quedam magna quae mente gerebat preparationem faciebat. Abbatiam enim sancti Maximini, ex antiquis privilegiis⁶⁵ a ecclesiae suae in fundo beati Petri esitam et de iure antiquo ad suam pertinente dispositionem intelligens, omnino animum apposuit, quomodo eam de potestate regis eriperet et sua a ecclesia restitueret. Propter quod 1136. in expedicionem Italicanam cum rege Lothario prefectus est cum centum milibus secundum estimationem⁶⁶, sed secundum veritatem cum sexaginta septem; pulsoque Rogerio rege Sicelio de finibus Apuliae, quam occupaverat, dataque ea Reinaldo duci, et recuperatio beati Petri regalibus, cum imperator reverteretur, in valle Tridentina communī mortalium sorte in fata lapsus est. Ipse autem dominus archiepiscopus a domino papa Innocentio legacionis 1137. officio decoratus⁶⁷ cum reverteretur, ad montem Romaricum⁶⁸ perveniens, audivit fama referente, quod comes Otto de Reneka ex acie regis ab Italia mandaverat fratribus duobus Guarnero et Iohanni de Nantersburch⁶⁹, quod castrum suum Arraz per insidias caperent, et se hoc effectui fore mancipatum. Cumque post multos labores quietem sperasset, et nunc denuo videret tot tantasque sibi imminere curas, animum viriliter contra adversa obfirmans, per coronam suam iuravit, se nunquam barbam suam rasurum, nisi et suum castrum Arraz prius recuperasset, et illorum fratum, Guarneri scilicet et Iohannis, Nantersburch destruxisset.

a) ei i. ei c.

62) Natum Theoderico duce et Hadwide vidua Gebhardi de Supplenburg. 63) De eius reconciliatione 50 a. 1132. v. Symonis et Alberonis chartas ap. Hontheim Hist. I. p. 519. 520. 64) fortasse Hombach in Popponis charta, ap. Günther I. p. 124. Hontheim minus recte Limbach legit. 65) In falso Dagoberti regis diplomatico, Hontheim Hist. I. p. 76, ecclesia „in praedio S. Petri constructa“ dicuntur. De hac re archiepiscopos et abbates diu litigasse, no-

tissimum est. 66) In Conradi III. diplomate hac de re edito, Hontheim Hist. I. p. 542, legitur: *cum . . . archiepiscopus Adalbero . . . eidem imperatori (Lothario) pro hoc maxime consequendo beneficio in expeditione Apuliae cum magno periculo et sumptu fideliter deseruisse etc.* 67) V. Innocentii bullam ap. Günther Cod. dipl. I. p. 226. Cf. Hontheim Hist. I. p. 536. 68) Remiremont. 69) prope Lutzenrath, at notat Hontheimus.

1137. diligens quoque omnes Tullensis et Metensis terrae principes, cum magna milicia Treverum pervenit, et utrumque castrum, Arraz scilicet et Nantersburch, simul obsidione cinxit, et Nantersburch destructo atque Arraz recuperato, cum triumpho magno Treveris reversus est. Taciturnitati quoque denegandum videtur, quod predictus dominus Albero ab eadem expeditio revertens, predecessoris sui archiepiscopi Meinerti reliquias Parmae per vim abstulit, et 5 Treverim secum attulit. Predictus enim dominus Meinerus Conradum, postea regem, cum Lothario esset superpositus, ut vir magnanimus excommunicavit. Unde pro negotiis aeccliae suae ipsum Romanum properanter idem dominus Conradus, postea rex, cepit, et Parmae 10 pro magna pecunia loco pignoris posuit. Ubi etiam in carcere defunctus est⁷⁰. Idem autem Conradus^a, tunc superpositus rex, in predicta expeditio Lothario regi reconciliatus est, et 15 domino Alberoni archiepiscopo, quia penes eum regni videbat robur et mentem existere, sese familiaritate magna et servitio adiunxit; et tanta tunc coniuncti sunt amicicia, quod post obi-

1138. tum Lotharii imperatoris omni studio dominus Albero ablerans, contradicentibus fere omnibus regni principibus, eum in regnum sublimari ^b Effectus enim sua magna industria, quod dux Fridericus, frater Conradi regis, et Bochus Wangionum episcopus, cum ipso Conrado ad colloquium Confluentiam convenerunt. Ad quod colloquium Coloniensis archiepiscopus Arnulfus occurrit; et tandem post multa consilia dominus Albero archiepiscopus

Mart. 7. Mart. 13. Conradum in regem elevavit, et Aquasgrani cum magna deducens multitudine, regali unctione confirmavit in regnum. Postea cum Saxones cum duce Heinrico, Lotharii regis genero, diem et locum Conrado regi Heresvelde prescrispsissent, ut belli discrimine decernerent 20

utrum recte regnare inciperet nec ne, et dominus archiepiscopus se venturum cum 20 militibus cum promisisset: quingentos adduxit milites, et trigesita vini carratas et immensam copiam victualium secum advenit, carris fere opinione infinitis. Ibi Albertus junior, tunc Magontinus episcopus, omnimodis laborabat, ut ad maiorem discordiam hoc malum excresceret. Ipse autem dominus Albero Dei adiutorio elaboravit, quod in pace ab invicem separati 25 sunt, cum tamen multa milia magno odio ad pugnandum convenienter. Ipse vero archiepiscopus Albero, omnibus in pace compositis, singulis principibus singulas misit vini carratas, et maxime Saxonibus. Et notanda in hac re subtilitas ingenii domini Alberonis. Perpendit enim, plus conferre ad victoriam atque ad accendendos animos virorum vini copiam et aliorum victualium quam multa milia famelicorum.

16. His ita peractis, abbatiam sancti Maximini pro hoc atque aliis servitiis a rege Conrado accepit. Patronatum enim predictae ecclesiae, quem rex longo tempore tenuerat, ipsi rex restituit. Hac re per famae volatilem auram comperta, monachi, qui tunc temporis in ecclesia predicta valde enorimenter vixerant, omne argentum et aurum, quod in diebus illis in monasterio illo multum habundabat in textis tabulis, imaginibus variisque ornamentis, lapi- 35 desque preciosos et gemmas⁷³, ante redditum archiepiscopi colligentes, comiti de Namuco, qui eo tempore terram de Luzelenburch tenebat⁷⁴, dederunt, ut arma auxiliaria eius ferret, et

^c 75 quia advocatus esset ecclesiae⁷⁵/ dominium archiepiscopi et potestatem ab eis suis viribus removeret. Nunc opus est animis; nunc sese nobis insuperabilis offert materia, et quae non meum dissolutum stilum, sed magnum quempiam requirat poetam. Quis enim dictis equare possit fortia facta huius viri Alberonis atque suorum contra tirannum predictum, arte, ferro, flamma, fame atque inexplicabilibus Martis casibus per septem annos decertantium? Haec viribus Homeri sufficiens esset materia, si tamen ipse materiae sufficeret. Quod si singulorum hinc inde facta virorum inclita et in Martis congressionibus varios bellum eventus et nunc horum nunc illorum cedentium vel impellentium diversas fortunas poetica vellel' arte simula- 45 lare, vel secundum hystoricorum peritiam, singula callida narratione renovando, tanquam ea ante oculos videoas fieri, tibi, o lector, representem: aut oneri, quod verum est, succumbe- rem^e, aut non impar Virgilio vel Stacio, Tito Livio^d vel Iosepho invenirer. Quod si etiam

a) C. c. b) vocabulum deest c. procuravit ed. d) Ivo c. (e corr.)

70) V. supra Gesta cont. c. 28. 71) V. Jaffé hist. Conradi III. p. 5. 72) Diploma editum est ap. Hont-heim I. p. 541. 73) Verum ut novo praesul (abbati Sigero) suaeque ecclesias caverent, aportata ecclesiae pretiosiore supellectile, utensilibus etiam quibusdam confractis, ut facilius transferrent, in diversa dispersi (monachi) cum privilegiis monasterii antiquioribus,

guorum non exigua pars eo funulis perit. Ex 50 prologo Libri aurei ms. S. Maximini. WYTT. 74) Hen- ricus, cognomen Coetus, comes Namarcensis, qui duxerat filium Conradi Luxemburgensis, et Luxem- burgensem comitatum adeptus est a. 1136. WYTT. 75) De qua cf. Zyllesius, defensio abbaticae imperialis 55 8. Maximini c. 3.

sufficerem, non esset tibia tanti^a. Minus enim esset hoc opere, propter quod fit, opus. Sed nee puto, eum solum, qui hoc bene perficeret, minus laudandum, quam omnes eos, quorum gesta propriè expressisset. Sed nunc nichil aliud a' me expectes, nisi quod summatum singula perstringam, ne penitus eterna oblivione deleantur.

17. Eo igitur tempore, cum vacaret ecclesia sancti Maximini pastore, elegerunt monachi abbatem monacum quendam de ecclesia Leodicensi, fratrem quorundam qui consiliarii erant comitis Namucensis, ideo ut illorum consilii acrius in furorem suum comes cotidie accenderetur. Quem^b Romam magnis sumptibus ducentes, contra voluntatem archiepiscopi^c a domino papa Innocentio benedici fecerunt in abbatem; et^d ammiratae sunt turbae de tam subita rerum mutatione, scilicet quod Romana ecclesia talem tantumque virum tam graviter molestavit, qui tot labores totque pericula pro ipsa sustinuerat, et qui tam nuper in tanta gratia apostolicae sedis exstiterat, qui et pro papa Innocentio Lothario regi in tantum se opposuerat in expeditione supra dicta, quod ipse archiepiscopus et rex ab invicem non sereno animo discesserant^e.

18. Preterea tempore huius guerrae, quae erat inter archiepiscopum et comitem, fratres de ecclesia Confluentina eum quoque infestare ceperunt. Prepositum enim contra [eius^f] voluntatem elegerunt, virum nobilem dominum Lodowicum de Ysenburch; cum quo Romam magnis expensis pergentes, litteras apostolicas retulerunt domino archiepiscopo suae voluntati contrarias. Quas cum domino archiepiscopo in sinodo residenti obtulissent, ipse ex animi commotione ipsas in terram deiecit. Unde apud dominum papam Innocentium accusatus, ab ipso est vocatus ad diem prescriptum. Et cum ad diem non venisset, episcopali est officio suspensus. Haec mala omnia venerunt simul super illum, et de omnibus his liberavit eum Dominus. Romam enim veniens efficit, quod abbas Sancti Maximini obedientiam ei promisit et iuramento ei fidelitatem fecit et electionem Confluentinorum cassavit. His absolutis,^g 1140.

22. ad coenitatem redeamus.

19. Comes itaque in principio huius discordiae ex improviso, antequam domino suo fidelitatem contradixisset, cum mille quingentis milibus Treverensi appropinquit civitati; et Treviri non erant premuniti, nec vallo nec muro adhuc cincti, et longa pace bello dissueti, et ipse archiepiscopus aberat, in curia regis existens. Potuissetque civitatem tunc multum gravasse, si Deus hoc malum non avertisset. Sed comes Fridericus de Vianna^h tunc forte fortuitu erat in civitate, et occurrentis Namucensi, multis persuasionibus eum redire fecit, demonstrans, magnam fore ipsi et perpetuam infamiam, si quid tale contra dominum suum comitteret, antequam dominio suo renunciasset; presertim contra maiestatem regiam hoc fore, si archiepiscopo ex mandato regis in curia comoranti malum aliquod inferret. Reversus autem 35 a curia archiepiscopus, omnibus modis ad pacem cepit laborare et comitem a cepto revocare fure. Ille autem per episcopatum incendia, rapinas, cedes exercebat. Tandem archiepiscopus cepit sese defendere. Et quia nunc ad finem propero, multa pertransi, sunniam geritorum hanc colligo.

20. Rodolfi montemⁱ bis cinxit et secunda obsidione destruxit, castrum scilicet, quod 40 omnibus modis insuperabile videbatur. Novum castrum, quod Mercurii mons dicitur^j, edificavit, timens Ne Namucensi montem illum occuparet, quod quasi in corde terrae suae erat. Manderscat castrum^k, natura loci munitissimum, cepit et usque ad obitum suum retinuit. Gerlandam^l, Zolveram^m cepit, et 30 munitiones comitis Namucensis aut cepit aut destruxit. 45 Epternacum quoque cepit, in quo comes militiam tenere solebat. Sed inter primam et secundam Rodulfi montis obsidionem bello congressi sunt archiepiscopus et comes in aperto campo. Quod tale fuit. Cum primo archiepiscopus Rodolfi montem obsedisset, comes Pala-

a) quedam deesse videntur. b) deest c.

76) Sigerum; cui Innocentius papa a. 1140. privilegia et immunitatem confirmavit; Hontheim Hist. 50 I, p. 543. 77) Huc pertinet epistola 179. S. Bernardi a. 1140. scripta, qua Alberonis partes apud Innocentium II. papam tuerunt. EIudem argumenti est epistola 180. WYTT. Quas vide ap. Hontheim Hist. I, p. 546. 78) Cf. Gesta metr. v. 140 sqq. 55 79) Vianen. 80) Rudolfsberg arx erat Luxemburgensis, Treviris haud procul distata ad ripam

Sarac. WYTT. Roulmont dicitur, Hontheim I, pag. 554; Rudolfsberg, Günther I, p. 386. 81) Montmedy. 82) Manderscheid. 83) Cuius situm nemo indicat. 84) vulgo Zolver dictum, in territorio ducatus Luxemburgensis, quatuor leucas et dimidiam a Luxemburgo situm. Supra collem, hodie der Zollwerknopf, dictum, olim huius familiae castrum extebat, cuius hodie nequidem rudera vel minima extant. WYTT.

ciolum invasit, et ignem in ecclesiam sanctae Mariae iniciens, munitionem quoque archiepiscopi cremare sperabat. Quae fama cum ad archiepiscopum pervenisset, obsidione soluta, tota nocte properavit cum milicia sua, ut improviso hosti superveniens, inopinato terrore con-⁵ cussu suas vires ostenderet. Comes vero per exploratores eius presentiens adventum archiepiscopi, in fugam conversus, nocte illa in villam episcopi Witelich se recepit; equos et ho-¹⁰ mines reficere volens, et nichil repperiens, villam totam concremavit; et inde transiens, cum iuxta abbatiam quae Claustrum dicitur⁸⁵ pausare vellet et panem frangeret — famelicus enim erat — exercitus archiepiscopi iam sibi immixtum prenunciabatur; et ipse velociter cum suis fugam arripiens, cuidam de fratribus ad se vocato per adiurationem contestata iniunxit, ut archiepiscopo se insequenti hec verba referret: *Deus non meliorem diem vel noctem ei, scilicet 15* archiepiscopo, *concedat, quam duos dies et duas noctes continue habui. Qui cum duobus diebus ieiunaverim, etiam tertio die paucillo panis me vellent refocillare, ab eo non sum permisus.* Consequens ergo archiepiscopus comitem, cum eo pugnam acrem commisit. Comesque terga vertens, beneficio velocis equi vix aufugit, suorum plurimis captis, multis etiam cesis. Inde-²⁰ que archiepiscopus ad Rodolfi montem revertens, ut supra dictum est, destruxit. Tandem 1144? comes omnibus viribus deficiens, per regem Conradum, in expeditionem Ierosolitanam Dec. tunc iturum, apud Spiram, gratiam domini archiepiscopi magno labore multisque conatus 1147¹ Iao. requisivit, et cum magna difficultate impetravit; iurisurandi religione confirmans, quod pro hac causa contra ecclesiam Treverensem de cetero arma nullatenus ferret, et quod Rodolfi montem nec reedificaret nec reedificari permetteret, et quod Mandersceat nunquam per vim 25² vel extorsionem aliquam repeteret⁸⁶. Epternacum vero et cetera castra sive municiones eius dominus archiepiscopus comiti reddidit, et de beneficiis, quae in casamento comes plurima tenuerat ab ecclesia Treverensi, archiepiscopus ea reddidit quae tempore huius discordiae suis non dederat fautoribus. Sicque et abbatiam obtinuit et de comite gloriosam victoriam. Post hoc alia quoque multa perfecit.

21. Arraz enim castrum suum comes Fridericus de Vianna; cum unius turris custos ab archiepiscopo esset constitutus⁸⁷, totum sibi usurpaverat, et rapinas multas in flumine Mo-³⁰ sella exercebat. Quod iterum recuperans, comitem Fridericum inde ejecit. Post hec omnia multum exhaustus^a propter magnas et varias expensas quas in guerra fecerat, pacem de cetero habuit; quia post hec nemo bello ipsum lacerare attemptavit; et plurima denuo re-³⁵ colligens, palatum suum et omnia castra sua multo vino et omnium victualium genere im-
plicvit, ne, si quis eum iterum iniuria aliqua provocaret, inparatus inveniretur.

1147. 22. In diebus illis contigit, dominum Eugenium papam in Franciam venire; cui ipse Apr. 20. Provinaco⁸⁸ cum occurisset, pascha cum ipso Parisius celebravit, et ibi ecclesiae suae pri-⁴⁰ vilegia et de primatu ecclesiae suae et de abbatis sancti Maximini renovando roboravit⁸⁹; ibique a domino papa et a rege Franciae Lodooco atque a comite Theobaldo⁹⁰ valde decentibus donis honoratus est. Inde recessurus, dominum papam ad domum suam invitavit. Clericum quoque quandam Baldricum nomine⁹¹, juvenem etate, de episcopatu Leodiensi ex castello Florinensi⁹² ortum, cum audivisset in curia domini papae causas dicentem et sepe apposite perorantem, secum a Parisius Treverim adduxit, et magistrum scolarum in domo 45 sancti Petri constituit; et quamdiu vixit, valde eum carum et familiarem habuit. Nec longo intericto tempore predictus rex Franciae et filius Theobaldi comitis Heinricus transitum ha-⁴⁵
93 buerunt per villam sancti Arnualis⁹³; quod dominus archiepiscopus presciens, servitum utri- que seorsum tam grande et tam magnificentem transmisit, quod ipsis nec prescientibus ex in- proviso dum offerretur, valde sunt admirati.

23. Eodem vero anno, dominica qua cantatur *Ad te levavi*, dominus papa Eugenius Nov. 29. Treverim venit, sicut invitatus a domino archiepiscopo fuerat, et sabbato ante predictam do-⁵⁰ minicam in ecclesia sancti Eucharii honorifice hospitatus est. In ipsa autem dominica cum maxima veneratione et clero et populo cum inconsuetae processionis ornatu atque recordabili sollempnitate in templum est introductus, conduceditib[us] eum a dextris domino Alberone, a

a) exhaustus c.

85) scilicet Himmerode; cf. Alberonis chartam a. 1138, heim Hist. I, p. 557. 88) Provins. 89) Euge-
ap. Honth. Hist. I, p. 539: *et locum illum Claustrum* mi bullam vide apud Hontheim Hist. I, p. 556.
appellari fecimus. 90) V. Conradi regis diploma hac de re datum, Hontheim Hist. I, p. 554. 87) V. di-
90) Bleſensi, Carnotensi ac Trecensi. 91) Libri 55
huius scriptorem. 92) Florines. 93) in Lo-
diploma hac de re datum notata dignum ap. Hon-
tharingia.

sinistris vero Arnulfo Coloniensium archiepiscopo, precedentibus vero multis episcopis Germaniae, Belgiae, Franciae, Angliae, Burgundiae, Tosciae, et ex omni natione quae sub celo est. Sed nec cardinales enumerare piget, qui cum domino papa Eugenio Treverim venerunt. Viri enim fuere vultu, habitu, gestu, scientia, moribus honorabiles, et pro sua magna honestate immortali recordatione digni. Haec autem eorum sunt nomina, quae melius in libro vita utinam scripta sint⁹⁴: Episcopi cardinales: Albericus Hostiensis,⁹⁴ Himerus Tusculanus; presbiteri: Guido Summanus, Haribertus S. Anastasiae, magister Gundodens, vir valde litteratus, legum et iuris peritus, Iulius S. Marcelli, Hugo Novariensis, magister Hubaldus, Gislebertus S. Marci, Iohannes Papiro; ex diaconis autem: vir nobilis genere Ottavianus, et moribus nobilior, honestate et liberalitate notandus, specialis amatore Theutonicorum, Guido Cremensis, vir alti sanguinis valdeque curialis et honestus dulcique eloquio, Odo Bone case, mansuetissimus homo, ex Romanis ortus nobilibus, omnibus affabilis et pius, Iohannes quoque S. Mariae novae, vir dulcissimae affabilitatis, sanctimonia morumque exornatione decoratus, Gregorius quoque S. Angeli, vir ingenii vivacis, promptus et expeditus ad omnia quae honestati et ecclesiae Dei utilitati convenient. Quid dicam de lacineto, qui omnem iacinctum splendore sue virtutis vincebat, qui eloqui sui dulcedine omnes in amorem sui trahebat, quem audire atque videre, honestatem discere erat? Sed nec Guidonem tacebo Pisanius, virum prudentissimum et breviloquentem notabilem. His omnibus archiepiscopus per duodecim ephodinas continue largitus est necessaria in tanta habundantia, quod ipsi quoque fatebantur, copiam pleno cornu venisse ad ipsos. Quid referam de supervenientibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, archidiaconibus, prepositis, ducibus, comitibus, ad dominum papam Treverum venientibus, quorum ne unum quidem largitatis reliquit immunem? Natalis Domini sollempnitatem tunc Treveris celebrata quid ita dictis Dec. 25. explicare queat⁹⁵, ut tu, qui non viseris, intelligere vel imaginari possis? Quam putas pompa processionis in die sancto fuisse, cum dominus papa cum nacco equitans, precedentibus cardinalibus et episcoporum multitudine, in equis albo coopertis, ad ecclesiam sancti Paulini processit, indeque revertebas, missarum sollempnia cum tanta populi frequentia peregit, quod in tota sancti Petri ecclesia nec spacium pedis vacuum reperire posses. Quid si diceres, qualiter in die sancto, sollempni peracto officio, ex una parte dominus papa cum suis cardinalibus, et ex opposita parte dominus archiepiscopus cum illis qui illuc convenerant episcopis, infulati in mensis ex adverso oppositis residebant? Quia arte aliquis tot et tantas computare queat expensas? Dicerem quidem, quod ante domini papae adventum⁹⁶, domum quae papae dicitur, tria habentem intersticia secundum altitudinem, infra sex ephodinas construxit, et dominum quae Ierusalem dicitur fere destructam reparavit. Sed quamvis taceam, res ipsa loquetur et in memoriam revocabit.

24. Nunc ad hoc transeo, quod dominus papa Eugenius a Treveris recedens, Remis^{1148.} Mart. 17.
celebratur concilium mediante quadragesima pervenit. Ad quod concilium dominus archiepiscopus Albero tam magnifice pervenit, quod omnium oculos in se et ora aperuit. In camerula autem de corio facta, lineo panno intrinsecus decenter obducta, inter duos ferrebat⁹⁷ tur equos, quod cunctis visu erat mirabile. Senectute enim iam laborabat, longisque fractus deficiebat laboribus. In hoc igitur concilio prior in ordine cunctis residens episcopis, relegi de primatu sedis sue plurima fecit privilegia super omnem Belgicam, Galliam atque Germaniam. Quibus auditis, Remensis archiepiscopus non mediocriter turbatus est. Unde et homines illius cum hominibus suis turbationem facientes, aliquos ex eis vulneraverunt. Quod ipse dominus archiepiscopus Albero valde ferens indigne, minabatur, Ivo⁹⁸ se sessurum⁹⁹ et Remensem vastatrum episcopatum. Tandemque ad hunc finem res est perducta, quod Remensis archiepiscopus cum Suectionensi ad hospicium pervenit et homines qui hanc culam commiserant in eius potestatem dedit.

25. Eodem anno mense Septembrio cum palatinus Herimannus castrum Tris⁹⁹ occupas- Sept.
set et edificiis firmasset, Otto comes de Reneca castrum predictum cum terra attinenti huic archiepiscopo et ecclesiae suae dedit, ut ipse illud recuperaret. Quapropter castrum predictum obsedit. Palatinus autem collectis omnibus viribus suis ad liberandum castrum venit; ad introitum silvae, quae castro adiacet, castra metatus est. Archiepiscopus vero ex oppo-

a) E. c. b) quat c. c) advent. c. d) coistro c.

55 94) Quibuscum cf. subscriptiones in Eugenii chartis, ap. Günther I, p. 311 etc. 95) Ivois. 96) Treis.

1148. sita parte, acie instructa equitum peditumque, per tres dies eius prestolabatur adventum. Illic videres galeas nitentes, loricas splendore diem superantes, clipeos cornucho sole circumpositos montes illustrantes. O quam intrepidos vultus virorum conspiceres! Quam impacienter moram hostis tardantis ferebat! Quae preludia militum cerneret pugnam simulatum in armis! Quam brevi spacio equum ferogem circumferri videres! Quales militum obviationes in equis, quali hastas fragore discindi perspiceres! Quales audires clamores horum insequentium, illorum terga vertentium! Qua arte simulatam attenderes fugam, quam subitas modo fugientium reflexiones, et precipiti cursu versam fortunam eorum qui iam sequerantur terga impellentum! Ibi notares milites modo condensatos, modo subito sese aperte, incursanterque hostem ingeniose quasi cedendo in sinum recipere, reflexisque cornibus 15 eum concludere; mille ibi artes, mille fallendi modos discere dabatur. Interim archiepiscopi explorator copias palatini perscrutatus advenit, qui illum iam adventantem et ad pugnam paratum prenuntiat. Tunc videres senem illum, iam toto defectum corpore, acies peditum ordinare, equites militari arte disponere, notos ex nomine singillatim appellare, de ignotis qui sint ita interrogare, ut ex ipsa interrogatione non solummodo noticiam, immo etiam 20 familiaritatem tanti principis sibi adquisivisse viderentur. Tunc exhortatoriam orationem, tenens crucem archiepiscopalem in manibus, cepit ad armatas acies tali modo facere: *O vos amici beati Petri! O sanctae defensores ecclesiae! qui hodie pro Deo atque pro iusticia mortalia corpora vestra hosti gladio opposuistis, nunc veniat vobis in mentem beatus Petrus, cuius milites hodie existitis; credatis eum cum magna sanctorum cetera invisibilibus clipeis hodie vos 25 protegere; certi estote de victoria. Respicite hoc signum crucis, hoc, inquam, signum terrible adversarii Ihesu Christi. Hec est crux, in qua Herimannus comes palatii mihi iuravit fidelitatem, die illa qua advocatum ecclesiae nostrae ipsum constitui, die qua illas vires illamque potentiam ei confuli, per quam modo me infestat. Tunc predixi ei in hac cruce esse de ligno Domini, in quo ille, cuius hec sacrosancta resulget imago, de teste humani generis triumphavit, 30 multorumque sanctorum venerabiles reliquias in hac cruce indicavi contineri. Ipse vero palatinus tenens manum super hanc sanctam imaginem iuratus est michi in haec verba: „Hunc Dominum, hunc pro nobis crucifixum, do vobis, domine archiepiscope, fideiussorem, et iuro vobis per eius virtutem, quod nunquam aliquid contra vos faciam, et quod in omnibus vestris necessitatibus cunctis viribus meis omniq[ue] potentia mea vobis fideliter assistam.“ Nunc ergo 35 scatis omnes, quod hunc fideiussorem, Christum scilicet dominum, in hac sua sacra imagine portabo ante illum, ingeram eum oculis illius, hunc sui iuramenti testem illi demonstrabo. Sed nunc, o fideles Ihesu Christi, qui vitam et sanguinem vestrum pro defensione ecclesiae suae offertis, preparate corda vestra Domino, mundate conscientias vestras, et quia non vacat ut singillatim faciatis confessiones, generali michi pastori vestro facile peccatorum vestrorum 40 confessionem; et ego, protestate a Deo nobis tradita, faciam vobis per officium nostrum indulgentiam et remissionem omnium delictorum vestrorum, ut, si quis hodie ex hac temporali et incerta vita evocatur, transeat ad meliorem vitam, scilicet aeternam. Tunc cum accepisset omnium communem confessionem, indulgentia facta et absolutione, benedictionem super eos faciens, ita omnes animavit, quod nec in uno signum timiditatis apparuit. Ipse vero archiepiscopus vexillum comiti Namucensi commisit, crucem autem propriis gestabat manibus. Haec cum ita se haberent, palatinusque per exploratores rescisset se non sufficere ad committendum pugnam contra acies ita animatas, misit legatos ad archiepiscopum, et verba precantia mandat; et ut cito ad finem veniam, hoc impetravit, ut sui qui erant in castro illesi abirent, et de castro suo archiepiscopus suam expleret voluntatem.*

26. Nunc de moribus eius et consuetudinibus paucâ narrare michi libet; alienos enim in omnibus gerendis et valde inusitatos mores habebat. Corpore tardus et opere et sermone erat. Omnis diutissime pertrahebat; nunquam vel admodum raro properando aliquid agebat, sed omnibus tantam moram innecetebat, quod gravis valde et morosus omnibus videbatur et tedium tam suis quam alienis inferebat; et cum pro nimis sua tardatione res quelibet, quam 50 incepturus erat, desperata esset, tamen optato fine terminabatur. Nec in ambulando, nec in equitando, nec in dormiendo, nec in vigilando aliquorum hominum consueta tenebat. In ambulando ad manus trahebatur; sciaticus enim erat; et propter eandem infirmitatem strepas in arcu sellae, cum equitaret, pendentes habebat, et iambam sinistram super collum equi tenebat, quod cum morbi coactione faceret, ab aliis pro raritate facere videbatur. Noctu in con-
a) exhortariam c.

silis sive in collationibus esse solebat usque ad conticinium sive ad galli cantum, sepe quoque usque in diluculum, dormiebatque sepissime usque ad duas diei horas. Ad mensam post horam consuetam tarde accedebat, et diu valde in ea demorabatur, disputando et conferendo valde hylariter cum clericis suis de sacris scripturis et sanctorum patrum sententiis. Magnam enim multitudinem religiosorum et litteratorum secum habere solebat. In sacris mysteriis altaris plus quam homo videbatur, ad quae nunquam sine lacrimis et maxima compunctione accedebat. Pontificalibus enim ornamenti indutus, angelus Domini videbatur; angelico enim vultu relubet, et tanta devotione celestia illa tractabat sacramenta, quod cum in secretis moraretur, contemplatione et oratione coelos penetrare videretur. Cum sermonem ad populum faceret, tunc quia tardus erat in sermone, tunc quia Gallica lingua natus in Teuthonica non erat expeditus, tunc quia nimis profunda tractabat, explicare vix poterat ea quae ceperat. In proverbii et similitudinibus fere omnia dicebat; quorum supra omnes qui in nostram venerunt noticiam homines copiam tenebat. Elemosinas quam largissime et cotidie faciebat. Phisioniam admundum sciebat, adeo ut diversorum aspectu vultuum secreta discerneret mentium et morum. Ad regales curias quando veniebat, spectaculum omnibus erat; solus admiratione dignus videbatur; comitatus et expensae magnificentia omnes alias principes obscurabat; iocunda loquutione et hylarissima proverbiorum suorum interpositione tam regem quam principes letificare solebat. Novissimus et diu exspectatus ad curiam vel ad quelibet veniebat colloquia, ultimusque recedebat; nunquam in singulis conventibus, nisi auditis aliis, suum aperiebat consilium. Ego Baldricus, qui hanc scriptiunculam feci, uni curiae interfui, quam Francovordium petiit sub rege Conrado⁹⁷ cum 40 navibus cameratis,⁹⁸ exceptis liburnis et honerariis atque coquinariis ratibus.⁹⁹ In qua curia 8 comites et ducem Lotharingiae Matheum atque Heinricum ducem de Lenburgo secum habuit, clericorumque atque militum multitudinem tantam, quod omnibus qui videbant ammirationem faciebat.

25 Magistrum quoque Jarlandum Bisintinum¹⁰⁰ et magistrum Teodericum Carnotensem¹⁰¹, duos fama et gloria doctores nostri temporis excellentissimos, secum in sua ducens navalium cammenata, in illorum disputatione et collatione valde delectatus est, et a curia domum reversus, decentibus donis largiter honoratos ad propria letos remisit. Hoc tamen nescio an memoria sit dignum, quod cum a predicta reverteretur curia, ideo quoniam Moguntinos exosos 30 habebat atque foris tantum suspectos, civitati illorum appropinquans, vexilla singulis ex navibus erigi, milites in cipeis auro fulgentibus, loricis, galeis, argenteum nitore superantibus, ostentare sese precepit; tubis et cornibus armorumque strepitu¹⁰² et horrione virorum concentu adventans totam permovit civitatem. Illic ex tota urbe homines concurrebant, mulieres clamare, et quasi urbs iam capienda foret, undique tumultum atque pavorem conspicere.

35 27. Tandem finem narrationi facturus, de fine et transitu et testamento eius pauca dicam. Confluentiae in epiphania Domini curiam magnam tenuerat, et treugas inter comitem de Molbach¹⁰³ et comitem de Zeina¹⁰⁴ acceperat. Hii pro Bunnensi comitatu diu guerram ad invicem habuerant, quibus hinc inde fere omnis inferioris regionis nobiles favebant¹⁰⁵, terraque omnem vastaturi erant, si ipse suo consilio non intervenisset. Hoc enim in consue-^{1152/1an. 6.}
40 tudine habebat, frequenter suffraganeos suos et principes ac nobiles de provincia sua congregare, et stipendia largiter illis amministrare, et pro statu ecclesiae et pace patriae cum ipsis tractare. Et quod nunc dicere ceperam, statim post epiphaniam febris acutae diris ardoribus accusens, et plereusis¹⁰⁶ passione constrictus, de vita dubitate incipiens, viros religiosos, abbatem Sanctae Mariae de Sprinkenbach¹⁰⁷ Richardum, abbatem Sancti Eucharii Ber-
45 tolfum, et plerosque alios convocavit; factaque omnium peccatorum confessione, oleum unctus est secundum beati Iacobi institutionem, et sacrosanctum corpus Christi sumpturus, magnae fidelitatis et verae ac catholicae fidei significativa verba protulit. Sic enim magnanimus heros, catholicus pastor, memoranda voce exorsus est: *Audite, fratres mei karissimi. Vos abbates et viros religiosos ideo convocavi, ut in presenti ecclesia et in universalis in fine mundi ex sanctis*

50 a) let² c. b) strepitus c. c) ubris c. d) favebat c. e) ita c.

97) aut a. 1147. Martio aut a. 1149. Augusto mense; investigatorem. WYTT. 1) Albertus comes de v. Iaffé l. l. p. 118. 171. 98) V. Histoire littéraire de la France, Tom. XII, p. 275. 99) Johan- Molbach a. 1158—1175. in chartis nominatar ap. Gunther, Cod. dipl. Rheno—Mosell. Vol. I. 2) Sayn-nes Sareshiemensis lib. I. Metalog. cap. 5. de hoc 3) monasterium a. 1107. fundatum; v. Hontheim I, p. 483.

1152. angelis et hominibus congreganda ecclesia testes michi meae verae fidei assistatis, et oratione
 ian. vestra, ut hec fides me salvet, adiuvet. *Hoc quod presens cerno in specie panis, credo esse*
verum Christi filii Dei corpus, quod in virginali albo Mariae interemerata virginis, obumbrante
ipsam Spiritu sancto, sicut manet in presenti, unum est verbo Dei, vero Filio Patris ultissimi,
quod pro nobis in cruce temporali morte ab anima derelictum est; anima vero descendente ad 5
inferos, divinitatis consortia in sepulcro non est destinatum, sicut nec anima in inferno, secun-
dum quod David de ipso testatur, dicens: „Quoniam non derelinques animam meam in inferno,
*nec das sanctum tuum videre corruptionem“; hoc, inquam, corpus illud est Christi, quod
 p. 15, 10. tertio die redivivum, anima redeunte ad ipsum, confractis divina qua utebatur virtute tartareis
claustri, ereptisque a diabolica potestate fidelibus; *seculi, de sepulchro resurrexit, de celero 10*
immortale et impassibile, quale et in coena ante passionem, manus sacræ se ipsum tenebat, in
tali panis specie discipulis edendum distribuit, dans impatible, tamen adhuc passurus, docens
que illos huius sacramenti mysteria celebrare. Hoc, inquam, corpus est Christi, quod post re-
surrectionem per quadraginta dies discipulis apparuit visibile atque tangibile, et tamen incor-
ruptibile, secundum voluntatis suea potentiam, qua omnia quecumque voluit fecit. Hoc est vere 15
glorificatum et ineffabiliter gloriosum corpus, quod apostolis videntibus mirabiliter assumptum
est in gloria, sedetque Dominus cum Domino, Filius cum Patre a dextris^a suis, idem in sinu
Patris, in unitate scilicet essentiae. Hoc sacrum et venerabile corpus, possum vere dicere cum cen-
turione, non sum dignus ut intret sub tectum meum. Rogo tamen, o bone Ihesu, qui dignatus
Math. 8, 8.
Luc. 7, 6.
es dominum Zachei intrare, penetrale quoque et secretum animae meae habitaculum digneris in- 20
troire, et sana animam meam, quia peccavi tibi; et qui iam ad me venisti per hanc fidem, visita
*me per inhabitantem gratiam, et in hac fide sumo vitam pro vita, quemadmodum tu dixisti:**

lob. 6, 32. „Panis, quem ego dederō, caro mea est pro seculi vita“, ut sit mihi viaticum in vitam eternam
 amen. Et cum sumpsisset corpus Domini, accipiens calicem, ait: *O piissime et serenissime*
pater, tuam ego peccator precor hodie benignissimam maiestatem, ut per hoc verum sacrificium 25
corporis et sanguinis domini nostri Ihesu Christi, per hoc inestimabile mysterium redemptionis
humanae salutis aeternae, quod offert tibi ecclesia tua sancta, in fide vera, in propiciacione
pia, in sanguine filii tui, placatus sis michi et propicias, et ita vere, ut hec credo esse verum
corpus filii tui ex sacro munere doctrinæ eius, ita vere hodie parcas michi et auferas iniquita-
tem meam, et non [intres^b] in iudicium mecum, sed in veritate huius fidei deduc me in semita 30
recta in vitam eternam, amen.

28. Scias autem, o lector, quod, si non eadem verba, mentem tamen et sententiam suorum protulit verborum. Nunc quale ordinaverit testamentum, quam brevius potero, explicabo. Thure curiam, quam ipse pecunia emit a comite Wilhelmo^c de Glisberch, fratribus dedit ecclesiae sancti Petri Treverensis, ut in anniversario eius refactionem inde habeant; et patri- 35
 monium suum Sule, curiam Bredal ecclesiae predictae contulit tali dispositione, ut crux inau-
 rata, quam tempore predictae guerræ decrustaverat, de redditibus eius repararetur, et quedam ornamenta quae obpignaraverat restituerentur, et deinceps perpetuo iure in usus fra-
 trum cederet. Obiit autem octavo decimo Kalendas Februarii^d. Et licet communis mortalium
 sorte in fata lapsus sit, non tamen communis fortuna funeratus est. Confluentiae 40
 enim cum obiisset, exta eius in Claustro^e iuxta parietem quæ respicit ad septentrionem
 humata sunt et lapide tecta marmoreo; corpus vero myrra et aloë et aromatibus conditum
 a medico suo peritissimo Philippo Lonardo, qui et urinae suaæ inspectione mortem eius tribus
 diebus ante predixerat, pontificalibus adornatum vestibus, Treveris allatum est cum magno
 comitatu. Palatinus enim comes Herimannus^f atque plerique barones inferioris regionis cum 45
 magno comitatu funus ipsius prosequuntur. Deinde cum Treverim pervenisset, clerus et
 populus ad pontem processit illi in obviam, et per singula monasteria singulis diebus deportatus est celebri cum processione, donec dierum numerus monasteriorum complevit numerum; et per singulos dies procerum augebatur numerus, de tota provincia ad exequias eius
 confluentium. Veneruntque, comperto eius obitu, suffraganei eius episcopi, Stephanus Me- 50

a) addextra c. b) deest c. c) W. c. d) Her. c.

4) Himmerode. Cor et exta ad hoc claustrum *tae 1152. 18. Kal. Febr.* Vide Heesii Manipulum
 translatæ ibique condita et marmore tecta fuere rerum memorab. claustri Hemmerodensis. Colon.
 cum hoc epitaphio: *Hic recondita sunt cor et exta venerabilis Adalberonis, Trevorum archiepi-*
scopi, primi nostri fundatori, qui obiit anno gra-

tensis, Heinricus Tullensis, Albero Virdunensis, et Iordanus presbiter cardinalis Romanae ecclesiae, qui tune Mettis omnium abbatum superioris Lotharingiae conventum adunaverat, qui etiam simul cum ipso ad eius venerunt exequias. Tantoque honore communique luctu tocius provinciae undecimo ab obitu eius die tumulatus est, quod omnes qui aderant con-^{ian. 28.}
fessi sunt, se tam honorabiles exequias nungquam vidisse. Sepulturam vero habet in ecclesia beati Petri^a a latere meridionali, iuxta altare beati Stephani. Et quod notandum, quotiens predictam intrabat ecclesiam dum viveret, in eodem loco in quo nunc habet sepulturam orare solebat.

29. Domine Ihesu Christe, splendor patris et sapientia et virtus, qui tua ineffabili digna-
tione resplendisti in forma humana, ut nos miseros peccatores liberares tuae nobiscum
socialis conversationis consortio a diabolica [potestate]^b, reuecat hodie lux tuae claritatis
Alberoni, veri sacrificii sacerdoti secundum ordinem Melchisedech, qui frequenter in sacra
fide obtulit patri tuo corpus tuum venerabile et sacrosanctum, quod tuae ecclesiae in pignus
tui amoris a patre postulanti dedisti. Cum enim pater tuus synagogae [diceret]^c: *Nunguid* ^{Psal. 49, 13.}
sanguinem hyrcorum aut vitulorum ego potabo? et hec David audiens et quasi devotus verna-
patri tuo alludens, in beneplacito tuo patris tui ad gratiam loquens responderet: *Sacrificium* ^{Psal. 38, 7.}
et oblationem noluisti; et cum pater tuus consentire videretur, voluntatem eius et tuam pre-^{Hebr. 10, 5.}
sentienti, in tua persona dixit, immo tu in persona illius dixisti: *Ecce venio.* Et ipsa tua eccl-^{Hebr. 10, 7.}
esia repudiari videntis veteris ritum sacrificii, cum tibi videret non placere carnes hyrcorum
aut vitulorum, quae tibi synagoga offerebat, anxia quid tibi posset offerre in laudem et re-
ognitionem pro omnibus tuis beneficiis, cotidie dicebat: *Quid retribuat Domino pro omni-^{Ps. 115, 12.}*
bus quae retribuit michi? Tum tu mirabilis compassione corpus aptasti tibi, et dedisti sponsae
tuae, amicæ tuae, columbae tuae, aëcclesiae scilicet tuae, ut patri tuo illud sacrificaret. Unde
et ipsa exultans dicit: *Calicem salutaris accipiam et nomen Domini invocabo.* Ergo in vir-^{Ps. 115, 13.}
tute huius sacrificii claritatem vultus tui et requiem eternam tribueret dignare ei, Domine,
qui vivis et regnas Deus per omnia secula amen!

30. Albero maxime vir, flet Roma, flet undique Trevir,
Tanto, tam miro, te moriente viro.

Trevir pastorem, flet Roma ruisse rigorem,
Dogmaque iusticiae, lumen et ecclesiae.
Magnus eras magnis, par parvis, meta tyrannis,
Gloria divitibus, portio pauperibus.
Castra tyrannorum subvertens, castra bonorum
Plurima condideras, largus et hospes eras,
Largus et humanus. Compleverat ordine Ianus
Octo decemque dies. Mors tibi sit requies!

Hi^e decem versus continentur in epitaphio domini Alberonis Trevirensis archiepiscopi,
scripti aureis litteris in cupreis lamminis.

Infra arcum:

40 Belgica Roma, tuum decus et tua gloria perpes,
Hic iacet, eternus qui tibi vivit honor.
Albero, lux orbis, decus urbis, gloria cleri,
Ornatus patriae, splendor et ecclesiae.
Parte minore sui iacet hic, maiore superstes;
Mens etenim superstes, fama perennis erit.
O quam magnus homo quam parvo clauditur antro!
Laudibus et meritis non minor orbe fuit.
Huic speciale fuit, non vinci, vincere, victus
Parcere, larga manus^d non habuisse parem.
50 Hic vir, hic est, cui primati sua subdere colla,
Germani Belgae non habuere nimis.
Treveris alma per hunc maior, tibi Roma Quirites
Transmisit, cives fecit et esse tuos.
Hucque caput mundi veniens, hic esse cor orbis
55 Non negat, et nomen Roma secunda tuum.

a) deest c. b) deest c. c) Haec rubro colore scripta sunt c. d) manu?

Ianus bis novies solem produxerat orbi,
 Cum tantam lucem sustulit ecclesiae.
 Quod solem restat, dico, lector, supplice mente
 Alberto, sit tibi lux, sit tibi vita Deus.

Qui velut e specula, toto spectabilis orbe,
 Treveris, evenit nomen ad astra tumm,
 Fortia confundens, et ferrea virga superbia,
 Et quia vas figuli frangere doctus eos,
 Turbine quem^a nullo potuit fortuna minorem
 Reddere, qui maior cum premeretur erat,
 Ille, domus Domini, mons montibus altior, alte
 Transiliens colles, vallibus umbra subs,
 Cum iam bis novies solem revocasset ad ortum
 Janus, in occasu stella serena iacens,
 Alberto: „Mors, inquit, nichil est michi, namque^b resurget
 Congaudens animae glorificanda caro.“

Et hoc est epitaphium super reliquias eius Confluentiae:
 Officio merito presul venerandus utroque
 Alberto condidit hoc, heu! cor et exta solo,
 Posce Deum, lector, vir ut tibi sorte sequendus
 Inveniatur ibi, pax ubi vera tibi.

^{a)} Haec non satis constant; eras ed. b) quae c.? c) nasque c.

RUPERTI CHRONICON
SANCTI LAURENTII LEODIENSIS.
EDIDIT W. WATTENBACH PH. D.

Rupertus¹ S. Heriberti Tuiliensis abbas, qui ineunte saec. XII. litteras sacras magna scriptorum mole ditavit, prodit e Leodiensi S. Laurentii monasterio, ex disciplina abbatis Berengeri. Ubi quum a puerulo educatus esset, ut refert Reinerus in vita eius², „uno libello statum nostrae prosecutus est ecclesiae, vide- licet a quibus exstructa sit, quae bona vel quae mala de manu Domini ab „Evraclo Leodiensium episcopo usque ad Obertum suscepit.“ Postea presby- ter factus plurima scripsit, et Cunoni abbatii Sigebergensi a Berengero com- mendatus, postremo per Fridericum archiepiscopum monasterio Tuiliensi praefectus est³, ubi 4. Non. Mart. a. 1135. obiit⁴.

Haec de vita viri sufficient; opera eius theologica hic non attingimus, de vita Heriberti quam post Lambertum ornatius scripsit, vid. Mon. SS. IV, 740. Sed dum illorum operum plurimi codices inveniuntur, editiones non paucae, historiae S. Laurentii vestigia tantum manserunt in recentiori huius loci histo- ria exente saeculo XV. scripta per Adrianum de Veteri busco S. Laurentii monachum, quam duumviri optime de litteris nostris meriti Edm. Martene et Urs. Durand ediderunt in Coll. ampl. IV, 1034—1164. Codex quo usi sunt periit, neque satis accurate in praefatione descriptus est. Loquuntur enim de cod. saec. XII; de continuatione nihil dicunt, et ipse codex antiquior in fine mancus esse videtur, sed Adrianus statim pergit, atque etiam prioribus iam notas alias adiecit. Itaque Adrianus codicem illum vel descripsit, vel ipsum antiquum exemplar volumini suo praefixit, quod magis credo. In hoc conline-

25 1) ita plerunque scribitur; Reinerus Robertum vocat, cod. ap. B. Pez, Thes. I, p. XXXIX. Ruodpertum, 2) libro I. de gestis abbatum sive de claris mona- steriis sui scriptoribus, ed. in Pezii Thes. IV, 3. 20; qui liber ansam dedit opinioni, Reinerum historiam 30 S. Laurentii edidisse, quas omnino falsas est. 3) Ro- dolfi Gesta abb. Trudon. lib. XI. 4) teste epitaphio in cod. S. Laurentii servato; in alio cod. a. 1127. mortuus dicitur, v. (Martene et Durand) Voyage litteraire p. 187. Adrianus in Martene et 35 Durand Coll. IV, 1083. circa ann. 1113. abbatem factum, a. 1128. mortuum esse refert. Anno 1128. chartae Frederici archiep. Col. subscriptis, ap. Cha- peauill. II, p. 8. Causas cur locum mutaverit ipse

commemorat in epistola libris de Trinitate praemissa, scripta ad Cunonem abbatem a. 1147: *Proinde actum est credo per prouidentiam Dei . . . ut in notitiam venire tuae caritatis et fidei, utque postmodum migraterus ab hoc saeculo pater meus vir vitae venerabilis et sapientiae memorabilis Be- rengarius abbas Sancti Laurentii in Pabbio monte Leodii tuae committere fides tanquam pupillum tu- tor. Solus enim is qui nunc successit ei, eis fideis et prudens Heribrandus, qui et ipse litterarum per- ritus puerilias meae magister existit, illic usque non posset mihi patrocinari, quo sicut scis invidia per- general nominis mei. Heribrandus sedit 1115—1130.*

batur opus cuiusdam de gestis episcoporum Leodiensium, in 5 libros divisum, quorum tres priores erasi erant, locumque cesserant Bernardi operi in Cantica. Adrianus ipse cap. 4. observavit, ea quae ibi de fundatione monasterii sancti Laurentii narrantur, ex scriptis Ruperti de verbo ad verbum sumpta esse, aliqua tamen abbreviata. Sed quae praeterea de gestis episcoporum ibi invenimus, neque a Ruperti opere ubique secerni poterant, nec pretio carent. Itaque ea hic servavi, eis tantum exceptis quae aucto ex Sigeberlo exscriptis, passim adiiciens ea omnia vel tempore vel consilio et auxilio episcoporum Leodiensium acta esse.

Ea igitur notis tantum breviter indicavi, sed quae fusi narrata famam popularem referunt, ea sive Rupertus, seu alter quidam scripsit, servanda duxi quum prima hic vestigia habeamus fabularum, quas postea adultas ut ita dicam Iohannes Ultramosanus tradidit. Haec operis portio finitur cap. 36; pergit Adrianus qui p. 1078 observat, e Ruperti libro „praescripta pro maiori parte excerpta“ esse. Quae praeterea adiecit, facile noscuntur; sumpta sunt, e Reineri vita Reginardi et libro de gestis abbatum, ex Aegidio de Aurea valle, e Rodulfi gestis abbatum Trudonensis, et libro chartarum S. Laurentii. Itaque his omissis opus Ruperti restituere conatus sum, neque multa nobis periisse arbitror. Habemus historiam fundationis fabulis mixtam, et post brevem casuum monasterii expositionem satis accuratam narrationem de persecutionibus quas per Wolbodenem et Obertum sustinuerunt, usque ad restitutionem Berengeri abbatis a. 1095. In priori parte Anselmi Gestis epp. Leod. et Sigeberti chronicis usus est, ita tamen ut in verbis multa, in rebus nonnulla mutaret; etiam vita S. Lamberti auctore Godescalco⁵ et Ludowici senioris relationem de adventu reliquiarum S. Laurentii⁶ habuit; postremorum ipse testis fuit. Eodem adhuc saeculo auctor chronicus S. Huberti Ruperti opere usus est, deinde Reinerus ad vitas Evrach⁷, Wolbodenis⁸, Reginardi⁹ scribendas, saec. XIII. Aegidius Aureae vallis monachus in Gestis epp. Leodiensium quae Chapeavilius edidit¹⁰. Et hic et fortasse Reinerus codice nostro usi esse videntur, quum ea quoque receperint, quae pro interpolatis habenda sunt, nisi omnia Ruperto trahere volumus. Reinerum autem nostro usum esse, non ab interpolatore exscriptum, et color orationis indicat, et cap. 17. 24. quae apud eum cum Anselmi verbis composita sunt. In verbis scribendis usum saeculi ab editoribus oblitatum restitui; capitum distinctionem addidi.

959. 1. Baldrico primo huius nominis episcopo mortuo, Evrachus loci illius qui Bonna dicitur 25
 Anselm. 24. praepositus, ad episcopalem cathedralm est assumptus. De quo, quia in hac Leodii civitate tantam sibi memoriam acquisivit, ea quae alibi scripta repperi, silentio praeterire nolui. Omnibus scholarum studiis ita perfecte eruditus exitit, ut suis temporibus par ei nullatenus inveniri potuerit. Unde Ottoni imperator ac Brunoni archiepiscopo Coloniensi ita carus fuisse perhibetur, ut nulla rerum maiorum exercerent negotia, nisi in illius praesentia, nisi eius 40 essent consilio astipulata. Totam Leodiensem ecclesiam, immo totam provinciam, nullis hactenus studiis illustratam, ad studium coaptavit, scholas constituit, peritos quaquaversum clericos collegit, eosque magistros instituens sua ope liberaliter pavit. Ipse quoque frequenter illis intererat, ac perfectioribus divinam facundissime paginam lectitabat. Si quando autem pro re communi longius iret, non deerant quibuscum in itinere de scripturis tractaret. 45

5) c. 5. 6) c. 35. 7) Pez Thes. IV, 3, 155. stis Otherti nec nostro nec Chron. S. Huberti mul-
 8) Acta SS. Maii II, 857. Mabilon, Acta SS. Saec. tum usus est, quia episcoporum laudi studens ea VI, 1, 176. 9) Pez Thes. IV, 3, 167. 10) Hic omisit, quae ab adversariis contra eos prolati in-
 tamen magis usus est Reineri operibus, et in Ge- venit.

2. Quodam ergo tempore invitatus ab imperatore, pro regni negotiis Calabriam *venit*; *Anselm. 24.*
 ubi dum esset, mediante die meridie ecclipsis solis subito facta est, cunctisque stupentibus *988.*
 ac nimio terrore solo cadentibus, timor et tremor erat omnibus. Verum episcopus prae-*Dec. 22.*
 cunctis solus stabat imperterritus, utpote de naturali plenilunio soli subiecto id accidisse non
 ignorans; accessit suis, ut surgerent imperavit, quidnam hoc esset edocuit. cum subito coeli
 facies, ut erat ante, clarissima redit*.

3. Porro de humilitate et patientia praesulis Evaraci supersedemus plurima narrare, cum
 nulli umquam malum pro malo, vel maledictum reddiderit pro maledicto. Nam cum multi
 sanctitatibus eius invidenter atque detraherent, qui nichil caret invidia nisi miseria: ipse tamen
 per acceptam iniuriam numquam talia fecit. Nam cum cives Leodienses multa eum iniuria
 quadam die affecissent, promptuarium eius vi irrupissent, vinumque omne effudissent, quam-
 vis multorum adiutorio rem graviter ulcisci potuisset, maluit illis donare quam suam iniu-
 riā vindicare.

4. Quia ergo hoc in loco¹¹ ecclesia nostra, ecclesia beati Laurentii martyris, sub cuius¹¹
 patrocinio fideli ego indignus qui hoc edidi opusculum dego, coepita est aedificari; utile arbit-
 rior scribere, quibus auctoribus exstructa sit et hactenus steterit haec ecclesia sancti Lau-
 rentii, quae bona de manu Domini vel quae mala suscepit in torcularibus, quibus per totum
 premitur semper ecclesia Dei. Petimus autem omnes qui hoc in loco Deo militant, vel mili-
 taturi sunt, quatenus ad cavendas hostis insidias sint vigilantissimi: quia draco ille magnus
 et rufus, qui in apocalysi Iohannis, quis mulierem quae peperit ei filium eius masculum de-
 vorare non potuit, adiecit bellum facere cum reliquis de semine eius, ipse forsitan quia glo-
 riosus martyr caput illius in die certaminis sui multis multo potentius conculcavit, adiecit
 semper et adiecit bellum facere nobiscum, qui illi specialiter hoc in loco deservimus. Nam
 a primis fundamentis hunc locum ne strueretur diu multumque impedivit, exstructumque
 magna semper ira impugnavit. Sed gratia Dei et beati Laurentii martyris meritis, quan-
 lumcumque flumen de ore sue emiserit, terra absorbebit, et mulier, id est ecclesia, quam
 insequitur, a flumine oris eius non trahetur.

VICTORIUS. Velle apertius et morosius expones quidnam sit quod dicitur, quia: *Adu- Apoc. 12, 16.*
vit terra mulierem, et aperuit terra os suum, et absorbuit flumen quod misit draco de ore suo.

30 Iohannes. Tunc utique quando illud fornossimum in Nicaea concilium fervor christiani
 principis Constantini excitavit, et^c publicis asinis atque mulis et curracibus equis episcopos
 et qui cum eis erant ad synodus venire praeciپens: tunc, inquam, adivuit terra mulierem,
 quia paene de tota terra, de toto orbe terrarum convenientes^d viri illustres ex omnibus gen-
 tibus, viri religiosi, viri famosi, disputare scientes, omni eloctionis arte exercitati, ad defen-
 35 dandam catholieae veritatis ecclesiam, in qua a facie serpentis, id est, ita ut non timeat ser-
 pentem, per tempus et tempora et dimidium temporis, id est tribus annis et dimidio, quanto
 tempore antichristus persecutione sua mundum vexabit: atque iccirco recte per hunc terminum intelligitur tempus quo persecutionem patitur ecclesia, pro eo quod in Christo pie vivit.

VICRONIUS. Iam nunc ad id quod intermiseras redeundum est, quia plane quaestio-
 ne meae satisfactum est.

5. IOHANNES. Postquam¹² igitur memoratus episcopus Evaractus sancti Pauli sanctique¹²

a) *Cuae hic sequebantur, ex Sigeberto desumpta, citienda existimavi. Evaraci persona ubique intrusa est, hoc modo.*
Prædictum tamen aliquid infornatum propediem eventurum regi cum suis; quod et factum est. Quidam enim etc. Sig. a.
969. — dispergit. Sed consilio praesulsi huic imperatori — rex consilio episcopi nostri sedato — mereretur. A. 964.
 45 *Qui Theodericus — insula. Aliud quoque imperatori infornatum: accedit secundum quod episcopus Everactus super*
ecclipsin solis prædixerat suis. Nam dum ipse rex partem etc. Sig. 969. — vindicandum, accepto a prædicto præsule
Evaraco consilio, imperator — insurgunt. Sig. 971: Ille autem timens — sumit primogenitum suum Iohannem — impersavit.
Hac extrinsecus meminerim ut pates omnibus, quantas vir iste industrie fuerit, quem si imperator in consilio suis
ubique magni habuerit. Praeterea referendum erit suis diebus in quanto errore sancta ecclesia fuerit, nec tamen suum
50 diocesum ipso providente quicquam nocerit. Rebus huiusmodi est. Sig. 963: Collecto — exordiatur. Nunc ergo
ad superiora redamus. b) In ms. codice hanc margini observationem apposuit Adranus de Veteribus: „Hie incipit
narrare fundationem huius monasterii. Nota tamen quod quidquid hic habetur de fundatione huius monasterii, somnum
est ex scriptis domini Roberti de verbo ad verbum. In aliquibus, tamen dicta eius abbreviavit auctor.“ Ergo Ruperti
opus, quod modo non reperiatur, etiisque compendium penes se habebat Adranus. Alias qui potuisse id ferre iudicium?
 55 *Vellon nobis indicasset abbreviatoris Ruperti nomen. MART. c) et delendum videtur. d) vel conveniebant legendum*
est, vel verbum suppeditum; sed plura hic corrupta esse videntur.

11) in Publico monte, quo Evaractus domum epi-
 scopi transtulerat, teste dipl. in Mart. et Dur. Coll.
 ampl. VII, 55. Quamquam superiora ex Ruperti
 12) Cap. 5 et 6. ex-
 opero sumpta esse dubito. opero sumpta esse dubito. 12) Cap. 5 et 6. ex-
 scripsit Aegidius de Aurea valle ap. Chapeavill. I,
 p. 198; excerptis Reiners in vita Evaraci o. 6.

Martini in hac civitate construxit et copiose ditavit monasteria, iam emeritus senior, iam termino vitae sue proximo, iterum refforut ut et beato Laurentio devotionem suam afferret, immo per ipsum Deo, cui Laurentius sacrificium mundum in odorem suavitatis oblatus est. Itaque in honore ipsius cultor Trinitatis tertii hoc in loco fundamenta iecit monasterii. Fuerat autem locus ipse infarnis, scilicet latronum suspedio et malignorum hominum caede pollitus; sed forte sapienti viro tanto ad hoc opus fuit aptior, quanto Calvariae illi, in qua Dominus noster sanctus sanctorum crucifixus est, videbatur similior. Refert etiam non vana vetustas hunc locum illum fuisse, ubi interfectores sancti Lamberti, cum peracto scelere redirent, dignissima sibi divisorunt spolia, mortem scilicet mutuus sibimet vulneribus inferentes, suas que tam animas quam corpora diabolo, cui militaverant, debita cum rabie sacrificantes.¹³ Sed quis nisi non sapiens^a, sita loci et opportunitate oblata, talia reformidaret; cum dominus Iesus, ut iam dictum est, in opprobrio Calvariae verum ipse templum et templi Deus peperderit^b; nosque omnes, quondam vasa irae, forti armato per fortorem Christum direpta, facti sumus templa Dei. Itaque quia secundum ius belli licet victo tolli quicquid victori placuerit, hic quoque in abundantia peccati ut superabundaret gratia, ecclesia Dei fundata est et signa victoris sunt fixa. Coepit itaque opere, mox ut aliquantulum a fundamento surrexere parietes, memorabilis episcopus quasi sponsus voti festinus, qui puellam neccum nubilem longe ante subarrat, quibusdam praediis, quae adhuc possidemus, nascentem ecclesiolam quasi prima dote ditavit; nondum maius altare, quod erat beati Laurentii, sed interim iuxta hoc minus dedicans in honorem beati Sixti papae et martyris¹⁴. Nec multo post gaudium huius desponsionis tristitia, proh dolor! operuit, per mortem venerandi episcopi, domino vineae vocante operarium suum ad recipientum aeternae vitae denarium.

Oct. 27. ^{971.} Relicta est ergo imperfecta ecclesia, dotata quidem tenuiter, set ut dictum est imperfecta, inornata, nullorum solatio filiorum. Dum ergo vir Domini Evraclus suum adesse extitum molestia corporis ingravescere cognosceret, monumentum sibi fieri praecepit in ecclesia beati Pauli apostoli: sed eo die^c quo defungi debuerat, beatus Paulus ei per visum astitit, nec suae esse voluntatis ut quisquam in sua ecclesia, quamlibet iustus et sanctus, iaceret indicavit¹⁵. Iuberet ergo sepulcrum claudi, et ipse illi aperiret coelestis ianuam regni. His visis amicos suos vocari iussit, et quod ei ostensum erat revelavit. Consentientibus illis, in ecclesia beati Martini sepeliri se iussit. Quod et factum est ad laudem et gloriam Christi Iesu. Amen.³⁰

^{Ecccl. 29,33.} 7. Illo itaque defuncto, vir sanctae memoriae Nothgerus in episcopatu successit. Hic in capite huius civitatis, sicut hactenus cernitur, diadema splendide fabricavit, ecclesiam scilicet sancti Lamberti a fundamento renovans cum domi episcopali; urbem muro cinxit, et in insula domum sancti Iohannis euangelistae et dilecti Domini, necnon et sanctae Crucis devotissime construxit. O beatam rem publicam, si episcopi moderni in quantum illis pecunia affluit, studium habeyerent huiusmodi! At ipsi iuxta illud dictum sapientis: *Transi hospes et orna mensam*, nunc interim dum vivunt ornant mensam, *quia laudem altaris extendunt*, postmodum vero, *quasi de transitu hospitis*, sic de eorum vita et morte silebitur.

¹⁶ 8. Curabat¹⁶ autem venerabilis sacerdos Nothgerus non solum de praesentibus, ut fieret pax tantum in diebus suis: verum etiam de futuris summa illi cura erat, ne sub se adolesceret, quod postmodum illis in laqueum esset. Enim vero Caput Mundi nobile castrum, sic nominatum eo quod ante Carolum Magnum sedes regni, quam ille Aquis transtulit, ibi esset; quod non tantum praesentibus quantum futuris nocturum praevidebat, ingenti calliditate et industria captum subvertit. Sanctorum reliquias, quiae in tribus erant ecclesias super ipsum montis verticem fundatis, intulit monasteriis a se recenter constructis. Unde quantum nostrae civitati commodum intulerit, praesentes sentiunt et futuri, cum illo quotidie castello Legiae nimium contiguo militares ac praedones irrumpent, ac caede et rapina omnia turbarent¹⁷.

^a n. recte a. *Aegid.* ^b ita pro pependeret *Aegid.* ^c eo forte d. *Aegid.* ^d Quae hic sequentur tanquam alienae eiusc*e*i*s*. Quod qua industria peregerit, quam turbata rei publica fuerit memorabo. Otto imp. etc. Sigeb. 981—983. 992. Interes Remis — viger R. 1001. Otto — 1003: facit. Tali ac tanta rei publicae quae sic perturbata erat necessitate vir Domini Nothgerus anxius esse coepit, ne quid mali de praedicto castro posset oriiri, vel qualiter illud caperet vel subiceret sibi.

¹³ vid. Godescalci V. Lamb. c. 13. ¹⁴ tertio latus positis. MART. ¹⁶ Cf. Anselmi c. 25; sed Nonas Septembri. MART. ¹⁵ Tenuit in hunc hic iam germina habemus fabularum, quibus praecedente tempore haec magis magisque exornata sunt. ⁵⁵ Plura iam ap. Aegidium p. 201 invenies. Posteriorum commenta e Iohanne Ultramosano refert Polain, Hist. de l'ancien Pays de Liège. 1844. 8. I, 133.

Erat autem adeo forte et inaccessible, ut illo potiendi spem nullam haberet, omne prorsus humanae auxilium nisi subveniret. Vocatis ergo archidiaconibus et quibusdam in quibus maxime confidebat, consilium suum aperit, rogat ut armati sub cassis se sequentur, utque parati essent animoque forti obtestatur. Erat autem ante dominicum pascha quinta feria, 5 quando poenitentes suscipiuntur sacramenta benedicitur chrisma. Mandat ergo episcopus his qui in praedicto castello erant, ut sibi aperiant, eo quod sacrum diei officium ibi eadem die celebrare vellet. Illi nichil suspecti tali die talique occasione, claustra aperiunt, pontificemque cum suis benignae suscipiunt. Qui intrgressi cappas quibus obtecti erant proiciunt, omnesque quos ibi invenerant eliminant et extrudunt. Ita episcopus, quod diu multumque 10 desideraverat, castello potitus, omnem munitionem destruxit, nec ab illo die hostibus ibi refugium esse vel munimen potuit.

9. Aliud etiam quod egit referam exemplum, unde civitati suea, immo omnibus nobis, valde consultum.¹⁷ Erat locus in medio civitatis altus et eminens¹⁸, quem ita natura tunc temporis munierat, ut ex alterutra parte videtur inaccessible. Eum vir quidam nobilis et potens viribus, sed ingenio malo pravoque, secus illum transiens concupivit, quia credebat se dominum fore civitatis, si illo potitus esset, et super eum munitionem praeparasset. Quid multa? versuta colliditatem cum a rege obtinuisse, episcopum aggreditur, praedictum locum sibi ab imperatore concessum ut et ipse non contradiceret deprecatur, dicens se munimen civitatis et ecclesiarum fore, si aliquam ibi aptasset munitionem. Intellexit episcopus, ut 20 pote vir altioris ingenii et prudentiae, quos ille machinabatur dolos, sed qua illi obviaret ratione custos bonus de nocte sollicitus erat. Timebat utrumque periculum; si fieri concederet, totius civitatis ruinam cogitabat; si contradiceret quod illi ab imperatore concessum erat, tanti viri offensam qua bonis exterioribus nocturus erat, metuebat. Tractato igitur prudenti consilio, tamquam occupatus distulit, et diem longiorem qua petita illi concederet statuit. 25 Recessit barbarus quasi iam securus. Episcopus autem vocato archidiacono atque praeposito maioris ecclesiae nomine Roberto, rem ut audierat exponit, monet atque hortatur, ut quasi se ignorantem iaciat fundamentum ecclesiae, se praebitum necessaria quaeque. Paruit ille libenter ac citius, quia et ipse iam mente conceperat aliquid Deo offerre, unde in memoria aeterna cum iustis iustus mereretur esse. Fundamenta iacit, ecclesiam constituit, altare componit in honorem sanctae et victoriosissimae Crucis.¹⁹ Cum interea die ab episcopo sibi concessio barbarus rediit, se fraudulat agnoscit, mille convicia in pontificem sanctum tamquam bellua frendens conicit. Praesul vero quasi nescius unde sic increparetur, rem omnino dissimulat, quare tot ab illo conviciis afficeretur patientissime rogitat. Ille nimia successus ira: *Vere, inquit, de pessima gente Alemannorum, qui semper infidi et instabiles mente fuerunt, te esse manifestum est, degenerare non potes. Quare locum non solum a te, verum etiam a rege michi concessum, me absente aedificari fecisti? Injuriam meam ruina vindicabo.*²⁰ Ad haec episcopus, a quo id factum sit tamquam ignarus requiriens, praepositorum accersiri iubet. Quern, ut saevientis barbari insaniam mitigaret, graviter increpans, quare id praesumpisset, cuiusve iussu id concepisset, coram illo durius requirebat. Ille contra michi motus, humiliiter respondit, non praesumptione sed devotione hoc egisse: ignorare se quod illi promiserat, opus esse coepit in veneratione sanctae Crucis, esse in potestate illius, si destrui oportet. Cui episcopus: *Si, inquit, aliud quid ibidem construisses, diruendum pro certo scires, et duci nostro fidem servandam; malo enim mihi successum quam fidem deesse. Sed quia redemptorem nostrum in sua cruce, quam pri. ioso sanguine suo sanctificavit, offendere non est consili, perfice quod coepisti.* Ita mitigata est saeva principis ira, et ecclesia, ut erat copta, constructa et perfecta, multaque possessione dotata. Ata quoque ecclesia Nithardo praeposito eius Ans. c. 27 consilio et auxilio est aedificata, ad titulum sancti Dionysii martyris dedicata.²¹ In qua 20 primum canonicos posuit, 20 deinde 10 superaddidit.²²

a) prudentiae vel colliditatis excidisse videatur. b) habens turrim fortem addidit Adrianus de Veteribus. MART
50 c) Rurus Sieberi lacūs eliminari, quomodo eodem modo interpolata apud Aegidium, p. 206 legantur; u. 98: Temporibus eius siecles — est. Fertur etiam precebus eius fidem — omnino. Episcopus vero Notgerus indicio communis ieiunio periculum imminens repulit. 1000: Terra — pedibus. Quao pericula oratione viri Dei sunt annihilata. 998 illo tempore — fecit. Quam conuentuum etiam episcopus Christi Notgerus ad suum diocesum transtulit tamque

17) Haec sive Rupertii sive alterius sint, Anselmi berius ille in navi illius ecclesiae 6. Idus Martii, 55 c. 26. referunt quidem, sed auctum. Postea magis observatque Fisenius VII, 6. ex ecclesiae archivo, exornata est narratio; v. Polain I. l. Mone, Anzeiger 1836. p. 314. 18) Ibidem sepultus est Ro- ipsum chorepiscopum fuisse. MART. 19) Cf. Sall. Catil. 31. 20) 4. Idus Martii. MART.

²¹ 10. Cum²¹ ergo Notgerus tanta fecerit, hunc locum quasi alienum fundamentum negligens aspergit; nuditatem tamen eius omnium oculis patentem, completis tantum et aequaliter parietibus, tecto cooperuit. Post haec Leomedem quendam ex nobilissimis Graecorum episcopum venientem ad se profugum cum suis exceptit; qui bello Calabrico, quod Otto secundus imperator contra Graecos gessit, expulsus fuerat a Graecis, asserentibus quod Romanie Calabriam prodiderit. Et quia necessitatem coacti exilio verterat in voluntatem sanctae peregrinationis, ut perveniret ad illam quam expectaverunt patres nostri veram terram re promissionis, hic illum sancto in loco sanctoque proposito manere et de ecclesia vivere cum suis instituit, et sancte vivendo hic usque in finem perseveravit, tandemque migrans ad Dominum, in hoc eodem incolatus sui loco ante altare sancti Geronis corpore quiescit²². Vir ergo venerabilis Notgerus 36 annis Leodiensi ecclesiae praefuit, ac demum in bona senectute defunctus, utrusque in ecclesia sancti Iohannis dilecti Iesu, cui se totum corpore et anima impenderat, sepultus requiescit.

^{1008. Apr. 10.} Ans. c. 31. 11. Quo defuncto, successit episcopus dominus Baldricus vir nobilissimus, omnius morum honestate praeclarus, cuius ut cuncte breviter bona comprehendamus, nulla in suo episcopio fuit basilica, quam non aliquo iuvaret commodo, 15 sive ecclesiis sive possessionum largitione multimoda. Pseudardum sue proprietatis aliud bestia Lamberto tradidit et ecclesiam unam, unde proupera 24 quotidiano aluntur stipendio. Tunc temporis etiam Gerardus ecclesias Cameracensis episcopus cum germano fratre Godefrido Florinense coenobium construxit, praeclara ac possessionibus liberius dedit, et sanctae Mariae sanctoque Lamberto illud contradidit. Cui coenobio duas Baldricus episcopus ecclesias addidit, ne quid illic Deo famulantibus deesse videretur. Ipse cum archiepiscopo Coloniensi Heriberto predictam ecclesiam sanctae Mariae sanctique Lamberti a predecessoru suo Notgero nuper constructam, debita consecratio dedicavit. Ecclesiam quoque S. Bartholomaei apostoli a quadam vita venerabili viro Godescalcio majoris ecclesiae praepositam constructam in suburbio cum predicto archiepiscopo consecravit, et alia multa utilia fecit.

²³ 12. Pollebat^b tunc temporis nobilissimus comes Hezelo, qui alio nomine Heinricus²³ dicebatur, frater Gozelonis ducis, vir consilio et sapientia clarus, et quod magis praedicare et pie meminisse debemus, beato Laurentio singulariter et unice devotus. Quod qua occasione acciderit, qua necessitate se suaque beato Laurentio tradiderit, non immerito huic addiderim operi. Erant illi duo parvuli mirae pulchritudinis et venustatis, quos tenerime diligebat, ut heredes patrimonii magnaeque possessionis. Factum est ergo sacratissima nocte dominicae nativitatis, ut comes una cum uxore sua valde religiosa ecclesiam matutinus adiret, officium que divinum more solito peraudiret, sacramque dominici corporis et sanguinis communionem perciperet. Pueruli mane surgentes, a ministro domus sue panem commissuri accipiunt, intrantes culinam, nullumque reperientes — casu enim cocus exiebat — carnem quae super ignem verubus circumposita assabatur, dominoque reversuro in escam parabatur, tollunt vescunturque. Interim pueruli more altercantes, sibiique mutuo irascentes, verubus acutis se invicem corde tenus perfodiunt, et heu proh dolor! mortui decidunt. Princeps cocorum rediens, puerosque iacentes mortuos offendens, exhorruit, exclamavit, semianimiisque cadens, vix demum animum recepit. Quid ageret miser nesciebat; rem tamen occultare volens, ne parentes mortuorum tali nuntio talique infortunio subito desperarent, parvulos ablatos occuluit, et quod actum erat omnino dissimulavit. Peractis officiis, comes cum uxore de ecclesia 40 redeunt, ad escam discubunt. Comitissa, ut solebat, parvulos praesentari iubet. Responsum est ab illo qui illos absconderat, cum alius eos pueri spatiatum longius exisse. Credidit illa, comedit, sed inter edendum quodam naturali et praesago dolore cordis tacta intrinsecus, iubet quantocius parvulos accersiri, non se comesuram donec adventaverint. Illi qui rem dissimulare et celare volebat, nescius quidnam ageret, comiti causam aperit et ostendit. Qui statim mensis remotis exilivit, super parvulos flevit, suarumque possessionum beatum Laurentium heredem conscripsit. Illius devotio hic operata est, illius consilium aliorum opus est, illius animae gratia habenda est. Ipse enim velut ille desiderantissimus templi Domini

solempniter fieri ordinavit. 1006: Castrum praetere Valentianas — Normannorum. Sed quis idem rex de obediencia redierat inefflex, vocato in auxilium suum praedicto episcopo Notgeri contra — dedit. a) Sequitur ex Sigeberto 50 a. 1013: Castellum in villa — occidit. 1015: Godefridus — dedit. 1010: Gena Hungarorum — per orationes huius episcopi aliorumque sanctorum virorum, qui tunc temporis meritis clarebant, et per Giesen — commendavit. b) P. ut praedictum t. cod.

21) Exscriptis Reinerus V. Evracli c. 6. 22) De Brabantiam tradidit. Sigeberti Auct. Affig. a. 1005. quo tale cernitor lapidi insculptum esse epitaphium: Filium Gregorium archid. Leod. addi V. Richardi 55 Conditur hic praesul Graecus Leo qui fuit exul. abbatis c. 10. Godefridum et filiam Odiliam Hugo Anno M. MART. 23) imo Herimanus. Sequen- Flaviniacensis. S. Laurentio monasterium iuxta Ei- tia fabulum sapiunt, nam filio et filia in tenera ham dedicavit, Gesta epp. Camerac. II, 45, et ora- aetate mortuis, cum altera filia Raginero Montensi torium in coen. S. Vitoni; V. Richardi c. 9.

Nehemias, apud plures civitatis huius episcopos, unum post alium, pro hoc loco interveniens, non ante destitutus quin desiderium suum suinet oculi viderent.

13. Primum enim dominum Baldricum frequenti et familiari colloquio repetens, nunc commiseratione loci, nunc amplificatione meritorum beati Laurentii, persuadebat uti ad hanc solitudinem manum sue liberalitatis extenderet. Tandem obtinuit, et episcopus locum suo adventu laetificavit, ad altare accessit, vota votivis, praedia cum ecclesie obtulit; et ad ordinandam in integrum ecclesiam animum intendit. Ecce Johannes quidam²¹ gente Longobardus, ordine episcopus, et arte pictor egregius, a Deo ut credimus missus, qui necundum venerat tempus miserendi loci huius, beatum vero Iacobum fratrem suum iam pius Iesus honorare disposuerat, iam ei ecclesiam in qua a fidelibus suis familiariter et devote ministra retur illi fieri ordinaverat; episcopum familiari devotione adiit, et ab hac sententia sic eius animum revocavit. Dixit enim non satis illum agere prudenter, quia memoriam sibi non propriam strueret, non suum quippe, sed alienum esse fundamentum, cui superaedificare ipse disposeret. Et quia praedecessor eius Nothgerus sancti Iohannis dilecti Domini memoriae praefixerat, nunc ipse Iacobi fratris Domini ecclesiam adiungeret, ut eorum patrocinia sicut meritis, sic et vicinitate conjuncta forent. Ad haec dubitant, eo quod parvulum hanc iam allocutus fuisset, quomodo quae sermone dederat, haec iterum auferret; subdidit ille nichil esse quod impediret, sic enim nec in Deum nec in homines delinqueret. In homines quidem, quia locus ipse tutorem hominem non habet, qui pro ipso reclamaret; in Deum autem, quia illi vovisset, illi nichilominus ubicumque vota sua redderet. Quid multa? Tandem episcopus approbato consilio, se et sua hinc abstulit, et in insula coenobium sancti Iacobi fratris Domini, qui et minor Iacobus appellatur, fundavit, abbatem²² et monachos²³ sanctaque religionis normam, sicut hactenus cernitur, in eo dispositus, ubi et postmodum in corpore quiescit²⁴, factus particeps benedictionibus, quas ille filius accrescens Joseph prome-25 ruit, in quo solo Iacob, licet 12 habet filios, suam generationem, id est suae vel paternae similitudinis pulchritudinem, effudit.

SPECIOSUS. In quo?

IORANNES. In eo etc. (Longiores dialogum nuptie nihil ad res facientes omitti.)

14. Defuncto ut diximus episcopo Baldrico, vir pietate insignis Wolbodo, Sancti Martini^{1018.} Ultraiectensis praepositus, in episcopatum succedit, moribus implevit. Cui quantum debeatur a nobis, non me video idoneis posse consequi verbis. In renumerandis eius beneficiis ieiuna est verborum vicissitudo. Ipse enim pater et tutor noster est, ipse huius ecclesiae sancti Laurentii pretiosus lapis est, ipse huius domus columna et murus est; nec dubium de hac domo posse dici: *Fundamenta eius in montibus sanctis*, quae super huius sancti praesulius^{1019.} venerandum corpus fundari meruerit. Sed haec sequentia dabunt intelligi. Nunc ordinem prosequamur.

15. Eum²⁵ imperator Heinricus miro diligens affectu, cum adhuc esset praepositus,^{ibid. 33.} secum assumpsit, sibique arctius astringens, in suo eum palatio retinuit. Sed, ut diximus, Leodiensi ecclesia pastore suo viduata, convenerunt canonici ad imperatorem — adhuc enim non electione, sed dono regis episcopus fiebat — mortem sui pontificis nunciantes, aliquique petentes. Tum vero imperator praedictum Wolbodenem, licet diu multumque renitenter atque amarissime flentem seque indignum vociferantem, eis tradidit; quem ut veluti patrem honorarent, benigne ammonuit; ab illo satagerent dilig, cuius gratiam scirent apud se pro magno aere censer. Illi de tanto praeusele hilares multumque laetificati, non enim eius ignorabant sanctitatem, ingenti cum laetitia rediere Leodium. Civitas omnis applaudit venientibus, episcopo pro sua sanctitate, clericis pro bona legatione.

16. Erat²⁶ autem idem vir Domini Wolbodo tantæ proceritatis et corpulentiae, ut in multitudine populi devote se circumdantis quisnam esset cunctis appareret, et super omnes scapulo tenus emineret. Verum cum multa ei pro consuetudine esset abstinentia, nichilominus tam men roseus in eo vultus renitebat, immo ut scriptum est: *Lux vultus eius non cadens in terram amplius radiabat*, amplius videri honestus erat; sanctis aquaundus pueris, quibus regius ille cibus fastidium generabat: nam cum ei quotidie lautiores cibi, ut tantum decebat pontificis.

24) Cf. V. Balderici c. 20. 25) Olbertum Gembrecht abbatte piae memoris erectum. MART. blacensem. 26) In crypta quam in honore sancti 27) Haec amplificavit Reinerus in vita Wolbodenis Andreae dedicaverat. Sepulchrum eius marmoreum c. 5. 28) ibid. c. 6.

cem, apponenterunt, pauperes ille admitti censebat, quibus apposita praebens delicias officiosissime ministrabat, pane et aqua ipse contentus. Erat enim valde compatiens, et super afflictos adeo pia gestabat viscera, ut plerumque cum nichil aliud haberet, tapetia vel aliam ecclesiae suppellectilem pauperibus largiretur, donec a camerario suo redimerentur. Vigiliarium quoque et algoris ita patiens exxitit, ut saepenumero dormientibus ceteris, discalceatis 5 29 in ecclesia pedibus pernoctaret. Et sicut de sancto Iacobo iunio legimus²⁹, quod multis genuflexionibus nervi eius in modum camelorum obduruerant, sic pedes eius crebra nuditate et laboris usu callosi erant effecti. Sestet³⁰ enim attestari quidam familiaris eius, quod inter lavandum pedes illius frigore et glaciali viarum asperitate adustos viderit, quamvis hoc omnes summo conamine, exemplo Domini humani favoris instabilem auram devitans, diu 10 celaverit. Referam unum adhuc sancti huius exemplum, magnum constantiae illius indicium.

Ans. c. 34.

17. Memoratus³⁰ imperator Heinricus quibusdam sibi familiaribus male credulus, de illo aliquantulum erat suspectus, et ab eo falsa animi suspicione aversus. Quem episcopus planare saltem muneribus volens, quemadmodum Jacob fratrem suum Esau, aliquantulum pecuniae illi oblatus venit ad curiam eius. Nunciatum est imperatori ingentibus illum cum muneribus adventasse. Dies quo se illi praesentare debuissest indicitur; sed ea nocte supervenientibus omnia distribuit pauperibus, bono consilio malens inde superni regis acquirere gran-

³¹ 117. 9. tiam, quam humanum sibi conciliare favorem: *Melius est enim*, ait psalmista, *sperare in Domino, quam sperare in principibus*. Crastina die ad imperatorem iam securus sine munere introivit, qui ante cum muneribus ingredi formidabat. Ubinam esset quod attulerat rogatur. 20 *Supervenerunt*, inquit, *regis et imperatoris nostri Dei legati, cui per illos omnia transmisit; non enim illum tibi praepondere dubitavi, nec spero quod te illi praeponendum aestimaveris: es enim in manu eius, omneque regnum mundi, et cuicunque voluerit dabit illud*. Imperator brevi revocatus ratione, gratiam illi suam reconciliat, dicens illum vere sanctum, se vero peccato-rem et reum: illum debere honorari, qui Deum altissimum imperiali neglecta maiestate sic 25 honoraverit; illum in regno suo plurimum valuturum affirmabat, qui regno Dei amicum se et familiarem ostendebat. Ita humanum imperium firmissimum esse, cum illud causa regni Dei minus valeret, cum existimatione illius vilesceret. *Et impedio*, inquit, *postulo ut humanissimum incepit religiosa cura non deserat: his enim maxime nutrimenti regnum meum stabilitum erit; non quod verear ne diligentia tua tali laude lentescat, quin potius spero benevolen-30 tiatum tuam, si quid pleno potest adici, largiore; quia bonis familiare est studia bona cumulare, quorum gratiam sentiunt non perire*. Ita vir Domini regiam magnificientiam placavit, et Dei omnipotentis gratiam non amisit.

18. Arnulfus comes Grandevadensis³¹ contra Fresones dimicans, victus fuga salutem meditatus est; sed praeventus ab illis occisusque nequicquam attemptavit. Cuius mortem 35

1018. Theodericus filius eius ulisci aggressus, totam paenam Fresiam igni ferroque omnique nocendi arte populatur. Ad quem debellandum Godefridus dux Lotharingiae ab imperatore missus est, et conserto paelio, vox repente, nescitur unde, ab omnibus auditia est: *Fugite, fugite, capite, capite*. Cunctis actutum instar locustarum fugientibus, multisque adversariorum hinc inde peremptis, dux ipse Godefridus ab hostibus captivatur. Pro cuius liberatione venerabilis 40

1019. episcopus Wolbodo, eo quod sibi notus esset et carus, transmissus est. Qui tamquam fluminis impetus, qui laetificat civitatem Dei, verba pacis et concordiae ubi ubi de conscientia bona et fide non facta eructuabat, et quasi quaedam coelestis virtus, ab omnibus omnino est reveritus. Quid multa? Praedonibus veniam ab imperatore obtinuit, ducem sanum recepit, pacatis omnibus, bellorum impetus conquivit.

45

19. Benedictus papa Romanus ab imperatore pro quibusdam regni et ecclesiae negotiis invitatus, in Gallias venit; multisque episcoporum ad synodum unde unde confluentibus, multa ibi utilia, multa honesta decreta sunt, quae omnia huius nostri Wolbodonis astipulatione fuerunt subnixa. Imperator enim quamvis archiepiscoporum suorum multa esset auctoritate et scientia suffulsus, nichil tamen erat firmum, nichil stabile, nisi illius corroboratum 60 fuisset consilio et sanctitate. Gratius erat omnibus, non minus his qui venerant cum papa

45

a) verbum ex Anselmi testu servatum, pro quo fortasse, cum Reinero, solebat legendum erat.

29) Eusebi hist. eccl. II, 23. 30) Ex hoc cap. et Sigeberio a. 1048. 1019. Exscripterunt Reinerus Anselmi 34. Reinerus c. 8. Vitae Wob. composit. c. 11. et Aegidius p. 247.

31) i. e. Gandavensis. Amplificata haec sunt ex

55

sancissimo, quam eis qui erant cum rege memorato: fuit enim non solum regalibus peritus institutus, sed in ecclesiasticis quoque perfectus disciplinis. Ordinavit³² quippe in die sancto n^o paschae et in assumptione Domini dieque pentecostes de singulis ecclesias clericos cum sollempni processione ad maiorem ecclesiam convenire, dulcesque ex ipsis sollempniis cantilenas in medio templi decantare. Multis praeterea utilitatibus et honestis ecclesiam consuetudinibus perornavit; nam clericos dominicis sacrisque diebus in lineis candidatos, quod signum constat esse innocentiae, hoc in tuit: in adventu autem et a septuagesima usque in pascha cappis nigris tamquam poenitentes circumamiciri perdocuit³³.

20. Praedictus³⁴ rex sanctum Coloniensem archiepiscopum Heribertum multis affecerat³⁵ iniuriis, eo quod lanceam et coronam ceteraque regalia nonnisi nobilium iudicio tradidisset illi, diuque magnae inter eos fuerunt similitates, diu ecclesia omnis in hoc scandalizata est, multumque attrita et commota. Qua de re vir Domini Wolbodo valde angustiatus est, tum quia regi familiarissimus erat, eiusque salutem et honorem diligebat, tum quia archiepiscopus, quem ille offendaret, suus dominus sanctusque homo esse virtutibus etiam manifestis claruerat. Monet ergo secretius imperatorem, ne contra sanctum Domini ulterius iram suam protelaret; iustum esse Deoque placitum, ut qui illum sine causa iniuriatus fuisset, gratiam eius cum satisfactione prior ipse repeteret. Memorem eum esse verbi dominici: *Qui tangit Zech. 2, 8.
vos, tangit pupillam oculi mei.* Melius esset si faciem Domini praeveniret, qui iniurias servorum suorum graviter vindicaret. Hac illa oratione flexus, Coloniam venit, in die natalis Do- 1020.
20 mini coram omnibus archiepiscopo satisfecit. Ita pravorum factio, quae occasione huiusmodi creverat ecclesiamque affligebat, cassata est.

21. Intercea sacerdos Domini multo ante sui exitus diem gravissimo stomachi languore As. c. 31.
cruciatus est, ut si qua forte contraxisset delicta, infirmitas sanaret diurna: flagellat enim Dominus omnem filium quem recipit. Cum autem in sollemnitate paschali missarum ex 1021.
25 more sacramenta celebrasset, tanta se debilitate sensit confectum, ut suum propediem adesse non dubitaret exitum. Iam res clepera et anceps esse non poterat, quia toto corpore defectum sui sentiebat. Itaque parari sibi stramenta vileisque cilicium iubet; his cinere superaspersis, in eis se vere fortunatus senex compositus, cum ecce videt diabolum pone adsidentem. *Quid hic, inquit, adstas, o inimice veritatis? Recede, recede, cruenta bestia; Dominus auxiliator meus, ideo non sum confusus. Nichil periculi est sperantibus in illum. Crede michi, non praevalebis adversum me, nichil in me funesti repieres;* licet enim peccaverim, tamen faciem Domini in confessione praeoccupavi. Ille me recipiet, ille contra te custos michi ac bellator fortissimus est. Haec eo dicente, recessit inimicus.

22. Illi³⁶ autem taliter aegrotanti apparuit beatus Laurentius, et familiariter alloquens: 35
35 *Quinta, inquit, feria tecum eris.* O terque quaterque beatum lilyum, quod cum tali rosa planari mereretur in horto sanctorum; non quidem ipsum est rosa, quia non rubet passionis sanguine, sed ex vicinitate rosae melius complacet in sua confessione et pulchritudine. Accepta ergo tantae promissionis gratia, clericis et maioribus ecclesiae gratulabundus enuntiat, illis sibi congaudentibus pariter et moerentibus, quia pium erat gaudere, pliisque flere pro 40 tanti vii migratione. Ipse ad diem illum desiderantem praeparat animam. Cum ergo gravi dolore cruciaretur diutius in cinere et cilicio recubans, accersito Johanne archidiacono postea praeposito ait: *Neminem, carissime fili, ab ingressu isto arceri facias, sed ingrediantur omnes, ut videant miserum Wolbodenem, videant futurum mox vernem et cinerem. Aspiciat grex pastorum suum, sit memor illius extremae horae, in qua viderit suum pontificem ultimo agone 45 deficere. Mea saltrem poena sit ei ultimae diei memoria, facit exemplum, ipsa non facit eloquium. Plus est exemplo docere, quam voce.*

23. Interim³⁷ vocat abbatem Sancti Remaclii Poponem, eique ordinandi huius monasterii 36
curam committit. Ubi autem venit dies quintae seriae qui desiderabatur, expectantem illum iam dissolvit et esse cum Christo non laetificavit desiderii sui effectus. Itaque cor suum tristis 50 inspiciens, culpam in se deprehendit, videlicet quia visionem tantae dignitatis dignis pariter et indignis plus iusto laetus innotuit; accitoque Wielando clero familiari suo et religioso, auctoritateque divini nominis illum astringens: *Video, ait, quid iustitia temporum, quid cause*

32) cf. Aegid. p. 250. 33) Evracio hoc tribuit Reinerus c. 9. et Aegid. p. 251. 35) Cf. Reinerus in vita eius, c. 5. 34) Cf. Sigeb. 1021. rum c. 12. qui nostro usus est. 36) Exscriptum Reinerus c. 12. 13.
55 Sed Wolbodenus nec ibi nec in vita Heriberti a Ruperto scripta ultra mentio est. Nostrum secuti sunt

nostrae bonitas, quid cura tua, si tam tibi corda sum, efficere posuit: nam coronam meam perdidisti, nisi propitius Iesu misericordia fuerit micha. Feria quinta venire debuit, et non venit, quia illum credo exacerbavisti, eo quod visionem eius omnibus incaute prodiderim. Fas ergo vapulare me quid deliqui, ut merear veniam huius dilecti. Haec dicens, vinctusque ab illo, corpus languore depresso plus poenitens verberibus subiecit. Itaque feria quinta subsequentia hebdomadae venit propitius dominus Iesus; cuius ille imaginem iam in ultimo agone positus offerri sibi iussit, devotus accepit, osculis oris sui diutissime astrinxit, lacrymis rigavit, crine terat, pio exemplo illius peccataris de qua dixit Dominus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, ubicumque praedicatum fuerit euangelium hoc in toto mundo, dicetur quod haec fecerit in memoriam eius. Igitur dum his intentus omnino esset, inter ipsa dulcissima oscula eum vocante Domino, generosum illum contemptoremque omnis potentiae spiritum non emisit, sed eiecit. Itaque anima sancta in gaudium Domini sui recepta, corpus sanctum omni veneratio dignum, in hac ecclesia sancti Laurentii honorifice conditum est. Abbas autem Poppo commissari sibi huius ecclesiola curam fideliter executus fuisset, sed satan qui semper, ut dictum est, huic loco stetit ex adverso, invenit quomodo et per quos aduersari posset.

^{Mass. 20. 13.} ^{Apr. 21.} ^{1021.} ^{37.} *24. Nam³⁷ Durandus factus episcopus, non secutus est praedecessorem suum, vel alios qui plantaverant vineas, id est ecclesias, devotione sua; sed e contrario tulit, et partim militibus dedit, partim ad mensam episcopii retinuit ea quae beato Laurentio sanctus antecessor suus Wolbodo obtulerat. Nam quia nequum positi fuerant, qui in hoc loco Deo militarent, leve putavimus si ea quae ante militiam preparata fuerant, nemine sibi contradicente tolleret. Non est recordatus miserorum Domini, qui illum de paupere nido in quo natus est et altus est, eo usque ad summos proverebatur, ut dominorum suorum dominum et episcopum constitueret. Non, inquam, recordatus est misericordiae quam fecerat secum venerabilis episcopus Wolbodo, qui imperatori querenti clericum scientem litterarum, omissione alii eum pauperem commendaverat, rogans etiam ut super eum poneret oculos suos; quodque imperator episcopi commendationem tanta gratia dignam habuerat, ut eum huius civitatis episcopum, et ut dictum est, dominum dominorum suorum faceret. Itaque visio dura apparuit illi semel et iterum propter hoc.*

^{38.} *25. Erat³⁸ autem huiusmodi visio: eumdem venerabilem episcopum contra se stantem et se acri vultu intuentem, elemosinam quam a se Deo et martyri eius oblatam ipse abstulisset repetere. Quod cum ille suis nonnihil sollicitus exponeret, aiebant, maxime hi quibus rapta largitus fuerat, non debere eum somnia attendere, hominem enim sapientem illum esse, multas quippe curas sequi somnia, ideo haec illum dormientem videre, quod vigilans similia tractaret. His et huiuscmodi verbis adulantium lingua facile omnem timorem de corde eius elambuit. Ecce autem tertio apparet sanctus et illo potentior episcopus Wolbodo in virga furoris venit, missus contra eum durus nuncius, et comminans terribiliter ait illum non posse diutius vivere, iam enim securum ad radices arboris positam esse, quia fructum malum in bonum noluisset convertere. Inter huiusmodi verba gravissime illum cecidit, quem et statim praevia mortis aegritudo corripuit. Expergefactus ille, clamoreque eius familia turbata est; convocat archidiaconos et primos civitatis, et narrans quae viderit: En more*rior, inquit, ad misericordiam domini mei sancti Wolbodonis me proicit, ex opposito illius extra ecclesiam beati Laurentii, extra parietem sepelire me.* Tradensque sancto Laurentio praedium in Wasegga, quod nuper a Roberto archidiacono comparaverat, et quod solum residuum, quatuor marchas auri, unde postea factus est calix optimus, spondebat quod si spatiū sibi daretur, universa quae tulerat in integrum restituaret. Sed non expectatus obiit,⁴⁵ et hic sicut petierat, extra ecclesiam sepultus est. Ibi tamdiu nudus et sine tecto iacuit, donec ecclesia nova fundaretur, et tunc ampliata domo muro inclusus et sub tectum admissus est, et hanc sepulturam quae hactenus cernitur, abbas Stephanus pro veneratione episcopii super illum compositus.*

^{1025. Ian.} *26. Hic est abbas Stephanus matutinus et primus huius vineae quam Deus hic plantari voluit operarius, qui 33 annos et duos menses, longum videlicet diem propter spem denarii in hoc opere expletivit. Sed et antequam ad hoc opus vocatus fuisset, prius etiam quam sanctum monachi propositionum suscepisset, non otia foris sectatus est, sed ubicumque fuit, semper in vinea Domini laboravit; nam et ideo cum esset Sancti Dionysii canonicus, sancto Wol-*

³⁷⁾ Ex hoc cap. et Anselmi cap. 36. Reinerus cap. 16. concinnavit. ³⁸⁾ Reinerus V. Wolbod. c. 17. 55

bodoni episcopo adhuc viventi solo primum aspectu complacitus, cum ille de qualitate eius a fratribus ipius sollicite requisisset, et laudanda didicisset, familiaris eius factus est et p[re]ceteris carissimus. Hoc eo die contigit, quo ille praedicti martyris dedicata ecclesie convictu quoque suo fratre laetificavit, hic ut cellararius servivit. Invitatus est ergo, disponente in credimus Deo, quatinus cui semel viventi complacisset, in eius defuncti contubernal perenniter commareret. Sed hic in inicio dolores habuit ut parturientis, eo quod et episcopus³⁹ locum penitus negligenter, et cum his qui secum venerant, videlicet sex fratribus, necessariis egeret. Cum igitur humilis servus Christi velut exulem se et egenum conspiceret, et pro hoc loco circa sepulchrum sancti pontificis totis noctibus fleret et oraret; quadam nocte, post uberes lacrymas, cum residens dellexo inter manus capite paululum obdormisset, hoc modo illum divina gratia ibidem consolata est. Vedit assistere sibi juvenem speciosum ac splendidum, qui a pio patre Wolbodone se esse missum assereret; isque consolans eum: *Tu, inquit, nunc quidem tristitiam habes, sed in proximo est ut haec tristitia tua convertatur in gaudium; etenim sanctus Laurentius sanctusque Wolbodo locum hunc pariter ante Deum assumpserunt, 15 et fundamenta eius in illis sanctis montibus sunt, et quamdiu fuerint hic inquisidores regni Dei, omnia quae necessaria sunt corporis adiciuntur eis, et hoc erit tibi signum. In proximo episcopos flante spiritu Dei huc animum suum applicabit, et de grandi periculo in quo nunc est enatans, hoc in loco tuae spei figet anchoram.* Ecce et is frater quem hodie mittis ut ad vestimenta comparanda mutuum aliquid accipiat, cum venerit ad forum rerum venalium, praeparatum a sancto Wolbodone virum inveniet, qui quantum necesse est gratis tribuat. His ille acceptis evigilans, confestim fratrem Rennardum, quem ad Viseti forum ire praeceperat, iam egressum, iam vadentem revocari citius imperat. Exposita visio est, cunctisque gaudentibus, eumdem fratrem abire praecipiens, ex eius eventu firmius didicit, quid de ceteris oraculi deberet sperare promissis. Ille quippe stans in foro, et a quadam non sibi nota interrogatus quid quereret, cum respondisset se a sancto Wolbodone missum, ut fratribus deferret aliquid vestimentorum, nec se habere pretium, sexaginta probatae monetae solidos ab illo satis hilarius tribuente laetabundus accepit.

27. Interea quidam ecclesiae nostrae mansionarius, homo pauper et exiguis, sed forte apud Deum meritis magnus, mira se quaedam per visiones nocturnas audire et videre perh[ab]eat. Vadensque per civitatem festis diebus simplicitate rustica, et quadam quae verorum pauperum est licentia, palam omnibus proclamat, sanctum Laurentium sanctumque Wolbodenem in Publico monte commune habere hospitium, eos totis noctibus metiri suum habitaculum, et quia parvum eis videbatur, condixisse eos vetus debere diru novumque fabricari. Cumque multis ostenderet dicens: *Hucusque in longum, sic in latum, tantoque in altum suas 35 lineas ipsi tetenderunt, tamdiu stolidum et insaniae proximum cuncti crediderunt, donec universa effectus vera esse probavit.*

28. Anno dominicae incarnationis 1025. Reginardus post Durandum fit episcopus. Hic⁴⁰ non attendens ostium — debemus enim ad gloriam Dei ore libero peccatum propalare poenitentis, sicut adulterium David et homicidium, sicut negationem Petri, sicut Mariae septem daemonia — hic, inquam, non attendens ostium, aliunde ascendit in ovile ovium. Designatus enim ad episcopatum Virdunensem, ipse Leodiensem ecclesiam eodem tempore Durando mortuo praesule vacantem magis ambivit, adiisque Cumrado tunc temporis imperatore, pecunia obtinuit ut optato potiretur. Hoc igitur episcopatu adepto, abbas Poppo cura huius loci, quam a sancto patre Wolbodone suscepserat, quia iam de illa desperare cooperat, se absolvit, et praedicto episcopo in manum remittit. Tunc agente eni[us] apud episcopum saepedicto comite Hezelone, ut abbatem loco praeferret, et dicente scire se Virduni⁴¹ quemdam probatae vitae monachum, nomine Stephanum, quondam huius civitatis canonicum; episcopus, si modo ille deducatur, fakturum se pollioetur. Quo auditu idem comes celeriter dedit operam ut ille adesset.

50 29. Hoc tempore, Frederico Mosellonorum duce mortuo, quia mares filios non habebat, quibus ducatus Sigeb. 1034. cor-potera, Goto dux, impetrata ab imperatore etiam Mosellonorum ducatu, in Lotharingia nobilissimus principibatur. Burgundionibus⁴² vero non desistentibus a consuta contra regem suum inclemencia, rex Rodulfus regnum Burgundie Sigeb. 1033. Corredo imperatori tradidit, quod a tempore Arnulfi imperatoria per annos plus quam 130 gentis suas reges tenerunt

^a Explicit liber quartus. Incipit quintus. cod. quae a Ruperti opere aliena sunt.

³⁹ Reginardus. Sequentibus Reinerus usus est in vita Reginardi c. 3. 40) Endem Reinerus c. 1. 2. refert.
41) apud S. Vitonum; cf. V. Richardi abb. c. 12. 42) Reineri c. 8.

Sigeb. 1036. siue Burgundia iterum redacta est in provinciam. Odo autem Campaniensis regnum Rodolfi regis avunculi sui a Conrado imperatore nepote suo repetens, ut sub eo regat Burgundiam effugiat. Quod cum ei rex negasset, ille contra eum bellum Lotharingianum incurrit, castella oppugnat, urbem Leuchorum, que Tullus dicitur, obdidit, et in nullo tempore furore suo. Erat tum tempora eiusdem civitatis episcopus dominus Bruno, qui postea factus papa ecclesiae Romanae, vocatus est nomine huius nonius Leo. Hic tento fuit sanctitatis, ut eam ad capessendam sedes apostolicam Romanam tenderet, audiens voces angelorum caementium: *Dicit Dominus, ego cogito cogitatione pacis et non afflictionis.* Ipsa vero, cum in papatu pauperem leprosum ante fores offendisset, eum fotonus diligenter in lecto suo collucivit, quem cum reservato ostio non inventisset, in paupere se Christum suscepisse obstupuit. Ipse ergo, ut diximus, obcessa civitate sua ab illo tyranno, crabit Deum, attentus, ut auxilium misericordias sue mitteret sibi quantocius. Ille tamen nichilominus aevit, eascumque Berum obdidit et capit. 10 Tam anticipi periculo permotus dux Gozelo Leodium venit, dominum Reginardum episcopum rogat plurimum et obtestatur, ut non solum sibi, verum etiam omni Lotharingiae, immo vero universo subveniret imperio, quod aeterno notaretur elogio, si praevaleret praedictus Odo; omnes Francigenas omnemque Burgundiam coniurasse cum illo, nichilque aliud meditari, nisi irruptionem in regno Romano. *Huius,* inquit, *nobis curae absolutionem diligentia vestra usu 15 explorare promittit. Nichil morarini, michi satis subsidiū est si venitis. Sed vereor indulgere verbis paeconium vestri, ne proximus esse videar blandienti, quamquam dulce sit certamen familiaris officii.* In defectu rerum nichil opere est indulgere dictis. Rex ipsa vestram satis excitat experientiam. Episcopus habitu cum suis consilio, suum pollicetur auxilium; praecederet ipse, ne absentia eius hostibus audacia, suis vero cresceret timor et desidia: subsecuturum se citius cum suu paratus fuerit exercitus. Dux laetificatus promissis eius, quem sciebat multum valere in eiusmodi, tum et sapientia que multum praestat in arte bellica, ac nobilium militum multitudo quea sub eo erat, prope recedit, suosque oppido laetificat, quos in magno moere varioque curarum aestu reliquerat. Nec tamen congregati cum hoste ausus fuit, donec episcopus adventaret, donec sua exercitum praesentia laetificaret. Mox ut ille advenit, divisus 25 in procinctu per turmas et cuneos militum alis, personantibusque hinc inde tubis, commissum est praelium, diuque incerta belli alea decoxit exercitum. Multitudo quea cum hostibus erat, victoriam illis promittebat, hos innocentia sola protegebat; superbia illos armaverat, istos iustitia. Odo princeps hostium, sinistro cornu protrito, milites suos convertit; totum belli negotium in episcopum agit, a cuius se militibus cernebat piae omnibus et sentiebat praegredi. 30 Episcopus Dei auxilium in praesenti discrimine invocans, nobilium mentes invenum hortatu paterno excitabat; senibus ut pristinae memores essent industriae, neve supra viri nutaret praedicabat; illius gesta nobiliter olim declarata memorabat, hunc ex nomine proprio compellans, ut fortiter hostem caederet exorabat. Gozelo dux recollectis suis, quos palantes revocaverat, legiones iterato restaurat, cum episcopo fortiter praelanti gradum fir- 35 mat, ferrum denuo imbre lethali consernit, plurima mortis imago vertitur; episcopus a latere lassentes protudit, lectas retro legiones immisit. Albertus comes Namencensis, qui cum episcopo erat, dum prae nimio zelo hostem conterendi in confertissimos hostes incursat, unde unde telis obruitur, sed dum cedere censem esse pudori, cum multo hostium detimento non insultus perimitur. Crevit in adversis virtus: nam episcopus cum duce, cernentes comitem interiisse, iam totis habenis in hostem irruunt. Odonem cum omnibus suis nobilioribus interimunt, certos ubi ubi palantes confidunt. Nec apposuerunt ultra Francigenae fines Lotharingiorum incursare. Leuca civitas diutine obsidione attrita iamque, nisi divina affluisse misericordia, in dedicationem futura, liberatur. Episcopus Bruno qui illa obcessus tenebatur, gratias Deo agebat, exauditum se fore subactis praedonibus. Episcopus Reginardus Victoria plena potitus, et ab omnibus magnifice glorificatus, Leodium reddit, et pro cunctis suorum, qui in expeditione oppeterant, obtulit Deo sacrificium laudis, factaque est ingens laetitia imperatori Conrado cunctis primoribus aulae; dominus Reginardus ab universis praedicatur, qui tantum imperii hostem protrivisset, et quasi opprobrium abstulisset ab Israel.

30. Interea⁴³ iam episcopo Reginardo divinitus cooperat agi quod Dominus per propheta Mich. 4, 10. tam dicit: *Venies usque ad Babylonem, et ibi liberaberis;* venerat enim usque ad Babylonem, ingens scilicet peccati confusione, et ibi respectus ab illo, qui respicit terram et facit eam tremere, quo respiciente Petrus flevit amare, tremuit ipse et flevit, territus periculi sui magnitudine. Igitur ut liberaretur Deum instanter coepit exquirere manibus suis, sentiensque quod esset vincitus manibus, et quod nisi^{a)} detectis vinculorum nodis solutionem mereretur, vadit 55 Romam ad pedes apostolorum principis, ut ferrum quo vincitus esset solvendi potestatem ha-

a) altera negatio deesse videtur.

43) Roin. c. 4. Apud Anselmum nullum horum vestigium est.

benti suppliciter detegeret; et cum animo iam, exemplo regis Ninive, de solio suo descendisset, vadit tamen cum tam ingenti pompa nobilium, ut non tam peregrinatio quam exercitus crederetur: ⁴³ sicut pro honore, aliis pro sua devotione secum proficiscentibus; tanto utique ve-rius poenitens, quanto minus multitudinem notorum in eo quod facturus erat erubescens.

5 Cum his itaque ingressus Romanum et apostolorum principis ecclesiam, mox ut apostolicum Benedictum⁴⁴ intutus est, in conspicuus suorumque comitum cum ingenti gemitu ad ⁴⁴ pedes eius procidit. Moti omnes maximeque sui stupore miraculo. Praeoccupant verba lacry-
mae, vocemque euulantis potius quam loquentis singulus intercipit. Itaque tanquam Lazarus ad magnam Domini vocem concussus, cum requireret apostolicus, et causam expectaret, tam-
10 quam de sepulchro totus prodit, qualitatem sue mortis fefelleret et vinculi quo erat compedi-
tus, scilicet quod episcopatum quem non meruisset per gratiam, obtinuisset per pecuniam.
Idcirco se velle dimittere, ait, sic male acquisitum; non dubitare dexteram manum suam,
quia se scandalizaret, abscidere, et proicere a se; melius quippe esse cum una manu priva-
tum ad vitam ingredi, quam duabus manibus potentem potenter tormenta pati in gehennam
15 ignis. Itaque secundum suum ipsius iudicium, apostolico quoque prosequente ita magis ex-
pedire, cum super altare beati Petri baculum pastoralem depositisset, apostolica benedictione
absolutus, privatus abire iubetur. Cum hi qui secum erant moerentur, gaudebat ipse, sicut
qui esset solitus a vinculis, abstractus ab inferis, suscitatus a mortuis.

31. Interea recognoscens apostolicus misericordius cum illo esse agendum, neque enim
20 eum ceperat in gladio et arcu suo, sed ille ultra prodiderat delictum suum — nam et Pe-
trum, quia ultra flevit, resurgens Dominus ex nomine revocavit apostolum ad apostolatum —
tertia die mittens, vocari ad se iubet eum Leodiensem exepiscopum, et alloquens eum: *Quo-
niam, inquit, hactenus ut negotiator sedisti in templo Dei, et hoc agnoscens, non expectato fla-
gello Domini tuam ipse cathedram evertisti; nunc in nomine Christi et ex auctoritate Petri apo-
25 stoli accipe curam et regimen sanctae ecclesiae, et permanens in ea, fac dignos fructus poen-
itentiae; secundum possibiliter tuam pasce pauperes, et subleva in necessitatibus deficientes, et
si potes, alicuius sancti ecclesiam aedifica, ut, cum defeceris, recipiat te in aeterna tabernacula.*
Hoc vero expertum in se quam bonum sit praecoccupare faciem Domini in confessione, auctum
30 benedictione Domini ad propria remittit. Itaque revertebatur, illud in se habens simile David,
quod sicut ille, cum fugisset a facie Absalon filii sui, iterum in regnum suum est reductus,
ita ipse, postquam fugerat a facie peccati, mali videlicet filii, rursus in regnum ecclesiae
reverti merebatur.

32. Cumque⁴⁵ revertens iam per Publicum montem descedenteret, iamque exiguum quod
hic sibi erat asylum consiperet, comes Hezelo nonnihil eius secreti conscius, appropians
35 lateri eius: *Ecce, inquit, domine, beatus Laurentius, qui te, si ab ipso promovereris, apud Chri-
stum potenter auxiliabitur.* Hoc dicto mirum in modum locus ipse et nomen sancti martyris
animo eius incidit. Itaque cum civitatem ingressus fuisset, et debito cum honore exceptus in
pace resedisset, die quadam summo diluculo ascendens ad orationem visitavit locum, et con-
solatus est humilem et pauperculum abbatem Stephanum, omnia visioni suprascriptae con-
40 venientias reprobavit. Et quia iam hiems instabat, erat enim ille dies secundus mensis No-
vemboris, propositum quod mente gerebat, tunc quidem implere distulit. At ubi iam paene
hieme exacta verna temperies appropinquauit, ecce repente die tertia mensis Februarii
summo diluculo ascendunt officiales episcopi, et ascendentis tectum ecclesiae dissipare mu-
rumque subvertere summa alacritate et ingenti gaudio atque clamore cooperant. Ita sero in
45 praeterita vespera fuerat in domo episcopi deliberatum, ut abbatii Stephano adhuc quiescenti
repentinus fragor pro nuncio fuerit. Diruto itaque veteri aedificio, locus in quo steterat positi-
tis fundamentis per medium divisus est. Fundamenta quippe novae ecclesiae a medio eius
foris in occidentalem plagam deducta sunt, reliquum eius ab orientali plaga cedens in habi-
50 tationem sancto episcopo Wolboldoni, fundamenta cryptae accepit in honorem beatae semper
virginis Mariae. Erant autem in hoc opere episcopi, immo Dei adiutores abbas Olbertus
Sancti Iacobi Sanctique Petri Gemblacensis, vir totus ex sapientia virtutibusque factus, et Hu-
neco frater ipsius episcopi, et Meinerus^a tunc temporis index civitatis.

33. Nec illud inter praetereunda ponendum videtur quod accidit⁴⁶. Arbuscula quedam,⁴⁶

^{a) ita pro Memmorus Reta. l. l. et privil. Reginardi in Mart. et Dur. Coll. IV, 1169.}

^{35 44) nonum; sed Reinerus Iohannem nominat. 45) Rein. c. 5.}

⁴⁶ quam vulgo salandram ⁴⁶ nominant, extra fundamentorum ambitum relicta fuerat; hanc supermemoratus somniator omnino longitudine ecclesiae concludendam esse perhibebat. Iam parietes non modice surrexerant, et ille nichilominus ita futurum esse confidenter asserebat. Nec eum haec sua confidentia frustrata est. Venit quippe praedictus frater episcopi, et inspecto opere vituperare coepit et detestari, multum sibi displicere mensiones longitudinis, ⁵ dominum suum multo melius posse perficere quod inchoaverit. Haec dicens potenter ac fiducialiter operaris imperat 40 pedes in longum augere parietes, asserens quod si episcopo non placaret, pro viis ipse sumptibus augmentum illud suppleret. Sic inclusa est ea quam diximus arbuscula, et per ille his a quibus irrisus fuerat arriden, quasi vitor insultabat.

³⁴ 34. Itaque hoc opus licet homines adversi, quasi quidam Samaritae, diu multumque impeditissent, tandem Domino iubente fieri permisum, et citius quam quis ratus erat posse fieri consummatum est ⁴⁷. Deinde expedita auctoritate apostolica, et veniente Iohanne Portuensi

¹⁰³⁴ ^{Nov. 3} episcopo, ac Pilegrinō Coloniensi archiepiscopo, anno dominicae incarnationis 1034, inductione secunda, ipsius autem Reginardi episcopatus anno 10, cum summo gaudio et honore ecclesia dedicata est ¹⁵.

35. Satis autem constitut merita sancti martyris Laurentii toti extunc subvenisse civitati ⁴⁸; nam superioribus annis, quandiu basilica vetus hic in negligentia stetit, expectabatur semper et erat terribilis nox passionis beati Laurentii, gaudium utique victoriae eius aeris spiritibus qui ab ipso victi sunt horrore tempestatis obscurare nitentibus; nam densato nigrum in nubem aere, depugnantibus ventis et effusis imbris fiebant tonitrua, crebraque micabant ²⁰ ignium iacula, ut manifeste daretur intelligi ipsa propter odium eius a malignis spiritibus eleminta vexari. At ubi eidem victori serpentis antiqui debitus hic honor coepit exhiberi, omnis illa tempestas et spiritus contrarius Domino increpante obmutuit. Unde et huic civitati mos inolevit, ut quotiens nimia vel imbrum vel siccitatis iniuria, seu qualibet alia tribulatio ingueret, congregatus clerus et populus cum letanis postulet suffragia beati Laurentii. Qui ²⁵ cum saepe subvenierit, ea praecipe die iocundam vultus Dei hilaritatem terris obtinuit, qua Godefridus canonicus sancti Lamberti pignora eiusdem sancti martyris, sicut apud nos scriptum habetur ⁴⁹, ab urbe Roma detulit; sol quippe toto mensis unius spatio nascentes tunc fruges nullo iuverat caloris beneficio, nimiaque pluviarum iniuria spem omnem totius anni tam in agris quam in vineis paene consumperat; nec exaudiiebantur querentes miseratio- ³⁰ nem a Domino, qui sibi opposuerat nubem ne transiret oratio. Sed ea die congregatus in hac ecclesia clerus et populus, cum pro serenitate missas celebrasset, mox ut clamatum est *Kyrie eleison*, scissis eodem momento nubibus sol serenus effusit, terramque deinceps diutino ac sufficienti calore refecit.

36. Hoc modo gaudentibus angelis super uno peccatore poenitentiam agente, hic quo- ³⁵ que locus gaudii ipsorum particeps factus est; at ille, scilicet Reginardus episcopus, cum consolatus fuisset locum, et posuissest desertum eius quasi delicias, qui adhuc augere voluissest gaudium et exultationem, nobis nimium cita morte praeventus est. Itaque moriens eo in loco sepulturnam habere concupivit et meruit, ubi die ac nocte, quotiens ad deprecandam faciem Domini ingredimur, nostris, ut eius memores simus, semper se ingerat aspectibus. Orat pro ⁴⁰ illo ad Dominum etiam elemosina magni pontis ⁵⁰, quem super Mosam multis sumptibus exstruxit, pauperes quoque 1200 quos magnae famae tempore famis pavit, 300 Leodii, 300 Hoi, 300 Deonanti, 300 Fossis, simulque eos quos verecundia mendicare prohibebat, in opera pretio conductit ^b.

¹⁰³⁷ ^{Dec. 5} 37. Itaque praesulatus sui anno 14. ⁵¹ temporalis vitae subtractus est luci, et ducatu ⁴⁵ beati Laurentii a valle lacrymarum ascendens, intravit in gaudium Domini sui 1036 incarnationis.

a) Sequebantur ex Sigeb. a. 1025. Praedictus vero Iohannes Portuensis ep. cum postea factus fuisse papa Romanus, frater eius Stephanus eiusdem papa civitatis ei apparet — esse, quae nec nemerus habet, et temporum ratione repugnat.

b) Hactenus Ruperti abbreviator ante annos quingentos excardus. Quae sequuntur ex Reinerio et ceteris scriptoribus antiquis colligit aliquis exscriptus Adrianus de Veteribus, ut ipse testatur infra ad annum Christi 1218. MART. Sequentia de an- ⁵⁰ niversario eius, Ruperto posteriora, electi, necnon enumerationem thesauri ecclesiae et oblationum Reginardi, a Ruperti sillo alienam. Eandem et vetusto cod. S. Laur. dedit Chapeavill. I, 274.

46) Reinerius *salangram* scribit, Aegidius *salan-* ⁴⁹⁾ auctore Ludowico; edidit B. Pez Thes. Anecd. gam, Stabulaus *sambucus*, Paperochius in vita IV, 3, 3. Factum est a. 1056. Iun. 3. ⁵⁰⁾ Eas sancti Welbodonis salviam fuisse putat. MART. dem habet Reinerus V. Reg. c. 8. ⁵¹⁾ melius 55 47) Ita ipse Reginardus loquitur in privilegiis ap. Reinerus XIII; v. Anselmi Gesta c. 37. n. 60. Mart. et Dur. IV, 1165. ⁴⁸⁾ Rein. V. Regin. c. 6.

tionis Christi anno, Nonas Decembri; corpusque eius cum honore maximo in hac quam construit ecclesia ante maius altare venerabiliter est reconditum, ubi tale super sepulchrum cuius sculptum fuit epitaphium:

Huius domus haec index, haec eius tota supellex,

Nec minor indicio cultus episcopio.

Tollitur hic Nonis perfuncta sorte Decembri.

Par et ei introitus, par erat et redditus.

Anno Domini 1036. obiit dominus Reginardus Leodiensis episcopus^a.

38. Post^b obitum igitur domini Reginardi, dominus abbas Stephanus, vir scientia clara^c, sed conversatione clarior, dignum se patremfamilias exhibuit, et quasi pupillus absque patre, soli Deo derelictus, aedificia claustrorum et officinas a Deo sustentatus consummavit, successisse circumquaque silvis, quae propter latronum insidias noxiae fuerant omni transiunt, vineas plantavit, novalia excoluit, et praedia conquiri, aedificia construere, quantum absque detimento spiritualium poterat, totis viribus laborabat. Multa tamen huius saeculi 15 adversa, satana procurante, sustinuit. At velut uva dulcis ex vinea Soreth, id est electa vel optima, torculari tribulationum saepenumero pressus est, quoniam Nithardus nepos domini Reginardi ex sorore, custos Sancti Lamberti, qui avunculo suo successerat in praesulatum, totam suppellecitem et auri plurimum et argenti, quod ille sancto Laurentio thezaurizaverat, ut in comparandis huic ecclesiae praediis pro illius anima expenderetur, retinuit et usurpavit, 20 non recogitans quanta pius nutritor suus sibi fecisset bona.

39. Quo defuncto Wazo episcopus successor eius non minime dominum abbatem Stephanum afflxit, iura quaedam infringere volens circumiacentis terrae, quam venerabilis Reginardus liberam ab omni exactione huic ecclesiae delegaverat. [Hic Wazo fuit frater Wensonis abbatis de Florinis. Hic primo etc. *Adriani excerpta ex Anselmo suppressi*.]

25 40. Post Wazonem Theoduinus successit, placidum Leodiensis ecclesiae sidus, qui basilicam sanctae Dei genitricis Mariae, ut magna devotione sic magna operositate in Hoyo extraxit^d, [in qua et sepultus etc. *Excerpta ex Aegidii cap. 5. 7. 8. 9. omisi.*] Anno autem episcopatus eius 13. dominus abbas Stephanus cunctorum huius ecclesiae monachorum pater primus qui usque in senectam et senium bene regi Christo militavit, tandem senex et plenus dierum 30 de huius vitae laboribus evocatus, ad nominis sui, quod coronatus vel normale interpretatur, coronam transit, et togam aeterna pacis et quietis accepit, postquam praefuerat huic ecclesiae 33 annis et duobus mensibus^e. Sepultus est in crypta ante altare sanctae Dei genitricis Mariae, ad pedes sancti Wolboldonis episcopi, apud quem pro sua religiositate et honestis moribus multum habuerat gratiae et familiaritatis^f.

35 41. Succedit Lambertus abbas noster secundus, qui et ipse tempore suo prospere processit, homo multimoda utilitatis. Hic vitam Heriberti Coloniensis archiepiscopi et miracula descripsit^g, et quaedam musice de ipso compositum, et in versibus faciendo claro vixit ingenio. Sed si licet parva comparare magnis, aurea aetas sancti ordinis, quae ante ipsum sub^h *cf. Virg. IV, 176.* domino abbate Stephano fuerat, sub ipso in argenteum saeculum degeneravit. Praefuit annis 40 circiter decem, sepultusque est ad dextram domini abbatis Stephani.

42. Tertium a domino abbatte Stephano pastorem sortiti sumus Everardumⁱ ecclesiae Florinensis monachum, propter rerum exteriorum experientiam electum, qui parum huic ec-

a) *Everini epitaphium e. Reineri c. 9. sumptum eliminavi.* b) *Extrema verba e vita Reginardi interpolata existimo.*

52) v. Reineri c. 9. 53) v. Rein. c. 9. Aegid. III, 1.

45 54) duodecima Ianuarii aetatis suas anno 69; de quo necrologium haec habet: IV. (ita ed.) *Idus Ianuarii dominus Stephanus Deo duce ad nominis sui coronam transit. Qui primus huic ecclesiae 33 annos duos menses et undecim dies praefuit. Anno 50 1656 in die elevationis sancti Wolboldonis corpus eius integrum et incorruptum, ipso etiam monachali habitu illibato indutum inventum est, caput etiamna canitie venerandum. Eius epitaphium ex schedis R. P. Caellestini Lombard subiecte iuvat.*

55) *Conderis hoc tumulo mortis legem subeundo, Stephane prime pater, iam te retinet pia mater Iherusalem supra, pax et requies ubi vera:*

*Nam bene vivisti, gregibus bene consulisti,
Iam recipis merita, revirescere perpetua vita.
Ut tibi iungamus, precibusque tuis mereamur.
Quod lapis hic urget Christo veniente resurget.
Praefuit annos 33, menses 2, dies 11; migravit anno
Domini 1058. 2. Idus Ianuarii. Requiescat in pace.
Amen. MART. Sed Theoduinus a. 13. in Ian. incidit in
a. D. 1061, vel si minus accurate computamus,
1060. Eundem annum inventimus, si annos a fundatione monasterii computamus, quam Ann. Laub.
Leod. io. a. 1026, ponunt. Diei 2. Id. Ian. etiam in
Missali Stabul. MS. adscriptus est. 55) Edita est
in Mon. SS. IV, 739. Cf. Reinerum de claris scri-
pтор. I, 1. 56) Cf. Rein. ib. c. 4.*

clesiae profuit, quippe qui nec uno quidem anno integro supervixit, sed eodem die quo prædecessor suus obiit, anno tamen revolut, et ipse defunctus est. Et quia exterioribus magis quam interioribus deditus erat, sub ipso status sanctae religionis quasi in aereum saeculum degeneravit. Sepultus est in crypta, ad sinistram scilicet domini abbatis Stephani. Post quem Wolbodo successit ferro potius ex duritate quam ex virtute comparabilis.⁵

43. Igitur anno dominicae incarnationis 1071. regimen pastorale ecclesiae nostrae Wolbodo suscepit, de quo arbitramur, quod princeps quidem extiterit, sed Dominus non cognoverit; scilicet propter peccata inhabitantium hoc in loco praeesse permiserit; quippe qui nimium confusus gloriae et nobilitati sue, quia venerabilium episcoporum sancti Wolbodonis et Reginardi proximus esset et affinis, illum referens patris patrum, istum referens matris¹⁰ suac fuisse avunculum⁵⁷. Unde nimis se extollens, longe se habebat alter quam conveniret monasticae professioni. In omni enim habitu suo magis se gerebat ut principem, quam ut abbatem. Cum ergo sancti illi essent in cœnulationem, et bona ecclesiae in direptionem,
1075. contigit dominum Theodum ex hac luce discedere, anno Domini 1075¹¹. Post cuius decessum orta est dissensio inter potentes agendae electionis, et dum plures voluerint episcopi¹² fieri, nulli eorum ut episcopus fieret contigit. Leodienses tamen Theoderico abbatii Sancti Huberti, ut ad imperatorem domini Henrici dicti Pacifici¹³ ab eis electi electionem referret iniunixerunt, quam imperator confirmavit.

44. Henricus igitur ab archiepiscopo Coloniensi Annone, qui coenobium Sigebergense construxerat⁵⁸, 54. Leodiensis episcopus sive Tungrensis est consecratus. A quo etiam adiutatus est sub testimonio collatae sibi benedictionis, ut eius quoque verbis utamur: *Per benedictionem, inquit, patris tui Annonis obtestor te, ut destruas superbiam et insolentiam abbatis Sancti Laurentii Wolbodonis.* Episcopus autem Henricus ipsum Wolbodenem in spiritu mansuetudinis corripiens, interventu nobilium quorum erat affinis, et maxime Wilhelmi Traiectensis episcopi, aliquamdiu distulit, et correctionem eius expectavit. Cumque nihil sic proficeret episcopus, sed ille ex superbia et indignatione ad deteriora deficeret, constituit diem ad discussionem eius publicam; congregataque ecclesia et abbatibus ad hanc dioecesim pertinentibus, consilio et iudicio ipsorum iussus est Virduni in monasterio sancti Aggerici, subire exilium. Consensit ille primo iudicio sapientium; sed locutus cum suis, quod prius promiserat exequi, publica contradictione excusavit. Episcopo exigente^b ut daretur sententia huic inobedientiae, decretum est ab omni' conuentu, ut in sua se recognosceret^c, et ipsam abbatiam libere ad placitum suum disponeret, cuius abbas convictus criminibus nolle ei ad emendationem obedire. Nec moratus Wolbodo ad imperatorem Henricum abiit, cuius violentia aduersus episcopum conatus est se tueri. Sed nec precibus regis potuit episcopus attrahi, ut eum restitueret, obtestans malle se episcopatum ad tempus intermittere, quam huiusmodi³⁵ insolentiam pati sine congrua satisfactione. Igitur adiit Romam apostolicae sedis expetens refugium. Apostolicus autem litteras episcopo mittit, ut aut illum restitueret, aut depositio-

1076. nem eius legitimo iudicii ordine definiret. Accepit episcopus mandatis, diem statuit synodi generalis, ut ubicumque sit ille veniat, audiendus canonice, si quid iustae querelae habuerit. Sed ille non venit in praesentiam, cum iussu episcopi convenisset ex omni episcopio abbatum, archidiaconorum, clericorum, laicorum congregatio valde magna. Petuit igitur episcopus sanctum conventum propter Christum et secundum Christum sibi verum dari consilium. Tunc totus ille conventus Wolbodenem abiudicavit, et ut episcopus alium qui dignus esset in locum eius substitueret consuluit. Episcopus vero rogat virum sanctum abbatem Sancti Huberti Theodericum, ut Deo et sibi det unum de suo grege monachum ad hoc opus idoneum. At ille priorem monasterii sui nomine Beringerum in religione probatissimum, tradit episcopo in abbatem ordinandum. De quo praeterendum non est, quod cum pauper fuisset, Dominus illum de pulvere suscitaverat, et quod magis praedicandum est, deposito potente de sede, loco illius humilem exaltavit. Igitur tunc Dominus oves suas post multam earum dissipationem Sp. 17. visitavit, cum hic abbas et pastor ordinatus curam earum suscepit. Concordabat in eo vita⁵⁰

a) Excerpta e Gestis abb. Trudon. de Adelardo II. hic eiec. b) verbum omisum in priori ed. e Chron. S. Huberti supplet. c) scil. sententia.

57) Eadem verba habet Aegid. III, 11. Ceteris Chron. S. Huberti c. 28. 29. usus est. Cf. eius Praefat. 58) propter pacem quam a. 1071, 6. Kal. Apr. condidit, v. Aegid. c. 12. Sed haec postea interpolata esse arbitror. 59) Eadem habet Aegid. p. 34. unde sumpta hic ab Adriano insepta videntur. Sequentia partim hinc mutuatus Chron. S. Huberti c. 28. 36. 55 brevius retulit, alia ipse addidit.

cum nomine, et erat vir potens in opere et sermone, sicut Deus cum eo, et in omni negotio, in omni consilio prospere agebat. Benedixitque Dominus domui huic per illum, et multiplicavit tam in decimis quam in agris cunctam ecclesiae substantiam. Dei quoque adiutores, qui saeculo renunciaverunt, illi accreverunt, videntes gratiam Dei esse in eo. [Tunc et venerabilis Robertus monachus est effectus.] Interea retribuebant ei nonnumquam mala pro bonis ab aliquibus ei obicientibus opprobrium Salvatoris: *Nonne hic est filius fabri, et nobilis viro honorem suum supplantavit?* Ad hoc accessit, quod Henrico rege pascha celebrante Leodii⁶⁰, Wolbodo cum circuita terra redisset a Pulania et Anglia, ipso die sancto paschae inter missarum sollempnia coram rege procidit, conquirens et regiam auctoritatem imploras.

Episcopus autem facti sui vitans invidiam, non abnuit cum illo reverti ad iudicium, diemque illi praefigit quo se praesentet in omni querela sua audiendum. Dominus abbas Beringerus hoc audiens, die præfixa, quia Wolbodo more suo non comparuit, coram omni frequentia quae convenerat, surgit in medium, expositaque ut optime noverat causa sua, pastoralem dimitens baculum, sedit privatus sub abbate suo in loco privatorum. Tunc omnes qui convenierant, in Wolbodenem renovaverunt iudicium, hoc addito, quod nec huius ecclesiae nec alii cuius in hac dioecesi dignus esset prælacione. Berengerus autem rogatus est ab omnibus, et ab episcopo ratione et potestate compulsus, onus arcae Domini subiectis trahere cervicibus, qui duodecim postea prospere præfuit annis. Wolbodo vero cum rege recessit, et usque ad mortem domini Henrici apud eum permanxit.

Iste episcopus dedit sancto Laurentio ecclesiam de Aioncourt et medianam partem villae cum omnibus appenditiis suis⁶¹ et decimas vinearum in Frangeis⁶².

45. Erat⁶³ tunc temporis in ecclesia Leodiensi canonicus quidam, Obertus nomine, praepositus Sanctae Crucis, qui accepta licentia eundi Romam, cum invenisset regem in Italia, apud eum se in eius curia cum ceteris capellani contulit, ubi Wolbodeni nostro familiaris effectus, et ab ipso et ceteris regi Henrico commendatus, tantam familiaritatem apud eum adeptus est, ut eum donum episcopatus habentem Leodium, nunciata sibi morte episcopi¹⁰⁹¹. Henrici, remitteret, sic tamen, ut data fide coram rege firmaret, quod tertio die post introitum suum Wolbodenem in hac ecclesia expulso venerabili viro domino Berengero relocaret. Wolbodo igitur trepidans a mercatoribus huius patriae pecuniam multam mutuo accepit, quam de ecclesia ista persolveret; unde ipse rex 300 marcas habuit, Obertus autem non parvam inde partem accepit. Itaque fama facti huius Leodium pervenit, scilicet Wolbodenem advenire, et multis secum divitias apportare. Quae fama mox ut monachorum attigit aures, moerabant hi in quibus erat lumen prudentiae; alii autem qui leves corde erant, cupiditate novarum rerum, nonnulli vero quibus disciplina fuit onerosa, odio præsentis patris tripudabant. Quid multa? tota civitas repleta est de nobilitate generis et divitias Wolbodenis. At ille omnium egentissimus pecuniam mutuam acceperat, quam de carne et ossibus monachorum soluturus erat.

46. Venit igitur Obertus Leodium cum eo in vigilia nativitatis Domini; sed nichil agere Dec. 24. attemptavit, priusquam in sede sua episcopali benedictione confirmaretur. Ordinatur ergo¹⁰⁹². Coloniae pridie purificationis beatae Mariae, ibique firmata est sententia oportere perfici regis imperium. Cumque redisset, evocato domno Berengero coram omni clero et populo cunctisque paene principibus, non ex sua sed quasi ex regis sententia invitus, edicit oportere ut abeat. Nec erat in tanto conventu, quamquam multos adversarios haberet, quisquam tam audax, qui in eum umquam vel unum sermonis impetum ad extorquendum illi baculum patrastoralem iacularet. At ille vir venerandus, exposita ut optime sciebat diligentia quam circa pastoralem curam habuerat, coram eis transiens, per medium illorum ibat. Detestabantur hanc iudicij subversionem paene cuncti tam clerici quam laici, et cum honore eum deducentes, dederunt ei equos ad subvectionem fratrum, qui cum patre suo magis exules esse elegerant, quam sub mercenario vivere vel audire vocem alienorum.

50 a) *Eeci quae Adrianus hic inseruit, sumpta e libro chartarum S. Laurentii, deinde excerpta e Gestis abb. Trudon. et ex Aegidio de Henrico episcopo.*

60 a) 1080 vel 1079. siquidem Berengerus postea moratio domini Henrici dicti Pacifici Leodiensis episcopi qui dedit — suis, ut supra. Ceterum illa a Roberto venisse dubito. 61) Conf. Historia S. Petri Eyncurtensis auct. Adriano de Veteribusco in Mart. et Dur. Coll. IV, 1183, ubi charta donationis servata est, et e „martyrologio mon. S. Laurentii“ haec verba: *Secundo Calendis Iunii commen-*

Feb. 1.

47. Electus ergo vir Dei tam venerandus et huic ecclesiae tam necessarius, venit cum fratribus suis ad abbatem Sancti Huberti Theodericum, qui eum benigne suscipiens et consolans, dedit ei prioratum unum prope civitatem Remensem⁶³, ubi per tres annos et dimidium moratus est ingens exul, cunctis qui eum noverant valde gratiosus, Deoque devotus. Percusso igitur pastore, suspectus est infelix ille mercenarius cum infaustis canticis, monachis illud respondorum canentibus: *Deus domini mei Abraham, dirige viam meam, etc.* O infaustum diem illum quem tantae tenebrae sunt secutae! Sequenti etiam die exceptus est Lupo ille Hasbaniensis, qui de ecclesia sancti Trudonis fecerat speluncam latronum. O vere tempora infelicia! Nam cum Wolbodone veniens statim se ostendit armata egestas, ita eum debitis exagitantibus, ut feram rapidam fames valida exasperat. Et quidem primo in pauperem ecclesiae familiam durus exactor incubuit, nunc prece, nunc dura lege placiti praedam faciens ex eorum substantiis; deinde fundos ecclesiae, decimas quoque paulatim oppignerat, partim vendens in perpetuum alienat, nonnulla sub conditione anni census emancipat, alia in beneficium alienis heredibus donat. Quod videntes monachi coeperunt se invicem rixando detestari, abbatem Beringerum haec omnia praedixisse referentes; eiusque beneficia recolentes, eorum ingratitudinem arguebant. Principes etiam huius patriae simul cum Godefrido duce consilium inierunt, et Oberti animum vix obtinuerant, ut dominum Beringerum remandaret, et domum istam de manu tanti praedonie eriperet. At episcopus demandato Wolbodone coram facta eius arguebat; sed ille improvisus, vix usque in crastinum inducis impetratis, locutus est cum senioribus monachis qui partem eius foverant, et conficta qua potuit purgatione, et dictorum seniorum armatus defensione, revertitur ut qui noebat noceret adhuc. Ipsi enim trepidabant timore ubi non erat timor, scilicet ne si dominus Berengerus abbas reverteretur, in ipsis, quia quodammodo causa commotionis fuerant, tantum malum retorqueret. Quapropter potentibus exasperatis, crevit circa locum despectio, et facti sunt despicabiles monachi in oculis omnium timientium Dominum.²⁵

48. Dominus vero Berengerus et qui cum eo erant, praedicabantur et laudabantur ab omnibus, et veniebant ad eum omnes qui illi detraherant, in tantum quod etiam Girardus⁶⁴ Traiectensis episcopus eius gratiam requirens, eum dignis muniberis honoravit, suam operam ad sublevacionem huius ecclesiae repromisit, sicut et postmodum fecit. Sed cum omnibus esset gratiosus, soli Oberto factus est odiosus, quia illi imputabat quod nomen suum famosum ubique opprobriis coopertum esset. Interea Deo volente vexatio dedit intellectum auditui, et licet diversa intentione, uno tamen igne discordiae coeperunt omnes monachi simul contra Wolbodenem ardere. Crepitum incendi tota civitas audivit, et ipse episcopus ad extinguendum festinus occurrit. Quod semel et iterum atque tertio frustra temptatum est. Nam monachi coeperunt Wolbodonem tamquam simoniactum detestari, improperantes ei quod quondam abiudicatus, nunc per pecuniam introductus, in bonis ecclesiae tyrannizaret. Tunc episcopus qui stulte se ipsum prodiderat, partem se pecuniae illius habuisse, totus contra monachos insurgit. Quod videntes monachi, communibus supplicationibus in communis statutis, prosternebantur singulis noctibus in crypta ante altare beatae Mariae virginis, et ad tumulum sancti episcopi Wolbodonis; quod acceptum fuisse supernis revelationibus indicatum est. Nam vidit quisquam navim cum monachis in mari turbatam, a beata Maria ad littus perductam fuisse, sanctumque episcopum Wolbodonem ad altare sancti Laurentii sacrificium laudis obtulisse, et baculum pastoralem Wolbodoni in manu eius fractum per innumeras partes dissulisse.

1095. 49. Obertus episcopus monachis aversus, eo quod de simonia fecissent mentionem, in Mart. 21. feria quarta dominicae passionis, cum nullo imperio, nullis clamoribus flecti possent ad subiectionem Wolbodonis, quia se a communione eius abscedentes, et se invicem cohortantes, perseverantiam sibi mutuo firmatis animis devoverant, nec ipsis manibus temperavit, et quosdam de prioribus violenter laicis tradidit abducendos; quos cum his furis vincere non posset, tradidit eos Stephano abbati Sancti Iacobi, ut apud illum exilio detinerentur. At illi qui relicti fuerant, dispersi sunt in capite omnium platearum. Tandem navim ingressi, quidam ex ipsis ad episcopum Traiectensem pervenerunt; et paulo post iussit episcopus omnes de finibus suis exire, quia inobedientes sibi essent. Qui navim condescenderent, longo navigio ad abbatem

63) Eberneicurtem. 64) Conradus tunc episcopus Traiectensis erat.

Beringerum pervenerunt; quos ille in pacis osculo benigne suscepit, et consolatus est; et sic¹⁰⁹⁵ ecclesia ista per trium mensium spatum, dispersis filiis, desolata permanxit⁶⁵.

50. Tandem suscitavit Dominus spiritum Godefridi ducis [de Bulhon] et principum huius patriae, ut Oberto episcopo quamdam vim rationabiliter inferrent. Nam cum obcessurus castrum Clarum montem eorum auxilium flagitasset, responderunt sibi non esse tutum suas vel suorum animas pro eo mittere in periculum, timendumque esse ne pro eo morientes damnarentur, quia ipsis consentientibus destructis ecclesiis servos Dei suis effugasset sedibus. Tunc ille Wolbodenem ad se vocatum repente deiecit, detinens eum apud se, et sperans quod abbatem Berengerum callide repellere posset, quem cum fratribus suis revocavit. Revocatus autem Berengerus omnes fratres suos praemisit, et tam vigilanter et industrie eos dispersos conservavit, ut non perderet ex eis quenquam. Omnes igitur fratres qui cum eo vel post eum ex hoc loco recesserant, una die simul iterum redierunt, quae erat vigilia beati Laurentii patroni nostri gloriosi. Unde divinum officium diu intermissum, a primis vesperis sollempnitatis ipsius martyris inchoantes resumperunt. Dominus autem abbas Berengerus post fratres veniens, se episcopo coram clero et populo praesentavit; qui iussus reverti in locum suum, non aciebat, donec canctas donationes Wolbodenis exigeret irritas fieri. Quod statim factum ad magnum commodum huic ecclesiae provenit. Nam quae gratis data fuerant, quamvis non sine multorum odio, gratis recepit. Quae vero pretio distracta fuerant, pecunias undecimque quae sitis magno labore redemit, et se ipsum suavissimo Christi iugo subiciens, filios suos secundum inter angustae illius viae, quae ducit ad vitam, senitas tam exemplis quam documentis coarctabat. Nullus aliqui evagandi locus et a sanctae religionis tramite exorbitandi sub eo erat. Quapropter Dominus multorum se timentium corda tetigit, ut in redimenus praediis quae per Wolbodenem pretio distracta vel vendita fuerant, manus illi liberaliter porrigerent adiutrices. Unde in brevi temporis spatio quicquid per Wolbodenem perperam gestum fuerat, Deo iuvante solerti pastoris diligentia restauravit.

65) usque ad d. 9. Augusti, quum Berengerus tres annos et dimidium exal fuisse. Haec bene inter se conveniunt, et a. 1096 Berengerus redux scriptum edidit de conditis in altari reliquis S. Laurentii, quod Adrianus hic annexuit. Itaque epistola Urbanii II. ad Berengaram exalem in Mart. Coll. I,

553. e concilio Placentino potius quam Claramontano data est. De obsidione Claramontis, ad Mosam sili, cf. Chron. S. Huberti c. 78. et Aegid. c. 19: Item Claramontis castellum beato Lamberto multo pretio acquisiebit.


CHRONICON HUGONIS

MONACHI VIRDUNENSIS ET DIVIONENSIS

ABBATIS FLAVINIACENSIS.

Chronici prolixii sed rerum ad historiam saeculi undecimi facientium copia insignis, quod iam lectoribus nostris proponimus, auctor Hugo ex familia quae vel imperatorum Ottonis III. et Chuonradi II. cognationem affectabat oriundus¹, anno 1065² Virduni³ aut in vicinitate eius urbis natus est. Puer a Rodulfo abbatte in monasterium S. Vitoni quod tum in suburbano Virduni florebat adscitus et litteris tam sacris quam profanis imbutus⁴, mox obedientiam sancto Vitono et Rodulfo abbati professus est. Lites inter sacerdotium et imperium exortae¹⁰ eo tempore in bella aperta exarserant et ubique per Germaniam Italiamque grassabantur. Nec ea labe Lotharingia superior immunis erat; cuius episcopi Egilbertus, Herimannus, Theodericus, Pibo quum regis fidelitatem servarent, Gregorius VII. ad eos impugnandos et in suas partes trahendos abbatibus prae-¹⁵cipue Rodulfo Virdunensi et Iarentone Divionensi usus est. Et Rodulfus qui dem bis Romanus prefectus papas legationem suscepit; anno 1080 litteris Gregorii allatis Herimannum Mettensem episcopum in fide ecclesiae stabilivit, et anno 1085 iterum Roma reduxit Theodericum Virdunensem Gregorio reconciliare sperabat; sed Roma interim ab Heinrico occupata et Gregorio Salernum fugato Theodericus Clementis partes amplectendas statuit et Rodulfum loco cedere coe-²⁰git. Forte tunc et Iarento abbas Divionem redierat, vir Gregorio familiarissimus, qui papae iussu cum aliis legis Robertum Wiscardum Romanum arcessierat, posteaque fugae Gregorii Salernum comes factus, et ab eo Colimbriam legatus erat. Qui rerum conditio perspecta Rodulfo auctor fuit, ut Virduno relicto una cum monachis suis primum Flaviniacum villam S. Vitoni in territorio Tul-²⁵lensi sitam, deinde Divionem demigraret. Abbatem inter reliquos et Hugo seculus, undevicesimo aetatis anno „notos affines patriam et nidum quo coauerat“ eo animo reliquit, ut „corpus et animam totamque substantiam suam Dei causae, quam putabat, gaudens devoveret, et in eius servitio quidquid virium

1) Genus hoc fuisse ipse tradit:
Otto III. imperator.



2) Fol. 137' 30
anno 1036. d. 10. Kal. Dec. se anno aetatis 32. vi-
vere scribit; quod si dies natalitius inter d. 10. Kal.
Dec. et Kalendas Ianuarias incidit, anno 1064 na-
tam fuisse oportet. 3) patriam vocat a. 1085.
4) Praester biblia sacra et patres noverat classicos 35
autores; laudat Senecam de beneficiis, Gregorii
Moralia, S. Benedicti regulam, Ambrosium, Augu-
stionum, Isidorum, Fortunatum.

esset iuvenilis corporis expendendum preeoptaret.⁴ Quo fidei fervore Iarentoni plurimum commendatus, ab initio gratia et benevolentia eius usus, mox postquam una cum abbe et reliquis fratribus monasterio Divisionensi obedientiam promisit, in societatem vitae et consiliorum adscitus est, ita ut quum 5 Theoderico episcopo mortuo Rodulfus abbas anno 1092 Virdunum rediret, Hugo Iarentoni adhaerendum statueret. Inter viros igitur pontificiarum partium praecipuos quibus innuit noster, Hugonem abbatem Cluniaci Iarentonis comes visitavit, et Hugoni archiepiscopo Lugdunensi in tantum placuit, ut ab eo in ministrum assumptus, negotiis adhiberetur, tantaque eius familiaritate usus est, ut 10 eum sibi indissolubili vinculo iunctum putaret. Talium virorum exemplo exictatus et rerum quarum particeps factus erat gravitiae commotus iuvenis historiae scribendae accessit, ea scilicet animo, ut si ipse fortia audere nequiret, saltlem virorum fortium bene acta exploraret et oblizioni eriperet.⁵ Chronicæ 15 igitur concinnandæ operam dedit, qua res gestas inde a Christi nativitate ad sua usque tempora deducet; et subsidiis quam plurimis congestis circa annum 1090⁶ manum operi admovit. Duobus quos conscripsit libris, priore historiam ad initium saeculi XI, altero ad sua usque tempora deduxit, in universum quidem temporum ordinem secutus, sed quum coepio opere subsidia passim crescerent, sedula diligentia scripta retractare, omissa addere, paginarum margini notas adiicere, folia integra inserere non destitit. Subsidia quibus primum usus est, Lotharingica scilicet et Burgundica, ex penu abbatarum S. Vitoni et Divisionensis accepit; alia e. g. catalogi archiepiscoporum Lugdunensium et episcoporum Claromontanorum postea accesserunt; ultimo loco Flaviniacensis marginibus et paginis insertis addita constat, quum ipse iam monasterii 25 istius regimen suscepisset. Anno 1095 vel 1096 ineunte quum Iarento ab Urbano papa pro restituenda ecclesiae auctoritate et reconciliandis Wilhelmo rege et Roberto duce fratribus in Normanniam et Angliam mitteretur, Hugo abbatem suum comitatus, propriis oculis corruptos cleri Romani aurum sipientis mores vidit; et qui antea nonnisi odio imperatoris et Clementis flagrabat, iam, 30 ecclesiam contra Heinricum non pro sola animarum salvatione sed pro dominatu orbis pugnare, clare intelligere poterat. Re igitur infecta quum Iarento atque Hugo redirent, in mari tempestate valida ad mortis discrimen producti tandem Baiocas pervenerunt, ubi Hugo morbo violento oppressus, iterum necem vix evasit. Sanatus tamen, postquam Iarento concordiam inter Robertum ducem 35 et fratrem eius restituil, una cum abbe ducem Hierosolymam iterum mense Septembri a. 1096 usque ad Pontem Arliae comitatus est, et Divisionem redux Haganone Augustodunensi episcopo auctore et canonicis laicisque eligentibus abbatiam Flaviniensem suspicere consensit. Ab Hugone archiepiscopo vix aegre dimissus⁷, die 22. Novembris a. 1096 Flaviniacum intravit, et postera die 40 consecratus est. Annis fere tribus quibus abbatiae praefuit, rebus agendis operam dedit et in opus ecclesiae duo milia solidorum expendit; sed Haganone episcopo dioecesano a. 1098 defuncto, Norgaudum successorem adversarium nactus est. Anno 1099 d. 28 Martii Rodulfus abbas obiit; morienti Hugo aderat et passionem dominicam legit, defunctique funus Virdunum prosecutus

⁴⁵ 5) a. 1100. ⁶⁾ Maxima libri pars iam conscripta erat
dum auctor a. 1096 abbas Flaviniensis electus est;

124 post a. 1090 exaratum est; nostrum igitur circa
a. 1090 scribendi initium fecisse existimo. ⁷⁾ archi-
episcopos ita scribit: cuius sedulitati credebamus,
praestite tradit, nullis ammis post a. 1083 scripta
sunt; fol. 97 post a. 1086, fol. 129 post 1087, fol.

⁷ est⁷. Mense Septembri eius anni Flaviniaco excessit, inimicis monachis quibusdam et Norgaudo locum dedit, et frustra per aliquod tempus opud Norgaudum et Hugonem archiepiscopum pro reditu laboravit. Anni 1100 initio iterum in Angliam profectus est, mense Augusto adversariis suis Flaviniacensibus frustra iterum litteras scripsit, et Septembri denum exente a legalis pontificis in consilio Valentino abbatae restitutus, Flaviniacum redit. Sed tunc quoque offensum fratrum animum, qui abbatiam Divisioni subiiciendam suspicabantur, sibi conciliare nequivit, ita ut Norgaudo anno 1101 alterius abbatis constituendi locus daretur, Hugone electo et frustra Romam appellante.

Haec ultima sunt quae de se ipse scripsit; Divione igitur cum Iarentone statuisse videtur, quem unum omnium amicorum constantem et fidelem sibi expertus fuerat. Librum suum per vices passim nullo ordine servato et prout animus ferebat usque ad annum 1102 produxit. Quid de ipso auctore postea actum sit dubitatur; certum tamen esse videtur, eum partibus ecclesiae a quibus tam diu steterat renunciasse, Divisioni monasterio excessisse,¹² ab abate Divisioni excommunicatum, et quam a. 1111 Richardus Virdunensis episcopus, Heinrici V. assecia, abbatem Sancti Vitoni Paschali fidem et iterum ad Iarentonem profugientem eiecerat, in eius locum ab episcopo esse substitutum⁸; quod quidem in viro ardoris animi et summa iniuria affecto, qui cupiditatem Romanae curiae et praelatorum bene perspexerat nec pecuniae causa aliis cedendum opinabatur, bene credi potest, etsi nomen Hugonis haud aperte indicetur. Quod si ipse fuit quem Laurentius abbas S. Vitoni Rodulphi successor innuit, abbatae tribus tantum annis praefuit, Laurentio exule per Richardum revocato⁹. Quae qui circa annum 1140 tradidit, Laurentius Leodiensis gestorum Virdunensium continuator, se librum suum valde invitum sed viri venerabilis Hugonis monachi S. Vitoni nimia instantia compulsum scribere profiteretur. Non defuerunt qui Hugonem istum nostrum esse putarent, nec aetas tunc superstitis, scilicet 75 annorum, obstaret, et aliquantum succurrerit, quod scriptor nomen abbatis Laurentio subrogati tacere voluit, et quod Hugonis librum novisse videtur. Quae si ita se habent, Hugonem post abbatis Laurentii redditum abbatiam abdicasse et vitae tantis procellis agitatae annos ultimos in nido cui puer coaluerat quiete exegisse opinari licet. Sed haec vera ignorantur.

In libro superstite ante omnia insignem indefessamque curam qua subsidia operi amplissima undique conquisivit, et addendi corrigendique perenne studium iure laudamus. Ad manus ei erant libri chartaeque et epistolae tabulariis et bibliothecis Virdunensibus, Divisionensibus, Lugdunensibus desumptae, quorum ei copia a Rodulfo et Iarentone abbatibus atque Hugone archiepiscopo facta erat, quibus denique Flaviniacensia accesserunt, scilicet Hieronymi, Prosperi, Idalii, Victoris Tununensis, Bedae de sex aetatibus, Reginonis chronica, Aethicus cum itinerario¹⁰

7) D. 2. Aprilis tumulatus ep. Rodulfus, d. 10. Aprilis Hugo Flaviniaci aderat. 8) Haec prodeunt ex litteris Laurentii abbatis S. Vitoni expulsi, quibus scriptis adversariorum suorum, fortasse Hugonis ipsius, respondet apud Mabill. in Annal. Bened. T. V. p. 685. col. 1. Qui (Richardus) . . . adire praesumit, dñe vel auferens a. p. p. d. abbatias, quibus vult, quibus vult et quomodo vult. In quibus est ille qui ab abbatis Flaviniacensi repudiat, ab ecclesia Divisioni, cui ibente domino suo abbatte Rodulpho professionem fecit, fugiens, ab abate Divisioni excommunicatus, virginem pastoralem

qua in aeternum verberandus, suscipere praecepit. Cuius praeceptionis participes se fecerunt illi qui tam infami personae curam pastoralen commiserunt et qui se ei committi percessi sunt. Qui ipse quaque contra eos qui Romanas ecclesias resistunt librum auctoritatibus munitus conficit, et credimus quia modo, iuxta quod rusticis dicunt cultrum duas leges habere, alium librum compilabit etc. — Liber iste a Laurentio laudatus chronicon nostrum fuisse videatur. 9) Laurentii de Leodio continuatio gestorum episcoporum Virdunensium.

*Antonini, Orosius, Victor Vitensis, Jordanis, Nennius, Fortunatus, Gregorius Turonensis, Gesta et catalogi pontificum Romanorum, Isidori Etymologiae, vitae SS. Sanctini inedita, Mansueti, Maximini, Pulchriponii inedita, Sigismundi, Chrothildis, Lupi Trecensis, Antidiu, Leodegarii, Praeiecti, Boniti, Lamberti, Lupi Senensis,
⁵ Goericci, Balthildis, Agerici inedita, Carilefi, Magdalvei inedita, translatio S. Gorgonii, Fredegarius, Gesta Francorum, Pauli diaconi historia Langobardorum et Gesta episcoporum Mellensium, Genealogia Karolorum, Einhardi vita Karoli, Annales Petaviani, Einhardi, Poldenses, Vedastini, Lugdunenses, fortasse et Flavinianenses, Adonis chronicon, Hincmarii epistola de vita Sanctini et vita Remigii, Bertrarii
¹⁰ gesta episcoporum Virdunensium cum continuationibus, Flodoardi annales, Richerus, vitae Deoderici Mettensis inedita, Symeonis, Rodulfi Glabri historia et vita Wilhelmi Divisionensis, chronicon S. Benigni Divisionensis, vita Roberti abbas Casae Dei, catalogi episcoporum Arvernensium, archiepiscoporum Lugdunensium, chartae S. Vitoni, Divisionenses, Flaviniacenses¹⁰, decreta et epistolae
¹⁵ pontificum Romanorum, episcoporum et clericorum multae, collectiones canonicum, acta conciliorum, epistolae Heinrici IV, Agnetis matris eius, Mathildis comitissae, aliqua nonnulla. Quibus ita usus est, ut ea vel excerpteret vel maximam partem vel integra exscripta una cum iis quae ipse praesens viderat vel ab aliis rerum testibus audierat historiae suae insereret; sed textus negligenter
²⁰ saepe transscriptus¹¹ plenam sibi fidem haud conciliat. Ordinem temporis in universum quidem seculum est, sed non raro vel copia rerum abductus vel animo suo indulgens latius expatiatur, et quum plurima recens reperta antiquiori textui insereret, librumque per multa temporum intervalla saepissime retractaret, nec tamen integrum rursus describendum curaret, non fieri poterat, quin narrationem
²⁵ copia rerum referlam sed aequalitate et perspicuitate carentem relinqueret, dum e. g. unius eiusdemque viri obitus¹² tribus in locis refertur. Ceterum vir¹² doctus et sedulus minus sagaci animi fuit, mirabilium credulus, falsis quoque rumoribus patens¹³ et in disponendis rebus fallens, loquaz nonnunquam et iusto verbosior, scripsisque prout expectari poterat animo in hostes ecclesiae irato
³⁰ sed candido, nec hominum suae partis vilia tacuit; et quum non solum in iis quae tempus suum antecesserunt, documentis hodie abolitis nisus, quaedam memoriae digna servaverit, sed in historia sui temporis et praecipue Lotharingiae plurima ceteris incognita prodiderit, primo operis editori, qui librum „historiae ecclesiasticae undecimi praesertim saeculi thesaurum incomparabilem“ praedicavit, in universum quidem non adstipulamus, dum Lambertum, Bertholdum, et Bernoldum, eiusdem avi historicos, Hugoni praeferre non dubitamus, sed eum tamen de historia optime meritum et bono saepe cum fructu consulendum profitemur.— Annum noster cum aliis Lotharingis a die incarnationis d. 25. Martii vel potius a paschate inchoare videtur¹⁴.*

⁴⁰ Stilus dilucidus, sermo in rhythmos aliquando resolvitur¹⁵; quod in com-¹⁵ pluribus saeculi XI. scriptoribus fieri iam observavimus.

10) Memorat et armarium Rothomagense fol. 89^r.
 11) Cf. Nicolai II. decretum de eligendo papa et quae ibi monui Legg. T. II., canones Lateranenses a. 1078. fol. 102, 103, epistolas quam plurimum nota temporis destituta. 12) Rodulphi abbas.
 13) e. g. Conradum II. imperatorem Ottomus III. filium facit; Wilhelmi Traiectensis obitum anno 1076—1079 iusto ordine refert. Alexandro secundo papae Alexandrum, tertium successisse fol. 95^c scri-

bit, folio sequenti recte Alexandro Gregorium VII. successisse refert. 14) Concilium Romanum a. 1074. adscribit fol. 97, quod celebratum est exente Februario a. 1075; cometam anno 1065 apparuisse scribit, quod Bernoldus die 9. Kal. Maii, scriptor Annalium Beneventanorum die 16. Kal. Maii, Adamus Bremensis III, 50. circa dies paschae, alii diebus sequentibus a. 1066, accidisse referunt. 15) Cf. e. g. fol. 52^r, 55, 74, 98^r.

Liber Hugonis difficilis lectu, Laurentio Leodiensi fortasse haud ignotus fuit; at in universum latuisse dici potest usque dum a. 1657 a Philippo Labbe Tomo I. Novae Bibliothecae Manuscriptorum typis prodūt. Usus est editor codice autographo collegii sui, scilicet Claromontani Societatis Jesu quod tunc Parisiis florebat, et textum quem dedit in universum bene expressit, sed non nullus non suo loco posuit, haud pauca lectu difficiliora omisit, alia quae ipsi inutilia et vulgaria videbantur, ut pontificum et patrum auctoritates in defensionem Gregorii VII, resecuit, nec eo quoque crimine absolvi potest, quod reverentia Romanae curiae ductus textum aliquotiens adulteravit, quod duorum saeculorum silentio teclum iam primum ad lucem venit. Nam, ut b. m. Knustius to noster olim monuit, nihil semper latet.

Editionem principem in usus suos verterunt plurimi historiae ecclesiasticae et profanae scriptores, inter quos nominare iuvat editores Actorum Sanctorum T. II. Iunii p. 976 sqq. vita Richardi abbatis S. Vitoni, Mabillonum Saec. VI. P. I. Actorum O. S. Benedicti p. 185 sqq. vita Friderici praepositi Atrebensis, p. 15 368 quibusdam de Symone recluso, et p. 557 sqq. vita Richardi abbatis expressis; et Bouquetum cum continuatoribus qui nostrum T. III. p. 353—365, V, 372—374. VI, 231. 232. VII, 246—248. VIII, 286—297. X, 205—210. XI, 142—147. XIII, 617—628. XIV, 797—804. excerpserunt, et animadversionibus passim illustrare conati sunt.

Nos postquam primum de nova libri editione cogitavimus, in fontes operis inquirendum statuimus, eaque re a socio nostro V. Cl. Rudolfo Koepke quantum textu antiquo et subsidiis litterariis adhibitis fieri poterat diligentissime exacta¹⁶, a. 1844 in Angliam profectus sum, ubi codicem autographum ex publica codicum Collegii Claromontani venditione in Meermannianam bibliothecam, indeque 25 nostra aetate in copiosissimum codicum thesauro Viri illustrissimi Thomae Phillipps Equitis baroneti Mediomontani translatum, adservari compereram. Flagitanti mihi vir animi liberalitate, litterarum amore, morum comitate insignis, non solum ut codicem evolverem annuit, sed ultro, ut reliquos bibliothecae ditissimae thesauros Monumentis Germaniae edendis utiles inspicerem, invitavit. 30 Codicis igitur copia facta, vere auctoris autographum adesse conspicatus, textui Labbeano corrigendo institi, nonnisi locis quibus tunc exscribendis tempus non sufficiebat relictis, quos postea a viro ill. exscriptos accepi; quo fit, ut hodie vere absolutum libri textum lectoribus proponere liceat.

Liber membranaceus in folio minori conscriptus, manum saeculi undecimi 35 exuentis praefert. Scriptus est non uno eodemque tempore, sed calamo saepissime deposito. iterumque resumto prout scribendi materies sufficiebat. Textus post annos aliquot elapsos iterum iterumque recognitus, passim deletus, passim sententiis et integris paginis additis et intercalatis auctus est. Littera minuta usque ad fol. 69 annumque chronicæ 950 ea est quam in pagina adiecta exhibemus, 40 inde a fol. 69 paulatim magis magisque decrescit; scriptura marginum et paginarum additarum atque correctarum sententiuarum est minor; inde a pagina 123, i. e. a. 1079, littera iterum decrescit; quae inde a pagina 138 Flaviniaci scripta sunt usque ad finem libri amplius decrescentem scripturam ostendunt; ultimae paginae specimen exscriptissimus. Quaecumque ad historiam Flaviniaci 45 folio 138 anteriorem faciunt, aut in margine aut in paginis additis leguntur.

(16) Vido commentationem in Annibus nostris T. IX. p. 240. ubi multa amplius explanantur, quae hic praetermitti possunt. (17) D. Thomas Phillips ipse exscriptis fol. 17—41.

Hugomus chumucum!

十一

etiam ab romani imperiis undique canale etiam p. auctu-
re nullum sic crudeliter moniti romanorum impugnat. invenit
numero. Ad caput hunc erga deus cultura sua (scilicet) deo
zona. Et anno regni sui amplius sine legibus amittere non
poterit. quod perindea appellatur Terra diuersa. est sapientia. nec
dicitur a domini appellari uisitator. Hoc ardenter firmo bene-
diximus. indistrinximus. id est. ut ppter ad eum conseruandis
lycias. ingallias. mato. quecum inuenient et complentes. auxiliis
sacrificare cogentur. aut dueris si populi affectu occidentur.
Quos ubi batus. dicens. sine parvus. appropinquare erga.
securi et dominum ad fiduciam sibi mandauit. ab fiduciam sibi credidit.

fol. 43.

et domini forentur ad hoc modum: nec aliud de temporebus: nisi quae sunt sordidus: et rursum duximus. que successim exponimus: etiam in eorum perfumis: et ceteris. [Alio abeunt: et i. e. ordinari] ut eorum in eis
ponamus ratio de aliis: et aliam: ut ex quocunque ratione: sicut diximus. Legimusque in burgundia: francia:
et burgundia: huiusmodi libri: quae sunt de temporebus: et de ratione: et de aliis.

J.H. Park signed B&B Aug 29

Sieboldii var. *Wickwot*. Cod. Vindobon. 430.

plo et hortari in operi scriptis causa habitus multoq; fieret.
et duplice coronā remuneratiois accipere. .ii.i.

19

Hic fiatri amator qui ex alto cortili suspirio ad dñm claram et potenter cui illa a facie sua dñe conceperit et quia si parturium et peperit spin salutis secundum intrare.

W. Wallinbach del.

Chronicon Sancti Huberti.

putz corā se cadentē. Quid h[ab]et parvula cor[us]q[ue] ut
i[n] pernici[us] conatu[m] asinūs[er]t[ur] sedū ad uenit q[uo]dā d[omi]ni
re[st]endit. Sicut d[omi]n[u]s p[ro]misi[er]e[rit] r[es]ul[ta]t[ur] ex auct[or]i mirabilis.
ille ex auct[or]i v[er]itatis i[n] uno uerbi ab aliis q[uo]d[ic]tū m[od]i re[so]r[er]e
se[nt]i[en]tia es[sen]tia[li] obliuio exponit. Ex hoc
facto si responde[re] locu[m] q[uo]d eas[en]t remilia decodat a co-
de studiu[m] p[ro]f[ess]i[on]e multas ac n[on] solum doceat ab origina
ed[er]e. D[omi]no d[omi]nū subditig[er]e q[uo]d fibi uide

Mon. Genet P. Y. T. VIII. Tab. III. ad pag. 284.

Edited by J. G. Johnson

*Membrana plurimum quaternionibus constat hoc scilicet ordine: foll. 1—6,
7—14, 15—22, 23—33, 34—41, 42—49, 50—63, 64—72, 73—85, 86—92,
93—95, 96—110, 111—119, 120—128, 129—136, 137—142, 143—148. Ter-
nio et quaternion initialis foll. 1—3 calendarium Flaviniacense, foll. 5, 6
tabulam temporum, foll. 3—5 excerpta canonum et praecepta medica et foll. 7.
8, 9, 9^a excerpta canonum exhibent chartae primum vacuae relictæ postea
inscripta; fol. 10. chronicon incipit et reliquum libri explet. Paginae chrono-
nico intercalatae sunt 9^b, 12^c, 26, 27, 28, 29, 29^d, 30^e, 33^f, 35^g, 57, 58^h,
60ⁱ, 62^j, 81—83, 86^k, 93, 94, 95, 100, 101, 103^l, 130^m; fortasse et in qua-
ternione folia 50—63 complexo praeter 57, 58, 58ⁿ, 60^o nonnulla alia histo-
riam Madalvi exhibentia intercalata sunt. Desunt autem quae Labbeus chrono-
nico praefixa fuisse refert folia „maximam partem vetustate detrita“ cum serie
abbatum Flaviniacensium, quam et ab Hugone conscriptam esse opinari licet,
quod eadem in diversis chronicis locis inseruntur. Dein post quatuor paginas
interiectas necrologium legit Labbeus, quod ex anterioribus documentis non
accurate congestum hodie in capite codicis extat, Hugoni deberi ex scriptura
colligitur, et a nobis quoque chronicis praemittetur, quam hucusque typis non-
dum prodierit¹⁸; serie abbatum ad finem chronicis demandata. Excerpta char-
tarum Flaviniacensium a Labbeo ex schedis Sirmundi pag. 269—273 descripta
iterum proferenda non duximus.*

*Annotations operi tam prolixo paucissimas adicere placuit, quarum eas
quae Koepkio nostro debentur, littera K. distinxii.*

*Reliquum est, ut moneam, in necrologio pauca alio atramento ab Hugone
addita reperiri et catalogo archiepiscoporum Lugdunensis successores Hugo-
nis usque ad Humbertum subiici; qui quam annis 1147—1153 praefuerit,
Hugonem id temporis attigisse, et plus octogenarium senectam exegisse con-
tūcere liceat.*

NECROLOGIUM.

- | | |
|----|--|
| 30 | Kal. Ian. (2) Agrippini episcopi Eduensis. |
| | 2. Non. Ian. Gregorii Lingonensis. |
| | 7. Idus Ian. Eugemonii episcopi Augustodunensis. |
| | 5. Idus Ian. Paschasiae virginis [et martyris 2.] Flaviniaci. Milo abbas Dervensis,
monacus Virdunensis. |
| 35 | 8. Kal. Febr. Sancti Preiecti martyris. |
| | 2. Non. Febr. Serotini confessoris Flaviniacensis. Translatio sancti Simphoriani. |
| | 4. Idus Febr. Rainaldus obiit, frater duc ¹⁹ , abbas Flaviniacensis. |
| | 3. Idus Febr. Fredericus laycus obiit, frater mens. |
| | 8. Kal. Mart. Ordinatio domini Zachonis abbatis. |
| 40 | 6. Kal. Mart. Galdricus Collicensis, frater domini Haganonis episcopi, conversus et
monachus Flaviniacensis obiit. |
| | 5. Kal. Mart. Karolus magnus obiit ¹⁸ qui omne thelonium in omni regno suo et 814.
quidquid ad ius fisci pertinebat Flaviniensi donavit aecclesiae
de omnibus terris eiusdem aecclesiae in perpetuum. |
| 45 | Kal. Mart. Obiit Gyrdardus Sinemur, qui cellam Sinemurensim sancto Preiecto
dedit. |
| | 7. Idus Mart. Wido abbas Melundensis, Flaviniacensis monachus obiit. |
| | 6. Idus Mart. Lotharius rex obiit. |
| | 16. Kal. April. Aymo comes Grin. et monacus qui Sanctum Germanum Latifolii dedit. |

¹⁸ Paucia inde Mabillonius excerptit. ¹⁹ 5. Kal. Februarii.

20.	14. Kal. April.	Wido Pultariensis ²⁰ abbas, monachus Flaviniacensis obiit.
	13. Kal. April.	Amadeus abbas Flaviniacensis obiit, qui Sinemurensim, Cholensem ²¹ , Bellilocensem ²² celles adquisivit, et Corbiniacum ²³ recuperavit.
	11. Kal. April.	Walterius monachus Flaviniacensis obiit conversus.
	5. Kal. April.	Eupharii presbiteri Flaviniacensis.
879.	4. Idus April.	Rodulfus abbas obiit.
	12. Kal. Mai.	Ludovicus II. imperator ²⁴ obiit iustus et sanctus.
	11. Kal. Mai.	Salvini episcopi Virdunensis. Aratoris episcopi Virdunensis.
	8. Kal. Mai.	Ordinatio domini Widradi abbatis.
	4. Kal. Mai.	Roberti abbatis.
	2. Kal. Mai.	Obiit Fulcherius abbas Flaviniacensis.
	7. Idus Mai.	Pulchronii episcopi Virdunensis.
	Idus Mai.	Zacho abbas Flaviniacensis obiit.
	4. Kal. Iun.	Rayngus prior Flaviniacensis obiit.
	Kal. Iun.	Eygilis Senonensis archiepiscopi sancti, primum Prumiensis deinde is Flaviniacensis abbatis, qui multis claret miraculis.
	Nonas Iun.	Walo monacus et presbiter Flaviniacensis obiit.
1031.	18. Kal. Jul.	Exceptio corporis sancti Ursini martiris Flaviniaco.
	14. Kal. Jul.	Richardi abbatis.
		Robertus rex Francorum obiit, qui dedit aeccliam S. Iohannis infra 20 Aeduam.
840.	12. Kal. Jul.	Ludovicus pius imperator obiit, qui in omni regno suo in civitatibus vi- cic mercatis et portibus thekoneum hominum Flaviniacensis aec- siae, eidem donavit aeccliae.
987.	10. Kal. Jul.	Ludovicus rex obiit ²⁵ ultimus regalis prosapiae, frater Arnulfi episcopi 25 Remensis.
	7. Kal. Jul.	Hagano episcopus obiit piae memoriae.
	4. Kal. Jul.	Geylo Linguonensis episcopus. Flaviniacensis abbas et monachus obiit.
	2. Kal. Julii	Arveus episcopus Aeduensis et abbas Flaviniacensis.
	Kal. Julii	Liudo Aeduensis episcopus obiit.
	4. Non. Julii	Saloche episcopus Dolensis, monachus Flaviniacensis obiit.
	3. Non. Julii	Translatio sancti Sanctini a Meldia Virdunum.
	2. Non. Julii	Hugo abbas Melundensis, Flaviniacensis monachus obiit.
	6. Idus Julii	Obiit Geruinus episcopus et abbas Flaviniacensis.
1024.	3. Idus Julii	Helmuinus abbas Senonensis Sancti Petri, monachus Flaviniacensis obiit. 35
	17. Kal. Aug.	Heinricus magnus imperator obiit.
	11. Kal. Aug.	Herimannus canonicus Leodiensis obiit Iherosolimis.
	9. Kal. Aug.	Milo vicecomes Tili obiit, qui cellam Prisciaci dedit.
	5. Kal. Aug.	Magoaldus abbas Flaviniacensis 11 ^o anno Clodovei filii Dagoberti obiit.
	3. Non. Aug.	Raynerus obiit, pater meus.
	5. Idus Aug.	Eufronii episcopi Augustodunensis.
	16. Kal. Sept.	Odo secundus Flaviniacensis abbas obiit.
	14. Kal. Sept.	Tebaldus secundus Linguonensis episcopus.
	10. Kal. Sept.	Grimoldus abbas Virdunensis obiit.
	7. Kal. Sept.	Ursini martiris Flaviniaco et Flaviani episcopi Augustodunensis. 45
	4. Non. Sept.	Odo primus Flaviniacensis abbas obiit.
	8. Idus Sept.	Siagrii episcopi Augustodunensis.
	7. Idus Sept.	Wlfardus abbas Flaviniacensis, Ludovici imperatoris sororius obiit.
	5. Idus Sept.	Sanctae Keginse virginis et martiris Flaviniaci.
	3. Idus Sept.	Theophilii martiris Flaviniaci.
	2. Idus Sept.	Ionas Aeduensis episcopus obiit.
	Idus Sept.	Euanti episcopi Augustodunensis.
		Nectarii episcopi Augustodunensis.

20) Pouthières dioecesis Lingonensis. 21) S. Georges dioec. Augustodunensis. 22) Beauieu dioec.
Lingonensis. 23) Corbigeay dioec. Augustodunensis. 24) rex Galliae, balbus. 25) d. 22. Maii; 55
10. Kal. Iunii.

10.	Kal. Oct.	Iohannis abbatis.	
	5.	Kal. Oct.	Florentini episcopi Augustodunensis.
	4.	Kal. Oct.	Lotharius imperator et monachus obiit.
5.	Non. Oct.	Sancti Leodegarri martiris et Eduensis episcopi.	835.
	5.	Non. Oct.	Sancti Widradi abbatis primi Flaviniacensis.
	4.	Non. Oct.	Madelvei episcopi Virdunensis.
	3.	Non. Oct.	Heinricus III. imperator obiit, Conradi filius.
10.	2.	Non. Oct.	Ludovicus rex Ludovici imperatoris ²⁶ filius, Caroli calvi nepos obiit ²⁷ .
		Karolus calvus imperator obiit, et Tebaldus secundus episcopus Lin-	882.
		guoneensis monachus et prior Flaviniacensis.	877.
	Non. Oct.	Karolus simplex obiit.	929.
	3.	Idus Oct.	Hugo junior abbas Melundensis, monachus Flaviniacensis obiit.
15.	17.	Kal. Novbr.	Gerardus laycas obiit, frater meus.
	16.	Kal. Novbr.	Dada de monte Walcherii, mater mea ^a , obiit, Crothildis filia ^b .
	12.	Kal. Novbr.	Decia obiit soror sancti Widradi, quae fecit monasterium sancti Ando-
		chii Aeduensis; et alia soror fecit in monasterium Faveriacense.	
20.	9.	Kal. Novbr.	Pippinus rex obiit, pater Karoli magni.
	5.	Kal. Novbr.	Gunterus sacerdos et monachus Flaviniacensis obiit.
	4.	Kal. Novbr.	Walterius Edensis episcopus obiit, qui redditum a ecclesiae Flavini-
		censi 19 altaria aeccliarum cum paratis et decinis, et salva-	
		menta villarum ad cameram abbatis pertinentium.	
	2.	Kal. Novbr.	Proculi episcopi Augustodunensis.
		Kal. Novbr.	Girardus junior monachus et sacerdos Flaviniacensis obiit.
25.	4.	Non. Novbr.	Commemoratio sancti Benigni.
		Non. Novbr.	Manasses magnus abbas Flaviniacensis obiit.
	8.	Idus Novbr.	Exceptio corporis eius. Preiecti martiris.
	6.	Idus Novbr.	Heldierius abba Pultariensis obiit, monachus Flaviniacensis.
	5.	Idus Novbr.	Vitoni episcopi Virdunensis.
30.	15.	Kal. Dec.	Gregorii episcopi Turonensis.
	14.	Kal. Dec.	Simplicii episcopi Augustodunensis
	11.	Kal. Dec.	Eusebii presbiteri Augustodunensis.
	10.	Kal. Dec.	Pragmatii episcopi Augustodunensis.
	9.	Kal. Dec.	Hymbertus Parisiorum episcopus obiit, qui dedit aeccliam sancti
			Iuliani apud Nui.
35.	8.	Kal. Dec.	Translatio sancti Benigni.
	7.	Kal. Dec.	Girardus senex sacerdos Flaviniacensis obiit.
	6.	Kal. Dec.	Amatoris episcopi Augustodunensis.
	3.	Kal. Dec.	Hugo Belliloci monachus et sacerdos Flaviniacensis obiit.
40.	2.	Kal. Dec.	Karlomannus frater Karli magni obiit.
	Kal. Dec.	Agerici episcopi. (?) Pippinus maior domus pater Karoli Tuditis obiit,	714.
		qui Glenmonem dedit.	
	4.	Non. Dec.	Chrothildia Ottonis III. filia, Conradi imperatoris soror, avia mea ^c obiit.
	2.	Non. Dec.	Karlomannus monachus frater Pippini obiit.
	Non. Dec.	Karlomannus pater Arnulfi imperatoris obiit ²⁸ ; et Milo abbas Flavini-	
45.			censis.
	3.	Idus Dec.	Raynerus junior obiit, frater meus ^d .
	19.	Kal. Ian.	Heldricus abbas Flaviniacensis obiit.
	18.	Kal. Ian.	Maximini abbatis. Et exceptio sanctarum reliquiarum Flaviniaci. Lu-
			dovicus rex filius Karoli simplicis obiit.
50.	17.	Kal. Ian.	Adeleidae imperatricis sanctae obitus recolitur, matris Ottonis II.
	8.	Kal. Ian.	Saintus Sigismundus comes et monachus obiit.
	7.	Kal. Ian.	Aymo abbas Flaviniacensis obiit.

a) m. m. lineas expresas. b) C. f. addita of. 4. Non. Dec. c) a. m. addita. d) f. m. addita.

26) regis. 27) obiit d. 5. Augusti. 28) dies dubius, cf. Böhmeri Regesta Karolorum p. 90.

CHRONICI LIBER PRIMUS.

fol. 10. Anno^a a mundi conditione 5198^b, ab Urbe autem condita 752, a. 2. cicli decennovenalis, Hieron. inductione 4, concurrente 5, epacta 11, feria 1, luna 13, Iesus Christus filius Dei in Bethleem Iudee nascitur, anno Cesari Augusti 42 et Herodis regis Iudeorum 31. Carillo et Quintiliiano consulibus. Anno a Christi nativitate 3, Augusti 45. regni sui anno; eum Christi nativitatem magorum indicis cognovisset, universae 5 Bethleem parvulus iussit interfici, et ipse anno sequenti scatentem toto corpore veribus miserabiliter moritur regni sui anno 36.

et Hieron. Anno ab inc. Dom. 15, a mundi conditione 5213, Augustus 76. etatis sue anno moritur; cui succedens Tyberius regnabit a. 22. Huius a. 15. factum est verbum Dei super Iohannem Zachariae filium in deserto, et dominus Iesus trigesimo etatis sue anno iam peracto, a. 15. 10 Tyberii baptizatur a Iohanne, sub altero Herode Iudeorum rege, 8. Idus Ianuarii, quod fuit 7. feria, inductione 3, luna 15, et ipse anno sequenti capite truncatur.

Anno igitur a mundi conditione 5232, ab Urbe autem condita 784, concurrente 7. terciae lineae, ab inc. Dom. 33. ipse Iesus Christus Dei filius pro salute mundi venit ad passionem, a. 18. Tyberii Caesaris, 8. Kalendas Aprilis, 5. feria, luna 14, Gaius Caesar quater et Iunio 15 Saturnino consulibus, anno cicli decennovenalis 13, et typico pascua cum discipulis celebrato traditur a suo discipulo Iudeis in nocte, et circa mane ducitur ad Pylatum, traditur militibus, et flagellis cesus, sputis illitus, gestans purpureum vestimentum et coronam spineam in capite, ducitur ad crucifigendum 7. Kalendas Aprilis, luna 15, et 6. feria ascendit crucem pro mundi salute. Terro motus factus est in toto mundo, et solis facta est defectio, ita ut etiam stellae visae sint in 20 caelo, sexta hora, in nona parte Arietis. Resurrexit a mortuis 5. Kal. Aprilis, luna 17^c.

Hieron. Pilatus per Volusianum Romanum adductus, cum eo Veronica sancta, quae fuerat per Christum a fluxu sanguinis sanata, dampnatus est a Tyberio ut omni tempore vitae suea non igne, non aqua, nec igne cocto frueretur propter necem domini Iesu; et religatus exilio in Amaria civitate Tusciae. Unde post revocatus a Nerone, iterum propter circumcisionem quam in 25 se exercuerat dampnatus interiit. Veronica vero locupletata stabituibus et divitiis, et imago Domini quam ipsa depinxerat, et quam Tyberio allatam ipsa prosequuta erat, auro conclusa est. Ipsa autem defuncta, Romae venerabiliter quiescit humata. Tyberius vero in visione 29 ymaginis Salvatoris sanus a plaga siringii^d factus est.

Regino. Anno dom. inc. 34. secundum Latinos, qui a Iauario annum incipiunt, Paulus cum pergeret Damascum, a Christo 30 de celo vocatus est. Secundum Hebrewos autem, qui a Martio anni sument initium, eodem anno passionis Domini undecimo mense 8. Kalend. Februarii^e.

Anno inc. Dom. 39. Gaius regnabit annis 4. mens. 10. diebus 8. His ergo mensibus si addamus sex, qui superfluerunt 56. anno Octaviani, erunt menses 16. Ex quibus quatuor detracitis annus integer remanet qui hoc in loco inserendum videtur.

Anno inc. Dom. 44. Pilatus manu sua perimitur.

Anno inc. Dom. 45. Claudio regnat a. 13. m. 7. d. 28. Addamus his 7 mensibus 4 qui supra remanserunt, sunt 11 et 7 dies; dabis hic 28 dies et erunt 37, id est annus et sex dies, qui hi temporibus adnumerandus videtur.

Anno inc. Dom. 47. Iacobus frater Iohannes decollatur, Petrus in carcere mittitur. Herodes ab angelo porcitur. Paulus et Barnabas a Spiritu segregantur in praedicationem euangelii.

Anno inc. Dom. 48. Paulus et Barnabas ascenderunt Hierosolymam, ut ipse scribit ad Galatas: Post annos inquit 14 ascendi Hierosolymam. Recensetur ergo numerus annorum. Scimus Petrum 25 annis Romae urbis episcopalem tenuisse cathedram. Sequitur ergo, ut secundo anno Claudii cum Romam venisse credamus, qui erat a passione Domini 15, quo anno et Paulus venit post annum passionis Domini 14, et has suppeditationes invenimus Paulum eodem anno passionem Domini ad fidem venisse. 14 igitur et 25 sunt 39, qui erat annus a passione Domini, quando Petrus et Paulus 45 passi sunt, quia 2. anno Neronis Paulus vincetus missus est, et 11 annis Petro coniunctus pro fide deceravit, et 12. cum eo passus est.

fol. 10. Postquam igitur Deus et dominus noster Iesus Christus hominem, quem fecerat, morte

^{a)} In pagina e latere adiecta 9^b haec leguntur: Anno 10. Octavianus Cesaris Lugdunum conditam invenimus secundum Gregorium Turonensem. 8. Austremonus Arvernorum primus episcopus. Urbicus. Legonus. S. Hildius. S. 50 Nepotianus. Artomius de Treveris. Venerandus. Rusticus. S. Nazarius. S. Eparchius. S. Sydonius. Lugduni Patiens. S. Aprunculus, primo Langonius, tempore Chilperici I. S. Eufrasius, tempore Clodovei I. Obiit 25^c anno episcopus, qui et post obitum eius visit 4 annis, et Apollinaris sex mensibus. S. Quinianus primus Ruttonae episcopus. S. Gallus qui a lue inguinali populum suum oratione protexit, patrum sancti Gregorii Turonensis episcopi, temporibus Theodeberti. Cautius 1. anno Theodewandi regis. S. Genesius, fecit monasterium Magi- 55 loci, et Eudion precepit abbatem. Felix. Garivaldus 20 diebus. S. Preictus martyrisatus est anno dom. inc. 580. anno regni Chilperici 10; precepit non plenis annis 11. S. Avitus secundo anno Chilperici Iudeo convertit; precepit non plenis 15 annis. S. Bonitus pater eius sub Teoderico rege. Norbertus annis 15. Proculus. b) vel secundum Aug. CC. XX. VII. 2. c) reliqua in marginis paginae adscripta sunt. d) Tiberius ante obitum suum 9. mense baptizatus et a plaga syringii curatus occubuit addit 2.

29) fistulæ?

35

40

60

sua a morte liberavit aeterna, et captivitatem nostrae carnis, quam resuscitarat a mortuis, invexit caelis, eodem anno pro confessione veritatis lapidatus protomartyr Stephanus occubuit, mense 5, tercia die mensis, quod est 4 Nonas Augusti, et dispersa est ecclesia fidelium, quae erat Hierosolimis, ut verbum salutis, quod missum erat Iudeis et responderant, gentes susciperent. Dum ergo apostoli et ipsorum sequaces discipuli quaqua possunt demigrant, Petrus³⁰ descendit Antiochiam, et per bis septenos^a annos Antiochenam fundavit et 30 rexit ecclesiam, ita ut cognominarentur primum Antiochiae christiani. Hinc secundo anno Claudi, Vincet Cornelio, Asiatico et Silvano consulibus, Romanum venit, et qui post Christum et per Christum caput est corporis ecclesiae, Romanis arcibus vexillum intulit praedicationis divinae. Ibi fundata ecclesia euangelium Christi Romanis annunciat, et praedicando praedicationemque signis confirmando 25 annis ipsums Urbis papatum tenuit. Mirabatur Roma, quod non didicerat, unitatem in Trinitate et Trinitatem in unitate venerari debere; sed frequenti miraculorum attestatione ad ultimum didicit unicae Trinitati corda et colla submittere.

^b Destinaverat autem idem primus pastor et apostolus Petrus totius occidentis terras vomere verbi proscindere, semina doctrinae sulcis mentium credere, ut posset manipulos frugum centuplicato fenore in area Domini venientis reconsignare, et eligens viros in fide probatos, potentes in opere et sermone, patientes in tribulatione, longanimes in spe, eruditos in omnibus quae fecit dominus Iesus, direxit urbi Metensium sanctum Clementem Roma-

^c nae rei publicae patritium, suum vero discipulum, et ^{Vita Mans.} sanctum Mansum, iaculit Scottorum progenie

generatum, fide et doctrinae praecipuum, urbi Tullensem, Remis etiam direxit sanctos Sixtum atque Sini-

cum, Catalaunis sanctum Memmum, Treveris quoque, quae est metropolis et una de primatu-

tibus Galliarum et ei vicinae Coloniae sanctos misit Eucharium, Valerium atque Maternum. fol. 11.

Cum his et aliis multi fuerunt, qui occidentales tenebras veri solis clarescente radio ab eodem 25 principe apostolorum missi dispulerunt, et nomen Christi quod neicum in locis illis splen- duerat, fide et magnanimitate praediti, populo incredulo praedicaverunt. Ipse Romae verbum Dei docebat, et murum infidelitatis impulsu aevangelii quatuebat, turrimque confusione et idolatriae piae confessionis et credulitatis deiciebat ariete, ibi se opponens et continens obicem, ubi violentior hostis incubuerat, cunus subvertere, Christo duce, nitebatur tyrannidem.

^d Ad tanti igitur pastoris solarium et praedicationis augmentum Paulus post multa via- rum, laboris et inediae pericula vincens Romanum mittitur anno Neronis caesaris secundo, ab inc. Dom. 61, a passione 28, indictione 4, Silvano et Paulino consulibus, non quod Iudaei et gentiles ita voluerint, sed quia Christus, ut alter esset alteri solatio, ita praeordinavit et voluit. His tonitruis filiis qui repugnaret, quis obsisteret? Symon erat ille magus, qui solus 35 veritati repugnare videretur, cui si post triumphum apostolicum et suae deiectionis et inaudita superbia obprobrium respirare licuisset, sola illi sua vexatio, ne talia ulterius praesumeret, intellectum dedisset. Sed quia magus obit et dampnatus in profundo putei abyssi, ut Nero sperabat, non resurrexit, destitutum se idem Nero videns solatio tam fidelis amici, apostolos Dei, hunc crucis supplicio, illum dampnavit sententia capitali 3. Kalendas Iulii, 5. feria, 40 luna 23, ab inc. a. 72, anno a passione 39, Vespasiano septies et Tito sexies consulibus, Olimpiade 212.

Post Petrum ab ipso Petro consecratus ecclesiam regendam suscepit Clemens episcopus, ut ipse beatus Clemens testatur de se in epistola Iacobo fratri Domini missa, dicens: ^{Gesta post Rom.} Clemens, inquit, hunc vobis ordinis episcopum, cui soli meas praedicationis et doctrinas cathedralm tradidit, qui mihi ab initio usque ad finem comes in omnibus fuit, ac per hoc

45 veritatem totius meae^b agnovit.

Quid autem contra hoc sentendum sit, quod sunt nonnulli qui conantur astruere, post fol. 11. Petrum suscepisse Linum gubernacula Romanae ecclesiae et Linum Cletum successisse, videamus. Dicit Iohannes papa scribens universis episcopis per Galliam et Germaniam: Si Petrus princeps apostolorum adiutores sibi ascivit Linum et Cletum, non tamen potestate pontificii 50 ligandi vel splendi normam eis tradidit, sed successori suo Clementi, qui sedem apostolicam post eum et potestatem pontificalem tradente sibi beato Petro tenere promeruit; Linus et Cletus ministrabant exteriora, princeps autem apostolorum Petrus verbo et orationi insistebat. Et post pauca: Linus et Cletus nichil unquam legimus egisse ex pontificali ministerio potestative, sed quantum eis a beato Petro praecepiebatur, tantum agebant.

^c 55 a) septem corr. septenos c. b) doctrinas excidit.

30) Cf. Vitam SS. Eucharji Valerii Materni Acta SS. Ian. II, 918.

SS. T. VIII.

Gestapontif. Linus igitur, natione Italus regio[n]is Tusciae, patre Erculano, ordinatus a Petro sedis Romae, ipso Petro vivente, a. 11, m. 3, d. 12. Cletus etiam, natione Romanus de regione Vico Patrici, patre Esquilino, ordinatus ab ipso Petro, ipso vivente sedis a. 12, m. 1, d. 11. Inter Cletum ergo et Clementem computantur dies 20.

Suscepit igitur, ut dictum est, sacerdotale officium Clemens tertius a Petro, eo vivente, natione Romane, de regione Celio monte, patre Fausto. Sed sit annis 11, mensibus 2, diebus 2^a anno dom. inc. 70, imperii 5 quoque Neronis 11, Vespasiano quinque et Tito quater consulibus. Non fuit ex tunc et nunc in omni Romanorum pontificum catalogo, qui in vita sua viginti quinque annis functus sacerdotio ipso annorum numero equipararet pontifici primo. Hie igitur beatus pontifex Petri institutus regimine, cui semper adheserat et eius individuus comes fuerat, postquam Symonis magi deliramenta cognoverat et spreverat, quod magister sua incepérat, 10 destinare scilicet orbi occiduo praedicatores veritatis idoneos, quatinus lux praedicationis gentibus splendere, ut perficeret, omnimodis procurabat. Hinc est quod sanctum Dionisium destinavit Galliarum populus, qui praedicando et praedicationi miraculis fidem dando Parisius, Domino ducente, pervenit ³¹, socios ei quam plures adhibuit, viros in lege divina exercitatos, genere nobiles, sermone facundos, fide praecipuos, et gratia Dei plenos. Ex his fuit 15 sanctus Sanctinus, Meldensis et Virdunensis pastor primus, qui egregiae nobilitatis ortus natalibus, cum praefato Galliarum apostolo fines petit Galliae, futurus lucerna fulgens in ecclesia, quae non occultaretur modo, sed luceret omnibus superimposita candelabro. Tradidit enim patrum memoria, eum unum fuisse de 72 discipulis, et in coena deputatum, ut aquam lavandis pedibus et manibus discipulorum preberet et linteum pararet Salvatori. ²⁰

^{c. Ep. Hinc-}
^{andri}
Ep. Hinc.
fol. 12. Sanctus itaque Dyonisius ut venit Parisius, per diversas partes suos direxit socios ad dulos diaboli destruendos et populos Domino adquirendos. Sanctinus igitur quia praeaminebat prudentia et pudicitia, a beatissimo Dyoniso aelectus, summum accepit sacerdotium, et consecratus in episcopum, divinitus constitutus in lucem populis gentium.

Cui etiam ad solatium laboris et officii praefatus Dyonisius Antoninum dedit virum sanctum et bonum, in quo declaravit Deus ingens beati viri Sanctini meritum per egregiae et insolite operationis miraculum, ut patebit in posterum. Et quis decreverat Deus mirificare sanctum suum, dirigitur a beato Dyonisio Carnotum cum praefato socio suo ad illuminandum populum, qui sedebat in tenebris et umbra mortis, quia ei sol iustitiae non luxerat, neque splenderet ei lux veritatis. Quo beatus hic perveniens, dolebat populum idolatriae esse deditum, et armatus fide sanctae Trinitatis, contemptens supervacuum sectam principum terrae et minas eorum, praedicabat Iesum turbis incredulorum. Fundebatur praedicatio iuncta virtutibus, et praelustratus gratia divina feroces gentilium mentes salutari mitescebat doctrina. Factumque est cooperante ei divina clementia, ut Carnotenses viam Domini agnoscerent, et leni iugum Domini subiectis voluntatum humeris ferre non detrectarent. Quod beatus Dyonisius animadvertisens, et gratiam virtutis divinae collaudans, ipsumque plurimum in opere fol. 12. praedicationis valere perpendens, Meldensis civibus pastorem et doctorem instituit. Non quod iam tunc Meldenses viam veritatis agnoscerent, qui omnes tenebantur astricti laqueis idolatriae, sed ut per fidem servum suum dignaretur illis Dominus aperire portas iustitiae, quas ingressi credendo ipsius divinitatem et humanitatem, confiterentur nomini eius, 40 quoniam bonus, quoniam in saeculum misericordia eius.

Beatus itaque Sanctinus paratus ad omnia pro Salvatoris nomine sustinenda, nec reformidans gentilium furentium minas et verbera, eandem urbem aggressus, quia in Domino erat fiducia eius, instabat praedicationibus, rigabat mentes audientium aquis de ventre ^b Iesu manibus, et sic instans oportune, importune, docebat eos Iovem despiciere, Saturnum, 45 Mercurium et Neptunum et omnia demonum non deorum portenta abicere, status confringere, et quia in eis non aliqua divinitas, sed omnis inesset falsitas et ludificatio demonica, doctrinæ evidenter indicio declarabat. Nec poterant gentes ad hec quidquam contradicere, cum novitati verborum attestaretur magnitudo signorum, et nova faceret qui nova praedicaret. Unde factum est, ut et ipsi susciperent verbum Domini, et pastorem doctoremque so

^a a. 9, m. 2, d. 10 ^b G. Pont. ^b Ita c. mente Labbe.

31) Narrationis magnam partem sibi delibavit ex Hincmaris epistola ad Karolum imperatorem a. 876 vel 877 data, quae integra exstat in Actis SS. Oct. V, 586. In epistolam Hincmaris recipit vitam quamdam Sanctini, quam ipse iuvenia descriperat et quaternuncius quos Wandelmarus abbas S. Sanctini ^{is scripta fuerant pene delicta de vita et actibus beati Sanctini reperiuntur. Reversa Hincmarum tales litteras ad Karolum scripsisse disertis verbis probat Flodoardus in Hist. Rem. III, 18; non audiendus 55 igitur est Connet Hist. de Lorraine I, p. XXXII, qui eas suppositas esse censem. K.}

.. in loco sibi commisso valde contritos et quae in

sum beatum virum, quem aliquando proibitione, irrisione et abiectione digam iudicave. *V. Sanctis.*
rant, nunc venerantur et excollerent, ipsius manibus gaudent baptismi ablui et crismate
sancto iungi. Humiliabatur Gallicus cothurnus substratus sancti viri pedibus, et Gallorum
cervicositas divinae dudum veritatis ignara ad baptismum et confessionem nominis Christi
humiliata devote convolabat. Deicebantur aerae daemonum, et a novo adoptionis populo acc-
lesia aedificatur, et a beato Sanctino in honore Dei consecratur.

Domicianus tunc Romani imperii tenebat insignia, luxuria deditus, avaritia anxius,
opere crudelis, qui maiestatem imperiale nimia crudelitate polluerat. Qui velut leo impastus
sanctorum sanguinem sitiens, secundam post Neronem in christianos persecutionem excita-
vit et per 15 annos, quibus Romanum imperium indebita tenuit, ita rem publicam attrivit, ut fol. 13.
nullus illo crudelior in omni Romanorum imperatorum inveniatur numero. Ad comproban-
dam erga deorum culturam suam sacrilegam devotionem 5. anno regni sui templum sine
ligno ammixtione construxit, quod Pantheon appellavit. Tanta elatus est superbia, ut
deum se et dominum appellari iussit. *Hic audiens famam beati Dyonisi in destruendis idolis et populi Ep. Hincm.*
15 ad Christianos convertendis, lyctores in Gallia misit, qui eum inventum et comprehensum aut idolis sacrificare cogerent,
aut diversi supplicis affectus occiderent. Quos ubi beatus Dyonisius fnes Parisiorum appropinquare compertit, Sancti-
*num et Antonium ad se accessiri mandavit, quibus praedicationis tradens officium, ammonuit ut in fide firmi persiste-
rent, et ut quantoque Romam properantes, a praesule sedis apostolicae cooperatores verbi et doctores *V. Sanctini.**
expeterent, quia in messe multa sationis dominicae operari perpauci essent, qui semen verbi
20 sulcius mentium crederent, praesertim cum et ipse iam ad gaudia Domini sui festinaret, et
mercedem laboris et oneris a pio Domino sibi dari praecoptaret.

Consummato igitur per martyrii palmarum beato Dyonisio, a. ab inc. Dom. 97, a passione autem 64, *Ep. Hincm.*
actis autem eius anno circiter 90, imperii Domiciani cœteris ingruente anno 16. Sanctinus et Antoninus
praecepsit magistri obtemperantes, cum persecutionis procella detonante predicando de loco
25 ad locum cogerentur secedere, venerunt in fines Galliae Belgicae, et praeduce gratia divina,
quocumque veniebant, Christi loquebantur magnalia. Belgica autem Gallia pars est Galliae fol. 12a.
dicta a civitate que Belgis dicitur, quea est Treveris³². Gallia vero a candore populi appelle-
lata est, gala^b enim lac dicitur. Montes enim et rigor coeli ab ea parte solis ardorem ex-
cludunt. Hanc ab oriente Alpum iuga tenuerunt, ab occasu oceanus includit^c, a meridie
30 praerupta Pyrenaei, a septentrione Rheni fluenta et Germania. Cuius initium Belgica, finis
vero est Aquitania. Est^d autem regio gleba uberi et pabulosa et ad usum animantium apta,
ut ferunt qui situs terrarum descripsierunt, fluminibus et fontibus irrigua, perfusa^e duobus magnis
fluvius Rheno et Rhodano. Cisalpina autem Gallia est circa^f Alpes, transalpina trans Alpes contra^{ib. 26.}
35 septentrionem, Rhaetia^g iuxta Hispaniam. Aquitania autem ab obliquis aquis Ligeri fluminis, qui eam^{ib. 27.}
pene in orbem cingit, est appellata^h. Gallos itaque natura ferocius et acrieres esse ingenio natura
climatuum facit. Athicus sicut Gallias describensⁱ quatuor eius assertit esse provincias, Galliam Belgicam et *Athicus.*
Galliam Lugdunensem, Narbonensem quoque provinciali et Aquitaniam. Et Galliam quidem Belgicam dicit ab oriente
habere limitem Rhosi fluminis et Germaniam, ab euro Alpes Penninas^j, et meridie Narbonensem, ab occasu
Lugdunensem, a circulo oceanum Britannicum, ab septentrione insulam Britannicam. Gallia vero Lugdunensis, ducta
40 per longam et per angustum flexa, Aquitaniam provinciam semicingit; habet ab oriente Belgicam, et meridie partem
provinciae Narbonensis, qua Arelas sita est, et mare Gallico Rhodani flumen accipitur. Narbonensis provincia^k habet ab
oriente Alpes Colias, ab occidente Hispaniam, a circulo Aquitaniam, a septentrione Lugdunensem, ab aquiloni Galliam
Belgicam, et meridie mare Gallicum, quod est inter Sardiniam et insulas Balearas. Aquitania habet a circulo occidentum
qui Aquitanicas sinus dicitur; ab occasu Hispanias, a septentrione et oriente Lugdunensem, ab euro et meridie Narbo-
nensem provinciam contingit. Provincia autem iuxta papam Pelagium certa est quae habet decem
45 vel undecim civitates et unum regem, et totidem minores potestates sub se, et unum metro-
politanum, et suffraganeos decem vel undecim episcopos iudices; ad quorum iudicium omnes
episcoporum et sacerdotum ac civitatum cause referantur. Post destructionem quoque Wan-
dalicam, quae fere totum pessum dedit occidentis et orientis imperium, Leo papa provincias
50 distribuit. Iuxta modernos vero Gallorum provinciae sunt 17. Prima sedes Galliarum Lugdunensis est *Nodilia prov.*
cum tribus suis provinciis, 2) Rotomagensi, 3) Turonensi et 4) Semonensi, 5) Belgica prima quae est Tirovris, 6) Bel-
gica secunda, quae est Remi, 7) Germania prima, Magoniacum, 8) Germania secunda, Colonia, 9) Maxima Sequanorum,
Vesontio, 10) Alpes Graiae^l, Durentia, 11) Viennensis, 12) Narbonensis prima, 13) Narbonensis secunda, Aquen-
sis, 14) Aquitanica prima, Bituriges, 15) Aquitanica secunda, Burdigala, 16) Alpes Maritimae, Ebredunum, 17) Novem Po-

35 a) Belg tam deletum in codice. b) tam deletum. c) incl tam deletum. d) Est autem reg. deletum. e) perf. deletum.
e') circa Is. f) ruct. deletum. g) et. deletum. h) deletum. i) addito A Apenninus corrigit auctor. k) deletum.
l) h) deletum. m) pro. deletum. n) deletum. o) L) deletum. p) vel. deletum. q) s. e. Graise.

32) q. e. T. desunt in Isidoro. 33) Quae hic et infra de Aquitania leguntur iidem verbis apud He-
rigerum Gest. epp. Leod. 41. M. G. SS. VII. inveniuntur. K.

pulans, Auxia. In provintia igitur Belgicae primae urbs erat posita in confinio Neustriae et Austrasie Virdunum nomine, quam antiqui et etiam moderni urbem Clavorum consueverunt appellare. Ethymologiam autem nominis huius, quod est urbs Clavorum, ipsa nobis quae sola praeteritarum rerum habet scientiam signavit antiquitas, quod scilicet ob id ita sit appellata, quod a lapidibus praemaximis ferro plumboque compactis et consertis ingenti cura et studio sit extracta. Cur autem vocata sit Verodunum, cum diutius in scripturis quesissemus, hoc solum nobis occurrere potuit, quod cum delectum militem per Gallias Iulius ageret, Verolus quidam praedictam urbem obpugnatam in fedus recepit, a quo et nomen sumpsit, ut vocaretur Verodunum quasi Verolidunum, sicut et ab Augusto Edua vocata est Augustodunum. Postea vero o littera mutata in e, dicta est Veredunum, ut testatur Fortunatus³⁴. Mōderni vero a viridianibus pratis, vel quod quasi semper vireat, dicunt eam Virdunum, quasi viride dunum. Has^a autem omnes coniectiones Aethicus in cosmographia excludens, in Itinerario mundi vocat eam Virodunum; ob virorum fortium industriam longe lateque celebratam. Situs urbis ipsius ipsa sui positione delectabilis, quam praeterfluit Mosa fluvius ipsa sui fertilitate et viridianum pratorum gramine planicie iocundus. Gens urbis ipsius effera, cultu demonum dedita, totius veritatis ignara. Nullus ad eam veritatis praeco venerat, cum urbes in circuitu positas divinus iam splendor irradisset.

v. Sanctus.

fol. 13.

c. 2.

Ad hanc ergo urbem cum socio perveniens beatus Sanctinus, et videns omnes inhabitan tes idolatrias deditos et absque Deo vero, humi prostratus precabatur Deum attentius, ut populo sedenti in regione umbrae mortis, lumen ostenderet veritatis. O oratio Deo grata et speciosa! speciosa inquam, facta est et suavis in conspicu gloriae summi Dei. Hec subiecta geminis alis, dilectionis Dei videlicet et proximi, libero volatu celos petit et in conspicu Redemptoris facta est ut thus mini odoris. An non facta est fumus boni odoris, cum de manu angeli tementis thuribulum ascendat fumus aromatum, quae sunt orationes sanctorum? et in Apocalipsi viginti quatuor seniores stant in conspicu throni, tenentes phialas aureas plenas odorantorum, quae sunt orationes sanctorum? Sed iam orationis huius fructus videamus.

Iam ab oratione uterque surrexerat, cum ecce vident in una arbore, quae ramis opaca et altitudine procula, sed cultibus daemonum erat profanata, quia videlicet ibi gentiles rustici Faunis et Satyris vota solvebant et sacra celebabant, tres consedisse columbas, significantes utique divinae esse voluntatis ipso in loco trinum et unum Deum praedicari. De Dei ergo fisi misericordia, cuius tanta in futuros adoptionis filios praevidebant beneficia, ipsi intimo cordis affectu multimodas egerunt gratias, et ut in servis suis glorificaretur prece poscebant humiliata.

Locus igitur, in quo ad Deum praemissa fuit oratio, mons erat situs ad septemtrionalem plagam urbis, qui in suo cacumine ex tunc gestat aecclesiam apostolorum Petri et Pauli nomine et meritis ab ipso viro Dei dedicatam. Quae consecratio facta est anno incarnationis Verbi 98, videlicet 13° Domiciani caesaris anno, Traiano septies et Maximo consulibus. In qua etiam atrium benedixit, et cimiterium Virdunensis aecclesiae esse constituit, ubi ipse dominus cum successoribus suis praesulibus sanctis, exceptis his, qui sibi dicatas ecclesias corporali illustrant praesentia, vel qui eas aedificaverunt, aut aedificatas quondam et suis temporibus dirutas reparaverunt, sedem habet requietionis. Quod qualiter de ipso eius sacratissimo corpore acciderit, cum videlicet proprii laboris in urbe Meldensi cursum consummaverit, sequens sermo suo in loco declarabit.

fol. 14.

Beatus itaque Sanctinus videns populum civitatis multum sed idolatria errore caecatum, previdens etiam in spiritu ostium magnum et evidens sibi apertum in Domino, deliberavit 45 cum socio aliquantulum remorari in loco ipso. Non erat hoc transgredi praecelta magistri, si et istos lucrifacere, et mandata magistri sui fideliter posset adimplere. Ponens ergo spem suam in Domino, et se illi committens, corde contrito et humiliato progreditur ad populum, replicat Iesu Christi aevangelium. Mirantur in eo vilitatem habitus, dignitatem vultus, sermonis facundiam, miraculorum efficaciam; nec tamen possunt audire, quod debeant demonum cultus 50 abicere, figuram deorum suorum aureas, argenteas, marmoreas, gypseas et ligneas confringere, et aras subvertere. Quis referat quotiens ab illis cesus, quotiens iniuriatus, quotiens ab urbe semivivus projectus sit? Solus hoc novit inspector internorum, qui quis fuit testis penarum et laborum factus est militis sui prius remunerator et largitor praemiorum. Augebatur tamen numerus credentium, et de die in diem meritis servorum suorum multiplicabatur aecle-

a) Has — celebratam 2.

34) lib. III. c. 29.

sia fidelium, error gentilium destruebatur, et fides sancta ubique docebatur, gratia baptismi ^{V. Sanctini.} condonabatur, et in credentes Spiritus sancti carismata multiplicabantur. Felix ecclesia tanti pastoris regimine digna; illustrabatur enim miraculis atque doctrinis. Omnibus omnia factus est, ut omnes lucrificaret. Qui etsi iniurias est duni praedicaret Christum, libenter tolerabat illata sibi tormenta, obprobria et irrisiones malorum, ut quos persequentes patiebatur, filios faceret, et Domino redderet animas, quas diabolus conabatur auferre.

Cumque iam Dei disponente clementia plures ex his, qui aliquando fuerant vasa irae in interitum, fierent vasa misericordiae per baptismi sacramentum, videns ecclesiam fidelium in eo esse, ut proficerem iam ipsa per semetipsam posset, et timens ne si aliquanto diutius ibi remoraretur, iniuncte sibi obedientiae legatio cassaretur, confortatis in Domino fratribus, et suum reditum matrius promittens affuturum, valedicens eis, et commendans eos Domino, illis eum consequentibus cum lacrimis, Romanum proiectus est. Et venientes in Italiem, Antoninus va- ^{Ep. Biscari} tide febre corripuit est, in cuius obsequiis beatus Sanctinus, per aliquot dies immotus, consilio et consensu eiusdem fol. 14v. beati Antonini, ne praeceptio beati Dyonisi quacumque occasione impeditetur, paragro ceplum iter dispositus. Et sufficiens exenitus et honesti linteis principi domus derelictis, petit et per Deum obtestatus est, ut si Antoninus convalesceret, exinde illi habundantissime ministraret, si vero vita decederet, honestissime sepeliret: et sic iter, quod cep- rat, paragro studuit.

Et cum iam Sanctinus fines Romanorum contigit, Antoninus vita decebat. Quem princeps domus, retensis omnibus quae sibi commendata in eius obsequiis fuerant, catabuli sui in quo animalia eius facebant axes levavit, et in fossam ubi stercora et urina animalium deflucebant eum proiecit, et desuper axes remisit. Quia omnia beatus Sanctinus, cum iam intrasset fines Romanorum, per Spiritum sanctum cogavat, et eum magna festinatione reversus ad domum in qua Antoninus incertam dimiserat, flens et dolens pervenit, et principem domus interrogavit: *Ubi est, inquiens, Antoninus frater meus karissimus?* Is autem fictis geminitibus ac suspitis simulata mestitia: *Mortuus est, inquit: quem de nahi a te commisisti honestissime sepeliri?* Cui Sanctinus: *Mentiris, sit, fili diaboli;* in sterquilinum protrecti eum virum sanctum et 25 iustum. Et nunc veni mecum ad catabul locum, in quem proieciisti eum. In autem timore perculerat, non est auctor reniti, quia cum eo veniret ad locum ubi eum proiecerat. Et levantes inde axes, Sanctinus cum lacrimis voce magna clama- vi: *Antoninus frater, in nomine domini nostri Iesu Christi pro causa nomine et amore passus est gloriosus martyr Dyonisius, surge, et perficiamus simul obedientiam, quam ideo gloriosus pastor et magister noster communiter nobis precepit.* Et statim Antoninus stercore obvolutus surrexit. Quem beatus Sanctinus de catabuli fossa extraxit, et diligenter 30 iussisse lavit, et mundus ac honestis vestibus induit. Siecque offerebant Domino sacrificium laudis, cum tota mentis intentione et lacrimarum compunctiones eucharistiae corporis et sanguinis Christi participati sunt. Et accipientes cibum confortati sunt. Et iter coepit aggredientes, Romanum auxiliante Domino peneruerunt. Iamque beato Clemente martyrio fol. 15. coronato, in eadem sede post Anaclethum^a quartum a beato Petro Euaristum consecratum pontificem invenaverunt, cui per omnia, sicut beatus Dyonisius iusserat, actus et martyrii eius ordinem narraverunt.

35 Libet hic aliquantisper immorari partibus prudentiae, quam patres nostri et praeceps moralis doctor Ambrosius definitiunt versari in veri cognitione, et scientiae plenioris cupiditatem infundere. Prudentia quidem est Deum scire, Deum timere Deumque requirere. Haec est veri cognitio. Accedit et scientiae plenioris cupiditas, cuius est trimodum intelligentiae genus, ut si in dictis maiorum aliquid diversitatibus invenieris, in veri investigatione verseris, 40 ut sit tibi in his discendi et imitandi reverentia, non disputandi astutia. Nos igitur considerantes hoc in loco scriptorum dissonantiam, virtutis huius arcem teneamus, et non nostris fusi viribus, sed scripturae sacrae fulti auctoritatibus, cui veritas faveat; Christo Deo prae- duce videamus. Legimus in gestis, invenisse beatum Sanctinum in sede Romani pontificatus, cum venisset Romanum ex praecepto beati Dyonisi, papam Anacletum, natione Grecum de 45 Athenis, cui actus et martyrii eius gesta retulerit. Quod quam sit absurdum facile advertitur, si Romanorum pontificum successio et martyrii ipsius beati Dyonisi terminus inspicitur per inductiones et annos. Profuit enim iuxta fidem historiarum beatus Petrus urbi Romanae a. 25, m. 2, d. 8, in quibus, ut superius relatum est, sub ea rexit aecclesiast Linus, annis 41, mensibus 3, diebus 12. Obiit 9. Kalend. Octobris. Cui mos successit Cleto, et sub Petro rexit aecclesiast annis 12, mense 1, diebus 11. Obiit 6. Kal. Mai. 50 Ecce iam pontificatus Petri annus 23, menses 4 et dies 23. Quibus diebus si adiungantur item dies 20, qui interseruntur post obitum Clei ante ordinationem Clementis, fiunt 43, i. e. mensis et dies 13, quorum dierum ultimo die consecratus est Clemens a Petro. Quod autem alibi scribitur Clemens idem rexisse aecclesiast annis 11, alibi vero annis 9, mensibus 2, diebus 2, utrumque verum esse non ambigitur, quia et sub Petro sedet anno 1, mensibus 8, diebus 25, quo numero anni 25 presulatus Petri, cum mensibus et diebus colliguntur exacti; et post Petri obitum annis 9, mensibus 2, diebus 2. Sedet Anacletus annis 43, mensibus 10, diebus 7. Obiit 3. Idus Iulii, et cessavit episcopatus diebus 14. Sedit quoque Euaristus annis 9, menses 7, dies 2; igitur quando Petrus occubuit annus erat dom. incarn. 72nd, quibus iuncti 9 anni Clementis faciunt 81. His quoque additi Anacleti anni 14 fiunt 95, Euaristi 60 quoque 9 fiunt 104. Duobus ergo mensibus Petri et diebus 8 additi 2 menses Clementis et

^a q. a b. P. E. in loco raso 2.

dies 2, menses etiam Anacleti 10 et dies 7, dies quoque 14 inter Anacletum et Euaristum, quibus episcopatus cessavit, nec non et Euaristi menses 7, dies 2, faciunt menses 19 et dies 33, et annus hic inseritur, et sic fiunt anni 105, menses 9, dies 33 usque ad obitum Euaristi, qui est 6. Kal. Novemb. Secundo autem Euaristi anno sanctus Dyonisius passus est, et sexto ab eius passione anno sanctus Sanctinus Romam venit, qui erat ab inc. Dom. 103. Iam ergo 5 Anacletus obierat, iam etiam Euaristus ei successerat. Quomodo ergo inventit eum, qui iam obierat? Restat igitur, ut priori sententiae fides adhibeatur, quae veritate subinxia, non dubitatur, quod cum ita esse sacrarum scripturarum doceamus auctoritate, prudentiae virtute muniti et scientiae plenioris doctrinam nanci, teneamus verum, quod nos docuit, ad quod investigandum ipsa nos virtutum principalium prima animavat prudentia. Igitur redeamus 10 ad superiora, et quia annum quo secundum fidem hystoriarum Romam venerit tenemus, quem etiam sede Roma invenerit, ut pace omnium loquarum, paucis expediamus.

v. Sanctini.

Beatus Sanctinus dum occupatione itineris et praedicatione Virdunensis novellae plantationis et infirmitate socii sui retardaretur, Euaristum papam 9.^a iam anno pontificantem inventit, a quo etiam cum debito honore suscepit et loco maximae venerationis habitus, 15 replicuit laboris assumpti clausam magistri sui beati Dyonisii esse obedientiam, in consummatione cursus eius Gallicanam aecclesiam magnam pati praedicatorum penuriam, se ob hoc missos advenisse, ut verbi ministros aliquos mitteret aecclie. Haec magistrum ultima sibi dedisse mandata, ut consummationis suaे Romano pontifici innotesceret ordinem, et ut ipse, cuius erat ecclesie providere, operarios dirigeret ad excolendam dominicae sationis 20 agriculturam. Unde cum beatus pontifer gratularetur in Domino et ad agenda que petebatur se supra se votis omnibus extenderet, moramque in faciendo pati nesciret, decretivit tamen sanctum virum aliquandiu secum retinere ad consolationem sui et recreationem labo- 25 ris et itineris. At ipse paucis diebus apud eum remoratus, inter grata mutuae confabulationis solamina, quid etiam per eos divina egerit gratia, et quomodo novella Virdunensis fructificaret aecclisia, humiliter referebat. Unde ille Deo ex intimo cordis affectu gratias agens, socios ei et cooperatores verbi tres viros probatae auctoritatis dedit, quorum nomina etsi non habemus in scriptis, quia tamen missi sunt, non tacetur. Novimus tamen beatum Maurum presbyterum, qui ei successit in pontificatus ordine, ex eorum collegio et numero fuisse.

Interea aecclisia fidelium, quae erat apud Virdunum, crescebat et confortabatur et 30 doctorem suum devotis et ipsa devotione suspensis animis praestolabatur. Iam ad eos fama de resuscitatione defuncti pervenerat, quae res eos in fide Dei et amore magistri vehementius accenderat. Pius quoque pater, dum rememoratur suspensorum ad suum redditum filiorum animos, Meldensium scilicet et Virdunensium — sex enim anni iam pene evoluti erant a passione beati Dyonisii, et sextus ipse annus pontificatus beati Euaristi fuit octavus —, benedictione 35 fol. 16. postulata et accepta, Meldim redire deliberat. Ne tamen novos adoptionis filios, quos Christo per aquam baptismatis Virduni regeneraverat, invisitatos praeteriret, illo-quantotius iter accelerat, ut relictus ibi sociis, quos ab apostolica sede perceperat, ipse Meldim rediret, et suas oves, quibus pastor et rector institutus fuerat, regereret. Cumque Virduni advenisset, a fratribus devote suscipitur, a civibus contra spem pastor eligitur, et ut eis praeesse dignaretur, 40 magnates quique et vulgus promiscuum rogant et impetrant. Gaudet pater de numero cencuplicato filiorum, letatur in devotione civium, et quod rogabatur implere non moratur. Preparatur aecclisia regenerandis novis fidelium populis, regenerantur plures manibus sancti antistitis lavachro salutari. Destruuntur templa demonum et delubra, deiciuntur idola; et quia prima non sufficiebat, nova edificatur aecclisia mira civium devotione et industria; qua 45 accelerata praeparantur dedicationi necessaria, et a beato pontifice in honore Dei genitricis et Virginis consecratur a. dom. inc. 104, qui erat a passione beati Dyonisii 7, Gallo et Bra- dua consulibus, Olimpiade 220, et mater aecclisia in qua sit sedes episcopalibus constituitur.

His expletis, plebem monet et diligentius instruit documentis salutaribus, firmans eos benedictionibus, et sic Meldim regreditur; ubi predicationi et auctis operibus insistens, cum cognovisset 50 imminere diem vocations suae, litteras exortatorias et consolatorias direxit filiis Virdunensis aecclie, in quibus, quia prope esset vocatio eius, et quod amplius faciem eius non essent visuri praedixit, et ut Maurum presbyterum, virum in fide catholicum et doctissimum, sibi successorem eligerent monuit et praecipit. Illi primo viso nuncio cum litteris gaudebant, et

a) VIII. iam anno in loco raro 2.

55

Epist. Euan-
esti.
V. Sanctini.

consolabantur se mutuo in respectu paterno. Ubi vero de pastoris resolutione et sua desstitutione facta est mentio, fit statim clamor et luctus omnium. Vox erat una dolentium. Dolebant enim quia amitterebant patrem karissimum, pastorem mitissimum, et vi doloris attita et depressa acie mentis cogitare vix poterant; quia mors ei via ad patriam, ubi finis laborum et retributio praemiorum aeternorum: unde eis tanto melius opitulari et subvenire valeret, quanto vicinus Deo, cui servierat, in quo speraverat, quem confessus fuerat, deposito corporis onere adhereret. Fides quidem fiera prohibebat, sed gemitum extorquebat affectus. Illic ergo positus nos humillimos servos suos hic orantes exaudiat, aecclesiam inter mundi turbines fluctuantem sibi commissam, suo labore ad id quod est provectam, regat et prote^{fol. 16.} 10 gat, filiorumque preces et lacrimas Dei patris omnium conspectui offerat.

Legitus sane in antiquioribus eius gestis³³, quod cum Meldis redisset, tyrrannum incre³³ paverit, quod res ecclesiae diripuisset, et ob id illum ira praecepiti servidum, gladio adactum beatum virum vitas transmissae perpetuae. Apparet etiam nunc in ipso viri beatissimi capite, sicut relatum est ab his, qui viderunt, et ossa eius sanctissima contrectaverunt, sectio gladii materialis ita, ut media pars capitinis, ipsa videlicet pars anterior, in qua positae sunt fenestrae oculorum, non habeatur cum reliquo corpore, et quasi gladio secta et divisa videatur pars posterior ab anteriore. Qualiter ergo servum suum Deus ad se evocaverit, ipse novit, qui eum praecelegit ante saecularia tempora; nos credimus, quia etsi eius animam gladius persecutoris non abstulit, palmam tamen martyrii non amisit, quia totus vitae eius 20 excursus iugis fuit cum principi mundi conflictus.

Ascivit autem sibi Dominus hunc sanctum pontificem post multa laborum pericula, post innumera bonorum operum exercitia, in urbe Meldensi, 5. Kal. Octobris, regnante terris principe Traiano.

Quod si studiosus lector plenius cupit addiscere, advertat, quia 13^o anno imperii Neronis, 25 quo anno Petrus et Paulus gloriose occubuerunt, qui erat annus ab inc. Dom. 72, Vespasianus a Nerone in Iudeam cum exercitu missus est. Mortuo autem Nerone anno sequenti antequam Vespasianus Romanum rediret, Galba, Otho et Vitellius regnaverunt anno 1 et mensibus 6. Vespasianus ergo apud Iudeam imperator appellatus est, qui et Capitolum aedificavit; cuius secundo anno Iudeorum regnum finitum est, quum a prima aedificatione templi sub 30 Salamone usque ad ultimam eius ruinam sub ipso Vespasiano colligantur anni 1202. Regnavit Regno. igitur Vespasianus a. 9, m. 11, d. 22. His 11 mensibus editi 7 Neronis sunt 19, et his 22 diebus addit illius 28 sunt 50 dies, i. e. annus et 7 meses et 20 dies, qui annus hoc in loco inseritur. Titus quoque regnavit a. 2, m. 2, Domi- cianus a. 15, m. 5. His 5 additos 7 mesibus Vespasiani, completur annus, qui hic inseritur. Post Domitianum Nerva regnavit, a. 1, m. 4, d. 8. Sex igitur mensibus Othonis, Galbae et Vitelli si addiderimus Titi duos, Nervae 4, 35 completer annus, et hic inseritur. Post Nervam regnavit Traianus a. 19, m. 6, d. 15, cuius a. 2^o beatus Sancti- nus migravit ad Dominum, anno ab inc. Dom. 105, m. 10, d. 18, Africano et Crispino con- 105. sulibus, a passione beati Dionysii a. 8, pontificatum agente Romanae aecclesiae papa Eua- risto a. 9, interposito tamen anno illo, qui de supputatione mensis procedit, ut numerus annorum pontificalium perfecte servetur, et ab obitu beati Sanctini usque ad obitum Evaristi, 40 qui obiit 6. Kal. Novembris, annus integer et dies 17 computentur.

Sepultus est sane condigno honore fidelium in ecclesia sancti Petri quam ipse a fun-^{fol. 17.} damentis edificaverat, quae quidem a sancto Antonipo^a, qui ei in episcopatu successerat, ampliata, atque in honore ipsius magistri sui dedicata est, ubi multi annis intra septa sepulcri thesauros celestis delituit. Novissime divina revelatione repertum et elevatum mira ex- 45 ultatione civium et confluentium populorum, sacratissimum corpus eius ad propiciandum Deum miseris mortalibus super altare in celesti propiciatorio ab episcopis honorifice repositum est, ubi per succendentium annorum volumina ab excubitoribus diligenter servatum et hono- rifice, permanxit usque ad tempora Ludovici imperatoris, Lotarii aequae imperatoris filii, Deo sanctum suum mirificante signis et prodigiis innumerabilibus. Post hec, quia sic Deus voluit,

50 a) Vespasiano VI. et Tito V. consulibus Iudea subvertitur *in margine c.* b) *Hic in margine legitur:* Anno ab incarnatione Domini 167. Lucius rex Britonum missa legatione a papa Evaristo et imperatoribus Romaois idem Christi suscep- pit, cum omnibus regulis gentis sue.

35) Calmet Hist. de Lorraine I, p. XXXII. in monasterio S. Vitoni vitam Sanctini post a. 952. con- phum etc. Quin hanc vitam Hugo ante oculos habuerit, vix dubitari posse probat ipsius narratio scriptam se legisse testatur in codice saec. XII. in- cum vita compendio, quod Gallice dedit Calmetus. scrip^bto: *Incipit vita S. Sanctini primi pontificis urbis Clavorum. Post gloriosam coelestis victoriae trium-* collata. At non haec gesta, sed illa ab Hincmaro conscripta antiquiora fuisse, nemo non videt. K.

translatum est, et Virduni in ecclesia sancti Petri locatum, et in scrinio argenteo reconditum, ubi meritis eius et precibus exuberant beneficia divina usque in hodiernum diem prestante Iesu Christi gratia cui est honor et gloria in secula seculorum amen.

Rexit autem post eum Meldensem aeccliasim beatus Antoninus annis multis, et piis virtutum operibus insignis migravit ad Dominum 2. Kalendas Octobris praestante Iesu Christi 5 gratia cui est honor et gloria in secula amen.

Domiciano igitur defuncto Nerva suscepit imperium anno 1 et mensibus 4; sub quo Iohannes apostolus revocatur ab exilio.

Cui successit Traianus; sub quo Zacharias Viennensis aeccliasie episcopus martyrio coronatur. Nam primus Crescens, secundus Martinus apostolorum discipuli Viennas sederunt. Regnavit Traianus a. 18. m. 6. d. 15. His 6 mensibus si addiderimus dies 28, qui supra remanserunt, et 15 Traiani sunt 43. Post Zachariam Verus Viennensis episcopus floruit. Cuius regni a. 3^o assumptus est ipse beatus apostolus anno post passionem Domini 68^o, ind. 14, epacta 6; et sexto eius anno migravit ad Dominum heatus Sanctinus, et suscepit aeccliam regendam Maurus presbiter, vir honestae vitae et per cuncta laudabilis. Traiano adversus 15 christians persecutionem moveante, Symeon Hierosolymorum episcopus crucifigitur, Ignotus bestiis traditur. Alexander papa post administratum a. 11. m. 7. d. 2 pontificatus martyrio coronatus sub Traiano 5. Non. Mai. Hic constituit aqua sparisorum cum sale benedici. Post eum sedit Xystus, natione Romanus, ex patre Pastore, de regione Via Lata, a. 10. Ado. 2. d. 1. Hic constituit ut ministeria sacra non tangerent nisi a ministriis. Iustus Viennensis episcopus floruit.

Hier.

Anno quoque ab inc. Dom. 121. regnavit Adrienus, consobrinus Traiani filius. Hic 9^o imperii 20 sui anno persequeptione laxata, pater patriae appellatur, et uxor eius augusta. Regnavit a. 21.

Gesta pont. Rom. fol. 17. Thelesphorus, Grecus natione ex anachorita, a. 11. m. 3. d. 21. Duxit^b illustris martyrium Non. Ian. Hic constituit ut 7 ebdomadis ante pascha ieiunium celebretur et in nocte natalis Domini missa celebretur et Gloria saeculis Deo canetur. Obiit 3. Idus Ianuarii. Cui successit Yginus natione Grecus ex phylologo de Athenis, sedit a. 4. m. 3. d. 8. Hic eorum composuit et distribuit gradus ecclasiasticos. Obiit 3. Idus Ianuarii.

Beda.

Anno ab inc. Dom. 142. Antonius cognomen Pius cum filiis Aurelio et Lucio regnavit a. 22,

Gesta pont. Rom. m. 4. Pius, natione Italus, ex patre Rufino, frater Pastorius, de civitate Aquileia, sedit post Ygnum a. 19. m. 4. d. 3. Obiit 5. Idus Iulii^c. Hic, angelo monente, precepit dominico die pascha celebrari. Inter Pium et Anicetum d. 29.

Beda.

Anicetus, natione Syrus, patre Iohanne, de Vice Emiss^d, a. 11. m. 4. d. 3. Obiit Kal. Mai. Sub quo Polycarpus Roma veniens, multos ab heretica labi Valentini et Cerdonis castigavit.

Gesta pont. Rom. Anno ab inc. Dom. 164. Marcus Antonius Verus cum fratre Aurelio Commodo regnavit a. 29. m. 1. Potitus Lugdunensis et Iustus Viennensis martyrio coronantur. Polycarpus martyrio coronatus. Vero quater et Quadrato Apronianus et Paulo consulibus sub Aniceto. In Gallia quoque multi pro Christo occisi sunt. Anicetus papa constituit ut clericus comas non nutritur. Obiit 11. Kal. Iulii^e. Inter Anicetum et Sotherum d. 21. Sother, natione Campanus, ex patre Concordio, de civitate Fundis, anno ab inc. Dom. 168, Marci Antonini Veri et 35 Aurelii Commodi 9. suscepit gubernacula Romanae ecclesiae, sedit a. 9. m. 7. d. 21. Hic constituit ut nulla monacha pallium sacratum tangeret nec incensum in ecclesia posceret. Obiit 10. Kal. Mai.^f Inter Sotherum et Eleutherum d. 21. Anno ab inc. Dom. 177. Eleutherus, natione Grecus, patre Abundio, de oppido Nicopoli, sedit a. 15. m. 3. d. 2. Hic constituit ut nullus eca a christianis repudiaturus quae rationalibus et humana est; ad quem missa epistola Lucius Britaniae rex ut christianos efficeretur impetrat. Obiit 7. Kal. Iunii^g. Defuncto Commodo fratre 40 Beda. Antonius Commodum filium suum consortem regni facit, qui regnavit post mortem patris annis 15. Cuius^h tempore Marcomannicum bellum Dei actum est providentia. Nam cum insurrexisserint in Romanos gentes barbarae innumerabili multitidine, id est Marcomanni, Quadi, Vandali, Sarmatae, Suevi et omnis pene Germania, et in Quadorum usque fines progressus Romanus exercitus propter aquarum penuriam gravius sitis quam hostis sustineret periculum, ad invocationem nominis Christi, quam subito milites magna fidei constantia fecerunt, tanta vis pluviarum erupit, ut Romanos largissime refecerit et barbaros crebris fulminum ictibus territos in fugam converterit. Quorum terga cedentes, incruentiam victorianam potenti Christi meruere auxilio. Sub quo Hyrenaus Lugdunensis episcopus claruit, et Dionysius Viennensis. Post quem regnavit Helius Pertinax mensibus 6. Quo defuncto regnavit Severus anno ab 50 inc. Dom. 198. regnavit a. 18. Victor, natione Afer, patre Felice, sedit a. 12. m. 2. d. 10. Hic constituit, sicut et Pius, ut pascha die dominicae celebraretur a 14. luna primi mensis usque ad 21. eiusdem mensis. Obiit 5. Kal. Aug.

Beda.

Anno ab inc. Dom. 206. Zephyrinus, natione Romanus, patre Abundio, sedit a. 18. m. 6. d. 10. Obiit 7. Kal. Sept.

Beda.

Anno ab inc. Dom. 216. Antonius Caracalla regnavit a. 7. Post hunc Macrinus a. 4, et post eum Mar-

cus Anelius imperator a. 4. Anno 9 ab inc. Dom. 202. Severi a. 4, questione habita de observatione paschae Victor 55 Romanus papa, Narcissus Iherosolimae, Polycrates Ephesiorum, Hyrenaeus Lugdunensis litteris ediderunt qualiter paschae eset observandum.

a) Iustus — floruit in margine. b) Duxit — Ian. in marg. c) Ob. 3. Id. Ian. in marg. d) Ob. 3. Id. Ian. in marg.

e) Ob. 5. Id. Iulii in marg. f) invisa corr. emissa c. g) Ob. Kal. Mai. in marg. h) Potitus — corouantur in marg.

i) Ob. 11. Kal. Iulii in marg. k) Ob. 10. Kal. Mai. in marg. l) Ob. 7. Kal. Ianii in marg. m) Cuius — auxilio in 60 margine add.

n) Anno — observandum in marg. add.

Anno ab inc. Dom. 210, sub Severo martyrium beati Hyrenel cum sociis actum est. fol. 18.
 Anno ab inc. Dom. 224, 1^o anno Marci Aurelii, Calixtus, natione Romanus, pater Demetrio, de urbe Grotta post
 Ravennatium, sedit a. 6, m. 2, d. 10. Coronatus est martyris sub Alexandro 2. Idus Octobris, 3^o Alexander annos. Cui
 successit Urbanus, natione Campanus, pater Pontianus. Sedit a. 7, m. 10, d. 20; obit 9. Kal. Ionii. Inter Urbanum et
 5 Postianum d. 30. Postianus, natione Romanus, pater Calpurnio, sedit a. 9, m. 5, d. 2. Pontianus sub Maximino fa-
 stibus censu occubuit 3. Kal. Nov. Defuncto Aurelio, anno dom. inc. 228, successus Alexander; regnavit Beda.
 a. 13. Inter Pontianum et Antherum d. 10.

Anno 1^o imperii Alexandri 13^o, ab inc. Dom. 236, indictione 15, epacta 9, concurr. 6, se-
 cundo anno pontificatus Pontianus papae celebratum est pascha primum sicut hactenus ser-
 10 vatur a nobis. Nam usque ad id tempus observabatur in 14. luna secundum morem ludeorum.

Anno ab inc. Dom. 241, ordinatus est 11. Kal. Decembribus Antherus, natione Grecus, pater Ro-
 gatio post
 mulo. Sedit m. 1, d. 17; obit 4. Non. Ianuarii. Post Alexandrum Maximinus regnare oras, persecutionem movit in Beta.
 christianos, a quo Pontianus et Antherus martyris coronantur; regnauit Maximinus a. 3, et post eum Gordianus a. 6.
 Sub Gordiano Florentius Viennensis episcopus claruit. Post quem regnavit Philippus cum filio Philippo a. 7. Hic Ad.
 15 primus omnium imperatorum christianus fuit, et 3. eius anno millesimus annus Romae urbis expletus est. Urde cor-
 onata urbe cum sollempnizaret populus Romanus et sacrificia celebraret, imperator cum Acta Ponti?
 filio et coeve sibi Pontio, nobili et ingenuo viro, occulte tamen christiano, procedebat ad
 templum. Sed a beato Pontio revocatus et doctrinis ecclesiasticis imbutus, baptizatus est
 cum filio. Qui beatus Pontius ob hoc quia Romanos imperatores Christo credere docuit,
 20 martyrii coronam suscepit. Corpus eius translatum post longa tempora nunc condigne re-
 quiescit et veneratur in monasterio quod Tomerias dicitur. Philippus' imperator in die
 paschae, id est in ipsis vigiliis, cum voluisse communicare mysteriis, a Fabiano papa qui
 pontificatum suscepit anno dom. incarn. 241, non prius est permisus, nisi confiteretur
 peccata sua et inter penitentes stare et per penitentiam culpas quae de eo plurime fereban-
 25 tur dilueret. At ille quod a sacerdote fuerat imperatum libenter suscepit, divinum metum
 et fidem religionis plenissimam rebus et operibus sibi inesse comprobans. Huius humilitas
 tanto mordacius tumorem regum nostrorum impedit, quanto religiosius ille in tam tenera
 christianitate poenitentiam suscepit, quam isti in matura ecclesia^e et^f per^g orbem^h di-
 latata nec audire consentiunt.

30 Anno inc. Dom. 257 Decius imperium assumpsit quod tenuit a. 1, m. 3. Hisⁱ 3 mensibus Decii addi Beda.
 Antonini Pii 3, Marci Antoioi 1, Helli Pertinacis 6, fit annus qui hic^j poniatur. Remant m. 1 et d. 28 supranotati.
 Anthero papa martyris coronate, Fabianus sucedens, natione Romanus, pater Fabio, sedit a. 13, m. 11. Inter Grotta post.
 Antherum et Fabianum d. 13. Decius multa sanctorum milia interfecit. Fabiano papa sub Decio martyrio
 coronato 13. Kal. Februario cessavit episcopatus d. 7.

35 Anno dom. inc. 254, quo tempore claruit Lupicinus Viennensis, succedit Cornelius natione Romanus, pater Ad.
 Romano. Sedit a. 5, d. 3. Coronatus est sub Decio. Hic rogatus a Lucina levavit corpora sanctorum apostolorum;
 et Pauli quidem via Ostensi, ubi decollatus est, posuit 18. Kal. Octobris. Inter Cornelium et Lucium d. 35. Cuius
 tempore surrexit heres Novatianorum a quodam Novato qui ex ecclesiam ordinacione Novatiani
 et Deus Cornelium intronizari voluisse, ab ecclesia recessit et heresim sui nominis statuit.

40 Praecedit tunc Carthaginai Cyprianus martyr primus Africæ usque ad tempora domini Lucii
 papæ, et coronatus est eodem die quo Cornelius persecutione Valeriani martyris. Lucius, Romanus, pater Porfirio, Grotta post.
 sedit a. 3, m. 3, d. 3. Hic constitutus ut 2 probitarii et 3 diaconi episcopum in omni loco non deserarent. Obiit 3.
 Non. Martii, sepultus 8. Kal. Sept. Inter Lucium et Stephanum d. 25. Gallius cum filio Volusiano regnavit a. 2, m. 4. Beda.
 Stephanus Romanus, pater Iobio, a. 6, m. 6, d. 2. Hic constitutus ut sacerdotis et levite vestes sacre in cotidiano usu Grotta post.
 45 non haberent. Decollatus est sub Valeriano et Gallieno 4. Non. Aug., et cessavit episcopatus d. 22. Beda.

Anno inc. Dom. 261, regnauerunt Valerianus et Galienus a. 15. Valerianus in christianos persecutione fol. 19.
 commota statim^k a Sapore Persarum rege capti et luminaibus orbibus misere servitute consenserunt, ita ut Sapori Ad.
 equum ascendiens dorsum pro scabello pararet. Unde territus Galienus pacem ecclesiae reddidit. Beda.

Anno inc. Dom. 276. Claudius regnavit a. 1, m. 9. His^l 9 mensibus addi 4 Volusiani; si annus qui hic Regno.
 50 numeratur, et remant m. 1. Cui succedit Aurelianu a. 5, m. 5. Hic christianos persequitur. Sub hoc passus
 est Benignus martyr cum sociis. Qui mortuo Tacitus regnat menses 6. His^m etiam addi 6 Aurelianu, fit an-
nunc autem domus irritatrix et exasperatrix Samariae. Regebat per id temporis Ro-
manam ecclesiam Innocentius, et per urbes Galliae et Germaniae pontifices amore
Christi ferventes, fide doctrina et miraculibus praecipi, praeerant aecclesis. Perpacuae tamen 50
erant quibus episcopi praeescent, multae enim pastoribus vacabant. Remorum metropolim sanctos
regebat Nicasius; Lingonum urbani sanctus praeclarus Desiderius; Crisopolitanum sedem fide et magnanimitatem cum bonorum
operum exercitu sanctus adorabat Antilius, et plures erant alii, ex tua et uno lucerne luceantes in domo Domini.
Hii igitur licet assiduis monitionibus oves sibi creditas suaderent a via Dei non rece-
dere, populus tamen retroactis temporibus faciente Arriana perfidia sine duce, sine rectore, 55
absque moderatore^c per se immatura potitus libertate, etsi verba Dei audiebat, divitias et vo-
luptatibus saeculi ut spinis suffocatus, fructus bonorum operum afferre fastidiebat. Unde
et iratus Dominus omnem Galliam et pene totum Occidentem Wandalorum, Alanorum, Sue-
vorum, Sarmatorum et Hunorum tradidit gladio feriendam^d. Sed querit hic fortasse ali-

Vita Arolli.
a) Tempore — habetur in marg. b) Arrii — evelendum in marg. c) mortore e. d) hic plurima erat. 68
e) haec — confuderunt in marginis fol. 30 et 30.

quis, unde haec orta fuerit, vel unde nomen traxerunt? Wandelicus quoque annis est ab extremis finibus Galiae erumpens, iusta quam eos habuisse, et ex Wandalo fluvio sic dictum fuisse certissimum est. Lanius vero fluvius est ultra Danubium ab Alanis dictus, sicut et Lemannus dictus ab Alesanno. Suevi vero, dicti sunt a monte Suevo qui ab ortu initio Germanias facit, cuius loca incoluerunt; quorum fuisse centum pagos et centum populos, 5 multi prodiueront. Est autem Genua pars Germaniae. Germania vero gentes plurimas habuit ferocias animi et semper indomiti, variae amictus, discolores armis, linguis dissonas, origine vocabulorum incertas, ut Tolosates, Ansivari, Quaddingi, Marcomanni, Bruteri, Camasi, Blugiani, Tubantes, quorum immanitas barbarie in ipsa etiam vocabulis horrorem Oros. quendam significat. Iuxta Orosium autorem in Germania, ubi Suevi habitant, sunt gentes 54. Europa habet ab oriente Alanian, unde Alani: in medio Daciam, unde Dani; ubi et Gothi, inde Gothi; deinde Germaniam.

10 Ab hac ergo populosa Germania, ut in Historia Italarum scriptum repperitur libro I. cap. 1. multas sepe Paul. Diac. gentes egressae sunt, eo quod tantos gigant populos, quantos aere vix sufficit, quae et partes Asiae et maxime Europam sibi contiguan affiserunt. Testantur hoc urbes eritis per Illiricum et Galliam; Gothi enim et Wandalii et Rugi et Heruli atque Turcilingi, necnon et alias feroce nationes ab ea prodiuerunt, pari etiam modo et Winiliorum^b, id est Langobardorum, gena a Germanie originem ducens, ab insula quo Scandinavia dicitur adventavit. Queri 15 eciam potest, quid rerum fuerit, quod tot et tantae ferocitatis gentes in unum coauerint, quae se invicem multoties diversis caedibus populabantur. Historia haec notissima est. Theodosius senior gentes has effera et indomiti magnis praeliis fuderit, tamen post eius obitum addita eis sceleris et Oros. VII. praedia, insolenta anima, . . . vita. His curam infantum Archadii^c videlicet et Honori^e et disciplinam palatii commis- 20 serat viris peritissimis, Rufino orientalis, Stiliconi occidentalis imperii; sed alius sibi, alius filio suo affectus regalo fastigium, rem publicam turbavit. Ita post huius necem Wandalorum comes, ut Eucherius filium suum a puero christianorum necem stilettem purpura indueret, totius humani generis sanguinem dedidit, cum Alaricu et cunctam Gothonum gentem gentesque alias prefatas copias et viribus intolerabiles Hispanorum, Suevorum et Wandalorum ipso que motu impulsorum Burgundionum, ad terrendum rem publicam ultra in arma sollicitans suscitavit, sperans quod barbarae gentes tam facile valerent comprimi quam commoveri. Quae ubi Honorio nunciata sunt, commoto exercitu 25 occiso est Stilicho, occisus et Eucherius et paci cum sis satellites, tantarum militionum auctores. Veruntamen occiso illo qui fuit prima et usq malorum, refloruit iniuritatem seminarium. Nam ante biennium Romanae irruptionis que facta est per Alaricu excitatum per eundem Stiliconem, gentes prefatae Wandalorum, Alanorum, Hunorum, Suevorum, Burgundionum et multarum gentium ut dicimus . . . Galliae ab eis subversae, fol. 30. aeccliae, urbes exustae, populi trucidati et usque ad internectionem deleti, facientibus pec- 30 catis inhabitantium pene totus redactus est Occidens, et ut referunt qui temporum ipsorum pericula conscripserunt, non fuit civitas aut castrum in Gallia, quod effugerit indignationem eorum. Turmis enim de se factis, fluvios Padum, Rhodanum, Rhenum, Ligerim, Sennam, Garonnam et ceteros intravere, et navaliter praelio terrestreque urbes in finibus positas irrumptentes, intolerabili audacia et crudelitate omnia pessum dedere. Qui enim per 35 Rhenum ascenderunt, urbes super Rhenum positas 103 destruxerunt, inde ad eas super fluvios in Rhenum descendentes positas se conferentes 75 pari sorte prostraverunt. Qui vero per Rhodanum, Arelatum, Nernaum, Vivarium, Valentiam, Diam, Gratianopolim, Viennam, Lugdunum Italiaeque omnia vicina contriverunt; et qui per Padum et Ligerim et Garonnam et Sennam reliquaque fluvios, simul urbes et omnia situ vicina consumps- 40 runt: et ita terra marique uno impetu, uno tempore, sub multis tamen regibus et ducibus universa simul confuderunt. Archadio^f 6. et Probe consulibus Wandalii et Alani transcum Renum, et 2. Kal. Prosper. Ian. Galliae ingressi sunt, Honori 8. et Theodosio 2. consulibus. Anno ab inc. Dom. 407, imperantibus Honorio et Oros. Theodosio minori, Stiliconi et Auriliano consulibus, anno regni Honori 14. et Theodosii 1. indictione quinta, de mari occano ascendentes, quo pyramicam exercentes vagabantur, Gallias invadunt et Pyreneum usque pervenient. Cuius 45 obice ad tempus repulse per provincias diffunduntur, et effriter mentis superbiam, dum sibi nullam gentem putant resistere, grandia quaeque noliuntur, et sub rege Croscu terras omnes suae cogitant ditioni subicere. Rex^g autem eorum potentissimus et princeps Croscus fuit, superbia tumidis, opere crudelis. Clamat hoc universus pene Occidens, ruina ipsa urbium antiquarum, munitissimarum et praepotentiarum, que quanto vicinorum sibi fluviorum proprii applaude- 50 bant opportunitate, tanto graviores et crudeliores illos senserunt in sua contritione, ut iam ex parte impleri videbatur illud propheticum: *Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos.* Sep. 5, 21. Quae enim fuerant aliquando incita menta luxuriae, facta sunt eis fomenta ruinae, ut in quo gravius peccaverant, in ea severius punirentur. Ad augendam ferocitatem animi eius accessit et mater impia, felle amaritudinis et rabie furoris. vipere amaricata, dirumque virus Fredrig. 55 effans et impietas sibilis emittens ait filio: *Si te, fili, magnificare et nomen tuum dilatare novamus rem volueris facere, quod alii edificaverunt, tu destrue; populos quos superaveris, interfice; in christianos gladium tuum exere, ut qui faciem non viderint nomen tuum timant.* Quibus incitamente tyranus nimio furore successus, Rhenum apud Mogunciam transiens, eandem urbem cum populo vastavit. Inde Trevirorum urbem aggressus, exterminium civitatis et christianorum siciebat sanguinem. Treverici vero in arenae via Antidi.

60 a) amicis c. b) Winiliorum corr. Windorum c. c) eis corr. eas c. d) Archadius corr. Archadii c. e) ex conjectura addidi. f) Archadio — Theodosio 2. consulibus in marty. g) Rex — punirentur in marty.

civitatis quem munierant libertati sunt. Plures dehinc Austrasiorum civitates vallane innumerabilis eorum exercitus post destructas urbes et eversa castra Meum obsidione circumdat, murorum firmatatem crebro pulsat ariete, sed nisi praepedirent sceleram et crimina habitatorum terrae, non timuerent ruinam civitas beati prothomartyris Stephani illustrata sanguine, et Auctoris episcoli munita intercessione. Eis itaque parum proficentibus diutina obsidione urbemque relinquenter, cum duodecimo ab urbe milario castra posissent, murus autem divino correus Wandalis patefecit ingressum. Depraedata igitur urbe et conflagrata incendio, excepto sancti Stephani oratorio, egressi sunt barbari, Auctorem episcopum et captivos plurimos ducentes; quem mox miraculo divino perterriti, cum omnibus sua civitatis captivis et praeda innumerabili abire sinunt, satis verentes ne pro tanti viri contumelia celeste eos conflaret incendium. Sic vir sanctus dum pro oviis mori desiderat, captivitate sua captorum solvit vincula. Interea castra illorum, iunctis sibi Hunis qui per Rhenum Mosam fluvium descenderant, Virdunum adveniunt, urbem obsidione circumdat, in proximo colle ex adverso civitatis castrum collocant, unde frequentibus erupcionibus oppidanos perturbant. Villas omnes in circuitu positas edax flamma consumpsit, edifica omnia ruina contrivit, nulli est indultum aetati; senes et iuvenes, parvos et magnos matres cum liberis, dominos cum familia, omnia tuit gladius. Barbari vero diutius attemptata considerata et inspecta urbis firmitate et civium se suaque defendantium magnanimitate, cum diffidarent sua eam posse virtute capi, quae cingebatur muro indissolubili, compactis et consertis lapidibus plumbo ferroque, et iam in hoc essent ut ad alia se conferrent, urbem capiunt et dirunt. Crocus vero universas Galliarum urbes pervolans, alias delevit, alias concremavit; et christiana legis fautores pravis et inauditis persecutionibus quatens, quosdam variis prostravit penis, quosdam citato secuit ictu bipennis. Nullus enim erat in barbaris modus vesaniae, nullus indulgentiae locus, sed erat semper ad caedendum continua manus.

Temporis huius mentionem faciens Hieronimus^a in epistola sua quam scripsit ad Age-25 rochiam de monogamia, sic ait: „Presentium misericordia pauca percurram: quod rari hue usque residemus, non nostri meriti sed Domini est misericordiae. Innumerabiles et ferocissimae nationes universas Gallias occuparunt. Quiequid inter Alpes et Pyreneas est, quod oceanum Rhenoque includitur, Quadas, Wandalos, Sarmata, Alan, Geppi-30 des, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemanni, et o legenda res publica hostes Pannoni vestaverunt. Enoim Asso venit cum illis. Magoncienses nobilis quondam civitas capta atque subversa, et in ecclesia multa milia hominum truci-35 data, Vangiones longa obsidione deteti, Remorur ursa praepotens, Ambiani, Atrebates, extremique hominum Morini, Tornacus, Argentoratum translatae in Germaniam, Aquitanias, Novempopolana, Lugdunensis quoque et Narbonensis provincies; praeter paucas urbes cuncta popula sunt, quas et ipsas foris gladius, itas vastat timor. Non possunt absque lacrimis Tolosae facere mentionem, quo ut bucasque non rueret, sancti Exuperii merita prestatuerunt. Ipse Hispania iamque periturae contremiscunt, recordantes irruptionem Cimbriac, et quod alii semel passi sunt, ipsae sem-35 per timore patientur.”

Vita Antidi. Crocus itaque Galliam Lugdunensem pervagans cum Arelatum obsideret, capiuit a Mario praeside et catenis vinclatus per urbes quas vastaverat ad impropterum reductus, post multa tormenta impia vitam miserio finivit obitu. Idem Regnavit autem post eum super Wandalos Fredebaldu. Hunc Constantius patricius, quem Honorius apud Ravennam consortem fecerat imperii et Placidum sororem suam ei dederat, ex qua genuit Valentio-40 Gros VII. num, ingenio cepit et Honorio direxit; cui successit Gundericus. Wandalis ergo per Gallias debacchanibus, apud Britanniias Gratianus tyrannus creature et occiditur, et Constantinus ex infama militia propter solam spem nominis sine merito virtutis eligitur. Qui mox in Gallias transiens, et a barbaris incertis federibus saepe delusus, cum vellet in Hispaniam iudices mittere, et Pyrenaei claustris militum custodia manutis repelletur, Constantem filium suum ex monacho caesarem factum cum quibusdam barbaris in foedus recepiit et ad militiam allectis qui 45 Honoriaci diebantur illo missit. Et interfectis illis qui Pyrenaei alpes privata praesidio tutabantur, his barbaris quasi pro praemio victoriae in Palatinis campi praesundi licentia data, debite supradicti montis remota rusticorum fidei et utili custodia cura est permissa. Qui praeda imbuvi et habundantia illecti quo magis scelus impunitum foret et magis eis praedari licet, prodita Pyrenaei custodia, clamantium aperit, gentes quo per Gallias vagabantur introducunt et Hispaniarum provincias innitant, eisque ipsi adiunguntur atque post graves rerum hominumque 50 vastationes distributa ibidem possessiones constiterunt, ubi multos christianorum Gundericus interfecit.

E.P. 60. Hieronimus de statu temporis scribens ad Helyodorum: „Horret, ait, anima temporum nostrorum ruinas prosequi. Viginti et amplius anni sunt, quod inter Constantinopolim et Alpes Iulias cotidie Romanus sanguis funditur. Scithiam, Trachiam, Macedonia, Thessalam, Dardaniam, Daciam, Epyrus, Dalmatiam cunctaque Pannonia, Gothus, Sarmata, Quadas, Alanus, Huni, Wandal, Marcomanni vestant, trahunt, rapient. Capitlum episcopi, interfici 55 presbyteri, subversao ecclesiae, martyrum effossa reliquias.” Gundericus igitur cum ecclesiis Dei insidias intenderet, anno regni sui 14. iudicio Dei percussus interiit, cui frater eius Gysirius succedit. His cum Wandalis et omni Victoriae corum familia de Hispania ad Africam mare vadando transiit, quod fester ibi duodecim milia passus latum esse. Inventa autem sunt Wandalorum qui transierunt octoginta milia fuisse. Quanta tunc contra ecclesias Dei acta sunt qui nosse desiderat, legit Gestu Wandalicæ persecutionis. Tunc maxima et 60

a) Hieronimus — monogamia in marg. b) Novempopolana corr. Novempopolana c. c) provincias corr. provincie c.
d) nanando corr. vadando c.

antiqua illa Carthago a Wandalis capta et intrata est. Tunc quoque Augustinus doctor, cum civitas Reta.
eius consideretur a Wandaliis, tertio obsidione mensa depopulat febris et migravit ad Dominum anno dominice incarnationis 430. Defuncto autem Glycerio anno regni sui 37, mense 3, Honorius successit crudelior illo, et ei post annos 7, mones 5 Gonthamundus successor. His catholicos ab exilio revocavit; cui post annos 12 Tra-
5 samundus successor. Initia ergo dolorum fuere a tempore Honorii et Theodosii minoris, quando
tot tantisque perturbationibus attrita est Gallia, immo totus Occidens ob populi peccan-
tis insolentiam, permittente Dei potentia ut praevaleret barbarorum saevitia, ut quae
paulo ante gloriabatur de caede multarum gentium sua deiectionum Victoria, uno terribili
inmenso et horrifico barbarorum impetu conculcata fieret preda hostis atque ludibrium.
10 Duravitque haec vastitas incumbentibus ecclesiae catholicae Waqdalies Arrianae pravitate
foedatis annis 100 a tempore Honorii et Theodosii minoris usque ad tempora Iustini im-
peratoris, qui Anastasio successor, a tempore scilicet Gunderici regis Arriani usque ad
Chilpericum regem eorum, qui et Gylmer dictus est, in quo defecit regnum ipsorum.
Sed nec Roma immunis fuit ab hac et simili vastatione. Alarius enim Gothorum rex, Athanacii suc-
cessor, Romanum trepidem obedit, turbavit, irrupt, anno ab Urbe condita 1164, ab inc. Dom. 412, et cum ubique cae-
des ageretur, omnibus induxit est qui ad apostolorum limina confugerant. Accidit quoque ut beatus Innocentius euas-
dem orbis episcopus, tanquam iustus Lot subtraxtus a Sodomia, apud Ravennam positus, peccatoris populi non videret
excidium. De hoc Hieronimus in epistola ad Principiam de vita Marcellae, cum fecisset mentio-
nem hereticæ vesaniae adversum ecclesiam catholicam intantum furentis, ut nec sibi nec ali-
20 cui honorum parceret, in processu epistolæ huius quoque irruptionis meminit in haec verba:
„Dum haec, inquietus, agnuntur, terribiles in Occidente afferunt rumor, obdieri Romanus et auro saltem civium redimi-
spoliatoresque rursum circumdari, ut post substantiam vitam quoque amitterent.“ Et post pauca: „Capitur urbs qua
cepit totum orbem, immo fame perit antequam gladio, et pauci vix qui carenter iacenti sunt. Ad usandos cibos
erupt eurientis rabies et sua invicem membra laniorunt, dum mater non parcit lacanti infantiae, et recipit utero
25 que paulo ante effuderat.“

Si quis igitur requirat, haec divinae animadversionis iusta severitas quam ob rem in
christianum populum sic accensa desaevit, agnoscat quia iudicia Dei occulta quidem et in-
comprehensibilia, nunquam tamen iniusta. Quae igitur nobis sinit occulta, quia iuxta psalmi
30 statim „Iudicia tua abyssa multa, veneremur iusta. Igitur evolutis plurimis annis ubi pax ecclie-
siis Dei redditia est, rarescenibus bellorum tumultibus, pauci qui remanserunt christiani divi-
nam ultionem iuste in se exercere videntes, et propitiatione eius gratias agentes, exequendis
mandatis Dei promptiori subdeabantur animo. Et quia multae ecclesiae vacabant, episcopis
quibusdam gladio peremptis, quibusdam sorte humanae praeventis, et in loco eorum alii non
subrogatis, congregati in unum pauci qui remanserunt sacerdotes, consilium de magnis
35 rebus inierunt, et quomodo paci catholicæ consulerent inter se tractare ceperunt. Ex tempore Oros.
per Constantium patricium Romanis Gothisque federatis, Constantius caesar interficitur Arelato, filius eius ex monacho
caesar Vieno. Post quos Iovinus et Sebastianus pari temeritate rem publicam deinvadentes, pari sorte perierunt.

Virdunensis itaque ecclesia tunc temporis tot sibi adversis succendentibus pastore vi-
duata, longo rerum infortunio pressa et oppressa iacebat, et pontificem longo iam tempore
40 destituta ecclesiae cathedra pia sedulitate requirebat. Et merito. Per trecentos enim qua-
draginta et eo amplius annos, ab obitu scilicet beati Sanctini usque ad tempus illud, tres
tantummodo episcopos in ea urbe fuisse, Maurum videlicet Salvinum et Aratorem, priorum
patrum ^a signavit antiquitas. Utrum ibi plures episcopi fuerint, quorum nomina et actus ^b
oblivio deleverit vel scriptorum raritas neglexerit aut etiam fervor persecutionis episcopos
45 substituere vetuerit, nos ignoramus, quia nec uspiam inventire valimus; maxime cum etiam
horum trium sanctorum praefatorum corpora ^c quoniam sepulta fuissent, vel quo fine ad
Dominum migrassent, iuniores et moderni ho dieque nescirent, nisi beato Agerico qui post
longa tempora, videlicet post successiones quinque pontificum, ipse sextus eis successerat,
50 tam preciosa simbola revelatione nocturna per angelorum officium dignatio declarasset
divina. Narraverunt autem de beato Mauro ^d posteris, illi qui interfuerent translationi quae a
beato Agerico tunc temporis facta est, et posteriores scriptis ad nostram usque notitiam
transmiserunt, beatum Maurum diversis suppliciorum generibus affectum veritati testimoni-
nium perhibuisse, et pro fide Christi martirio occubuisse, sicut et ipsi in defuncto videre, et
necdum soluto corpore sancti piis osculio dulcia vulnera conrectavere. Sed fortasse dicat
55 aliquis: Quare ergo beatus Agericus et temporis illius fideles memoriam illius sub nomine

^a Fuerat initio: et 3 annos usque ad hunc praesentem de quo loquitur annum. Quibus verbis praeter annos usque ad
libro deletis eadem manu et eodem atramento superscripta sunt ea quae in textu posuimus. ^b Nomina corr. corpore
cod. ^c de b. M. in marg.

^d Bercarii scilicet in Gestis episcoporum Virdunensium.

et honore martyris celebrari non instituerant, quae hodieque sub nomine confessoris veneratur? Quisquis ista obponit, respondeat et ipse: Quare beatus Gregorius papa Romanus memoriam praedecessorum suorum pontificum Romanorum martyrio coronatorum in ecclesia sicut hodieque canitur instituens, nobilitavit eos nomine confessorum et non potius martyrum, quos utique scimus pro Christo gravissimis tormentis afflictos^a praemia vitae sanguine redemisse? Nos pro modulo ingeniali id respondemus: Quia tanta tunc in ecclesia erat gloriae, quemlibet doctorum in verbo doctrinae desudare et sibi commissis verbo et facto invigilare populosque erroneos et absque domino vero ad viam veritatis convertere et talibus officiis mercari gaudia vitae, quantae ad ictum securis vel imminentis gladii caput inclinare collumque extendere; cum ad martyrii gloriam capessendam quilibet de populo, cuius in cor Dominus illustrando praeparasset, quiret sufficere, ad proscindenda vero vomere verbi corda incredulorum et eroganda semina divinorum dogmatum, ad exerendas varietates ammunitionum digne et discrete pro qualitate et capacitate^b audiendum, in tam rara christianitate per pauci invenirentur quibus committi posset sacerdotale officium. Quid enim tercarius a Petro Clemens? nonne maris gurgitis inmersus complevit martyrium? Quid Marcellus?^c nonne in domo Lucinae matronae quam Deo dicaverat, stratis plancis ad animalia catabuli publici ibidem ad eorum custodiam deputatus vitam finivit? Quae maior nominis christiani iniuria, quam Dei summum sacerdotem et ecclesiae sanctae rectorem mutorum animalium dici vel esse custodem? Itaque hi, ut taceamus interim de pluribus, per martyrii coronam ad aeternam pervenire felicitatem; et tamen cum eorum memoria in missae celebitate recolitur, sacerdotii dignitas honoratur. Neque hoc dicentes aequales profitemur confessores martyribus, quorum constantia Christi est in sua passione sequuta vestigia; sed tunc in primordio nascentis ecclesiae cum sevitia furentis adversarii multos nobis faceret veritatis martyres, perrari inveniebantur ecclesiarum magistri et doctores. Nunc quia iam in mundo viget christianitatis titulus, et pace ecclesiae Dei redditia hostium adversantium contritus est impetus, sacerdotumque puritate innocentiae vitae Domino adherentium diuturnitate pacis crevit numerositas, adeo ut plures ecclesiae quae multorum pontificum beatorum irradiantur titulo, vix unius martyris fulciantur patrocinio: si ut quidam e vulgo quod habent quasi fastidiani, quod non habent desiderent, et martyres omni quidem honore dignos iudicent, ut iustum est, sacerdotes vero Domini quos habent patronos, minori cultu venerentur et honorent. Quorum animas etsi gladius persecutoris non abstulit, palnam tamen non amisere martyrii, dum carnis illecebras et hostis invisibilis machinamenta, fidei spei et caritatis invictae superare constantia. Sed docendus est populus, non sequendus. Honorentur martyres ut nobissimi divini praelii bellatores et christiani nominis propagatores, honorentur et confessores ut fidelium animarum rectores et doctores, et eorum singulis in locis propensiis honoretur sacerdotium, per quos salutis sumpsimus exordium. Verum de his ista sufficient. Nunc quid de beato Pulchro, quem Virdunensis civitas et tempore meruit habere rectorem, in scripturis invenerimus vel fidelium veraci relatu didicerimus, Christi domini protegenit et edocentis nos adiutorio brevis et lucida prosequeatur oratio^d.

fol. 26. Igitur^e imperantibus Honorio et Theodosio iuniore, qui Valentianum, Constantii et Placidiae filium, consortem imperii fecit^f, natus est in urbe Trecassina beatus Pulchrius christianis parentibus ex familia aecclesiae. Nativitatis vero eius primordia caelestibus auspiciis divina insignivit clementia. Revelatum est enim parentibus eius ante longa conceptionis ipsius tempora, quod tales habituri essent filium qui esset sanctae Dei ecclesiae lucerna lucens ante Dominum, et in tempore oportuno fieret iracundiae Dei reconciliatio et furoris eius placatio. Erant autem parentes eius religiosi, et gratia inter suos nominatissimi, fide pleni, elemosinis dediti, domus suae curam habentes, familiam pie iusteque regentes, in mandatis et iustificationibus Dei incidentes, pauperum et peregrinorum officiosi susceptores, ecclesiarum studiosi amatores, quibus merito quantum ad humanum modum praestitum sit, ut tantum ac tales haberent filium. Natus igitur puer sacramenta caelestibus iniciatus est, et in baptimate pulchrius nominatus est sive Policeronius. O dignum praesagium nominis, quod si in Greco resolvete velis, interpretatum^g sonat civitas temporis. Et quid hoc signatur vocabulo, nisi

a) affectos corr. afflictos cod. b) ei cap. superscr. c) In marg. adscribitur: Verte quatuor folia retro et lego, quibus verbis remittimur ad folia 26, 27, 28, 29, quas postea ab Hugone inserta sunt inter folia 25 et 30. d) fecerunt corr. fecit e. e) interpretatam e.

47) Sequentia excipit auctor ex Vita S. Pulchrii iam deperdita.

quod puer hic sanctus hoc esset futurus in opere quod signabatur ex nomine? Nam si referas ad tempus vitae eius, cum bella cuncta perderent, civitas temporis illius factus est, cum ad tuitionem et munimentum omnium Deo adherere volentium praedestinatus est; civitas temporis factus est, cum ad colligendas et conservandas credentium animas pontifex constitutus est. Consideremus tamen et altiori mysterio vim vocabuli huius. Cum enim habuit directos pedes ad euangelizandam pacem, et dum staret pede immoto in atris Hierusalem, quae edificatur ut civitas, civitas civitatis temporis aeterni factus est, quia et participatio eius in id ipsum est, ubi ascenderunt tribus Domini ad confitendum nomini Domini. Ergo et civitas temporis est etiam civitas civitatis temporis non transitorii sed eterni, civitas itaque non quae edificatur ut lapidibus insensibilibus sed vivis; in qua lapis qui ab edificantibus reprobatus est angularis missus est, qui absclusus est de monte sine manibus praeceditum et implevit universum orbem terrarum. Intueamur itaque edificationem huius civitatis temporis, et ut digne videre mereamur, edificatorem eius Spiritum sanctum invocemus, ut ponat verbum in ore nostro et in corde nostro, quatinus sit os nostrum in corde nostro, ut digna loqui valeamus.

Ablactatus igitur est, et cursa balbutientis infantiae ebdomada litteris traditus, prima eorum temptabat addiscere rudimenta. Quarum elementis brevi datis memoriae, festinabat iam ad altiora descendere. Datus igitur vacationi sapientiae, hauriebat fontes doctrinae, tardus eloquio, licet clarus ingenio, quum^a non qui multae eloquentiae vel etiam multae est sapientiae, quia eloquentiae aura parum quidem auditum mulcendo delectat, simul vero ut desinit sonus loquentis, et profectus desinit audientis. Ideo etiam puer strenuus ad perfectiora totis tendens viribus, illi studebat sapientiae, non quae in verbis volat, sed quae in virtutibus constat. Intellexus enim bonus est omnibus qui faciunt eum, non qui loquuntur et praedicant eum.

Iam vero puericiae annis ad similitudinem patriarchae Iacob domi simpliciter exactis,^{fol. 26.}

cum iam ingredetur nutantis adolescentiae bivium, positus in conversacione scolari, non 25 vel aetatis vel coaequalium illecebris cedens profludit pudicitiam, sed tamquam sibi a Domino commissum servavit integrum signaculum castitatis. Erat tunc temporis in eadem urbe Trecorum beatus

Lupus, morum probitate celebris, sanctitatis dotis insignis, pietate lapidabilis, patientia mirabilis, sapientia conspicua

caritate diffusa, spe longanissima, fide praedicabilis, gravitate venerabilis, per zelum iustitiae erga delinquentes erectus,

per compassionem proximorum, in adversis patientissimus, in prosperis cautus, in quo omnia laus secure canitur. Hie in

30 aeculo annis 7 cum uxore sua Piminiale, sancti Hylarii Arefasensis archiepiscopi sorore, conversus; Liriense coenobium expetiit, unde rapta ad pontificium, tandem gravitatem morum, candem humilitatem et utilitatem sectabatur con-

tinuum, locata sibi in prospectu urbis monasterio, ubi cum his qui secum aderant divinis intendebat theoris.

Huic beatus Pulchronius in monasterio erudiendus a parentibus traditus, magistri cepit imitator existere, et quae eum facere videbat ad eadem se modis quibus poterat infor-

35 mare. Erat ei in vultu alacritas, in sermone gravitas, in obediendo sagacitas, in obse-

quendo humilitas, in deferendo sedulitas, revercundia in vultu, reverentia in incessu, dul-

cedo in voce, constantia in actione. Diligebatur ab omnibus, laudabatur a cunctis, honorabatur ab universis. Quem si quis esset qui non amaret, se potius illum non amando improba-

ret. Erat^b ei quoque studium timorem Dei habere, seniores venerari, castitatem tueri, hu-

40 militatem non aspernari, verecundiam diligere et clementiam, quae sunt ornamenta minori

aetati. Erudiebatur iam tunc profecto divinitatis occulto iudicio, ne quid decesset apostolico

pontifici mox fuiro. Erat quippe ex mundis animalibus, illis scilicet qui et ruminare norunt

et verbum Dei ad memoriam revocare, quique etiam divinis sacrificiis et altaribus apti sunt.

Circumcidebat in se omne, quidquid illud est, quod neque cibis neque sacrificiis aptum est,

45 quod humanae naturae vicio in homine operitur et tegitur. Armabatur ad patientiam mortis,

et prima eius aetas iam meditabatur martyrium. Attenuabat corpus tenerum ieiuniis, et fre-

quenti inedia incendia carnis edomabat, sciens quod non indigeret flamma copiosiore mate-

ria, nec insolens bestia abundantioribus cibis ut insolenter fieret, cum sufficeret corpori ma-

lia sua. Legebat assidue, psallebat frequenter, ut semper eum inveniret diabolus occupatum,

50 qui ociosos appetit, occupatos refugit. Si quid vero hostis astutia subrepsisset adolescentulo,

requirebat baptismum lacrimarum; ibi sine dubio igni baptizabatur. O adolescentulum seni-

bus praeferendum! O discipulum cuius imitatores ipsi desiderabant fieri sacerdotes! Laetabatur

tur beatus Lupus de profectu discipuli, gaudebant et parentes de industria et proposito filii,

quod esset perspicax in scripturis, rationabilis in fide, cursum suum ad statutas lineas manda-

55 torum Dei refragans et temperans, et quod gravissimum est in illa aetate, neque ad dextram

neque ad sinistram declinans, sed via regia fortiter incendens.

a) quam corr. quam c. b) Hi . . insula c. c) orbis corr. urbis c. d) Erat — acti in marty.

via Lupi
 p. 81.
 sanctus episcopus, Albinus quoque Cathalaunensis et sanctus Emilianus, sanctus quoque Aventinus, postea Trecorum episcopus, cum aliis quam pluribus qui omnes gratia Dei immumeris claruere miraculis, ut ex meritis discipulorum daretur intelligi, quantae sanctitatis magister eorum fuerit qui tales in via Dei discipulos informaverit. Beata nislum et Domino 5
 fol. 27. nostro grata societas, in qua erat videre tranquillitates animorum, mansuetudinis studium, moderationis gratiam, honestatis curam, et consideracionem decoris, inter quas virtutes prima sibi fundamentum in eis verecundia posuerat. Sed quia ut aequalium cohabitatio dulcior, ita et senum tutior est, beati viri Lupi individui adhuc hanc contubernio, qui magisterio quodam et doctrina vitae colorabat mores adolescentum et velut murice probitatis inficiebat. 10 Quod quidem maxima vir Deo plenus adimplebat gratia, ut videret alacribus illos animis patris instituta sequi, quos nec ab incepto gravioris propositi deterrebat rigor, cum iuvenilis alacritas ad ea semper convertatur studia quae arbitratur plausibiliora. Inter hos itaque contribules^a su^b beatus Pulchrorius meritorum radiabat lampade. Honestatis fulgebat decore, omnino satagens, ut de se unusquisque et maxime vir optimus bona sentiret, quapropter 15 et omnibus bonis debitam exhibebat reverentiam. Cavebat motus animi iuvenilis, se ipsum observans et circumspectiens, et prorumpentes in se appetitus quadam vi animi cohercens atque refrrenaens, ne appetitus rationem vel praecurreret vel desereret, ne praecurrente perturbareret eam atque excluderet, et deserendo destitueret. Et ita singularum actionum modos servans, ordinem quoque et constantiam dictorum suorum et operum moderationemque custodiens, decore illi intendebat, quod generale esse et speciale attestatur moralis doctor Ambrosius in libro de Officiis, ita inquiens: „Est decorum, ait, quod preeminent; cuius divisio gemina est. Nam est decorum quasi generale, quod per universitatem funditur honestatis, et quasi in toto spectatur corpore. Est etiam speciale, quod in aliqua corporis eminent parte. Generale est, si quis universitatem honestatis in omni actu suo habeat concinentem, ut sibi omnis vita eius consentiat nec in ulla re discrepet. Speciale vero est, si aliquem actum^c in suis habet virtutibus preeminentem.“ His igitur virtutum insignis ornabatur adolescens spectabilis. Provexerat quoque eum morum speciositas, et ecclesiastico mancipatum officio ordinisque divini ampliatum ministerio divina sublimare parabat pietas. Cum vero iam emensa adolescentiae semita in robur emigrasset virile, Dei cepit iam ferventior servitus insudare, et in 30 dies robustior de virtute in virtutem proficere, et ea quae retro sunt obliuiscens, in ea quoque quae in antea sunt se superextendens, desiderabat Christo carnis mortificatione consepteliri, ut mereretur per ipsum ad gloriam Patris in virtute Spiritus per bonorum exercitia operum con-resuscitari. Sic in carne vivens non secundum carnem militabat, praecavens et observans ut neque peccando, neque positus in suspicione peccati, fieret offendiculum fratribus aut scan- 35
 fol. 27. dalum. Intellexerat enim ex euangelio, quam gravis sit, a Domino scandalizanti unum ex minimis constituta animadversio. Erat in corde eius fixa illa Doquini sententia: *Qui se humiliat exaltabitur*, unde et humiliari studebat in terra, ut a Domino exaltari mereretur in coelis. Sed nec potuit abscondi lucerna delitescens sub modo, verum ad effugandas errorum tenebras atque ad illuminationem multorum imposita est candelabro. Cum enim placuit 40 ei qui electos ad eternitatem vocat, vocatos iustificat, iustificatos remunerat, ut exaltaret servum suum habentem fiduciam in se, inspiravit cordi beati antistitis Lupi, ut ad solarium laboris et ministerii sui ad ordinem eum promoveret sacerdotii. Electus itaque communii voto et laude cleri et populi, presbiteri honore accepit et moribus adornavit. Erat namque potens in verbo et doctrina, et potestate ipsi cum apostolo utebatur in edificationem, non in destructio- 45 nem, ut edificantur correcti peccatores ad penitentiam, quibus iam videbatur imminere destruicio per culpam. Orabat pro peccatis populi, et cum nullum laederet, omnibus prodesse cupiebat; sciens sacerdotis vel ministri esse prodesse si fieri potest omnibus, obesse nemini. Impiebatur iam in eo illa nominis sui ethimologia; et quod praenuntiatum erat ex nomine, sonabat iam in actione. Civitas enim erat temporis utique gravissimi et periculosissimi, in 50 quo praeliorum fremitibus totus fere quatieretur orbis. Erat et refugium pauperum, tutor orphanorum, defensor viduarum et pupillorum, oppressorum consolator, et omnium ad se confugientium piissimus susceptor et auxiliator. O civitas inexpugnabilis, protectio incomparabilis, defensio invincibilis, sedes divini propiciatorum altissimi, in qua regnat sapientia et

a) Domini corr. Dei c. b) alares illorum animos corr. ut in textu. c) contuberniales suprascripto ribu c. d) ali- 55
 quam virtutem corr. aliquem actum c. e) acutibus corr. virtutibus c.

dictat leges iustitia, quam fortitudo inhabitat, regit prudentia, disponit temperantia, in qua fulget Dei imago, quae viciorum imagines obliterat! Suscipe et nos humillimos dilectores tuos et in defensione tua protege.

Cum igitur tantis bonorum operum praeconis beatus efficeretur Pulchrius, fieretque iam in propatulo omnibus sanctimonio eius, ad pontificatum petebatur Virdunensis urbis, quae, ut diximus, tantis erat attrita calamitatibus, gravata malis, ut perga*m* in ea inventur qui divinis deservirent cultibus. Causas calamitatis supra exposuimus.¹ Verum cum id ab eo optineri non posset, ut votis potentium daret assensum, ad beatum Lupum civum qui erant residui spes tota convertitur, et ut subveniat miserae civitati, iam fere desolatae, iam 10 destitutae, lacrimosis ingeminatur questibus. Accessit et vicinorum sacerdotum supplicatio suspirantium et iam sibi applaudentium de futuri collegae solatio. Nec poterat vir sanctissimus tantis consacerdotum et plebis devotea renitiri peticionibus, cum sciret dominicum esse preceptum: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*, et quod iubet fidelis anima non sua quae-^{Loc. 10, 27}
rere, sed quae Ihesu Christi sunt. Cessit itaque, et devotum discipulum devotis civibus assigna-^{fol. 28.}

15 vit pastorem et episcopum. Diem illam sanctorum gaudiorum celebritate solempnem, piorum animorum alacritate iocundam, beati viri electione et promotione celebri beatificatam, Virdunensis amplexata est ecclesia, et usque in hodiernum diem assidua diei illius sentit beneficia. Gaudet celum et exultat terra, quia in hoc concurrit divinae dispensationis omne mysterium, ut qui hactenus fuerant vasa iniquitatis ad interitum, con-
20 versi ad penitentiam per beatum virum fierent vasa iustitiae in sanctificationem. Conse-
cratus ergo in pontificem mira omnium devotione et gratia, studuit pietatis augere opera,
qui pontificali auctus erat infula. Suscepit nomen et habitum sacerdotis, studebat et Dei summi esse sacerdos et sacrificium. Exibebat enim se ipsum hostiam vivam, sanctam, placen-
tem Deo, immolans ei sacrificium laudis et spiritum contribulatum, quod solum sacrificium
25 ceteris omnibus abiecit et despexit Deus expedit. Studebat etiam prefectus sui exemplo in-
vitare et illicere ceteros ad virtutem praecipue per humilitatem a Deo nobis traditam formam.
Assueverat quoque longa et assidua meditatione sursum semper respicere et carnis materiam
deprimere, frenis arctioribus sublevare. Sciebat speciale esse officium sacerdotis mediatorem
populi offici apud Deum, ideo et praeesse recusaverat illis, quibus se purgatoriem esse scire
30 metuebat. Versa autem erat tunc in amaritudinem vitiis quondam laeta palmitibus, vitis tota fructifera, et diademà decoris et corona gloriae in confusionem et ignominiam, quia Ar-
riana fece totus iam pene sordebat Occidens, quae^a ubicumque incubuit foeda semper crimi-
num vestigia habuit. Et licet Gallia Belgica fidem Petri semper imitata, profanas vocum novi-
35 tates et scismatum errores orruerit, viciis tamen, quae quiete et ocio aluntur, tunc nimium
fraena laxaverat. Redarguebat vero errantes prius pastor lenitate et mansuetudine patris, se-
veritate et auctoritate pontificis, sciens Heli pro filiorum iniquitate dampnatum, quod minus
severa ~~ad~~ adversione delinquentes eos corriperat. Querebat etiam cum Iheremia aquam
40 captivitatis et destructionis Wandalicae cum esset adhuc recens eius memoria, vigebat tamen adhuc Arrianae iniquitatis seminarium. Flebat vir beatissimus peccata populi, praedicabat curationem, suadebat penitentiae compunctionem, ut resipescentes converterentur ad Domi-
num, quam bonus est, et in seculum misericordia eius. Dociebat cum apostolo fornicacionem fugere, quoniam qui fornicatur in corpus suum peccat, et quia in corpore subditio peccatis non
45 habitat sapientia. Nec poterat inanis esse et sine fructu tanti predictoris assertio, quin immo-
sensit urbs Virdunica et usque in hodiernum diem a^{et} noscit, quantum sibi prestitum fuerit
in tali pontifice, cuius vita populi erat firmamentum, cuius doctrina medicamentum erat ani-
marum, corruptio morum, eradicio viciorum.

Inter haec itaque pia divini famulatus exercitia cepit servum suum Deus mundo multis fol. 28.
50 manifestare miraculis, ut agnosceretur ab omnibus, quod grata esset spiritibus angelicis con-
versatio eius. Caecis namque visum, claudis gressum, surdis praestabat auditum, et omnia cor-
porum incommoda verbi virtute fugabat. Super daemones quoque tantam consequitus erat a
Domino potestatem, et, ut legitur in vita beatissimi Lupi, tanta in eo vigebat gratia curatio-
num, ut solo iussu daemones ab obssessis fugaret corporibus, et ad primum vocis eius impe-
55 rium omnium eorum tenebrosa potestas evanesceret, et vigor omnibus membris refunderetur.

^{a)} quae — laxaverat in marg.

V. Lapi.
p. 81.

Testatur hoc et alius quidam praefati beati Lupi scripto virtutes replicane et discipulorum eius memoriam faciens, qui huius quoque beati patris nostri meminit in haec verba: „Horum, inquit, unus fuit sanctus Polochronius, urbis Clavorum episcopus, cuius vita sapientia plena, muneris virtutum insignia, miraculorum patratio ostendit, quibus claruit plus quam credibile sit.“ Nam miseris, quos dira vexabat condicio furoris, ut astringerentur ferreis hominum catenis, precibus suis impetrabat a Dominino remissionem furoris, ut solo eius iussu et daemones pellerentur cum armis suis virulentis, et larvarum lemurumque carerent fantasii. Nec solum in talibus, sed et in diversis falsis horum similibus, quae libellus de vita eius scriptus plenus elucidat scire volentibus. Haec sunt sanctitatis beati viri testimonia, quae ubique et tunc in vita sua et nunc post obitum eius celebrat, veneratur et praedicat sancta Dei ecclesia. O virum omni laude dignissimum, omni devotionis amore colendum! O Spiritus sancti templum dignum, ieuniuus sobrium, vigiliis cautum, orationibus mundatum, castitate cluentissimum! O civitatem munimur adversus insidias diaboli, sanctuarium Dei, propiciatorium coelestis oraculi, turrim David quae edificata est cum propugnaculis, in qua milia clypeorum dependent omnis armatura fortium! Non sunt in ea loca humentia, nulla ibi calami umbra, in qua accubet draconis mollices veternosa... O virginitatis domicilium, pietatis sacrarium! Talis nimur minister decebat sanctam Domini matrem, talis pontifex sanctam eius digne adornabat aeclesiam, regebat familiam, et in tempore erogabat conservis dominici tritici mensuram. Quem merito Virdunensis ecclesiae fatemur apostolum, sic tamen primo pastori nostro beato Sanctino praerogativam honoris debiti non minuamus. Agrum namque dominicum sanctus Sanctinus digne excoluit, nullo adhuc maligni cultoris aratro maculatum, nec praeventione pessimi seminis occupatum, et viam inusitatam et rudem nullisque antea vestigiis proculatam assiduitate commeandi fecit attritam et levigatam. Verum cum postea agrum ipsum tum persecutionis violentia, tum colonorum penuria urticae et vepres cooperuisserent, et super semen fidei et veritatis inimicus homo seminasset zizania, id est malam doctrinam et perverse dogmata, beato Polochronio quodammodo duplicitas est labor, cui prius conceptas corde malicie formas necesse fuit extrudere et exturbare et noxia quaque evellere et eradicare, tum deinde semen rectae fidei denuo sulcis mentium credere, et quasi nil esset factum totum a principio renovare. Quam multae enim fuerant species depravationis, tam multas oportuit esse et restitutionis. Sed horum omnium scientia et disciplina ab ipso et scientiae Domino tradita est, a quo ad animarum instituendarum curam ante secularia tempora praelectus est. Et hoc dicentes beati patris Sanctini debiti honoris et devotionis auctoritatem non minuimus, quin potius ampliamus, cui ad cumulum devotionis et laudis hoc praestitum sit, ut talis ei successor accederet, qui ab integritate fidei eius non discreparet, et doctrinae prædicationisque eius non segnis exequitor existeret. Amplexum enim eum totis medullis ossium, ut decet patrem et karissimum dominum, per quem hoc optinere meruimus, ut talis nobis datus sit pontifex, qui potest et animabus mederi et corporibus. Ad eius enim gloriam spectat quod Virdunensis ecclesia in fide sancta fructificat. Gratia namque ecclesiae laus doctoris est. Honoramus etiam non verbo tantum sed affectibus cordium beatum Pulchronium, quia et ut digne honoretur a nobis dignius ipse promeruit, qui clavum navis ecclesiasticae, quam peccatorum soribus sentinosam purgavit, inter mundana pericula fortiter rexit, et nunc usque regere precibus et auxilio non destitit, nec Deo propicio desinet. Sed iam ad narrationis ordinem redeamus.

Tantis vir Domini virtutum clarus insignis, ita in se omnium provocaverat affectum, ut a regibus et principibus, divitibus quoque et mediocribus, devotione nimia veneraretur. Erat enim verecundus in visu, in motu, in gestu, in incessu, ut habitum mentis in interioris hominis statu cerneres. Incessus eius gravis erat, motus purus et simplex, gestus qui non dedecret, visus pudicus et pius, sermo mitis et placidus, benivolentiae et gratiae plenus de doctrina fidei, de magisterio vitae, de disciplina morum, de confessione peccatorum, de confusione iniquorum, de gloria vitae aeternae, de spe retributionis aeternae.

Quanto autem decore Dei templa adornayerit, cum eius hoc semper studium fuerit, ut aula Dei congruo ornatu niteret, ex ipso cultu mentis eius, ubi sedem sibi sapientia locaverat, advertere possumus. Neque enim tantum nec in ecclesia locum optimus, nisi eam dum advixit competenti niture adornasset. Filiorum cura propensior ei erat, ut ambularent in sanctitate cordis et iustitia, ut penitentiam de peccatis agerent et de futuris se custodirent, ut

a) Haec — ecclesia in marg.

digne Deo placerent et innocentiae vias graderentur, ut spe ad superna erigerentur. Clericos ut membra sua diligebat, et vitae eis pabula ne in via deficerent, tendendo ad Christum devo-tus administrabat; erga omnes misericors, erga omnes fraterno distentus affectu; talis circa discipulos, velut nutrix foveat parvulos suos. Deferebantur autem ad eum ex diversis mundi partibus claudi, caeci, aridi, lunati: et quotquot oppresi tenebantur multimodo morborum genere, quorum sicut et species discernere per difficile est, ita etiam nomina scire; quorum turba innumerabilis diebus ac noctibus excubabat ante domum episcopi, quos omnes precibus eius curabat medica manus Dei. Discedebant alii sanati, alii veniebant sanandi. Eorum autem qui vexabantur a spiritibus inmundis, quorum quam plures adducebant vulgante fama sanitatis eius insignia, dolendum erat videre oculos cruentos, dentes frendentes, collum intortum, linguam aliena loquentem, manus catenis vinctas, labia tremula, vocem multiplicem, intus ^{fol. 29.}

hostem saevientem, foris miserum suimet impotentem. Quae tamen rabies ad unum viri Dei imperium dicto citius abscedebat, et uno eodemque momento salus accedebat ^{fol. 29.} indulta. Bea-tum dicebant omnes populum tanti pontificis regimine protectum, et plebes urbium vicina-^{fol. 29.} rum de sociis sancti viri, de discipulis scilicet beati Lupi, sibi praeoptabant dari episcopum. Trevirensis autem metropolis cum non haberet pontificem, sanctum suscepit Severum, ex-miae sanctitatis virum, verbō et doctrina clarissimum, qui cum beato Germano Autissiodorensi, quia beatus Lupus senior excusabatur, missus est Britannicam insulam secundo a Pelagiana heresi verbi virtute revocare. Cathalaunensis vero civitas sanctum elegit Albinum, quem ho-^{fol. 29.} dique letatus habere patronum.

Dum ⁴⁸ ergo tantorum virorum praedicatione et industria Gallicana floreret ecclesia, anno ab incarn. Dom. 450, Marciani principis qui successerat Theodosio iuniori anno primo, inva-luit persequutio et rabies Hunorum, Valentiniano ^a septies et Abieno consulibus. Computantur autem a Wandalica irruptione usque ad annum illum, quo sub regibus Bleda et Attila Huno-^{fol. 29.} rum per Gallias diffusus est exercitus, secundum fidem hystoriarum anni 45 hoc modo. Anno enim principatus Honorii 14^{mo} Wandalorum rabies efficerunt, et Honorius postea regnavit 16 annis; post quem Theodosius iunior regnavit annis 27, et successor ei Marcius imperator, cuius primo imperii anno Huni Gallias occuparunt.

[Legimus autem in Ge-

tarum ^a] historia referri, quia, dum Romae emula a Constantino condederat civitas, sub Arario et Adrico regi-^{fol. 29.}
bus 40 Gotborum milia in solistium eidem principi praevenisse. Post quorum dicessum cum a Geberich Gotthorum rege ^{fol. 29.}
Wismir Wandolorum rex impateretur, ut refert Deuxippus historiographus, qui dicit eos ab occidente ad nostrum Ilimitem
vix in anni spaciū pervenisse prae niniā terrarum immensitate, cum essent commorantes Wandali in locis, ubi nunc Ge-^{fol. 29.}
pidae habitant, ad illius amnis Marisiae victi a Geberich et prostrati, patiām illam linquentes, Pannoniam a Constantino
petierunt, ubi per 60 et eo amplius annos decretis imperatorum famulati, inde post a Silico magistro militum et pa-^{fol. 29.}
tricio evocati Gallias occuparunt, ubi non a Deo fixa sedes p̄diderunt. Et post aliquanta eciam haec subdit:

Post non longi temporis spatium, Hermanario qui Geberich successerat rege, Hunorum gens, Balamir regante ib. 24.
in eos, omni ferocitate strorior, exarsit in Gothos Ostrogothos, id est orientales. Quod videntes Visigothae, legatos ib. 25.
ad Valentem Valentiniani senioris fratrem misserunt, promittentes, si Tracie vel Moesiae illis darebant, se christianos futu-^{fol. 29.}
ros. A quo Arriana perfidia, qua ipse definiebatur, imbuti, candens perdidit quasi pro generis propinquitate Ostro-^{fol. 29.}
gothis et Gepidis Wisigothi tradiderunt, et ipsi Danubio transante, Daciam Mesiam et Tracias permisso insederunt.
Cumque post totas septentrionales partes usque Danubium tenere vellent, ab eodem Valente bello appetiti et victores facti, ib. 26.
imperatore exsecuti, cum in proxima casa refugisset, imposito igne concreverunt, regante in Gotbo post Ermanci-^{fol. 29.}
cum Fridigerno, cui successit Athanacius et ei Alarius. Verum ubi Theodosius cum Graciano rerum summa potius ib. 28.
est, pace cum eis facta, benignus eos habuit; sed filii eorum alter cum eis agentibus, cum invaderent Italiam, Alarico
45 rege, Stilicōne et Ariano consulibus, d. ta est ei Gallis, ut defendenter eam a Wandaliis, contra quos apud Pollen-^{fol. 29.}
tiam in dolo Silicōne pugnata, iratus Alarius Romanum redit, invasit, depredavit; et per Campanias et Siciliam ad
Africam transiens morti, in Barinto amas sepulcra. Cui Athaulfus succedens iterato Roman et Italian privatis et ib. 31.
publice apollavit divisi, et sumptu in more Pisidia sorore Honorii, et Italia dimissa pro consanguinitate, Gallis
appetiti, quae a Wandali Cresco ducē, Alanis quoque et Burgundioribus graviter infestabantur. Nam tunc Wandali,^{fol. 29.}
50 metu Gotborum relicta Pannonia, Gallis incubabant, ibi certas sedes temptantes. Quod molam pro sui enor-
mitate omnibus patet satia superque. Attamen ante faciem eius fugientes in Hispania se recluserunt, ubi a Gothis-^{fol. 29.}
Clodoveus itaque Remscarium regem, cuius regna sedes erat Cameracum civitas, parentem suum, dolo manu propria interfecit, et fratrem eius Racharinum. Dederat autem traditoribus eius ornamenta quadam, non aurea, sed aere et deaurata. Post mortem vero domini sui cognoscentes proditiones aurum, quod a rege acceperant, non verum, sed adulterinum, et cum hoc regi dixissent, respondisse fertur rex: *Merito talis aurum accipit, qui dominum suum ad mortem propria voluntate perdidit.* Terius igitur frater eorum, propinquus et ipse Clodovei, apud Cyanoenniacum civitatem iussu ipsius interfectus est. Quibus mortuis omnes regnum eorum et thesauros accepit, interfecitque et alii multis regibus, et proximis parentibus suis, quos suspectos habebat ut ei regnum auferrent, regnum suum per totas Gallias dilatavit. Obiit apud Parisiorum urbem anno dom. inc. 518, regni sui anno 30, aetatis 45, sepultusque est in basilica sanctorum apostolorum quam construxerat. Praesidebat tunc Romanae ecclesiae Hormida papa, lusinus Anastasi successor impe- 25
rabat in re publica.

III. 1.
Fredig.
Greg. Tur.
III. 1.

Regnum igitur Clodovei quatuor eius filii aqua inter se lance dividunt, Theodericus, Clodomerus, Childebertus et Clotharius. Sedes regni Theoderici Mettia civitas fuit, Clodomera Aurelianis, Childeberti Parisius, Clotharii Sucasionis. Habebat iam tunc Theodericus filium, Theodericus nomine, elegantem et utilem, et filiam, quam accipit uxorem Amalaricus rex Hispanie Alarici filius, qui apud Barcinonam a Francis occisus est. Inter Theodericum et Childeber- 30
tum contentio magna semper fuit, quae multas urbes afflixit. Fuit enim Theodericus ingeniosus et collidens, postmodum vero cum fratre foedus inicit, et dato sacramento, ut nullus contra eum moveretur, obsides ad invicem acceperunt. Sed orte iterum inter reges scandalo, obsides dati filii senatorum servitio publico sunt addicti. Nam quicunque eos custodiendos acceperunt, servos sibi fecerunt. Tempore Clotharii et Childeberti sanctus Avitus et sanctus Carilephus ab Arvernis de monasterio Menate egressi, Miciacense coenobium, quod sanctus Maximinus, frater sancti Vitoni, funda- 35
verat, expulerunt, et ei se subdidierunt.

Fredig.
Greg. Tur.
III. 12.
fol. 42.
Fredig.
Greg. Tur.
III. 13.
III. 16.
III. 12.

Crotildis vero regnum post mortem viri sui monebat filios, mortem patris et matris et fratrum ulcisci. Quia ob causam illi Burgundia appetunt, Sigismundum Gundebaudum filium et Godemarem prelio vineunt. Clodomera Sigismundum, dum ad monasterium sanctorum Agouensis fugeret captum, cum uxore et liberis interfecit. Godomaria tergeminus latuit, et resumpsit viribus regnum Burgundia tenuit. Avitus vero abbas monasterii Aurelianensis præsidit 40 Clodomeri, quod Sigismundus fecerat, identem ipsum esse passum. Cumque Veneranda Franci cum Burgundionibus bellum inirent, Clodomera capite truncatus est, deceptus ab auxiliis Theoderici regi Italie, cuius filium Sigismundus uxorem habuit: qua etiam defuncta, sicut, ut praetextavimus, duxit. Cumque Crotildis filios Clodomoris unico effectu diligenter, invida ductus Childebertus Clotarium ad necem puerorum incitavit. Cumque Parisius convenienter quasi pueros in regno patris sublimatur, Clotharius dolose suscepit eis a matre, Theodaldum et Guntharum occidit, tertium 45 Clodoaldus in clericum tendetur: ad cuius sepulcrum virtutes sunt. Theodericus ad directionem Arvernici territori festinans, Sigivoldum cum omni familia illi commigrare præcepit, qui plura mala peregit; et ipso posteri male perire. Tale autem excidium regioni eidem rex præfatus intulit, ut neque minoribus natu neque maioriibus quidquam proprii relictum sit, praeter terram solam, quam barbari secum ferre non poterant. Eduam quoque obcedit, et omnino depraedat. 50

III. 34.
III. 35.

Beato igitur Vitoni in gaudio Domini assumpto, et pro fidelitate paucorum et lucro supra multa et perpetua bona constituto⁵⁰, Desideratus successit in episcopalem curam multa vigilantes gentes, sollicitudinem angoribus circumseptam. Theodericus enim cum esset pertinacis et mali animi et pro dissensione inter se et fratrem suum multas, ut prædiximus, urbes afflixisset, et Desideratus ipse post multa sibi illata dama, exilia, sororinas, iniurias, ius ad libertatem Domine 55 iubeto rediesset, et apud Virdunum, ut diximus, episcopatus fungeretur officio, fuerat enim in saeculo nobilissimas, ha- bens uxorem et filium, nomine Syagriam. Sed a Syriolo quodam apud præfatum regem incusatus, non solum spoliatus rebus, verum etiam fuerat suppliciis affectus, cum tonsuratus postea et electione cleri et populi Vir- 60 dunensi fuisset prælatus ecclesiae, Theodericus perpetuas retinens erga eum inimicitiias, quia non consentiret pravis eius operibus, civitatem cum habitatoribus vehementer attri- vit. Supervenit insuper divino iudicio fames valida invalido civitatis populo, qua at- tenuati in afflictione nimia erant positi. Et cum ipse de rebus suis per Theodericum remansisset extra-

⁵⁰ Breve Vitoni vitam ex antiquissimo codice Traiectensi dedit Surius Act. SS. t. VII. p. 820. Miracula auctore Rudolfo abbate S. Vitoni extant Mabillon Act. SS. saec. VI. p. 565.

neus, nec haberet ex proprio, qualiter indigentes et destitutos cives suos consolabatur, dolebat et tristabatur. Greg. Tur. III, 23, 25.

Defuncto autem Theoderico anno regni sui 23, ab incarnatione Domini 541, cum Theodebertus filius eius regnum suscepisset, et contra voluntatem Childeberti et Clotarii in regno a suis leuidibus esset stabilitus atque firmatus; et postmodum a Childeberto maximis munieribus munieratus, in sijum esset adoptatus, magnum se et praecipuum in omni honestate ostendit. Erat enim regnum cum iustitia regna, sacerdotes vestigantes, ecclesias munera, pauperes relevans, et multa multis beneficia pia et dulcissima voluntate ambo, tributa etiam, quae ab ecclesiis in Arverno sita fisco reddebantur, Clementer indulxit. Habet uxorem Deuteriam, et filiam iam auctioram; sed Deuteria timens, ne se reficiat, III, 20.

filiam sibi rex in coniugium assumeret, ita basterna eam possum indebet nobis contineat apud Virdunum de ponte precipitavit, quae in ipso flumine spiritum reddidit. Desideratus itaque bonitate et clementia Theodeberti regis erga III, 31.

10 omnes cernens, cum iam populus dilaberetur, et civitas quasi in solitudinem redigeretur, ad regem se contulit, miseriari populi lacrymabilem deploravit, petitione benigna animum regium inflexit, ut de thesauris suis miserans calamitati obstaret, famem cohiberet, populum pereuntem retineret, et commodata per gratiam periculo superato cum gratia Dei hominumque suscipieret. Acciperat enim a Theodado Italiam rege, Theoderici successore, cum patre suo Childeberto quinquaginta III, 31.

15 aureorum milia pro compositione mortis filiae sororis Clodovei, quae fuerat copulata praefato Theoderico in matrimonium et eo defuncto contra natales suos serva nupserat, et quia mater indigentia moto contra eam exercitu serum per- fol. 43.

emerat, filiamque ad domum reduxerat, illa irata venenum in calice, quo mater erat communicatura, posuit — erant enim Ariana detenti perfida —, quo hausto mox mater mortua est, et ob hoc indignati Itali, ea abiecta, praedictum Theodadum regem constituerunt, a quo succenso vehementer balneo inclusi, inter diros vapores pavimento corruens, mortua est. III, 32.

20 Quamobrem et Theodebertus Italiam pervasisit, sed quia exercitus eius diversis febribus vexabatur, duces cum parte ex- III, 32.

ereditus ibi dimisi, qui omnem Italianam diacionem eius subdidit atque Siciliam, et thesauros innumerabiles ei direxit. Magna Fredg. enim felicitas regis in his omnibus fuit, quia timuit Dominum, et sacerdotes et ecclesias eius venerabatur. Audita Greg. Tur. igitur petitione Virdunensis episcopi, rex annuit, motus ad misericordiam, et septem milia solidorum ei tradens, conditionem adscriptis, ut eo tenore partiret indigentibus, quatenus hoc auxilio vicio III, 34.

25 famis dominio, sua sibi cum gratia redderentur ex numero. Qua pontificis accipiens per ci- III, 34.

tes suos erogavit, unde et negotiatores facti usque hodie clari habentur. Cumque hoc solatio docti in melius experimento periculi mediocritatis optimae scientia profecissent; et procul respicere proximum bonum esse didicissent, pecuniam alacriter recollerent, et episcopo magnae gratiae mediatore regi cum votivis gratiarum praeconitis obtulerunt. Rex ut advertit suble- III, 35.

30 vationem, vidi laetae devotionis magnanimitatem, et colligens regium et pecuniae dominantem animum induxit eis, ad praepotentem cumulum boni nominis, et ad memoriam laudabilem tunc praesentis et futurae generationis. Vita Agerici.

35 Syagrius autem, Desiderati episcopi filius, post mortem Theoderici remanseris in iuris patris, qua passus est a Theoderico instigante et accusante Syrialdo, sumptu comitibus venit ad villam proprietas eius in Divionensi territorio sitam, cuius nomen Floriacus, et mane facto, cum esset nebula condensa, domum ingressi, unum amicorum eius interficerunt, putantes ipsum esse Syriwaldum. Sed cum cognovissent ipsum non fuisse, iterato domum circumantes, effuso pariete interficerunt eum. Actum est hoc post mortem Desiderati episcopi.

Verum ut ad superiora redeamus, et misericordiam Dei uberem erga suam imaginem subtillus indagemus, providentia divina dispositum habens de fonte misericordiae ecclesiae 40

40 Virdunensi succurrere, et supradictis innumerabilibus calamitatibus infortunis periclitanti manum auxilii subrogare, die et tempore quo voluit, de altissimo ac serenissimo bonitatis suae consilio, hanc viam novae salutis invenit, ut angelum sanctum mitteret de celo in caelorum habitaculo, qui parentibus futuram ex misericordia unius pueri nativitatem denuntiaret, terminum quo id fieri deberet indicaret, nomen quo censeretur aptaret. Nimirum propter 45

nimiam dilectionem, qua suam in homine diligebat imaginem, condoluit miseris mortalibus grave iugum a primo patre portantibus, et generali misericordia populum hunc, quem specialiter peccata obtriverant, restauravit. Tetigit prius, et conturbavit, ac paterno verbere livorem inflixit, postea respiciens mirabilis remedio percuravit. Venit ergo consilii divini legatus, protulit imperium, promulgavit edictum, et praelecti pueri parentes alloquens miserantis civibus cornu salutis erexit. Post triennium, inquit, expectatio dilata probabitur, filius ipse Agericus vocabitur. Indicium est prius ac supere excellentis apud Deum privilegii a Deo titulum nominis cylabet vel ponit vel mutari. Magnum igitur donum, magna gratiae dignatio, magna fiducia promissorum. Non potest immutari, quod de tribunali Regis aeterni caelesti legato euangelizante dictatur. Agericus, inquit, vocabitur. Abusivum nomen, nec scripturarum 50

55 paginis haerens, sed quanto ignotius apud homines, tanto dignius divinitati, et quanto acceptius Deo, tanto commodiis homini. Nulli profecto potest esse ambiguum, quod nunc quoque oblitera sui non sit lingua caelorum, et quod scriptura caelestis in perpetuum teneat, quod caelum in terra descripsit. Ergo terra non reprobet, quod caelum probat. Nascitur igitur infans post triennium; longa parentum expectatio porrigitur in effectum, fit gratia in croceis, in cuius nubilis dulcis. Transgreditur ebdomadam infantiae succrescens ad officium linguae; fit puer incremento, puer innocentia, naturam tenellam indole praeludica perornabat; angelus quippe,

Via
Ageric.
 qui eum praenunciaverat; praesto ei ad custodiam semper erat. Datur puerulus vacationi sapientiae, iungitur contubernio scolasticorum, haurit fontes sophiae, inundans semper ubera sugit, voluptates internas et karismata meliora sedulus emulatur. Doctor enim interior, qui eum imbuerat, cum aetatis successu indica virtutum eius clara monstrabat, qui et praeceps ante uterum, sanctificatus in utero, sanctimoniam et magnificentiam in sanctificatione Dei augebat. Amabatur ab omnibus, invidias et detractiones omnium gratiae perrorantis sublimitate vincebat. Transivit in eadem urbe Virdunensis proficiens ad perfectam usque incrementorum aetatem, virtutem virtuti adiens, et stigmata passionis Iesu in corpore suo portans, currebat per viam mandatorum Dei cum gaudio inenarrabili. Nam enim triginta annos habens, in ipsa civitate Virdunensi ductus est ad ecclesiam sancti Petri et tonso capite to Christo dicatus, florebatque in atris domus Domini ut palma, et ut cedrus in Libano totam domum bonis odoribus respergebat. Provexerat eum morum speciositas, et in gradu levitico famulabatur antistiti, cum ecce cleruS et populus ad honorem sacerdotii promovere eum expertentes ad eandem eum aeccliasiam perduxerunt, et cum gaudio et praeconiis gratiae inibi ordinari fecerunt. Omnes autem quasi ex uno ore cantabant: *Exaltavi electum de plebe mea: 15*

^{Psalm. 58.}
^{20.}
 fol. 44. *oleo sancto meo unzi eum*, quia a Christo domino erat electus, ut oleo spiritualis gratiae esset fovendus. Contigit interea Desideratum nomine officio cum vita defungi, et successorem idoneum cathedra ecclesiae viduata requirebat. Non multum quod aderat queritur, nec diu sententia melior ignorantiae nocte differtur. Omnes in unum coeunt, omnes uni in electione incumbunt, omnes ordinari ad pontificatus infulas Agericum depositunt. Temptat unus resistere plurimis, multum se excusando laborat, sed rōborante Deo praevaluit sententia cleri et populi. Deus enim ad munimen urbis invalidae reparandum, ad cornu salutis contra malitiam erigendum, cooperabatur in populo. Tribus enim post tonsuram peractis annis, a plebe Virdunensium rapitur et in ecclesia maiori sanctae Dei genitricis perducitur, et ab episcopis episcopatus consecratur. Suscepit ad regendas oves Domini pastoralem virgam, et non tyrannum se ovibus exhibuit, sed ex veritate pastorem. Non patiebatur, ut terra sua contra se clamaret, et cum ea sulci eius deflerent, sed impiger instabat culturae Dei, ut opere redderet, quod nomine fatebatur. Habebat fidem ante oculos advocationis dominum Iesum Christum iustum, eique se suosque supplicatione assida committebat. Holocausta medullata offerebat pro ovibus, ne forte labii honorarent Deum, et corde longe positio manibus irritarent, 30 fidemque verbo tenus profitebatur actionibus abnegare. Circumspectus semper leonem insidiantem orationibus allidebat, flammam temptationum elemosinis redimebat, virtutum apothecas humilitatis arce servabat. Terrebat hostes prædicationibus, vitia occulta proferebat in lucem, et tela mortifera inimici doctrinae potentis acumine perfringebat, semperque se ipso robustior per Iesum regem et sacerdotem magnum undique triumphabat. Nimirum vitabat et perhorrebat aliquatenus committere, unde testimonio conscientiae accusatus sub umbra et foliis cogeretur effugere. Semper pavidus, semper sollicitus, dum curam debitam suspectis ovibus impendebat, victo hoste, et liber vitiis servitio iustitiae se hilariter manipabat. Logebatur sepius et litteris et verbis cum præcone suo angelo sancto, consilioque ipsius gesta preciosa Domino fidelis athleta mittebat, talenta sibi data saepius numerabat, ne forte plus accipiens minus in lucro redderet et sero penitens obnoxius tenebris, pauper et nudus vinculis traderetur. Fecit etiam signa, quae cum possint cum reprobis haberi communia, ille probabilitate simplici oculo, lucido corpore fecit, ovium suarum et totius mundi necessitate compulsus. Iusto enim et sancto Deo populo exasperanti irato, elementis pro eo contra insensatos pugnantibus recesserunt nubes, aer incanduit, terra exaruit, viror herbarum emarcuit, aqua 45 fontium venas dereliquit. Sicque secedentibus elementis mundus desolatus elonguit. Vitiositas enim usi nutrita, nisi dure molliatur verbere, ad notitiam sui redire durescit. Unde factum est, ut tribus annis subtracta benedictione pluviarum, celum super eos extenderetur ut ferrum. Pertulerunt primum annum expectantes, secundum desperantes, in tertio defecerunt. Cumque inter se nullum invenissent consilium, tandem prævaricatores ad corda quodammodo oblitera redeuntes, concurrunt ad pontificem, pastorem inclamant, ut propitiaret Deum peccatis iratum, removeret vindictam, impetraret veniam, et arescentes terras colonias morientibus reformaret. Flexit sanctum generalis necessitas, et commune periculum communoratione tolli consuluit. Itaque triduum ieiunium indixit, letanias per ecclesias Dei fieri, crucis ad misericordissimam Dei memoriam ferri, ut qui passus est pro peccatoribus Chri- 55 stus propiciaret eis sanctorum intercessionibus. Indixit hoc et iussit, et primus quod iusse-

rat fecit. Egressiuntur indifferenter exalciati, cinere et cilicio obvolvuntur, inclamant miserationem sanctorum, propicationem Dei, tundunt pectora, lacrimas fundunt, ne Deus iudicium faciens in operibus manuum suarum comprehendenseret peccatores. Igitur prima letaniarum dies pastor ipse cum ovibus gradiens, in praesentia concurrentium oculos convertit ad caelum, 5 in corde suo quiescentem commovit ad misericordiam Deum, et subito nubibus densis obumbrato aero fluxerunt aquae. Sicque per triduum illud defluentibus pluvii terra vigorem, herbae viorem, fontes fluorem, arbores vitam, et mundus plenam recepit abundantiam. Nec latuit homines, viderunt et ammirati sunt, quanta de pastore sancto apud Deum cura extitit. Nam cum sub nudo aere graderetur, omnesque aquis descendenteribus perfunderentur, ipsi 10 Deus in pluvia umbraculum fecit. Haec et illac, ubi est, iussa aqua cecidit, ipsum ab aqua tangi prohibuit, qui omnia quaecumque voluit fecit.

Cum ergo iuxta consuetudinem pastoralem limina ecclesiae principalis sanctae Mariae tereret, quidam Iohannes nomine membris solutus, nervis aridus, mortuus viribus, anima subsistente, linguae tantum officio praevalens, vocibus, quas enervis habebat, episcopum exoravit, dicens: *Obscro, sancte Dei, ut habeas in me misericordiam.* Cui sacerdos flexus quodammodo et cum infirme infirmatus respondit: *Quid tibi vis faciam?* Ad hec languidus: *Ut miserearis mei,* ait. Tunc sacerdos in Deo ditissimus pauca de loculis protulit, et infirmo de plenitudine boni cordis exibuit. Nam carnis sustentaculum tribuens, dedit simul corporis solidamentum. Aridus quoque cum fide Christi suscepit dona sacerdotis, et cum eodem munere 20 meruit sanitatem recipere. His et huiusmodi indicis clarificante Deo servum suum, cepit manifestum esse omnibus, quod sanctus Agericus Christi esset alumnus. Tanta quippe virtutum copia de illo exibat, ut si quis infirmus eulogias de manu eius suscipret, protinus sanitatem fol. 45. reciperet. Cum ergo praefatae basilicae calcaret limina, et ex more studiis spiritualibus operam daret, piissimam benignitatem quam gerebat in mente, ostendit miraculi magnitudine. 25 In ipso enim ingressu mulierculam, Theresindem nomine, obviam habuit, quae baculo regente caeco viam queritabat errore, et ducem sequebatur animum oculorum desolatione. Qui statim simplici sanctae crucis medicamine tenebras quindecim annorum effugavit, et lucem diu absentem luce fidei resplendens protinus reparavit. Radavit virtus per crucem, radiavit et per pontificem. In pontifice regnabat pietas, in cruce potestas. Nec pietas quid- 30 quam profecisset, nisi in fide crucis praevaluisset. Potestas enim tanta fuit in cruce, ut non solum feminae vultum illustraret orbatum, sed lucem indeficientem per totum effunderet mundum. Postquam enim lux mundi peperit in cruce, mundi clima resplenderunt non sequente nocte. Nox diaboli regnum perdidit, dies crucis optimum principatum. Hinc est quod sanctus episcopus tantum praevaluuit, quia lucem per fidem crucis et dilectionem in corde 35 nutrit. Signum crucis super oculos orbatae feminae posuit, quia Spiritus sanctus in dito per virtutem crucis fuit. Quid plura? Gaudet mulier, miratur solem, tenebras execratur, veneratur medicum, adorat Deum in rerum diversitate mirabilem, quae confusione prius tantummodo noverat et noctem. Ita Deus per verum Israelitanum illuminavit hanc feminam, populumque admirantem excitavit ad laudem et gloriam suam.

40 Alio tempore cum vidiisset misericordiae amatorem, pietatis cultor, sollicitus ovium pastor quandam puellam, Childuidem nomine, a spiritu maligno raptam atque pervasam, condolens miseriae, memorque officii, ascendit protinus ex adverso, opposuit se murum furenti inimico, et ostendens se unum de illis canibus, de quibus dicitur: *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso miserae medicalem linguam auxili, hosti et pervasori dentes exeruit imperantibus zeli,* et 45 latravit voce dominica, quae mitis et paciens non clamavit, neque auditu est in platea, perterruit semper tumidam nequitiam, et imaginem Dei, quae ancillabatur violenter non Domino, reddidit liberam. Postquam enim dixit: *Praecipio tibi, spiritus immunde, ut exeras ab ea, et amplius non introreas in eam,* ille percussus virtute omnipotentiae, proiectus est in tetram abyssum sedis suaem, in ignea spuma quam puella evomebat ostendens, quo camino, quo cli- 50 bano clandestino miseram possidebat adurens. Illa mansueta sequie ipsam cognoscens las- sabunda subsedit, et perita crassantia interius inimici armatura mitis, et omnibus facta miraculo, amplius se ipsa pavitando miratur. Habere se incipit, quae habebatur, et paulisper spiritu purgata extraneo spiritum naturae recolligit. Remittit servus Dei de servitio maligno liberatam, et legitimo domino universorum, quod servus mendax et ab inicio homicida absti- 55 lerat, servire praecepit. O Deus potentissime, victoriosissime, misericordissime, reddant tibi

531 eius inter se divisorunt. Chilpericus regnum patri optinuit sedem habens Suessionis; sub quo⁵⁴ pessus est sanctus *Vita Prædictus* martyris et pontificis Arvernorum interfictus a suis civibus, anno ab inc. Dom. 550, et successit sanctus Avitus, qui præfuit non plenis 15 annis⁵⁵, et ei successus Bonitus primo anno Teoderici successus. Aribertus regnum Childeberti, *Vita Boniti*, sedem habens Parisia: Guntramius regnum Clodomeri sedem habens Aurelianis: Sigebertus regnum Theodoricum, sedem *Fredericum*.
 5 habens Motuum. Hunc Gallias expelserunt, quos Sigebertus vicit, fugavit; et post cum eis pacem iniit. Chilpericus inter-
 10 terras Remensem urbem et alias urbes de regno Sigeberti invasit, unde bellum civile inter eos fuit. Sigebertus vero
Suessionem obrogavit, Theodebertum Chilperici filium capi, et exilio religavit, ipsum superaret, ei urbes recipit. Post annum filium ei reddit, et pacem firmat. Guntramius in Burgundia regnum fuit vir bonus et elemosinior debitus. Sigebertus vero videns, quod Aribertus et Guntramius viles uxores acciperent, Brunam, quae et Brunichildis dicitur, filiam
 15 Athangildi regis Hispaniae, uxorem accepit, cuius consilio multa mala et sanguinis effusio in Francia facta sunt. Chilpericus quoque sororem, quoniam Gachilisdam uxorem duxit, reliquaque Fredegandem et alias uxores, quas habebat, quam
 postea fracto iuramento, quod haberetur ad Gothos, ne eam de regno deponebat, negligere fecit, et sic Fredegundem rice-
 pit, quae postmodum crudelissimam vitam digna morte finivit. Ille Neronus prior et Herode, ecclesiæ Dei vastavi, et *Greg. Tur.*
 20 multos sanctorum interfecit; descriptiones gravissimas in toto regno suo fecit, quas cum ferme per omnes regnum per-
 25 cepisset, qui cerebat, a Lemovicensis intercepimus, peremptus est, et descriptiones combustae. Ab hoc etiam peremptus *Vita Prædi-*
ctus est Hector Massiliensis patricius, cum ab eo *saintus Prædictus* iniuste ante ipsam defatus esset, et causam delati probare,
 ut dicerat, nequivisset.

Aene ab inc. Dom. 566. Sigebertus regnum coepit, et regnavit annis quatuordecim: Guntramius quoque Langobardus *Fred-*
 dos regum sui irruentes tanta cæde perdomuit, ut ex omni exercitu illorum quadraginta tantum Italiani redirent. Post fol. 46:
 20 haec Chilpericus et Sigebertos consilium invenit, ut Guaramnum interficiant, et regnum eius accipiant. Sed Domini
 voluntate mutata consilio Sigebertus super Chilpericum irruit, qui fugit Tornacum, et ille Parisius venit, ubi correptus
 a sancto Germano Parisiensi, ut desisteret fratrem perseguiri, audire noluit. Cui episcopus dixit: *Scriptum: Qui parat*
fratri suu foream, prior incidit in eam. Veniens autem Victurico, omnes Neustrianos in deditioinem recepit, et ibi dolo
 25 interficta est a duabus pueris, qui etiam deprehensi interficiuntur, et sic Chilpericus regnum recipit. Obit autem *Greg. Tur.*
 Sigebertus anno regni sui 13, aetate quadrageoisaria, et regnabat Childebertus filius eius pro eo anno 582, indicione 13. *IV. 31.*
 Brunichildis Parisius sub custodia cum filio Childeberto definiebatur; sed puer in pera per fenestrā demissitur, et *Fred.*
 Metilius a Gundebaldo duce in regno patris sublimatur. Brunichildis vero iussu Chilperici Rotomagum exilio damnatur
 anno primo regni Childeberti. Eo anno transiit sanctus Germanus Parisiorum episcopus, et Regnandus successit.
 30 Chilpericus itaque filium suum Meroveum Picaviam cum exercitu direxit, qui relicta ordinatione patris, adjuncto sibi Gun-
 tranno Bosone duce, Rotomagum petiit, et Brunichildem in coniugium accipit. Quod audiens Chilpericus Rotomagum
 venit, et post paucos dies, assumpto Meroveo, Suessionis reddit, et non quito post proprie conjunctionem Brunichildis
 suspectum habens spoliatus omnibus custodiis mancipavit. Qui dum in custodia detineretur, tonsoratur est, mutataque *V. 3.*
 veste presbyter ordinatur, et fugiens ecclesiam petiit sancti Martini apud urbem Turonicam, ubi haec gesta sunt. La-
 35 tut in eadem basilica per duos menses, et post haec Brunichilde reddit, et ab Austræis receptus non est. Cum ergo *V. 4.*
 in Remensi Campania latitaret, doloso captus ab Atrebatenis, et timens ut patri redderetur, socium monuit ut
 irrueret super eum. Quo facto adveniente rege, mortuus inventus est.

His diebus apud Constantinopolim cum amictia mortuo Justino, Tiberius imperator factus est largus in eleemosynis. *V. 51.*
 35 Quinto anno Childeberti magna christianorum persecutio in Hispania facta est. Dyentericus quoque morbus *V. 52.*
 Gallis preoccupavit, que ingravescente, Chilpericus adulios iam tres filios uno anno perdidit; quartus qui superfuit, *V. 53.*
 40 nomine Clodoveus, carceri rancipatur, et factione matrix cultro a patre perimitur. Childebertus rex sororem suam Hermingildi
 Wisigothorum regis filio, tradidit, cuius hortatu et Leondi Hispaniensis episcopi praedicatione ad fidem Christi conversus est.
 Post Tiberium Mauricius accepit imperium, a quo Childebertus quinquaginta milia solidos suri accepit, ut Langobardos Italia *Fred.*
 polleret. Intravit ergo Italia, et omnes ditioni eius se subdiderunt, cum quibus et omnicimis firmarit, et gloriocinde reversus est.
 Cum ergo placitum et conventum multorum Virduni habere debuisse, et beatum hunc *Vita Ageric.*
 45 ricum, de quo agitur, dilectionis et venerationis amplexibus honoraret, eum opsumi necessariis gravari non patiens, removit servitii necessitatem, et placitum transtulit ad Mettensem
 civitatem. Cumque consequenti tempore per urbem fecisset transitum, et a sancto pontifice
 benigna esset susceptus dulcedine, humanitas quoque hospitalis ei exhiberetur cum omni cura
 et sollicitudine, in ipso fervore regiae servitutis accedens ad eum economus rerum suarum
 50 universalis; *Et si alia*, inquit, *Domine, providendo abundamus, vinum ut maiestati regiae decet,*
exibere non possumus, quia praeter vas medium, quod tonna vulgariter dicitur, nichil habemus.
 Tunc vir Dei in re corpore angustiatus, sed corde in Domino dilatatus: *Noli, ait, desperatione*
languescere, sed affer mihi de eodem liquore: potens est Deus tristitiam puritatis nostrae in
gaudium abundantiae commutare. Dicit, et allato sibi vino paululum sorbit, et ad celos ocu-*fol. 47.*

55 los sublevans: *Domine, inquit, oro ut fiat istius vini amplificatio.* Cumque ipsius præcepto
 refudisset illud in vase supradicto, cepit vinum copiose ministrari, cepit copiose affluere, et
 quanto amplius vacabatur ad libitum bibentium efferendo, tanto magis augebatur Creatoris
 iussu et virtute redundando. Poterat namque istud Omnipotens, qui de aqua vinum fecerat in
 Chana Galileæ, poterat et de vino vinum facere sincera verbi petentis et indubia fide. Quid
 60 plura? Biberunt ut Galli, nec erat mensura in erogando. Multis diebus vas illud vinarium co-
 nati sunt vacuare, et quodammodo vina infundere videbantur, dum effusione instant. Cre-
Regnat
tunc Re-
mensem
ecclesiam
Egidius
episco-
pus.

54) sub — Teoderici successus in margine additur.

55) Duplex vita S. Prædicti testis est, eum Childebertico rege interficendum esse circa a. 674, ut docet est. Avitus in vita S. Boniti Act. SS. Ianuar. t. 1, 1071.

65) Mabillon Act. SS. sec. 2. Act. SS. Ianuar. t. II, 630. 1071.

Vita Agerici. scebat modica benedictio multis vorantibus, et Deo imperante modum naturae superabat. Ad ultimum finito servitio, nec immunito vino, rex miraculo stupefactus, episcopo humiliatus, Deum in ipso veneratus, regiam ostendit largitatem, et qui virtutis vinum biberat, vineas et possessiones ex amore et devotione episcopi ecclesiae optulit, quas et usque hodie privilegio et deinceps auctoritate stabili possedit. Sane virtutis vinum per praesulem sanctum a Deo virtutum regi et comitibus propinatum corda devote populi adeo tunc temporis laetificavit, ut in loco, quo copia ex benedictione profluxerat, altare construerent, quatinus huiusmodi signo saecula ventura noscerent, cuius meriti excellentia heatus Agericus apud Deum in gloria aeterna fulgeret. Quidam etiam valde nobilis, cum pro suis sceleribus a rege vita privari debuisse, et precibus beati antistitis salvatus est: unde dedit ille Virdunensi ecclesiae alodium suum et scripto roboravit.

fol. 46^r. Guntramnum⁴ Boso dux cum exosus regiae haberebatur, coepit per episcopos et proceres discurrere, et veniam deprecari. Nam cum esset Childebertus iuvenis, regiam covicia et improbris lacescebat, unde et a rege iussus est perseguiri; qui cum se cernaret in discrimine positum, Virdunum perfidit, putans per hostem Agericum, qui pater regis erat ex lavacro, se posse salvare, pro quo episcopus intercessus ad regem properat. Quod cum rex negare soqueret, 15 ait: *Veniat et dali fidelissimis in praesentia patrum mei execrabitur iudicium.* Adductus ergo et armis nudatus et coram rege prostratus a terra iussus est surgere, et sancto sacerdoti unque ad praesentem Guntramni em commissus. Post haec Childebertus cum matre, sorore et coniuge in occursum patrum festinat. Quibus coniunctis praesentatur et Guntramnum Boso absque ullius defensione, quia sic convenerat sanctus episcopus: episcopum vero remansit. Sed cum ille pro diversis facilitatibus culpabilis iudicaretur, ad mansioem episcopi confugit. Quo cum eum interfectores insequerentur, et ille a 20 viro sancto avelli se non patetur, nunci eius ad regem missi ab episcopo intercessores abbates et clerici non audi-
fol. 47. rentur, iussu Guntramni iniectus est ignis domui illi, ut si episcopus egredi nollet, pariter concensemaretur. Quod audientes clerici, vi effracto ostio sacerdotem eiciunt. Miser autem ille, cum se videret flammis urgeri, domumque egredi tentaret, suspectus ab hostibus interfactus est; quod multum sacerdos doluit. Cum autem quidam de regni primoribus de morte regum, patrum scilicet et nepotis, tractarent, et deprehebant interficerentur, quidam eorum Berifredus nomine 25 ad urbem Virdunensem confugit. Quo insequentes adversarii, domum ecclesiae, in qua erat episcopus, in quam et ille confugerat, exercite vallant, et ascendentes super tectum, tegulis et materia tecti illidentes interficerunt illum cum tribus pueris. Multum ex hoc doluit sanctus episcopus, quod non solum eum defensare non potuit, verum eius locum quo orare consueverat, ubi et pignera sanctorum multa aggregaverat, humano sanguine pollui vidiit. Multa vero Childebertus monstra misit, ut a moerore revocaret, sed consolari non potuit. Verum diuturne amaritudinis moerore gravior agnoscere coepit, praesertim autem Guntramni filio secum retineo quotidie flet ille aibi soli relictos orphaneos.

Vita Agerici. *fol. 47^r.* Transibat aliquando hic sanctus per civitatem Laudunensem, et ecce obviam sibi fuit quidam manicus strictus et compedibus, cui tortore praeunte cancer aperiebatur obscurus. Ibat, sed magis impellebatur infelix vagitibus plateas implens, et lacrimis omnes quos offendebat ad auxilium ululatu et gemitu provocabat. Talis est peccatorum redditio: sera semper 35 poenitentia tormento suspicitur, et illecebras voluptatum asperis et amaris exitibus pununtur. Cumque miserabilis misericordem aspicret virum, petivit, ut potuit, sibi refugium, et ut ei impenderet orationis suffragium. Audivit misericordia, et pontifice tactus dolore et compassione intrinsecus, convenit tortorem multa prece supplici postulatione, ut fleceretur et propitiaretur misero indulgentiae lenitate. Abnegavit, et repulit, nec eum aliquatenus audire 40 consensit. Illius flagitia et facinora animum iudicis infrenabant, ne fleceretur misericordia. Petivit secundo et tertio, repulsa est; triplicavit precem, et auditus non est. Quid faceret pietas? Quo se verteret? Homo hominem neque cogere neque precari valebat, et pietas nichilominus increscet. Itaque conversus ad Dominum porrexit vota in caelum; cucurrit ad misericordiae fontem sepius expertum, orans, ut misero esset in auxilium et solveret iussio 45 invisibilis et omnipotens, quod despexerat iudex superbus et insolens.

Audit Omnipotens, subitoque ligamina solvit;

Vincula cadunt, et nemo patet qui vincula solvat^{a)}

Nulla manus, vis nulla, Dei nisi iussio summi.

Cumque hoc iudex obstupefactus aspicret, confusus et timore correptus, corruit ad pedes 50 sancti, inobedientias compede vincitus, petens iam et implorans sibi veniam, quam noluerat impendere proximo postulanti. Indulget vincito per culpam, soluto per veniam tantum gratiam postulans, qua solvatur. Ita Deus operatus in servum, illum reatu, illum indulgentia liberavit.

Haec pauca divinae virtutis miracula per virum sanctum nobis monstrata, nos pro modulo nostro litteris indicibus posteris ad notitiam salutis annotavimus, et digitum Dei, per 55 quem oppressa Egyptus, per quem electus est inimicus, per quem mensura fidei, per quem divisio carismatum est divinorum, in his operatum adoramus. Exteriora, quia sunt visibilia, quasi faciem huius patris nostri pulchram decoranque pingentes, et coloribus verborum ignobilium informantes. Sed si cum sudoribus et labore vix pervenimus ad ostium, id est ad com-

^{a)} Guntramnum — orphaneos in margine fol. 46^r et 47.

prehensionem exteriorum, quid de interioribus faciemus? Quomodo clausa et abscondita penetrabimus? Nimirum ipse Dei servus in hoc maxime et sollicite servivit Deo, quia vocem eius medullitus obaudivit, quam euangelio promulgante percepit. *Tu, inquit, cum oraveris, intra in cubiculum et clauso ostio ora Patrem tuum.* Quid igitur mirum, si archana eius nequam agnoscere, qui extra ostium compellimus excubare? Nimirum detrimenti causam depubebat, si vel annius secreta sua cognosceret. Legerat Ezechiam regem in hoc sibi Deum placabilem improvide offendisse, quod nuncis Babilonis thesauros suos et aromatum cellas inventus et reprehensus est ostendisse. Timebat et sollicitus invigilabat, ne si hostis insidiatus, hostiaria segniter soporata, dominum eius irrumperet, somno mortis obrutus negligenter deperiret. Quapropter servabat cor suum omni custodia, et templum sanctum Dei in eis illesum illibatumque conservans, et permundans, varis honorum operum floribus adornabat. Concurrebat enim populus, et civitas tota cotidie confluens, ut de sanctuario Dei per ipsum oracula salutis, sicut antiquus populus per Moysen, et vitas responsum perciperent. Sacerdos ipse summus tam pro se quam pro commissis hostias Deo sepibus immolabat, et legem Dei ad faciendum eam de cathedra ecclesiae perdocebat. Ita vestibus Aaron pretiosis et sanctis spirituali lege perfungens, domini Christi vicarius se ipsum hostiam sanctam Deo placentem offerebat pro populi salute, in adquisitione laudia aeternae. Hunc talem tam glorie singularis heredem Deus ipse reddebat, qui eum et antequam nasceretur praeelegerat, quicum per se per ministros claros domus suae, et cum eo omni tempore erat, et frequentibus concursibus 20 visitabat. Hos fasces, haec insignia urbis aeternae, hanc civicam coronam Ierusalem supernae, quomodo potest filius hominis vermis apprehendere? Quod si dicas et ipse filius hominis et ipse vermis, verum utique dicis, sed miracula per filium Dei et hominis specialiter facta in amicis superexcellunt, nec est applicanda servilibus et Adae paupertati. Dicam interim, dicam de me, quia presus sarcinulis corruptionis avitae, nec radicem caritatis eius coelo fixam 25 conabor attingere, nec dignum me fatebor corrigiam calciamenti eius solvere. Seguar tamen eius praeconando vestigia, si qua Deus illuminato suo fuerit dignus ostendere.

Cum ergo vir Dei inenarrabilibus et supradictis dies suis virtutibus omni studio repletet, et lucrum bonum de talentis sibi commissis bono Domino fideliter congregaret, hospitalitatis officium iuxta apostoli praeceptum sollicitus exiberet, contigit semel sibi clericum Fortunatum

30 nomine supervenisse. Cum enim esset idem Fortunatus in Italia, in urbe scilicet Ravena, et nimis oculorum dolores patuerat, venit ad quoddam monasterium in eadem urbe intra muros in honore sanctorum Iohannis et Pauli, in Ber. 4. Lang. 2, 18. qua etiam alterum beati Martini constructionem a honore, propinquaque habebat fenestram in qua lucerna erat constituta, comitate secum Felice Taurinensis urbis episcopus^{a)}, qui parvmodo oculorum dolorem patebatur; et viam est illi, ut de oleo lampadis ante altare ardentes oculos suis luiscent sub nomine sancti Martini. Quid ut fecit, protinus meritis ipsius 35 oculorum iterum salutem recepit. Qui flagens desiderio viscidi sepulcrorum sancti Martini, de Italia venit in Galliam, et fuit iter illius per Virdoniam. Quem episcopus, cui lex cantonica iubet omnes suscipere, benigne suscepit, humane servivit, et viscera super eum totius sanctitatis et pietatis pro consuetudine sua bona patefecit. At ille remuneracionem cogitans pro servitute suscepta, cum voto exploste Pictavim rediens ibi habitaret, consecratu in presbiterum, et post in eiusdem urbis episcopum, et esset doctus arte Bert.

40 grammatica, composuit ibi Carmen in laude ipsius hexametris compitum et pentametris veribus, quo hic subiungere operae precium duximus. Ita ergo Carmen id dicitur:

„Urbo Virdone, brevi quamvis claudaris in orbe,
Pontificis meritis amplificata places.
Maior in angusto praefulget gratia gyro.
Agerice, tuus, quam magis auxili honor.
Plurima magnarum fuditini sensim laudem,
Quae mutra opere fertilitate metes.
Tempore presenti victim largiora egenis,
Unde futura dies centuplicabit opera.
Dogmatici archani reveras penetralia pastor:
Non solum dasibus, pascia et ore greges.
Templo vetusta novas, preciosius et nova condis,
Cujus est Domini te famulante domus.
Egregios fontes sacri baptismatis exples,
Tam pia divino fonte repletus agia.
Candida sincero radiat hec aula sereno:
Et si sol fugiat, hic manet arte dies.
Ad nova templa avide concurrunt undique plebes,
Et tribus populis plus in amore Deum.
Te solamen inops morsuit, te nudus amictum,
Et solus cunctis potas et esca matas.

a) etiam alta, construc, usq, n que, itute, lice, episcopo, dolorem detela.

fol. 48v.

Felix, qui meritæ seceras lucis amator,
Tempora iam modico non moritura paras.
Phœbus ut claram suspendit in ethera cursum,
Parus et igiferum spargit ubique subar:
Efusa radia tonna: ibi vendicat ornam,
Montes; plena replens, ima vel alta tenet.
Sic præstul splendore animi, cum sola choruscas,
Ille sui radiis fulget, et ipsa luit
Agerice sacer, cuius sermons coleste
Ecclesiae segetes fertilitate placent,
Terrenis steriles rebus, fecunda supernis;
Cuncta caducea negant, dives tunc poli.
Illecebris mundus, mundi lasciva repellens,
Nil cui subripuit carnis amarus amor.
Lubrica culpa perit, neque mores de crimen gaudent,
Cum tu sollicito pili sic parus haberis.
In templo sollicito, libera membra: vides.
Ut tua corda pater sint pia templo Dei.
Eligit in tali se Christus vase recondi;
Quam sibi purgavit, possidet ipse domum
Non dolus in labiis, non sunt fera nubila mentis,
Sinceris animis verant in ore dies.
Doctilorum flumen salienti fonte refundis,
Et sensus steriles voce rignant foves.
Ardua coelorum pandis mysteria terris,
Per quem plus Dominum ait, timet, orat, amat.
Dogmate divina præsal facundie triumphans,
Dux pastor, moxitis ne premat error oves.
Delicia refici, quas colum, arva, unda ministrat,
Et societ populos hinc cibus, inde fides.
Sumit pauper opem, tristis spem, nudus suicitum,
Omnia quidquid habes omnibus esse facias.
Hic tibi longa ssus maneat, licet inde futura:
Atque diu pastor pro grege tota feras."

Cum igitur prolongatum vitae huius incolatum mortem delectabiliter expectans diu patientissime pertulisset, et pondus impositum diei et aestus spe salutari infatigabiliter depor-tasset, et lacrimas quoque crescentis cotidie desiderii panes bonae ac letae consolationis habuisset, videns inimicos suos victoria vitiorum scabellum pedum suorum, gaudebat anima eius in Domino, et exultabat spiritus eius in Deo salutari suo. Vincula terrena molis gravi-ter tolerabat, et quanto viribus corporis destituebatur, tanto magis libertatem promissam amplius sitiebat cum apostolo dicens: *Cupio dissolvi, et esse cum Christo multo magis melius.*

Philip. 1,23. Quod per speculum in enigmate iam senex ac lassabundus tenebat, hoc videre ardebat per speciem. Bonus autem Dominus messis differebat succisionem, quia oportunam noverat et disponebat maturitatem. Viderat eum et adiuverat in hac hieme aspera perniciter desudasse, ventos temptationum, pruinias tribulationum, adustiones voluptatum superasse, et providus sanctarum virtutum agricola fructum multiplicem terrae bonae differebat succidere, plenitudinem eius accumulans in patientia. Appropinquavit igitur vespera mortis, et gaudens, ac praeteritorum quodammodo immemor, in anteriora se extendebat præparatae pausationis denarium a patre familias reposcens pactae ac diu expectatae mercedis. Non fecellit eum

fol. 49. spei ancora omnibus firma periculis, et veritas de promissionis umbraculo processit in lucem. Tactus enim digladiabili sorte naturae, et sciens sibi discidium corporis et animae supervenire, confidens in Deo, qui potest et animam et corpus perdere et salvare, convocari iussit omnes ecclesiae suae filios et in aeccliesia meliores, et consueta salutis documenta repli-cans, sequ illis commendans, ad ultimum ait futura pronuntians: *Sabbato venturo, filii karissimi, magnam scitote futuram serenitatem coeli. Serenissimus enim sabbati Dominus mihi servo suo fideli dabit sabbatum requietionis, et pertesum labore sex dierum huius seculi, in septima sine vespera omni labore liberum transportabit. Terrae igitur matri, quod suum est reddite; nam Deus, vita mea, recipiet, quod inspiravit in faciem meam spiraculum vitae. Vos etiam obsecro, fratres, et nunc pro vobis sollicitus, ut numquam a memoria vestra recedat; qui semper et ubique vobiscum est, Dominus.* Dicebat haec aliaque similia, et quasi ad pascha superventurum se præparans, sordes et contagia circumstantium atque lugentium sacra et multimoda ammunitione eluebat; nunc de his quae relinquebat, castigando retrahens, nunc ad ea ad quae transmigrabat, instigando impellens. Venit quod prædixerat sabbatum, et ecce repente in cella ubi eger recumbebat, auditur frequentia, audiuntur voces, quas lingua

edicere nec vox potest resonare mortalium. Cesserunt lacrimae, stupor et extasis omnes invasit, miraculo et terrore omnes tenuere silentium. Audiebantur carmina sexum diversitate diversa, nec qui essent cantores, corpulentia tenebrosa et fragilis videre praevalebat. Hoc tripudio, hac symphonia laetitiae inter supernorum civium exultationes, inter manus 5 sanctorum angelorum dulcissimi pontificis anima de corruptibili carcere exempta, veluti nivea columba cunctis videntibus evolavit, quorum Deus oculos, ut videre mererentur, aperuit. Ibi felix et beata anima illud unum quod in euangelio Salvator docet necessarium, ab eodem Domino perenniter et felicitè recipit. Obiit autem pro illo, ut supra diximus, causis amaritudinis ^{Greg. Tur. IX. 23.} folle adgravata, maxime inedia consumptus. Curatum est sane corpus eius sacratissimum pia filiorum 10 diligentia, et iuxta patris ultima praecincta terrae mandatum in ecclesia sancti Andreæ et beati Martini nomine consecrata. Ubi meritis eius et precibus exuberant divina beneficia, cunctosque Dei medetur pietas. Requievit autem mense Decembrio, die primo, qui erat dies sabbati. Annuntiatus est ab angelo anno ab. inc. Dom. 518, natus post triennium a. 521, ordinatus in pontificem anno aetatis sua 33. ab inc. Dom. 553, indictione 3, regni Theodeberti a. 13, post quintam synodum Constantinopolitanam a. 2, pontificatum agente Romanae ecclesiae papa Vigilio, imperante Iustiniano minore a. 28, Iustiniani maioris nepote. Vixit in episcopatu a. 47, decessit aetatis sua a. 81, ab inc. Dom. 602, indictione 5, qui erat annus Guntrammi 33, papatus domini Gregorii papae a. 12. Butiovaldus quidam abbas episcopatum am- ^{Bert. 7.}
bienas, quia esse superbus, nichil optimus. Ceramoron referendarius cum consensu civium regalis ascepit auctoritas 20 fieri sacerdotem. Post eum exiit^a Ermenfridus, de quibus nullum aliam habemus memoriam, nisi quod fol. 49^b
in ordine episcoporum episcopi sunt reperti. Verum de his nunc ista sufficient. Chilpericus itaque, Nerone peior et Herode, post multa mala, bellis, caedem et descriptiones novas et gravissimas, ^{Greg. Tur. IV. 48.}
quas in omni regno suo fecit, dum de venatione apud villam Calensem iuxta Parisum iam subiectura nocte rediret, dum de equo suscipitur, et unam masum super pueri scalpum teneret, adveniens quidam, nomine Falco, missus a Brus- ^{Fredig.}
25 nichilde, cultro eum sub ascello percussit, et iterato iecu spiritum eius fudit. Hic multas regiones devastavit, episcopos ^{Greg. Tur. IV. 49.}
exscrabatur, testamenta ecclesiastica multa disrupt, nullum unquam dilexit, a nomine dilectus est. Cum spiritus exhalasset, solus draficetus est. Huic Madelulfus Silvanectensis episcopus noctu sepelitus. Obiit a. 588, anno Childeberti
filii Sigeberti.

Anno igitur ab inc. Dom. 593, regnante Guntrammo, anno regni sui 25. ipse dominus Guntrammo rex ecclesiam Fredig.
30 in suburbio Cabilonensi in honore sancti Marcelli aedificavit, quam rebus plurimis dedit, et congregans synodum quadrangulum episcoporum, monachos inibi esse decrevit ad instar monasterii Agaunensis. Cumque ei perletum fuisset, quod frater suus Chilpericus interfactus fuisset, abiit Parisum, baptizatum filium Chilperici, nomine Clotharum, ipse de fonte suscepit, et in regna patrii constituit.

Anno 26, regni eius filius nascitur Childeberto Theodebertus, et anno sequenti Theodericus. Guntrammo Chil-
35 deberium adoptavit in filium, quia filios non habebat. Ipso sane gens Persarum credidit Christo, et baptizatus est imperator Persarum a sancto Johanne Constantinopolitano cum 60 milibus eorum.

Anno 30, regni eius qui erat ab inc. Dom. 598, inventa est tunica domini nostri Iesu Christi inconsutilis, et a Gregorio Antiocheno, Thoma Hierosolymitano, Johanna Constantinopolitano, et aliis Zafati civitate cum area marmore levata, ordine pedestri Hierosolymam perlata est, et in loca ubi crux adoratur, cum triumplo posita.

40 Guntrammo, postquam 33 annis regnum Burgundiae tenuit, moritur 5. Kal. Aprilis, sepultus est Cabilone. Regnum eius Childebertus assumpsiit, quod annos quatuor tenuit, et mortuus est in adolescentia, anno regni sui 17, aetatis 25, ab inc. Dom. 605. Filii eius regnum suscepserunt Theodebertus Austrasiorum, sedem habens Mettum; Theodericus regnum Guntrammi in Burgundia, sedem habens Aurelianum. Hi duo reges contra Clotharium Chilperici filium arma movent, ubi Clotharius opprimitur, et qui potest conditione pacem facit.

45 Anno regni Theoderici, qui erat ab inc. Dom. 602, Phocas dux et patricius rei publicae Mauricium imperatorem interfecit et imperium assumpsiit. Theoderico nascuntur filii Sigebertus et Childebertus. Brunichildis et fol. 50.
Prothadius maior dominus Theodericus adversus fratrem commovet; quamobrem Prothadius ab exercitu Theoderici perimitur, et fratres pacantur. Theodericus consilio Brunichildis aviae sua sanctum Desiderium Viennensem archiepiscopum exilio damnavit, ei reducunt exilio lapidare fecit. Sanctum quoque Columbanum de regno suo exturbavit, quem 50 Clotarius Chilperici filius suscepit. Erat enim amator sapientie. Iterum lis inter fratres Brunichildis agitatur consilio, et collecto exercitu Tulleensi confligunt campianis. Victor Theodericus Theodebertum usque Colonię insequitur, ubi Theodebertus redintegrato exercitu bellum moveat. Tanta ibi strages facta est, ut cadaver mortuorum non habarent, quo ruerent prae multitudine occisorum. A Tulbiaco usque Colonię prostratus exercitus terram operuit. Theodericus victor fratrem persecutus, et sororum proditione captiuo viae Brunichildi dirigit; quem illa in clericum totom-
55 dit et post paululum interfecit.

Regnante Theodeberto rege sanctus Goericus, rex Aquitanus ultimus, iustus pollens moribus, a Domino caecitate ^{Vita Goericci ampl.}
percussus, revelatione angelica Metum venit, cui praesert sanctus Arnulfus propinquus eius; et illuminatus a sancto Stephanus domum sancti Petri construxit, et tempore Dagoberti, sancto Arnulfo eremum petente, ibidem pontifex subrogatus 18 annis praefuit, decessit 13. Kalendas Octobris, sepultus in coenobio sancti Symphoriani. Tempore Theoderici ^{Vita Lupi Sen.}
60 et Brunichildis sanctus Lupus Sononensis viguit, nepos Austrenii Aurelianensis et Aunari Anjisiiodorensis episcoporum.

Anno itaque 16, regni sui qui erat ab inc. Dom. 615, Theodericus volens super Clotharium irruere, Metum pro-
fluvio ventris interrit. Brunichildis Sigebertum filium eius in loco patri substituit. Clotharius vero flues regni qui 65 suas ditio[n]es debebantur conatur recipere, cui Sigebertus occurrit, quem Clotharius auctorn proditione captiuo permit, et quinque fratres eius cum Brunichilde egit. Pueros separalim permit, Brunichildem indomitorum equorum canis irreatam miserabilis morte damnavit a. 28. regni sui, sicut et beatus Columbanus praedixerat, et a. 38.

a) locus erans et caput in c. tertia pars lineae.

regni sui Dagobertum filium consortem regni facit. Anno vero 42. regni eius inter Clotharium et filium suum gravis ora est contentio, eo quod Clotharius cuncta que ad regnum Austrasiorum pertinabant, sibi solebat restringere. Quoniam eorum electi sunt duodecim iudices ex Francia, inter quos fuit sanctus Arnulfus Mettenius episcopus, quorum consilio pater pacificatus cum filio. Superiori vero anno, cum iam Dagobertus Austrasiorum regnum strenue regeret, quidam vir, nomine Haroaldus^a, eius offensam incurrit, pro quo intercessores facti sunt dominus Arnulfus et Pippinus^b maior domus, sed non multo post Tresvitis interfecit est.

Anno 630. Clotarius moritur, et Dagobertus monachium obtinuit a. 15. Hic patre orbatus, Austrasia, quos regebat, iubet exercitum promovere, missos dirigentes in Burgundia, et casteris regni partibus, ut in suum regnum eligentur. Cumque Remia venisset, omnes se ei tradiderent. Arribertus frater eius nichilatur se posse regnum assumere, sed eius voluntas pro simplicitate parum sortita est effectum. Dagobertus vero cum obtinueret regnum, sapienti uisu consilio partem regni fratri concessit Tolosam, Caturinam, Agencensem, Petragoricum et Sanctonicum, et quod ab his versus Pyreneos montes exclusit; et regnabat Arribertus in Provincia et Aquitania, et post tres annos totam Vasconiam superante sibi subdidit.

Bertrar. Anno Domini 582. obiit sanctus Germanus Parisiensis et a. 630. sub Dagoberto viguit sanctus Paulus Virdunensis frater eius. Quod si, ut scribitur, ita est, sexaginta et eo amplius annis vixit post eum. Nati sunt in pago Eduensi, vico Lausia, et in manso nativitatis eorum non canis, non avis praedam rapere praevaleret, quae non statim intereat; quod experimento probatum est. Qui locus usque hodie ecclesiola retinet sancti Germani nomine et virtute insignem.

Bertrar. Huius Dagoberti tempore post Ermenfridum episcopum Virdunensem tractum est de monasterio Theologio sanctus Paulus, qui fuit frater sancti Germani Parisiensis ecclesiae episcopi, et in Virdunensi ecclesia episcopus consecratus; cuius memoria aeterna est. Hie monasticam vitam ducens cum in pistrino fratrum habuisset obedientiam, et timeret ne hora statuta fratres panem habere potuerint, cieco igne de cibano ipsa intus ingressus, cum cuculla sua cibam purgavit, et panem illis ad coquendum ordinavi, sanusque foras egressus panem sanctum fratribus in refectorio tempore statuto distribuit. Cum ergo esset episcopus ordinatus, nepos Dagoberti regis Grimo discensus, qui et Adelgicus dicitur est, cum fuisse a sancto Paulo ab infante reverenter educatus, pro amore ipsius antistititis suum proprietatem, id est Theologium monasterium, sanctae Mariae in Virduno suo scripto et multorum fidelium scriptis tradidit robatoriter, et ut Virdunensis ecclesia ipsum monasterium in sempiternum haberet, omni auctoritate firmavit. Victui vero fratrum Grimo Frasindum villam pro sua pietate delegavit. Sanctus etiam Paulus Bononia villa de suis redditibus comparav. Priviliegium canonicum ipsius ecclesiae de antiquioribus villis fecit, et sua aliquorumque episcoporum auctoritate ipsum sub divina attestatione roboravit. Hic in episcopatu positus, multa miracula operatus est, et post suum excessum 35 positus in basilica sancti Saturnini, omnibus curse potenteribus multa sanitatum beneficia largitus est. Caecos namque illuminavit, surdis auditum dedit, claudis gressum prebuit, agrotos a varis infirmitatibus liberavit. Et quid plura? Ecclesiam sibi commissam rebus temporalibus distavit, honorum operum floribus adornavit, et Dominus omnipotens animam eius cum sanctis in aeterna gloria gaudere facit. Requievit autem mense Februario, die 9. Post hunc exiit Gislaoldus episcopus, Gerebertus.

Fredreg. Dagobertus igitur anno regni sui 6. Burgundiam ingressus est, et tanto timore pontifices et omnes Burgundie proceres in eius adventu concussi sunt, ut omnibus mirandus esset pro iustitia quam faciebat. Venit ergo Ligonas, fol. 51. inde Divonem, et Latona residenz multis diebus tantum iustitiae faciebat, ut nullus ante eam veniret, qui rediret non accepta iustitia. De Latona Cabilonum venit, post Augustodunum, inde Autisiodorum, dehinc Sexonas, inde Perios venit amore iustitiae facienda, ut nec somnum oculis caperet, nec cibo satiareetur. Anno 7. regni sui nascitur ei filius, 40 nomine Siegbertus, quem de lacovo suscepit Arribertus frater eius, et ipse Arribertus anno sequenti mortuus est, cui erat filius parvulus Chilpericus, qui non multo post defunctus, furtu factiose Dagoberti suisse interfectus.

Anno 10. regni Dagoberti Windi Toringum devastabant. Qui cum fortiter instarent, Dagobertus Mettis venit, et consilio pontificis et procurum Siegbertum filium suum regem constituit, sedemque Mettis habere constituit, et Cuinbertum Colopensem praesulam et Ansegium ducem, qui et Anschius, instituit gubernare palatium. Hic Ansegius 45 genuit Pippinum, Pippinus Carolum. Thessorum quod sufficeret, filio tradidit, et condigne eum in culmine regni sublimavit, et quod ei largitus fuerit, praecepto roboravit. Illi regnum Austrasiorum et fines regni Francorum utiliter defendunt. Undecimo^c anno Clodovei filii Dagoberti Magnoaldus abbas Flaviniacensis obiit, et dominus Widradus ordinatur abbas 11. Kal. Mai. Praefuit annis 12.

Anno 12. regni Dagoberti natus est ei filius, nomine Clodoveus, cui Neustria et Burgundiam post suum dices- 50 sum pater contulit, regnum vero Austrasiorum Siegberto. Dagobertus igitur 13. anno regni sui Wascones fortiter superavit, et atono sequenti Britonen et Wascones datis sacramentis ei subdulit. Obiit anno inc. Dom. 641. ind. 14, regni sui anno 20. sepultus est in ecclesia sancti Dionysii Parisiensis, quem tanta thesauris ditavit, ita ut miraretur, qui videret. Successus patri in regimine Clodoveus, cuius regni anno 2. Martius papa pontificatus Romane urbis suscepit:

Gesta p. R. Regno. Clodoveus corpus besti Dionysii discopripiens, minus religiosus brachii fregi et rapuit, confestimque stup- 55 factus in amentiam incidit, et post 2 annos vitam cum regno finivit. Habilique tres filios Clotharium, Theodericum et Chidericum, quos genuit ex Baltilde regina. Ega custos palati et tutor regni condigne gubernabat palatium et regnum. Anno tertio regni Clodovei Ega moritur et maior domus Erchenoldus efficitur, vir patiens, et omni honestate plenus, amans pacis et iustitiae. Pippinus quoque defuncto patre Auechise maior domus in regno Siegberti cum Cuinberto pontifice strenue gubernabat regnum Austrasiorum, et ab omnibus amabatur. Hic partem thesaurorum Dagoberti, quae competit Siegberto, Compendio villa suscepit, et Mettis deportavit. Post haec Siegbertus obiit. Regum eius suscepit Dagobertus filius eius. Quem Pippinus et Magnoaldus Pippini filius minus idoneum ad regularem providentes in clericus detonderi fecerunt. Baltildis missis militibus Dellinum Lugdonensem episcopum interfecit a. 661. a quo consecratus est sanctus Wifridus Eboricensis episcopus, qui primus in Frisia predicavit ante sanctum Vita II. Bath. Willebrodum. Clodoveus quoque exactis in regni administratione 17 annis obiit in primario flore inventus, relicta 65 tribus filiis cum Baltilde regina. Eius archicappellanus fuit sanctus Genesius abbas, qui postmodum Lugdonensi ecclesiae archiepiscopus datum. Hic ante reginam defunctus, in ipso eius obitu cum magna ei luce cum angelis et archangelis apparuit, et ad mansionem eam perpetuae pacis perdidit. Post quem praefuit Lugdunensi me-

a) Quae sequebantur abrara sunt. b) in margine. c) in margine.

54) lego Chrodoaldus. Fred. c. 52.

tropoli sanctus Landebertus abbas Fontanellensis ecclesiae, a quo consecratus est sanctus Anshbertus Rotomagensis episcopus anno dom. inc. 678. indictione 5, anno regni Theoderici 9.

Annus dom. inc. 682. Agathonis papae secundus, Theoderici Balthildis filii 13.

Clotharius maior natus regum patris Neustriae et Burgundie obtulit. Childericus regnum Austrasiorum et Car. Div. 5 Germaniose suscepit anno incarnationis Domini 658. indictione prima. Regnavit Clotharius annis 4, et obiit anno dominic. incarn. 662. indictione quinta. Quo mortuo contentio inter principes agitabatur de regno. Ebroinus major dominus Theoderico favebat, sanctus Leodegarius, Eduenius episcopus, et fol. 51^a. ceteri quibus erat mens senior, Childerico favebant. Praevaluit melior sententia, et Childericus rex Francie constitutus, eo quod strenue regeret regnum Austrasiorum. Refert aliquis scriptor q. uod Theodericus primo sublimatus sit in Gesta Franc. 10 regno Francorum, et Ebroinus maior dominus substitutus, sed propter militiam et crudelitatem sicut expulsi, et substitutus sit Childericus. Leodegarius igitur sub Childerico bene et utiliter disponebat regni moderamia, ita ut quidquid adversus leges maioris, quorum via iudicabili fuit, contrarium repererat, ad pristinum statum corrigeret. Obiit^a dominus Widradus abbas 5. Nonas Octobris, et successit ei anno dom. inc. 663. Gayroinus episcopus; cuius tempore contulit⁵⁵ eidem ecclesiae Glennonem cum appendiciis. Hic in expeditione 15 imperatoris obiit pridie Nonas Iulii. Tempore etiam eius dedit Baio sancto Preicto Pullinacum cum ecclesia, Magniacum, Pruniacum, et uxori eius Puteolos, Opiemariacum, Clericum, anno 7. Childerici⁵⁶.

His diebus Eduensem ecclesiam praefatus regebat Leodegarius, Virdunensem Gerebertus, de quo iam memoriam fecimus, Traiectensem sanctus Theodardus. In aula regis Childerici ^{Vita Lamb.}

20 sanctus erat Lambertus, iuveni bona indolis, qui post sanctum Theodardum consensu magnatorum et procurum Traiectensem suscepit episcopatum. Dum igitur strenue et sagaciter Childericus regni disponeret moderamia, crescente inter principes discordia diaboli maligni suadente invidia, interficitur princeps iste inclyta, anno ab inc. Dom. 670.

indictione 13, exactis in regni administratione 22 annis, et germanus eius Theodericus succedit. In diebus illis tanta Vita Leod. fuit tribulatio in ecclesia, Ebroini faciente nequit, ut videatur crudelitate vincere Neronianis et Deciana tempora.

25 Tunc interficetus est sanctus Leodegarius cup Goriso fratre ab ipso Ebroino principe, sanctus Lambertus a Dodone Ado. comite. Ebroinus crudelitate frenzenter, ab Ermenfrido Franco interficetus est. Erat tunc temporis vir ab ipsis Ebroino oculis privatus in insula quae Barbara dicuntur, cum nocturno tempore ad ripam Araris orandi gratia sedebat, audivit navigantium impetum. Qui interrogans, quo navigium illud tenderet, audivit: Ebroinus est, quem ad Valoram ollam deferimus, ibi enim facti sunt poenas tuer.

30 Iam tunc deficientibus a pristino vigore regibus, regni cura administrabatur per maiores domus. Mortuo ergo Car. Div. Theoderico ab inc. Dom. 692, indictione quinta, Clodoveus filius eius succedens regnat a. 1. Inter duces et primates regni Pippini praecepsit, et maxima pars regni in manu eius erat. Clodoveo quoque defuncto Childebertus a Dodone ^{Ado.} successit regnavit a. 13. Virdunensem ecclesiam Berthalamius episcopus ^{12xii}, qui studio suo et industria ecclesiae sibi septem. commissaria adquisivit praedia quamplurimia. Quo defuncto succedit Albo episcopus.

35 Childeberto quoque rego, qui cognominatus est Iustus, de medio facto anno 711, Dagobertus filius eius succedit ^{Gesta Franc.} adhuc puer anno inc. Dom. 712, et regnavit annis 5, et mortuus est a. 715. cui successit Daniel clericus, qui et Chil- pericus, regnavitque annos plus quinque.

Anno ab inc. Dom. 711. iustus est in Virdunensi urbe dominus Madeleveus ex familia ecclesiae.

Bertr.
Pippinus mortuus est anno ab inc. Dom. 714. mense Decembrio, et Grimoaldus filius eius mortuus, et Karolus ^{Car. Div.} 40 successit in loco patria. In diebus illis Franci mutuus se coede sternunt, et Theodalodus Grimoaldi filium persequendo fugent, electo Rainfredo in principatu maioris domus, de cuius manu per multa bella Karolus cundem principatum ^{Gesta Franc.} austulit, et mortuus est Rainfredus a. 731. Anno quoque 717, obiit in Attinaco villa Daniel, qui et Chilpericus, et Noviomodo sepultus, et succedit ei Theodericus Dagoberti junioris filius. Quo mortuo a. 725. successit Clotharius, et Chilpericus, et Clothario Childebertus, et Childeberto Childericus, in quo deficit generatio regi Clodovei, que usque tunc regnaverat. fol. 52.

45 Karolus ab ergastulo quo tenebatur divina miseratione erexit, 27 annis, quibus principatum obtinuit sub prae- Regio. fatis regibus, bellum cum paucis his torqa congressus primo abiit, tandem in Vinciaco 13. Kal. Aprilis contra Rain- fredum Francorum principem a. 717. tertio sui principatus anno; unde vixit factus, una tantum id est Andegavia civitate ei concessa ad habitandum, Francorum totam gentem regens, vastavat Saxonium, Bavariam, intravit in Provin- ^{Car. Div.} ciam usque Massiliam, invasit Wasconiam, vastavit Fritiam, contrivit Alemanniam. Qui propterea Tuditius appellatus 50 est quod est malitus fabri, quia sicut molle universa tunduntur ferramenta, ita ipse contrivit omnia regna sibi vicina. Pugnavit etiam cum Saracenis non longe a Narbona, et maxima caede prostravit. Quibus iterum Provinciam irrum- pentibus, cum Arelatum cepissent, Carolus sibi adiunxit Luitprando Longobardorum rege, de illis eos regionibus effu- gavit. Eo tempore flouruit vita et acibus Petrum Ticinensis episcopus, virginitas gloria decoratus, qui ab Arisporto quon- ^{Fest. Disc.} dam rego apud Spoleto fuerat relegatus. Misit autem Carolus Pippinum filium suum Luitprando praefecto regi, ut eius 55 capillum incidere. Qui crimen eius incidente pater ei factus est, multique dictam muneribus genitori remisit. Leone imperante temporibus Gregorii papae tertii, hortata eius Petronace duce monasterium sancti Benedicti in Cassino re- stauratum est, clavis iam fere 110 annis a destructione eius, cui etiam Zacharias papa plura contulit, inter quo regularia, quam sanctus Benedictus manu sua scripsit, concessit.

Tunc praeerat Virdunensi ecclesiae Pepo episcopus, et in illa seditione, quam diximus faisse inter Rainfredum ^{Bertr.} 60 Francorum principem et Karolum Tuditem, ipse fuit partibus Caroli, et ob id optinuit prelio cum Carolo et quodam nobili vasallo eius Calmontem villam cum omnibus appendicibus. Postquam vero Deus Karolo solidavit Francorum regnum, addidit et alia quam plurima, ut ostendit chartarum notitia. Et hoc ergo defuncto Volchitus episcopus factus est, et post eum Agronus episcopus, qui perpauca anni ipsi praefecto ecclesie.

Anno ab inc. Dom. 741. Karolus mortuus est, et filii eius Karlomannus et Pippinus suscepserunt regni gubernio. ^{Car. Div.} 65 cula; sed Karlomannus septimo post patris obitum anno ab inc. Dom. 747. reflecta cura regni Pippino fratri, Romanum perrexit et in monte Serapli monachus habitationem instituit. Postea non fercus molestias crebro se visitationum, ad a) in margine.

55) Pippinus maiordomus; cf. Labbe Bibl. nov. I. 269. 56) die dominico ante med. mensem Maii; ibid.

Gesta p. R. sanctum Benedictum in monte Cassini coniugavit. Tunc regebat Romanam ecclesiam Zacharias papp., qui successit Regno. sit Gregorio III. a. 742, et rex ipam eccliam s. 10, m. 3, d. 14. His accepta legatione a Pipillo per Burgardum Ann. Fuld. Vitoburgensem episcopum, et Fulradum ipsum Pippini capellorum, de incivilitate regum ex antiqua Merovingorum stirpe descendentium, ut superiori praeclarivimus, mandat populo Francorum, ut Pippinus, qui potestate regia utetur, et nominis quoque dignitate frueretur. Ita Chilpericus rex ultimus de ipsa stirpe depositus, et in monasteriorum truus. et gesta p. R. Pipinus in regem electus, et consecratus est a Bonifacio Moguntiae episcopo, Suescionis in villa, a. 752. Sed et Stephanus qui Zacharias successerat, propter infestationem Aistalii regia Langobardorum 14. die mensis Octobris Roma egressus, inductione 7. papatus sui a. 2. ab iuc. Dom. 754. ad Pipillum venit in Francia, et constituit eum Romanus ecclesiae defensorem et principem, et confirmavit unctionem sua in regem, et unxit duos filios eius Certhonmannum et Carolum. Ex tunc ablata est Roma a subiectione imperii Graecorum. Anno a. 755. post Gayro-¹⁰
num episcopum Flaviniacensis aecclesiae abbatem Manasses ordinatur abbas tempore Pippini quondam maioris domus, tunc autem regis Francorum.

Anno igitur ab incarnatione humani verbi 753. suscipit praesulatum Virdunensis ecclesiae dominus Madelveus. Hic in eadem urbe christianis et inclytis parentibus est editus. Qui statim renatus ex aqua et spiritu in septem baptismatis gradibus, septem comprehendit 15 dona paracleti Spiritus. Accipit deinde carnes agni immaculati cum sanguine, candidatus fol. 52.
Eph. vita K. virginitatis veste, decoratus immortalitatis lampade. Ardebat ea tempestate omnis Belgica cotidiana bellorum instantia. Nam regalis dignitas, quae a Meroveo rege sumpserat initia, in Hildericum regem qui iussu Stephani Romani pontificis detonsus et in monasterium truus est, porrecta, illo in tempore nullius vigoris erat, nec quicquam in se preter iusso regia vocabulum praferebat. Opes quippe et redditum affluentia, regni ad. 20 ministerio seu omnia, quae vel domi vel foris agenda ac disponeenda erant, penes praefectos palati, qui maiores domus dicebantur, manebant. Quia praefectorum licentia crevii morum insolentia, adolevit dominorum crudelis potentia, nec defuit invidia, quae pressundedit regnorum iura. Inflatur unus aduersus alium, invadit quisque nomen regium. Hac crescente discordia urbes depopulantur, ecclesiae incenduntur, ministeria divina detrahuntur, monasteria virorum deciuntur, puella-²⁵ rum deluduntur, et cuncta vastantur; fuitque et tempore non minor in aecclesiis gemitus, quam Decianeis Dicletianisque temporibus. Quo turbine Virdunensis civitas exagitata

Bert. 12. defuncto, Agroine episcopo, diebus multis manuus vacua, pastore viduata.
His diebus ablactatus almus puer Madelveus, religiosis viris traditus est litteris imbuedus, quarum elementis brevi dati memoriae, dedit operam intelligere praecepta artis grammaticae, per quae vera agnoscere, via quiret vitare. Post haec tribunal ascendit rhetoricae. Sed quia rhetor est traditor eloquentiae, eloquentia vero sine sapientia nimium obest plenumque, prodest numquam, omissa exercitatione dicendi, in rectissimis atque honestissimis studiis rationis omnem suam consumpsit operam, studium rectae rationis ad divina, studium honesti officii referens ad humana. Hinc res omnes, quae in dictis et factis et in toto mundo 35 aguntur, decem esse intelligens, quae praedicamenta dicuntur, argumentorum fucos et sillogismorum perplexiones sagaci animo discribit, et in eis aciem sui docilis sensus ad unguem exauit. Intrat ex hoc quadrivium, ubi cubos arithmeticae, sonos musicae, modos geometriae, radios astronomiae perspicaci percipiens mente, ad perfectionem duplicitis thesis, id est theoricae pervenit et practicea.

Puerilibus igitur annis, ut patriarcha Iacob; simpliciter domi transactis, pulsabat adolescentiae foras proficiens, et placens tam Deo quam hominibus. Sane post flores rhetoricos 1 Cor. 6. 19. ac angues sillogisticos, scripturae divinae ingreditur campos, ubi audiens ab apostolo: ful. 53. Ap. 11. 4. *Omnis qui castè vivit. templum est Spiritus sancti.* Item in Apocalipsi: *Qui cum mulieribus non sunt coquinatui, hū sequuntur agnum quocumque iterit,* statim primevan suam etatulam 45 Christo domino consecravit; illi toto animo placere ac servire gestiens, qui est pars et hereditas eius, cogitansque vias suas, convertit pedes suos in testimonia Iesu, querens videre bona Domini in terra viventium. Adeptus tandem clericatus honorem, accepit a Domino benedictionem, et misericordiam a Deo salutarem. Cotidiano siquidem proiectu ibat de virtute in virtutem, latam et spatiösiam viam que ducit ad mortem horrens, artam et angustam qua itur ad astram sequens, confixit timore Dei carnes suas, mortificans membra sua cum viciis et concupiscentiis, spiritu ambulans, desideria carnis non perficiens, misericordiae operibus studens, vigiliis et ieuniis corpus affligens, orationis insistens, meditationi inserviens, aures ab auditione mala coercens, oculos a vanitate avertens, odor bonus Deo in omni loco esse satagens, os suum a multiloquio vel vaniloquio custodiens, manus ab omni 55 munere excutiens, consilium opusque suum ad Deum semper convertens, in omni actu suo Dei, non suam gloriam querens.

a) in margine

Vivebat studiis adolescens iustus in istis,

Ordinibus sacris respondens moribus aptis.

Post hec ad maiora concendens, presbiterii honorem electus accepit, iustificatus optimus. Constitutus itaque unanimi assensi, electione omnium, rector et abba ecclesiae sancti Vitoni, quam et studio spiritualis exerciti et rebus temporalibus melioratam, exemplo et doctrina ad divini famulatus amorem accedit. Fuit enim humilitate praecepitus, caritate diffusus, prudentia mirabilis, sobrietate laudabilis, iustitia insignis, fortitudine spectabilis; et licet cunctos dignitate praeceperet, erat tamen obediencia cunctis subditus, patientia probata, forma factus gregi ex animo, ut in eo subditus quisque agnosceret, quam sibi vivendi normam assumeret. Haec de eo fama ubique ferebat, hic rumor omnium in ore continuus erat; Madelvi pietas eiusque probitas lustrabat patrias, replebat plateas, edes pulsabat palatinas. His praecurrentibus munis cunctorum votis in pontificatu eligitur Virdunensis urbis. Quod licet timore Dei plenus omni conamine reiecerit, toto adnisi recusaverit, multorum tamen sententia Dei gratia praecedente praevaluit, ac una cleri populi concordia episcoporum iudicio dignus in cathedra pontificali exaltatur, benedictione firmatur, unctione sa-
cratur. Regebat tunc Romanam aecclias Stephanus secundus, Francis vero principabatur

Pippinus Caroli Tuditis filius, ex maiore domus et praefecto palati rex constitutus, a quo Chro-
degardus abba, vir egregius et omnibus effervens praeponis, in palatio praefeti Caroli nutritus, eiusque referendarius,
ab ipso et Francis omnibus elector Romanus missus est, ut prælatum Stephanon papam ad Gallias, ut cunctorum vota fol. 53.
Gesta epp.
Metz.

anhelabant, evocaret; quod et fecit, a quo etiam in pontificem Mettensis aecclias, astante rege et
populo, consecratus, pallium promeruit cum nomine archiepiscopi. Quod etiam quibusdam Mettensis aecclias præsulibus aliquoties concessum fuisse legitur, pro multimoda vastatione Trevirensis matris aecclias, quae licet primum petitione Heleneae reginae a beatæ memoriae papa Silvestro per corpus Mathiae apostoli et per baculum beati Petri accepérat, quod et
ab antiquo possidebat, quia ubi ante adventum Domini in capite provinciarum primates erant
legum secularium, ad quos confugiebant pro oppressionibus vel iniustitiis qui ad aulam imperatorum confugere non poterant vel quibus permisum non erat, ipsis in locis apostoli et
beatus papa Clemens, ut refert beatus successor eius papa Anacletus, patriarchas vel primates, qui unam formam tenent licet diversa sint nomina, legis divinae ponit et esse iusserunt;
tamen ita multoties peccatis attrita fuit, ut ei vacante Mettensium præsules
metropolitanus fungentur officio et dignitate. Tullensibus quoque praeerat Godo venerandus
episcopus, qui immitatem civitatis et recuperationem chartarum igne consumptarum apud
præfatum regem Pippinum suae adquisivit aecclias.

Inter hos beatus Madelveus virtutum radiabat decore, et dignitatem pontificalem hono-
rum operum adornabat nitore. Quod officium, quamvis ruditus accepérat tempore, aptus ac-
cessit assueta bonitatis ubertate. Instabat prædicationibus, firmabat plebem benedictionibus,
incitabat ad meliora sacris exhortationibus. Quod docebat verbis, monstrabat exemplis. Erat
tunc civitas ipsa insectatione barbarica bellis attrita, obsidionibus fatigata, calamitatibus re-
pleta. Templo Dei in ea polluta, sanctuaria exusta, ministeria violata, officia diurna vel
nocturna neglecta. Clerici alii fugati, quidam necati, qui remanserant multa paupertate ad-
dicti, plus proprii seu terrenis quam celestibus studebant negotiis. Hoc respectu vir Domini
amaro cum esset animo, posuit spem suam in Domino clamans illi spiritu humiliato: *Omnia vobis. 3. 31.*
*quae fecisti nobis, Domine, in vero iudicio fecisti; quia peccavimus tibi et mandatis tuis non obe-
divimus.* Cui mox Dominus: *Invoca me, inquit, in die tribulationis, eruam te et honorificabis* *Ps. 40. 15.*
45 me. At ille humili prece: *Deus meus, misericordia mea, tu es refugium meum a tribulatione* *Ps. 31. 7.*
*quae circumdedit me, exultatio mea, erue me a circundantibus me angustiis et filiorum neces-
sitatis.* Nec mora, consolatio ex ore veritatis affuit; *Primum, inquiens, querite regnum Dei* *Matth. 6. 33.*
et iustitiam eius, et omnia adicentia vobis. Tunc ille gratulabundus: *Auditui meo, ait, Domine, fol. 54.
dabis gaudium et letitiam, et exultabunt ossa humiliata.* Gressu ergo celeri aecclias intravit,
50 clerum populunque advocatione, iudicia Dei vera innotuit, crimina vel peccata alterutrum
confiteri monuit, fructus dignos penitentiae facere suasit, aecclias frequentare, orationibus
cum lacrimis incumbere, laudes Dei cum silentio et reverentia audire, elemosinas pro posse
libenter dare, hospitalitatem sine murmuratione servare, discordantes ante solis occasum
ad pacem redire, pacem falsam non dare, gehennam timere, vitam aeternam sperare prae-
55 cepit et docuit. Clericos deinde regulariter vivere, sepius in die laudes Deo dicere, et noctu
ad confitendum illi surgere aecclastica sanctione instituit, victumque illis cotidianum de
propriis, prout potuit, ordinavit.

Eius. VII. K. Curiam infera adiit, Pippino, qui ex auctoritate Stephani papae ex praefecto palati rex^a constitutus fuerat, vastitatem urbis calamitatemque plebis quam regendam suscepérat
Ber. innouit, auxiliūque ab eo ex regali largitione^b quæsivit et optimuit. Collatione siquidem fideliū quedam prædia suscepit, Wessauum scilicet seu Waranci curtem, Ramibationem etiam, aliisque quamplurimæ, quæ cartis manu propria inseruit, quas regis annulus roboravit et ecclesia Virdunensis ex 5
fol. 57. tunc non amisit. Ciubis præterea regis munificientia non desit, clerum laetificavit, eccle-
Ber. siam ornavit, remuneratum pontificem gaudientem populi^c repreäsentavit^d. Multa autem erant,
Chr. Divion. quæ eum erga ipsam ecclesiam diligendam promovendam et ampliandam accendere debe-
 bant, videlicet Pepponis episcopi in Karolum Tuditum patrem suum amor profusus, gratuita
 fidelitas et in tempore seditionis contra Rainfredum Francorum principem, ipsius Karoli 10
 aemulum, indivisa laboris et periculi subeundi dualitas, pro quo etiam idem Peppo multa per-
 pessus est adversa. Sed quiddam eum specialius ad dilectionem redintegrationem et commu-
 nem tuitionem omnium ecclesiæ impulit, quod non ab re videtur in laudem huius patris
 nostri huic opusculo innectere; ad comprimentum tumorem regum et principum terræ, et
 ut evidenter agnoscatur, quæ fuit causa desolationis Trevirensis et Virdunensis ecclesiæ. 15
fol. 57. Qui igitur historias legunt et veterum scriptorum rimantur, huius Karoli Tuditii actus et prælia noverunt, qui ideo
 Tudites appellatus est, quod est mallus fabri, qui sicut malleus universa tenduntur ferramenta, ita ipse contrivit omnia
 regas sibi vicina. Per 27 annos quibus principatum optimum sub regibus Dagoberto iuniore, Chilperico, Theodo-
 rico, Clotario, Childeberto et Hilderico^e, postquam de manu Rainfredi maioris domus in regno Francorum per multis
 bella eundem principatum sustulit, tanta clade omnia regas sibi vicina, id est Saxoniam, Bavariam, Proviniam usque 20
 Massiliam, Wasconiam, Frigiamque contrivit et Alemanniam, ut multæ ecclesiæ usque in hodiernum diem
 desolationem sui factam sub eo lugeant, et tribulationis ipsius calamitatem obliterare in se
 nulla vetustate prævaleant. Tanta enim profusione thesaurus totius erarii publici dilapida-
 tus est, tanta dedit militibus, quos soldarios^f vocari mos optimuit, qui ex omnibus mundi
 partibus causa questus ad eum concurrebant, quorum genus infestum et improbum tempore 25
 eius sumpxit inicium, ut non ei sufficerit thesaurus regni, non deprædatio urbium, non mul-
 timodæ vastationes regnorum exterorum, non expoliatio ecclesiæ et monasteriorum, non
 tributa provinciarum. Ausus est etiam ubi hec defecerunt, terras ecclesiæ diripere, et
 eas commilitonibus illis contradere. Postremo non est revertitus ipsos episcopatus laicis
 dare, fautoribus videlicet suis et consenteantibus, adeo ut archiepiscopatus Trevirensis et Re- 30
 mensem Milo quidam tonsura clericus, moribus habitu et actu in religiosus laycus, multo
 tempore pessundans obtinuerit, Viennensem quoque et multos alios episcopatus per terras
 diversas, ut historiae referunt, possiderent laici, et per manum laicam investiti. Si qui erant
 episcopi, aut ei omnino favebant, aut res aëcclesiasticae diripiabantur, aut certe illis obeunti-
 bus in locum illorum neophyti quilibet, vel quos canonicae sanctiones non recipiunt, sub 35
 stituebantur. Ab hac autem direptione civitas illa quantulumcumque immunitis erat, quæ ei
 favebat vel quæ ei aditorium præbebat; cui enim innitebatur, illam per se suosque a se
 suisque tuebatur. Hinc est, quod inter innumeræ quas attriverat, Virdunensem tempore
 Pepponis episcopi prædiis auxit, quia Peppo idem, ut superius relatum est, in tempore
 dissensionis et partibus eius favit et familiarius illi servivit. Verumtamen illo defuncto, quid 40
 aliae patiebantur, eadem quoque experta est. In tantum autem vastitate præfata Treviren-
 sis metropolis afflita fuit, ut pro multinoda eius calamitate et conculacione vacante ea
 Mediomaticæ civitatis præsules postmodum fungerentur archiepiscopi dignitate et nomine.
Ado. Vastata quoque et dissipata Lugdunensi et Viennensi provincia, aliquot annis sine episcopis utraque fuit aëcclesia. Wil-
 lianus enim Viennensis, qui Austroberto successerat, videns Viennensem aëccesiæ indecenter humiliari ob cladem Saracenorum Sepimanias et Viennensi et Lugdunensi provintiis imminentem, laicus sacrilego et barbaro res sacras obtinens, 45
 reliquo episcopatu-monasterium Agaunense expulit, ubi et vitam venerabilem duxit, et hoc in tempore Stephani
 papæ qui Zoschario successerat. Rexit autem post eum Viennensem ecclasiæ Berericus, cui successit Paula.

Defuncto itaque eo et Parisis sepulto, et principatum majoratus domus Pippino,
 fratre spiritualia terrenis præferente, solo adepto, postmodum etiam studio suo et Romani 50
 pontificis assensu, ut dictum est, in regem elevato, Deus plus multis eum sibi obligatum
 beneficis volens et minis terrere, ut disceret sperare in Deo, non præsumere de se, et ut
 succendentibus prosperis recordaretur domini Dei sui, nec vellet imitari patrem, quem con-
 stabat aëcclesiæ situisse confusionem, posito eo apud Aurelianorum urbem, quid erga Ka-

^a ex p. rex p. c. ^b traditio super ser. vel largitione c. ^c ita c. ^d Vers. III folia et quod hic deest re- 55
 quire sub hoc signo ġ.

^e 57) Neque Childebertus, neque Chilpericus Caroli tempore Francorum reges fuerunt. ^f 58) a Germano sold, stipendum.

rolum ageretur, quae ei merces tantorum laborum recompensaretur, ostendit, non ad defuncti, ut veremur, refrigerium, sed ad aedificationem viventium. Erat in eadem urbe episcopus Eucherius⁵⁹, vitae honeste laudabilis, morum probitate spectabilis, cui celebranti missarum sollempnia ipso die paschae dum sederet in throno pontificali, et subrepsisset ei cogitatio, quantos labores pro tuitione et ampliatione regni Karolus austiniuisset; quanta praelia praelatus esset, quomodo post tanta pericula pace potitus esset, et in pace vitam finisset, cuius nunc filius regni honore donatus esset, dum tacita cogitatione felicem diceret tam prosperis successibus virum, hac ei cogitatione fluctuanti somnum paulisper alius, et raptus in excessu mentis angelicoque ductu ad tribunal iudicis ductus, in conventu illo caelesti dulce-^{60. 58.}

dinem melodiae spiritualis audivit, et ad tantam visionis magnitudinem herebat stupens. Cogitabat autem et ibi, si inter illos distinctos beatorum spirituum ceterus dominum totius Franciae et patrem regni Karolum videret posset, cum tacitis eius cogitationibus respondens qui praesidebat, ad locum ubi Karolus servabatur, duci eum praecipit. Ductus itaque est in infernum, ubi dum miserorum animas continuato et inedictili infinito quoque cruciatu tabidas, squalentes, et nimis horrore sordentes miraretur, dum penarum genera paveret, dum ad terrificos sonitus fletus et stridoris dentium suum iam quasi oblitus esset Karolus, vidit eum in tormentis positum quasi in medio ignis rotari, et nunc quidem igne torri, nunc stridere frigore glaciali, nunc de igne ascendentem in glaciem versari, nunc vero ab aquis erutum ignitos vapores repete. Misérabilis rerum facies! Ille qui paulo ante imperabat Franciae, qui dominus dicebatur terrae, qui victor urbium, superator gentium, conqueritor regnorum, ut suam ampliaret potestatem totum tribulaverat orbem,

Uritur en flammis, quas stringere non valet amnis,

Stringitur et glacie, nequeunt quam solvere flammæ.

Cum haec ergo secum tacitus miraretur, et quid rerum esset anxius secum volveret, dux illus suos herentem eum videns: *Ecce, inquit, cogitatus tu: ecce de quo anxiabar in domo Domini. Vide quid valeat seculi potentatus, aspice quid possit, quid portendat, ad quid tendat mundi principatus. Ecce Karolus princeps.*

Francia quip turnuit, cui semper subdita mansit,

Qui nova iura dedit, qui sua cuique tulit,

³⁰ *Torretur flammis, aeternus ei manet ignis,*
quia postposuit Dominum, nec abhorruit confusione ecclesiarum. Nuncia haec Pippino regi filio eius, ut discat non superbire, nec sperare in certo diviciarum, sed in domino Deo, qui potest et animam et corpus mittere in gehennam. Quod si tibi non crediderit, dic illi, ut vadat Parisius, aperiaturque sepulcrum eius, intueatur ossa patris, et ex eo quod invenerit fidem faciet verbis tuis. Dixerat hec, et sacerdos ductu angelico in se reversus obstupuit. Laudansque Deum et magnificans iudicia eius incomprehensibilia et investigabiles vias eius, missarum sollempnia explevit, dehinc regi et optimatibus, quae viderat et audierat, quomodo ad haec videnda et audienda cogitationibus suis adductus sit, enarravit. Pro eo quoque haec visa asseruit, ut ei prodesse inciperet pena patris, et disceret non blasphemare^a, nec rapinas concupiscere, nec in iniuitate sperare, et licet affluerent ei divitiae, non eis studeret cor apponere quia potestas Dei est et Domino misericordia, ut reddat unicuique iuxta opera sua. Pippinus itaque his auditis Deo magis ac magis coepit devotus existere, sacerdotes venerari, ecclesias honorare, et in quibus Deum a patre suo didicerat offensum fuisse, ab his se studebat toto nisu custodire. Ut autem venit Parisium, sepulchrum eius, de quo manabat odor sulphureus fumo mixtus, aperiri praecepit, praesentibus episcopis et optimatibus suis. Quod ^{60. 58.} ubi apertum est, vident ignem et fumum tenebrosum et foetidum, reliquias absupty corporis, sepulchrum quoque ita fumo et igne nigrefactum, ut patenter daretur intelligi veram fuisse visionem sacerdotis, gravi illum apud inferos poena esse multatum, cuius corpus in sepulchro tanti novitati miraculi ita fuissest igne sulphureo consumptum. Grandis hinc obortus est terror regi et populo, grandis adolevit omnibus erga Christum et sacerdotes eius devotione, pia erat omnibus circa monasteria et ecclesias restaurandas contentio. Hinc est, quod in tempore eius tot inveniuntur pontifices amore Christi ferventes, qui optata pace potiti, et regis amicitiam nancti, ecclesias restaurandis invigilabant, foventis curandisque animabus

^{a) blasphemare c.}

^{55 59)} De sequentibus cf. epistolam episcoporum ad Hlodovicum regem ann. 858. Sirmond. Concil. Gall. III, 117.

operam dabant, quia de tanta oppressione, qua premebantur ecclesiae per maiores domus, pacem et quietem a aliquantulum optimius gaudebant. Diligebat enim affectu devotissimo omnes Domini sacerdotes, et illis promptiori subdebat humilitatis obsequio, quos vidisset per officia pietatis proximiores Deo. Inter quos beatum Madelveum tanto propensiore coluit devotionis affectu, quanto eum cultiori mentis nobilitate Christo Deo adherere cognovit, ornatum moribus, bonum doctorem, pius, rationabilem, habentem filios in omni honestitate sibi subditos, paratum omnibus reddere rationem de ea, quae in nobis est, spe. Licet autem in restauracione aeccliarum hac de causa aliquando studiose desudaverit, tamen tanta erat mali moles, tanta cupiditatis rabies, ut usque ad Karoli Magni tempora malicie huius duraverit perniciens veterosa, dum quod male quisque et indebet usurpaverat, peius retinere satagebat. Unde cum clamores aeccliarum ad sedem refererunt apostolicam, et ab ea reuirerent iustitiam, Adrianus pontifex Karolum Magnum ante corpus beati Petri conveniens, ut omnia corrigerentur, opinuit. Unde omnibus archiepiscopis et episcopis Galliae misit epistolam quam hic ponere decrevimus, considerantes magnam in ea Gallicanarum aeccliarum auctoritatem contineri⁶⁰: *Adrianus episcopus servus servorum Dei, Bertherio Vienensis episcopo salutem. Dilectus et illustris ac religiosus filius noster, Carolus rex et patricius Romanorum, Romam venit, et pascha Domini apud Sanctum Petrum nobiscum egit, ubi inter alia monuimus eum de metropolitanorum honore, et de civitatis que laicus hominibus traditae erant; et quia episcopalis dignitas fera per octoginta annos a Francis esset conculcata. Cum haec et his similia gloriosus rex audisset, promisit ante corpus beati Petri apostoli, quod omnia ad emendationem nostram venirent. Unde placuit nobis, ut omnibus archiepiscopis et episcopis auctoritatem litterarum nostrarum mitteremus, ut sicut antiquis privilegiis singulae metropolitanae urbes fundatae sunt, ita maneant, ut habeat unaquaque metropolis civitates sibi subditas, quas beatus Leo et alii predecessores et successores ipsius post Calchidonensem sinodum singulis metropolitanis distinxit. Nec propterea ultra metropolis praetudicium patiatur, si alicui suffraganeorum aut nos aut praedecessor noster rogantibus plus Francorum duabus pallium largiti sumus. Nec debet aeclesia ullum dampnum sui ordinis inde sustinere, si per 60 aut 70 aut 80 et eo amplius annos iniuria quorundamque praesulum et vastatione barbarorum dignitatem antiquam et Romanorum antistitum firmitate roborarat perdidit et amisit, quando immensis paene annis illa spiritu Dei disponente usa fuerit. Auctoritate igitur beati Petri apostolorum principis singulis metropolitanis antiquo more potestatem suam reddidimus, et filium nostrum gloriosum et inclitum regem Karolum ante corpus beati Petri inde rogavimus, ut antiquam dignitatem omnes metropolitani haberent. Ideo hanc epistolam auctoritatis nostrae omnibus misimus, quam ut et tu haberes volumus, ut et tu cognosceres ecclesiae tuae suum privilegium, quod a tempore beati papae Leonis habuit, integrum esse reformatum. Data Kal. Ianuarii, imperante pessimo augusto Constantino anno decimo, et a Deo coronato pessimo rege Karolo anno prima patritiatus eius.*

Haec igitur nos ad communionem audientium de pace ecclesiarum Dei sub Pippino et Karolo restituta dixisse sufficiat. Neque enim id additum operi huic in laude patris nostri fidelibus fastidiosum speramus, in quo etsi sermo nichil conferat gratie, series tamen veritatis quodam compendio expressa plurimum instructionis conferat.

^{fol. 54.} Igitur sacerdos eximius episcopum pastorali sollicitudine circuiens, aecclias, in quibus non erant locis, extruxit, dirutas vel inveteratas restauravit, ministeria divina ordinavit, plebes salutari doctrina edocens, et episcopali benedictione sacrifice crismatis unctione confirmans. Ipsam autem aeccliam beati Vitoni, cui ante perceptam pontificatus gratiam pastor et rector institutus fuerat, tanta semper dilectione coluit et provexit, ut curam eius etiam sumpto episcopatu non dimitteret, quin potius omni eam conamine et divinis famulatibus illustrem reddidit, praeditis quoque et aecclasticis utensilibus ampliavit, ob praedecessorum suorum ibidem quiescentium beatam memoriam, a quibus nec corpore nec spiritu volebat disiungi, sed in loco requiei eorum optabat consepliri. Dedit ergo eidem aeccliae de suo proprio Raherei curtem⁶¹ cum appenditi pro tumulatione sui corporis, et alia perplura, ut ostendit chartarum notitia. Quidam etiam Sartio nomine ad extrema veniens, et in atrio praefatae aeccliae se sepeliri depositus, testamento facto ipsam aeccliam de rebus suis,

a) Revertere ad posteriora et quod dimisisti repece c. in marg.

60) Mansi T. XII. p. 847. 61) Riegourt.

quas possidebat in pago Virdunense, in loco qui dicitur Ex, propter fluvium eiusdem nominis ibidem decurrentem⁶², heredem instituit, ut exinde sanctus Vitonus et hic pater noster ⁶³⁶⁴ beatus Madelveus episcopus et abba, custodesque sancti corporis heredes essent perpetui. Cuius exemplum sequutus et beati patris huius amore ductus Grimbertus, possessor et ipsae fundi ipsius et hereditarii iuris particeps, quidquid in eodem loco possidebat, basilicae sancti Vitoni condonavit in mansis, campis, olcis⁶⁵, pratis, pascuis, concisis, silvis, aquis aquarum que exitibus et decursibus. Qui exinde postmodum precaria facta, rei ipsas a beato viro iure beneficiario recipit, denominato censu viginti librarium olei singulis annis in festivitate sancti Vitoni ad luminaria aeccliae eius, in qua preciosus idem confessor requiescit, praeterea scriptio etiam spacio, quo sanctus ea deberet meliorata recipere. Quod testamentum precariae beatus pontifex et abba auctoritate sua firmavit anno tertio regni Karlomanni qui fuit frater Karoli Magni, die Kalend. Iulii anno ab inc. Dom. 770. indictione 8. Ceterum Aquitania sanctitatis eius accepit magnalia, illius sepe gressibus lustrata, lacrimis rigata, doctrinis roborata, et miraculis glorificata. Res quippe, quas Virdunensis aecclisia antiquitas in ipsa regione possedit, ^{Berl.}

15 frequenter visitabat, et vita seu miracula prædecessorum suorum pontificum secum ferbat, ut per illos merita res illas liberius possideret, vel paginas dominatio carior, subiectio esset humilior. Fuerunt autem res istae: abbatia sancti Amantii in Rotenia urbe⁶⁶ cum appendicis, fucus etiam regius Maderviacus, et alias Polisiecius nomine, donati servitorum sancti Petri et sancti Vitoni usibus ipsius beati Amantii largitione⁶⁷. ⁶⁸

Anno vero ordinationis suea 13. qui erat inc. Dom. 765. delata sunt ab urbe Roma per fol. 54. in 20 venerabilem Grodegandum Mettensem archiepiscopum corpora sanctorum Gorgonii, Naboris ^{Marg.} et Nazarii, a successore Stephani Pauli papa sibi concessa nono papatus sui anno, et sequenti anno uteque decessit a seculo indictione quinta, et Grodegandus in monasterio, quod Gorzia dicatur, quod ipse construxerat, tumulatus veneratur, ubi postea positum est corpus sancti Gorgonii anno post obitum eius quarto, videlicet anno ab inc. Dom. 768, regnibus iam 25 post Pippinum filii eius Karlomanno et Carolo.

Dum igitur multiplici virtutum flagraret desiderio, incidit ei cogitatio ad sepulcrum vitae fol. 54. in principis Iherosolimani pergere peregrinando. Festinavit itaque implere voluntaria exhibitione, quod mente concepit divina inspiratione. Dumque in administratione itineris necessaria queque prævidetur, principalis aecclisia peccatis exigentibus igne apprehenditur ac 30 seviente incendio succeditur.

Turbantur plebes, tolluntur ad ethera voces,

Unus in urbe dolor, communis civibus horror.

Tunc mens Madelvei in diversa raptur, spiritus anxiatur, corque turbatur. Tamdem in se reversus, illiusque memor proverbi: *Non est magnus magnum putans quod ruunt ligna et 35 lapides, et moriuntur mortales*, tempora dampnum patienter tulit, ac statim in meliore statum reparare fabricam iussit. Conventione porro facta cum artificibus, deputatisque custodibus, et ordinatis necessariis sumptibus, suadet, precatur imperatque opus inchoare matruius, accelerare attentius, explore diligentius.

His ita collatis datur alternatio votis.

40 Preparantur sumptus ac vehicula tanto itineri necessaria, eliguntur comites amore Christi c. 780. ferventes, in prosperis humiles, in adversis fortis. Favor metropolitani queritur, assensus 790. comprovincialium episcoporum petitur, nec negatur. Tristantur tamquam comparis absentia, letantur de eius iustitia, precantur illi adesse Christi presentiam, non defore Spiritus sancti gratiam. Benedictionem rogant rogati, salutant salutati. Eorum demum consilio ordinatur 45 ecclesia, commendatur plebs commissa. Sic accepta benedictione et data, exit novus hospes in cordis letitia.

Fulcitur cunei, quos nectit amor pietatis:

Fletus ora rigant, singultus pectora quassant.

Flet pius, ipse gregem prospectans flere sequentem,

Compulit, ut redeant; illi ferventius instant,

Ora manusque pedes stringunt, mulcetque gementes;

Ingemjnatur: *Ave, Salve, Felizque valeto.*

a) ita codex.

62) Axona ut videtur. 63) olca, germ. esch, terrae pars Virdunensis Vitonianis bona quedam S. Amentii portio arabilis fossa vel sepiibus inclusa. 64) Rhodex. 65) Anno 932. demum Berengarius episco- charta donavit, quam ipse Hugo infra in textum recepit.

SS. T. VIII.

44

Vixque post haec multis precibus elapsus eorum manibus, iterum firmat eos benedictionibus, monens et deprecans sollicitus divinis invigilare cultibus, ac animarum salutem querere propensius. Sic tandem eos commendans Domino, graditum aggre publico, fretu Dei auxilio. Itaque emensa nativa Gallia post aspera ac devia Alpium itinera exceptit eum Italia, deducens Romam apostolorum limina, ubi per diversa martyrum cimiteria querens orationum iuvamina, pernoctavit vigiliarum instantia, frequentius beati Petri revisens oratoria. Presidebat eo tempore Romanae ecclesiae Adrianus, vir apostolicus, cui nunciatus est Madelveus sacratissimus peregrinus. Benigne est ab eo susceptus, benignus diebus multis retentus, benignissime probata eius voluntate cum apostolica benedictione dimisitus. Pretergressa ergo Nursiae provincia, suscepit novum hospitem Campam, quem exinde amplexa est in Gargano archangeli aecclisia. Cuius pro foribus aliquantus excubans noctibus, confortatur angelicis consolationibus, exhilaratur divinis revelationibus. Prestolabatur eum gaudens Appulia, vulgante fama eius sanctitatis insignia; quem ut vidit, mirata proclamat cum psalmista: *Sicut audivimus ita et vidimus.*

^{fol. 17, 9} Post diversa autem locorum diverticula pontica⁶⁰ ingreditur littora. Hinc turbidi imminent fluctus, procellosi occurunt spiritus. Suscipiunt Madelveum pontificem peregrinum vita religiosum, innocentia gloriosum. Dat nauum navigio, credens se maris periculo, pastus caelesti sacrificio. Protelatur navigatio multorum dierum curriculo. Instat sacerdos praedicationibus, informat nautas doctrinis salutaribus. Continuis ieunatus diebus, vigiliis pernoctat et orationibus. Cum vero die quadam assuetum nautae concinerent celeuma, garrulitateque perstreperent nautica, tempestas oritur repentina. Navis autem inediis iactabatur fluctibus, suisque solvebat compagibus. Turbatis cunctorum animis, ablata spe salutis, sola subverat formido mortis. Tunc praeul beatissimus, non sorte detectus fol. 55. velut Ionas fugitivus, sed sanctitate conspicuus, cui probatus Domini servus, voce omnium rogatus pulsat caelum singultibus, vocat Christum gemitibus. Illico caelum eius patuit precibus, et oratio ad supernos pervenit auditus. Nec mora, aeris serenitas marisque redit tranquillitas ac animorum iocunditas. Inde Bizanteum letantes tenerunt portum. Constantinopolitanum in illis diebus regebat imperium Constantinus⁸ cum Hyrene matre, in rebus bellicis strenuus, in cultibus divinis devotissimus. Hic accipiens iustum advunisse Madelveum, querere, et suis conspectibus praesentare praecepit inventum. A quo multa audiens utilia suae que saluti proficia, ut pro se Dei misericordiam orare dignaretur prece quesivit humillima, 30 preciosaque ei offerens exenia, quae ille contempsit omnia, optatae vias dimisit eum cum reverentia. Quem Grecia excipiens peregrinum, mirata est inter suos phylosophum, extra suos theosophum. Erat quippe vere sapiens, potens in verbo et doctrina. Dè ore eius procedebat mel, dulcedo mellis lingua eius, favus distillans labia eius, ex dulcedine sermonis praebens cunctis incendium amoris. Descendit interea Ephesum orare ad Iohannis theologi³⁵ sepulchrum, ubi effudit multarum flumina precum, circumferens *In principio erat verbum*, recolens et edocens *Verbum caro factum*. Inde peruenit Loppen, diversis viis periculis perquirens tunicas et vestes, elemosinas Dorcadis, stupensque cum Petro linteum quatuor initis de caelo summissum, iussus in eo mactare quadrupedia et reptilia terrae in mortificatione viciorum, ac manducare, fructus dignos poenitentiae faciendo. Apprehendens post hec Hie- 40 rosolimam diu desideratam, et iam concupiscenti animo oblatam, introivit in tabernacula eius, ornatum locum sanctum fide et amore frequentans, qui est super omnia Deum in eis adorans, sepulcrum Iesi Nazareni crucifixi lacrimarum imbre die cotidie rigans, Christumque resurgentem a morte glorificans et adorans. Nunciator interea patriarchae Eusebii, qui tempore illo sanctam gubernabat aeccliasim Syon, Madelvei reverentissimi erga Christum devotione, circa loca sancta diurna frequentatio, iugis pernoctatio, carnis propriae mace- 45 ratio. Hic igitur his auditus moram pati nesciens in querendo, inventum amplectitur continuo, miratus in eo vultum angelicum, sermonem modestum, mitem gressum, habitum reverendum. Post hec introduxit eum in domum matris suae et in cubiculum genitricis suae, et dedit ei poculum ex vino condito, et iustum malorum granatorum. Cumque eum retinere cogitaret diebus vitae suae omnibus, revelatione est divina ammonitus, ne propriis intentus aliorum invidenter utilitibus, neu vellet habere peregrinum, quem suspirabant filii patrem fol. 56. quangelicum. Hoc tonitruo percusus, dixit ad eum tremebundus: *Voluntatis meae fuit, frater mi, te a me umquam nolle separari; sed quia Deo nequimus reniti, revertere, dilecte mi, ege-*

^{Act. Apost. 9, 39, 10, 11.} 60) i. e. marina.

dere et abi post vestigia gregum; pasce heds tuos iusta tabernacula pastorum, cape nobis
vulpes parvulas, quae demoluntur vineas. Sub umbra illius quem desiderasti sede, qui intro-
duxit te in cellam vinariam, ordinavit in te caritatem, fulcens te floribus, stipans te malis,
ac veniat dilectus tuus in ortum suum, et comedat fructum pomorum suorum; leva eius sub
5 capite tuo, et dextera eius amplectetur te. His dictis multorum preciosas sancrorum reliquias efforenBart. 12
cum calice cristallino opere mithlico sculpto si optuleris, dicens: Accipe, o care meus, hoc mutui amoris
pignus. Annuat Christus dominus his ac reliquis sanctis intervenientibus, ut iterum nos vide-
amus eum gaudio in coelestibus. Tandem ora manus alterutrum exoscultantes,
bona prosperaque sibi imprecantes, ab invicem divisi sunt flentes. Madelveus itaque sepul-
10 chrum Domini locumque ascensionis, ubi steterunt pedes eius, iterum iterumque revisens ac
deosculans, nativum solum revisere deliberavit gaudens et exultans, Deum in adiutorium
sum intendere petens et exorans. Inde longo ac vario labore itineris redditus est finibus
patris. Recepit alumnus leta tellus Gallica, occurrit pastori leta plebs Virdunica.⁷ Laetentur
15 caeli et exultet terra, vox consonat urbana vel rusticana. Fluunt lacrimae gaudio plenae, ma-
dent laetitiae genae, coronatur civitas, plateas replet hilaritas, aecclias iocunditas. Pontifex
egregius Dei auxilio fultus, sanctorum reliquiis honustus, intrat aeccliam devotus, orat Do-
minum corpore terrae prostratus. Consurgens episcopalem ascendit thronum, salutat clerum
ac populum, dans omnibus pacis osculum, adiungens benedictionis signaculum.

Quisque sua repetit, sacraea praeusu adiuit,
20 Pignera depositus, post hec sua tecta subivit.
Singula perquirit, si pax, si vita salubris;
Omnia quae voluit fore prospera protinus audit.
Ore Deo grates persolvit, pectore laudes.

Postera die lustrata novae aeccliae fabrica, laudata artificum industria, remunerafa custo-
25 dum diligentia, ordinat tempus vel diem consecrationi habilem, cunctis religione venerabili-
tem. Quae ubi illuxit, praesul cum sacris ordinibus aecclasiastico ritu omnibus exterius inten-
tiusque rite peractis, reliquias Iherosolimitanas in principali absida locis congruis venerabiliter collocavit. Quae vero in antiquiori foere aecclie, in parte altaris dextra in crypta subterranea decenter com-
posit. Erat autem hic praesul beatissimus studio castitatis mundus, abstinentiae robore vali-
30 dus, doctrinae dapibus refertus, patientiae longanimitate humilis, auctoritatis fortitudine fol. 56
erectus, pietatis gratia benignus, iustitiae severitate districtus. Qui pastorali sollicitudine
gregi sibi credito invigilans, alias caelestis doctrinae verbis erudit, multos religiosae vitae
exemplis roboravit, plurimos quoque ab omni infirmitatu molestia curavit, quosdam etiam
a demoniacis spiritibus liberavit, omnibusque exemplar et speculum totius sanctitatis se pre-
35 buit. Imminente vero resolutionis suae tempore, cum cognovisset revelatione divina se mun-
danis liberandum tumultibus, in aecclie in qua adoleverat cotidiano virtutum provocetu, cui
primo pastor et rector institutus, de qua etiam ad pontificium promotus fuit, sepulcrorum suae
locum delegit. Licet enim omnium aeccliarum insudaret utilitatibus, hanc tamen prae
omnibus locis sacris post primam, quae sedes est episcopal, coluit, ampliavit, et provexit.
40 Quod etiam omnes praedecessores eius fecisse novimus, utpote qui exceptis perpaucis
omnes in ea sedem habent requietionis. Accepit hoc privilegii donum aecclie ipsa a beato
patre debito cum honore nominando Sanctino, suo fundatore primoque christiana religionis
et nominis apud ipsum urbem doctore, ut post matrem aeccliam ipsa esset caput omnium
Virdunensis dioecesis aeccliarum, a qua et mater aecclie ipsa subsistendi accepisset inicium:
45 quae etiam est ab antiquo ab ipsis scilicet nascentis aeccliae primordiis cimenterium epis-
coporum et reliquorum fidelium christianorum. Quod privilegium ita permansit et permanet
inconvulsum, ut in ea fere omnes ejusdem urbis pontifices legantur divinis aptati servitiis,
tonsortati, nutriti, edocti, consecrati, excepta ipsa inunctione pontificalis dignitatis, quam con-
stat esse matris aeccliae, et frequentius, qui in ea functi sunt abbatis officio, pro virtutum
50 studio intronizati sint in solio episcopali. Et merito veneratur ab omnibus locus ille, merito
expedit, merito diligitur, quem apex tantae dignitatis attollit, quia etis eis, qui illo oratori
conveniunt, qui Deo inibi famulantur, qui corpora sua ob sanctorum patrocinia illuc tumulari
precantur, desunt bona adquisita per meritum, sufficere possunt, quae a loci fundatore
sancto Sanctino, a sanctis imbi quiescentibus praestabuntur, tamen prout fides petentium
55 merebitur. Attestatur huic nostrae astipulationi domni Bertari memorabilis antiquitas, qui
sanctorum Virdunensium pontificum acta replicans, basilicae quoque huius meminit in haec

Verba: Basilica inquietus, in qua praedicti episcopi requiescant, est in honore sancti Petri constructa, et habet multorum episcoporum sepulchra, et propter hoc multum a fidibus veneranda.

Huius ergo loco beatus Madelvus anno vitae sue penultimo, dono Teuthardi^a adquisivit res quasdam sitas in Virdunensi pago, loco qui dicitur Offelini curtis, et in fine Bettoliniaca, in fine quoque Virelinse, quas idem Teuthardus a genitore suo Gunthero sibi relictas iure possidebat hereditario in terris, mansis, campis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, et basilicam sancti Martini in ipsa villa Bettoliniaca^b constructam, quae omnia, sicut habebat et possidebat, sancto Vitono et huic patri nostro idem contulit perpetualiter possidenda anno inc. Dom. 775. inductione 14, regnante Karolo Magno anno regni eius 8, die 5. Idus Novembri, in ipsa scilicet sollempnitate sancti patris nostri Vitoni.

Diligebatur autem ab omnibus totius regni primoribus, et ab ipso praecellentissimo rege Karolo, quia et congruum erat, ut quem Dominus perfuderat gratia, ab omnibus amaretur. Studebat omnibus per omnia placere, non eo modo, quo placent hominibus, quorum Deus dissipabit ossa, ut repleantur confusione ab indignatione eius, sed illo quo omnibus per omnia placebat apostolus, non querens quod sibi esset utile, sed quod multis, ut salvi fierent. Ideo bona conscientia dicere poterat auditoribus suis cum eodem apostolo: *Imitatores mei estote, sicut et ego Christi*, qui utique volebat sine offensione esse ecclesiae Dei, ita scilicet temperandam docens conversationem, ne quis in ea scandalum pateretur^c.

<sup>1 Cor. 4, 16
11, 1</sup> fol. 58' Sed quid nos in laude eius temptamus, quod non sufficimus explicare? Ipse enim laus eius est, qui in sanctis suis laudabilis est. Quo ergo nos ducit oratio? Quid moras innecimus? Quid felicem eius e mundo transitum replicare tricamus? Adsit ipse nobis propitius, ut digna fari valeamus, aspiret cordi nostro meritum eius Spiritus sanctus et nostris infundatur visceribus. Dicamus itaque, quod dederit ipse de quo loquimur, et quomodo de mundo ad Christum, cui devotus servierat, migraverit, breviter indagemus. Advenerat iam tempus resolutionis eius, et beatus ipse ad quemdam episcopii fundum transierat causa consecratarum ecclesiarum, ubi tactus digladiabili sorte naturae, acri coepit fatigari dolore. O beatum, o vere felicem, qui sciens imminentem transitus sui diem, fatiscentes artus spiritui servire cogebat bonam hanc virtutem suarum consummationem existimans, si in tam pio, tam celebri Dei servitio expenderet, quod reliquum erat attriti corporis virium. Fecerat itaque votus satis. Consecravit namque vici illius ecclesias, et consecratio ipsa viget usque in hodiernum diem. Tanta enim erat tunc et nunc est auctoritas viri sancti, ut nullus episcoporum quamvis sanctus, quamvis iustus, consecrationem ipsam reiterare vel innutrat audeat, sed perennis est apud cunctos tunc facta dedicatio, et erit perpetualter. Tota igitur urbe, immo tota regione astante et ad verbum oris eius pendente, sermonem fecit omnibus de ipso festo ecclesiae, et quia praesimaliter ibidem sanctus sanctorum advenierit, cunctis admuniavit, atque ne consecratio reiteraretur prohibuit. Tandem omnibus valedixit, suumque exitum maturius affuturum praedixit. O quantus in voce hac luctus omnium, quae suspiria iuvenum, quanti gemitus dolentium! Et quis non fleret, ubi tantus vir suum a saeculo nunciabat excessum? Quis se cohiberet a lacrimis, ubi tanta erat destitutio omnium in absentia tanti patris? Igitur consueta salutis documenta replicans seque illis commendans, omnibus benedixit, et ut domini Dei memorarentur ammonuit, et sic expleto officio domum rediens, languore ingravescente acrius cepit anxiar. Dehinc relatus ad ecclesiam, exitus sui praestolabatur horam gaudens, et verba vitae omnibus annuncians. Plena erat ecclesia lacrimarum, plena gemituum, plena plangentium et dolentium. Solus ipse gaudebat, qui quo vocabatur agnoscebat, et vocationem suam precibus commendabat. Cum clamarent omnes: *Cur nos pater deseris? Cui tuas oves desolatas relinquis?* ipse omnium miserabatur, omnibus compatiebatur, omnes a lacrimis temperare docebat et sibi ad requiem festinantis eundum^d. Nec multo post venit hora sancto optabilis, grata spiritibus angelicis, mesta filiolis, et servum suum post diutine praeliorum exercita Christus invitabat ad praemia. Presentibus ergo ecclesiae suae filiis, post dulcia vitae monita, post ultima consolationis affamina viatico caeli pastus, pace data omnibus in bona confessione spiritum Deo tradens, patribus suis est appositus, adeptus optimam partem, quea non auferetur ab eo, quia in pace fuit locus eius, et in Sion habitatio eius.

^{a)} geuehardi corr. tenibardi e
^{b)} Verba II. folia et require sequentia sub hoc signo cod.

^{c)} us sundum et latiss

^{d)} Bettinville.

Fuit autem beatus Madelveus a tempore Pippini, qui Ansegiso ortus Karolum Tuditem genitum, qui pater Pippini, ex quo Karolus Magnus est genitus, extitit cuius usque ad tempora his iustus vixit vita sobria, iuventute casta, compleans eorum vitae praesentis in senectute bona. Senectutem autem ipsam dicimus, quae ab anno hominis quinquagesimo in septuagesimum septimum porrigitur, quando iam a statu suo minorari et infirmari virtus humana incipit, quia et aetas ipsa quae a 77^o anno in occasum protenditur, senium et decrepita vocatur; quando hoc quoque quod superest, languor et horror habet*. Quod ideo dicitur, ne simplex lector audiens beatum virum in senectute bona cursum consummasse, estimet eum usque ad ultimam senectutem venisse; cum constet unum quemque exacto spacio temporis 10 praestituti hora prae finita in oculis Domini defunctum cursum complesse, nec interest utrum quis in senectute aut in iuventute seu in infante debitus explaverit, quin minus et de ipso dicatur: *Cursum consummavit.* Obiit autem terra plorante, caelo plaudente, in proximo episcopii fundo, quid dicitur Novavilla, 4. Non. Octobris, anno aetatis sue 66, in ipso 15 inicio albecentis senectutis, exuens corruptibilem carnis tunicam, induens deificam immor-<sup>Bart. 12
Ges. 22</sup> talitatis stolam. Hoc accepto elogio civitas tota turbatur, populus omnis merore afficitur. Nec mora, omnis aetas, uterque sexus indiscreti corpori obviam ruunt, lacrimarum imbræ fundunt, plangoribus aera tundunt. Nec defuere exequi beati corporis caelestes exequiarum ministri, qui beatum funus, dum suo ambiant apparatu, odorem dulcissimum sua praesentia exhibuerunt, ut palam cunctis daretur intelligi, advenisse illuc ipsum quoque auctorem 20 suavitatis. Et revera. Ipsa enim clemens affuit divinitas, consolans lugentium lacrimas, notificans, quae in defuncto pietas, quanta simplicitas, quae cordis fuerit puritas. Statim namque ut coelo spiritum reddidit, duae columbae candidiores nive ab ethere cunctis videturib^{is} lapsae super crucem quae ante corpus erat sederunt, et per omnes exequiarum moras, usquequo sepulturae traditum est, manserunt, siue intuentibus illis, iterum poli secreta 25 petierunt. Cum tanta ergo caelestis exercitus frequentia curatum est corpus patris pia filiorum diligentia, et sic cum omni veneratione dignissima delatum ad aecclesiæ beati Petri apostolorum principis filiorum humeris, quae sita ad septentrionalem plagam urbis, in qua preciosus Domini confessor Vitonus cum multis praedecessoribus seu successoribus suis requiescit præsulibus sanctis; ubi officio sollempniter ex more celebrato, occurrentibus vicina-<sup>Bart. 12
Ges. 22</sup> rum urbium episcopis terræ est mandatum cum gloria. Felix aecclæsia tanti patris humatione digna. Felix locus tanti thesauri largitione ditatus! Beatum dixerim populum, tanti pastoris regimine sublimatum, benedictione protectum, miraculis iocundatum. Etenim si gloria aecclæsiae laus doctoris est, quantæ erant, immo quantæ sunt huius aecclæsiae gloriae, cuius doctorem tanta Deus omnipotens approbat laude? Ecce ad exequias eius celestes excubabant 30 ministri, ut agnosceretur in terris quanta hunc Deus gloria donasset in coelis.

Beata plane exequiarum funera, talium testium visitatione digna. Et quid est columbas ^{fol. 39}
de coelo venisse, funeri obsequium et solarium præbuisse, iterum cunctis videntibus celi
secreta petisse, nisi Christum in specie alitis innocua fidelibus populis de morte patris moe-
rentibus suamque destitutionem lugentibus patenter ostendere voluisse, illum, cuius funus
40 erat, in innocentia et simplicitate vixisse, sine felle amaritudinis vitam piam, timoratam, cir-
cumpectam, sollicitam, societatis sanctorum avidam, ab omni malitia nevo immunem ex-
egisse, et consortia sanctorum in gloria curiae caelestis pia devotione meruisse? Accendant
adhuc et potiora miracula, glorificetur Deus in sanctis suis, qui est mirabilis in operibus suis
Humato enim patris corpore, ut ostenderetur in caelis semper vivere ad ostendenda præ-
45 clara eius merita, fiebant ad sepulcrum eius divina miracula. Et quia pia Dei clementia illum
a puerò ab omni inquinamento carnis abluit, mentemque eius castificans ab illusione diabo-
lica potenter defendit, isque sibi mundo corde et casto corpore servivit, eius post obitum
evidentius manifestavit. Ut enim ipsius mens inviolata libidine, ita caro mansit incorrupta
putredine. Siquidem cum sepulcrum eius cotidianis virtutum floreret prodigiis et crebris
50 populorum frequentaretur excubiis, erat tamen situm negligentius quam poscit debitatee vene-
rationis cultus. Quare dignum duxit tunc temporis episcopus clerusque omnis et populus

a) *Auctor haec invari et postea iterum delebit:* Infans enim septem anni finitur, 14 puerilis. Sequens adolescentia dubius constat ebdomadis propter intellectum et actionem, et duo nondum erant ipsi. Et porrigitur haec aetas a 15^o anno in 28^o. Succedit iuventus tribus constat ebdomadis propter intellectum et actionem et corporis virtutem, quae 55 a 28^o incipiens, 40^o consummatur. Senectus vero quatinus ebdomadis completur, propter accidentem in illis tribus animi et corporis gravitatem; incipit 50^o anno, 77^o terminatur. Senectus autem vergens a iuventute in senium que decrepita vocatur vitam ultimam anhelans.

illud mutare decentius. Presidebat eo tempore Virdunensi ecclesiae Berhardus episcopus, vir catholicus et religiosus et in fide sancta nominatissimus, imperante Lothario Ludovici p̄i filio, cuius regnum fuit Italia cum urbe Roma et parte Franciae quam Mosa et Rhenus inter se claudunt. Qued cum; uti deliberaverant animo, certant effuso implere sarcophago, subito illis inestimabilis ostensa est visio. Nam ablato sepulchri cooperculo, vident cadaver 5 ante 40 annos defunctum velut viventem hominem soporatum, candore litorum vel rubore rosarum perfusum, nulla macula nec aliquo mortis signo fedatum. Quo viso miraculo, odore que perfusi suavissimo, cuperat flere p̄a gaudio, levantesque corpus sancti cum reverentia et iubilo, in praeparato transponunt mausoleo, ubi extunc operatur divinitas, cunctosque Dei medetur pietas. Sopitur omnis ibi infirmitas, fugatur caecitas, erigitur curvitas, robora- 10 tur debilitas, omnibus redditus sanitas.

Habet iam beatus Vitonus in caelis solum et concivem, quem habuit aliquando in terris alumnus et devotum successorem. Coniunctus est sanctis in gloria, quibus devotus servit in hac vita laboriosa. Queramus et nos eum patronum et tutorem, et cum reliquis sanctis 15 pium apud Deum intercessorem, quem meruimus habere doctorem et veritatis p̄aeconem. Illic ergo positus nos hic orantes exaudiatur tueatur et protegat, et quos habet in terris suplices veneratores, optineat suos in celis fore concives.

fol. 60. Si ergo huius beati viri ductus amore diligens lector studiosius cupit addiscere, quo in tempore natus quoque sit ad episcopatum promotus, quot annis ante episcopatum vel quot in episcopatu vixerit, et quo hominem exuerit, teneat cronicam memorialis eius, et sic per 20 succedentium sibi regum et Romanorum pontificum tempora quo querit inveniet. Relatum est superius, quod ante ordinationem eius per multa dierum curricula absque pastore fuerit plebs Virdunica. Non enim sinebat p̄aeffectorum, qui et maiores domus dicebantur, improba licentia aecclesias uti libertate propria, cum ipsas quoque urbes nimium attriverit, maxime tamen Virdunum, quae sita in confinio Neustriae et Austrasiae, utrobique incursioni 25 diripientium patuit et rapinae. Duravit haec vastitas per annos complures, a tempore scilicet Theoderici et principis Ebroini, quorum bestialis et non humana saevitia maculavit regnum Francorum sanguine procerum et magnorum usque ad secundum Pippini regis annum, quo institutus est a Stephano papa rex Francorum, sicut et praedecessor eius Zacharias constituerat, qui fuit annus ab inc. Dom. 754. Tunc primum discussa caligine horribilis turbinis, 30 nova lux oriri visa est Galliarum populis, et plebes, quae carebant pastore, suum quaque certatim rapere; quo anno inthronizatus est hic beatus auctoritate Stephani papae et Pippini principis laude. Dum ergo referat cronica, quid fuerit a tempore Pippini qui Ansegiso ortus Karolum Tuditem genuit, usque ad Karoli tempora, teneamus annum ab inc. Dom. 712. quo beatus hic natus est indictione 18, et sic computando ascendentibus habebimus ipsos annos, quibus Pippinus supervixit, annos etiam 27. quibus Karolus optimus principatus post patrem, sex etiam quibus filii eius Karolannus et Pippinus post eum dominati sunt communiter, quatuor quoque quibus ante unctionem solus principatum optimus, ipsum etiam annum, quo in regem elevatus est, et sic summam numeri colligentes inveniemus quod 45. aetatis sua anno consecratus sit electione superna, eo scilicet anno, quo Pippinus rex constitutus a 40 papa est. Hinc iterum enumeratis a. 15 quibus postea Pippinus solus regnavit, et 8 annis regni Karoli, quia in nono hic beatus hominem exuit, cum obsideret Karolus Tharovisam Italiae urbem, inveniens quod 54. pontificatus sui anno per aperituras celestia et aeterna commutans, in proximo episcopi fundo, qui dicitur Novavilla, ad Dominum migraverit, 4. Nonas 68 Octobris, aetatis suea a. 68, indictione 15, epacte 28, anno pontificatus Adriani papae⁶⁸ sexto, ab inc. Dom. a. 777, Constantini et Irene temporibus, anno regni eorum sexto, uno ante septimam synodus anno. Ergo felix Madelvi ortus, felicior vitae cursus, felicissimus fuit occasus, praestante Iesu Christi gratia cui est honor et gloria in seculorum secula Amen.

fol. 60.
Chro. Div. Anno igitur ab inc. Dom. 754. Pippinus rex intravit Langobardum, et Stephanus papa reversus est Romanum. Anno quoque ab inc. Dom. 760. perrexit Wasconiam, et anno sequenti cum filiis Karlo et Karolannus Aquitaniam et Bituricos cepit. Anno 762. iterum ivit Aquitaniam et conquivit Lemovicus civitatem. Cumque septima vice illo iuxta per Viennam transitus, Bertoricus ex famulis ecclesiae episcopatum Viennensem dedit. Post haec anno ab inc. Dom. 768. obiit 8. Kal. Octobris, et eodem anno, die videlicet sequenti, unci sunt in roges Karoli et Karolannus. Franci illa divisernunt, ut Karolus partem, quam pater Pippinus tenuerat, obtineret, Karolannus vero partem, quam prosvus eorum Karolannus habuerat, susciperet.

55

a) ita c.

68) Adrianus inde ab a. 772, Constantinus et Irene ab a. 780. sederunt, synodus Nicaena anno 787. celebrata est.

Anno ab inc. Dom. 755. indictione 8. post Gayroinum episcopum, qui in expeditione imperatoris obiit, dominus Manasses ordinatur abbas in Flaviniaco uno imperatoris Pippini. Hic corpus beati Prelecti martyris a Volovico delatum aeccliesiae suae intulit 8. Idus Novembris. Hic etiam cellam primus Corbiniaci instituere volens ab imperatore Karolomanno obtinuit, nec tamen fecit. Obiit a. 787, Non. Novembris, 33. anno suae ordinationis. Successit Adalbertus. Karolus Magnus contulit Deo et sancto Petro sanctoque Preiecto et abbati Manassae, ut nullus hominum Flaviniacensis aeccliesiae in omni regno suo telonem daret in civitatibus, mercatis, viciis, villis, pontibus, non de rodatico, baganatico, pulvretico, mutatico, rivatico^a, salutatico, laudatico, tranicatio^b et de hoc quod homines ad dora portare solent, quidquid ad ius fisci pertinebat, indulxit, et de omnibus terris monachorum in toto imperio suo teloneum omne eis concessit 5. Non. Maii a. 7. regni sui⁶⁹.

Karolomanus igitur post administratum communiter quadriennio regnum decessit a. 771. pridie Kal. Decembris; Chro. Div. Carolus solus regum opinuit. Anno regni sui secundo, dum adhuc frater viveret, bellum Aquitanicum a patre inchoatum, sed nondum finitum, tanta felicitate consummavit, ut omnem et Aquitanum et Wasconium sibi retineret et fol. 60.
15 sibi subiceret. Igitur post Stephanus^c Paulus sedit Romae annis 10, die i; obiit anno dom. inc. 767; post quem Stephanus annis 3, mensibus 10, diebus 28. Cui succedens Adrianus, sub quo habita est a quinque patriarchis apud Nicaeam synodus 350 patrum temporibus Constantini et Hyrenae matris anno imperii eorum septimo, regni Karoli Magni decimo, ab inc. Dom. 778, sedit annis 24, mensibus 3, diebus 17. Obiit anno dom. inc. 796. et successit Leo.

20 Compositis itaque Karolus rebus in Aquitania, et socio iam defuncto, precibus Adriani pontificis Romani bellum contra Langobardos cepit. Anno 772. Karolus intravit Italiam, et suscepit bellum quod a patre suo, Stephano papa supplicante, fuerat susceptum. Quidam autem de primioribus Francorum adeo voluntati eius renisi sunt, ut ipse regem dexterum et dominum reverens libere pronunciarent. Coepit tamen est. Karolus igitur Desiderium Langobardorum regem paucorum dierum obsidione compulit, et obides dare; et erupta Romania restituere, atque ut non repeterentur 25 sacramenta firmare. Papia autem tradita est anno ab inc. 774, septimo anno regni Karoli. Finis igitur belli fuit subacta Italia, et Desiderius perpetuo exilio deputatus in Francia, filius cuius Adalgiso puluis Italia, et res a Langobardis erupae Adriano papae restituta. Karolus ergo Langobardia subiusta et sacramento firmata cum praefecisset omni Italiae Pippinum filium suum anno ipso, qui erat, ut dictum est, ab inc. Dom. 776, repetivit bellum contra Saxones rebellantes.

30 Anno ab inc. Dom. 776. qui erat regni Karoli 9, obiit Madelveus episcopus, et cum ob- sideret exercitus Karoli in Tharavisa Italiae civitate Stabilinum sacerdotem Chrotgaudi, qui contra Karolum rebellaverat, et propter hoc Karolo Italianum ingresso in bello occisus erat: erat in eadem civitate Petrus vir Italicus, a quo tradita est civitas, et ob hoc de Virdunensi episcopatu honoratus est. Quo in tempore preeerat ecclesiae sancti Vitoni abbatis nomine et fol. 61.
35 officio Fretmodo diaconus et abbas, qui post sanctum Madelveum locum ipsum regendum suscepserat. Temporibus ipsius Fretmodi, hoc est 14. anno regni Karoli qui erat ab incarnatione Domini a. 781, dedit quidam vir nobilis Becco canonicus sancto et famularibus eius pro anima sua et pro anima Amlingi germani sui in ipso cymiterio sepulti res proprietas sua quas habebat in pago Virdunensi^d, loco qui dicitur Gailanae curtis super flum Agira,
40 id est ecclesiam in honore sancti Christophori, cum omnibus quae ad ipsam villam pertinere videbantur, sicut in charta continetur. Postmodum interventu^e Petri episcopi idem Fretmodo fecit praestariam de Raherei curte et ad eam pertinentibus cuidam Bettioni abbatii, qui sancto Petros et sancto Vitono, qui et i Garani curtem cum appendicis, et post mortem eius melioratas curias illas sanctus possedit V dinus.

45 Tunc fuit episcopatus Virdunensis per 12 annos vacans, sed quidam servus Dei Amalbertus nomine, iuxta morem temporis illius factus corripicopus, regebat ipsam ecclesiam, et in quadam oratione sub honore omnium apostolorum quasi solitaria vitam dicebat. Et tunc perdidit ipsa ecclesia quedam, quae sibi collata aliquando posseuerat, et hoc in tempore Karoli Magni. Licit enim Petrus praefectus vir Italicus pro traditione Tharavisa de ipso episcopatu fuisse ib. 14.

ab eo honoratus, quia tamen semper suspecti sunt tradidores, in episcopatu per tempus praesciptum scriptum receptus non est. Tamen ne verbum regis esset inane et vaeguum, post praesciptum annorum spaciū concessum est illi civitatem ingredi et episcopatu potiri anno ab inc. Dom.

788.^f fuitque per 25 annos et passus est multa adversa. Certo etiam infidelitatem imperatoris obiecerunt illi, et ob id per 12 annos non fuit susus imperatore videre. Sed postea a filii ecclesiae ipsius coram principe recte purgatus, edit illius presentiam, et in diebus eius ecclesia sibi non solum non adquisivit, sed et perdidit plurima.

55 Difficile enim est, ut bono terminentur exitu, quae malis sunt inchoata principiis. Probat hec ruina sua Virdunensis civitas, quae turrium murorumque solidissimo ambitu, utpote lapide, plumbo ferroque conseruo unita, unde et nomen sortita est, ut vocaretur urbs Clavorum, pro tuenda Italicu huius instabilitate et experta infidelitate a Carolo destructa, nunc ingentis

^{a)} i.u. delatum. ^{b)} tra delatum. ^{c)} [obiit] Stephanus V. Kar. Mai [ind.] X. in marty. ^{d)} vox fere tota perit.

^{e)} linea ultima perdit. ^{f)} vocem extiram supplex.

⁶⁹⁾ Bouquet V, 732.

tantum^a praefert indicia et vix aliqua antiquae illius firmitatis retinet^b, edocens omnes suo tali infortunio, quae Dei sunt a Deo esse querenda. Sensit etiam rex insensibilis perniciem tanti infortunii, ut non minor hic nisi quia praemeditatus accederet hostis, quam dudum Vandalia pestis. Et merito; nam ab ipsis fidei rudimentis usque ad tempus illud semper in Dei nomine pontificis valuit electio cleri et populi; et si in quibusdam principes leguntur favorem et consensum praestitisse, nusquam tamen feruntur electionem vetuisse pontificis ordinandi, aut factam immutasse. Sepultus est in ecclesia sanctae Mariae ante altare sancti Petri. A vastatione autem urbis Viridimiae, quae facta est a Vandals usque ad desolationem eius factam sub Karolo colliguntur anni fere 380. De quadris autem lapidibus dirutae civitatis Aquisgrani capella extorta est.

Bert. 15. Post eius mortem elegerunt sibi clerici et populus episcopum de regia palatio anno 815 Austranum, contorem ipsius, virum strenuum, cuius industria Bracenses negotiatores eiusdem ecclieas ditione redacti sunt. Et hic superfuit annos 5. Requievit autem anno ab inc. Dom. 819. et sepultus in basilica sancti Petri apostoli cum praedecessoribus suis.

Chron. Div. Suscepimus ergo bellum a Karolo contra Saxones per 33 annos maiore dampno Saxonum quam Francorum gestum est. Videntur Saxones quod resistere non poterant, pacem petentes, baptizati est multitudine eorum. Anno ergo ab inc. Dom. 780. venit Karolus in Saxoniam in loco qui vocatur Patriarchona, et ibi habuit placitum magnum, et ibi conveniunt Saxones ad baptismum, ditione a rege posita, ut Franci et Saxones unus essent populus. Duobus itaque praeliis ita contriti sunt Saxones, ut ulteriori neque regem provocarent, neque venienti resistere saderent. Plures tamen nobilis eo bello consumpi sunt.

Anno 783. Hispaniam aggressus sibi subdidit, et Britanniam. Per quadraginta enim et septem annos, quibus regnavit, ita ampliavit Francorum regnum, ut cum esset aedes magnum et forte, duplum illi addiderit. Colebat prae omnibus sacris locis eccliesias sancti Petri apud Romanum, cui etiam multis contulit in aure et argento. Ad hoc semper laboravit, ut urbs Romana suo labore veteri auctoritate; quam cum tanto amore diligenter, quater tantum in omni tempore regimisisse sui illo ivit. Nunc isto sibi Adriani Romani pontifici obitu ita levit, ac si fratrem karissimum amisset.

Einh. vita K. fol. 60^c. Dominus Manasses corpus sancti Preiecti martyris a Volovicō delatum Flaviniacensi intulit ecclesiae, quam in honore sancti Petri et eiusdem martyris fundaverat. Exceptio eius 70 8. Idus Novembris celebratur. Hic obtinuit apud Karlomannum^d, ut in Corbiniano villa cenobium construeret. Obiit 33. anno ordinationis sua, Non. Novembris; cui successit 30 Adalbertus vir venerandus anno 21. Karoli, et 5. anno ordinationis suae decessit, et ei successit Zacho, et quarto anno moritur; et huic Alchuinus succedens 7. anno obiit, et sic 35. anno imperii Karoli dominus Apollinaris ordinatur abbas dono imperatoris. Hic etiam abbatiam Divisionensem et Reomensem rexit, et ecclesias easdem possessionibus auxit, sanctorum reliquias honestavit, praecipue tamen Flaviniacensem provexit et auxit. Obiit pridie 35 Kal. Aprilis a. 12. imperii Ludovici. Interfuit concilio Aquisgrani habito 4. anno Ludovici eiusdem, et post 2 annos successit Vigilius abbas, a. 14. Ludovici. Viennensem tunc temporis ecclesiam ^eVetus, Lugdunensem Ado regebat. Post Adonem Hildiuinus nepos eius Lugdunensem ecclesiam paululum nos episcopum tenuit, et abscedens Lirini monachus factus est. Post quem Lugdunensem ecclesiam Leidradus suscepit honoris rei publicae utilis; Viennensem vero Vulfert Bavarius rexit a. 11, cui successit Berardus. Leidradus vero in initio imperii Ludovici imperatoris Suessione monasterium petuit, et in loco eius Agobardus substitutus eiusdem ecclesie coreipiscopus, consentiente imperatore et omni Gallicanorum episcoporum synodo. Quid quidam defendere volentes, dixerunt eum a tribus episcopis in sede Lugdunensi ibente Leidrado fuisse ordinatum. Hic igitur Agobardus et Bernardus Viennensem apud Ludovicum accusati, desertis ecclesiis, in Italiam ad Cloarium se contulerunt; sed agentibus piii imperatoribus, uteque sedem suam receperit. Et post paucos annos Agobardus apud Sanctonam in expeditione regia defunctorum. Bernardus quoque obiit, et Agylmarus substitutus. Amolo quoque Lugdunensem episcopatum suscepit, causa auctorita et amor Karoli erga eum mulum valuit sancto papae Leonii, ut ipse hoc testatur in epistola ad eum missa.

fol. 61^c. Successerat post Adrianum in pontificatu Romano Leo anno ab incarnatione Domini 796, qui sedet in eadem Gesta p. A. sede annis 22, mensibus 5, diebus 15. Hunc Romani letania maiore captum multis affectu iniuris, erutis oculis, 50. Chron. Div. Ado. lingua ampalta, anno dom. incuso. 799. fidem regia implorare compulerunt. Misus enim in custodia, per murum noctu auspugnit ad ecclesiam sancti Petri; inde a Francis Spoletum deductus, ac demum ad Palabronnam-honorifice a Chron. Div. rege susceptus, et cum honore Romani est remisus. Hec fuit causa ultimi adventus Karoli Romam ad reparandum Ado ecclesiae statum, ubi totum hiemis tempus exigit, quo in tempore imperatoria et augusti nomen assumptum a. 799. ind. 8, quod primis multum quidem aversatum est. Tum habita queatione de ea, qui Leonem papam ita in honeste tractaverant, et deponendo contumelieverant, ut reos maiestatis capit plectendos iussit. Pro quibus piis pontifex intercessit, et rex eis vitam et membra perdonauit; in exilium tamen sunt missi.

Anno ab inc. Dom. 803. imperator legionem Romanam misit de inquirenda veritate, si, ut fereratur, sanguis Christi in Mantua fuisse inventus. Qua de causa Leo in Franciam venit, quem imperator Remorum civitate suscepit, natalem Domini cum eo celebrem duxit, et donatum maximis munieribus per Bavariam ire volentem deduci usque 60 Ravennam.

a) munitionis? b) vestigia?

70) Est charta Karoli regis data anno regni 8. sine die et loco. Plancher histoire de Bourgogne T. I. preuves p. 5.

Anno ab inc. Dom. 806. delata sunt corpora et ossa sancti Cipriani a Carthagene cum reliquis Scillitanorum martyrum.

Anno ab inc. Dom. 810. Pippinus Italicus rex defunctorum, in cuius rego Karolus filius eius Bernardum nepotem habuit.

Anno ab inc. Dom. 813. quidam de primoribus Romanorum conspiraverunt in interium Leonis papae, qui comprehendit iussum illius interfecit sunt. Exacto vero papato sui anno 21st cum graviter aegrotaret, Romani collecti menu omnis prædicta, quæ in singulis civitatis territoriis noviter construxerat, primo diripiunt, deinde concrement. Quos prohibuit ab incepto Bernardus Italico rex; et eodem anno obiit papa Leo.

Extremo vite sua tempore congregatus omnium Francorum primorum, Hludovicum filium suum consortem regi Chron. Div. 10 et imperialis nomine fecit heredem, imposito capilli eius diademate. Quia in tempore Herlandus excepit Virdunensem Ber. episcopatum, vir nullum simplex et ultra modum iniquans; et hic expletis in episcopatu annis 7, obiit Aquis, et relatus inde, sepultus est iuxta Antricenam in basilica sancti Viti. Karolus quoque decessit anno ab inc. Dom. 815, statim sue Chron. Div. 6. 72, regi 47, 5. Kal. Februario, et eis sepulcus Aquigranum palatio in aseclia, quin ipsa aedificaverat. Successit Ludovicus cognomento Plus, et per annos 25 magno moderamine rexit imperium, et hosibus fortiter resistens potenter 15 ter eos terruit.

Anno 816. obiit Leo papa, et succedens Stephanus sequenti anno obiit, cui succedit Paschalis.

Anno 817. Ludovicus concilium habuit de abbatis et monachis, ubi interfuit Apollinaris abba Flaviniacensis, et obiit 826.

Anno ipsius domini Ludovici 8, et incara. Dom. 823, natu est ei filius Karolus in Fracnonofurth palatio novo, Ep. Hinc. 20 et ibi ordinatus est pridie Idus Iunii Drogo Karoli Magni filius, et datus est ei episcopatus Virdunensis, et Humberto praecetori palati episcopum Meldensis traditum est. Qui inventus in ipsa ecclesia quaternunculus de vita sancti Sanctini, sed valde contritus. Eodem anno in territorio Tullenensi, villa Commerciaco, pueri subito sancti post acceptam Chron. Ann. 25 dictionem unctione coepit, et tres annos abeque omnis cibi et potus perceptione permanens, a. 826, iterum manducare coepit. Habuit Ludovicus et alios tres filios, Lotharium, Ludovicum et Pippinum, et ex alia uxore iuniorum, quem Chron. Div. duximus Carolum.

Anno 824. Paschalis papa obiit, et Eugenius successit, et tribus annis administrato pontificatu Romano, Valentino sedem reliquit, qui eodem mense obiit, et Gregorius IV. successit. Sedi a. 29. Huius tempore, ut in Gestis Frani corum legitur, Ludovicus in Elissiam prefectus occurrentibus ibi filii suis cum praefato Gregorio Romano pontifice, A. Fuld. 533. 834. iudicio episcoporum nomen depositus et ad penitentiam agendum aliquanto tempore privatus et inclusus visitari.

Anno 828. cum omni potestate Francorum Pii Ludovici studio vacaret otio, quidam tantum boni spem non ferentes, uxorem imperatoris ab eius latere in Aquitanum sub custodia dirigunt. A rege quoque universus populus deficiens ad filios eius se transiit: ipse custodis traditus est, uxoris eius itidem custodes principes est; ad eum deo post tam aduersa prospera succedit, populi ad penitentiam converuntur, ipsius in pristino gradu revocantes sublimant, filii manus missis venient flagitant, matrem reducent. Clothario iam imperatori ut extra Italiem nisi patre iubente Regno. 35 non procedere principes imperant. Quod divina pietate et gratia factum est quia ipse imperator in sequentibus iudicio episcoporum ad penitentiam reconciliatus est. Fuit autem hec delectio maxima ex parte facta pro multitudine fornicationis Indithi uxoris eius.

Anno 839. Lotharius relicta Francia Italiam petivit. Ebbo Remorum archiepiscopus deponitur, et multi alii exilio dampnatur, quia in dilectionem imperatoris conspicerant. Defuncto autem Herlendo antistite, abbas pars cleri Ber. 40 et plebia Virdunicas ad Hludovicum imperatorem anns dom. inc. 827, et poluerunt sibi donum Beldianum de Alemannia, virum bonum et sanctum, qui in episcopatu suo multas ecclesias construit, et multa bona operatus est. Ludovicus igitur regnum suum inter filios eius divisit: Lothario qui erat maior natus tradidit imperium et regnum Chron. Div. Italie, et partem Franciae quam Mosa et Renus inter se dividunt, et partem Burgundie; Ludovico tradidit Bavariam, Saxoniam, et regna quæ Karolus subegerat; Pippino Aquitanum, Wasconiam et terram sibi subiectam usque in Hispaniam; Karolus minimum natus, qui Calvus est dictus, adeptus est Franciam, Burgundiam, Neustriam. Unde indigasti sunt fratres, quis nobilis cum sibi sequari, vel quis melius pars regni ei collati fuisset. Unde post patris obitum grave inter eos ortum est bellum, et tamen statua patris immutari non valuerunt. Ad extremum etiam Aquitanum fol. 62. Karolus optinebat. Pippino enim ante patrem defuncto, filius Pippinus renoncavit, qui quis ad regnum gubernandum minus fuit utilis, ad Karolum se principes contulerunt, et regnavit Karolus Calvus ensis. . . Anno Domini 839, corpus sancti Bartholomei Beneventum deflatum est. Obiit Apollinaris abbas Flaviniacensis pridie Kalend. Aprilis, duodecimo anno Ludovici, et post duos annos Vigilius successit annis 14, et post eum Arewaldus subrogatus est anno 25. ipsius Ludovici.

Obit autem Ludovicus 12. Kalend. Iulii anno ab inc. Dom. 840, imperi sui anno 25. Corpus 48a. eius a Dragone fratre Mettum deflatum et in ecclesia sancti Arnaldi positem est. Successit Lotharius in regno.

Anno ab inc. Dom. 841. fuit apud Fontanidum bellum gravissimum inter fratres filios Ludovici, et non sine Regno. 55 magno scindendo Karolus et Ludovicus vicerunt. Eodem anno Agobardus Lugdunensis episcopus obiit, et illud Ann. Leg. memorabile opus, quod stetit a tempore Trasiani imperatoris et Forum vetus appellabatur, Lugduni corrigit. Dum ergo Chron. Div. quisque sibi consulit, et ne alter sibi praefesteret, eum unitum Francorum regnum fœtae sectiones sciderunt, et exteris nationibus occasionem rebellandi contulerunt. Ingruenibus enim Normannia, Danie, et Britonibus, fuit christianorum 60 strages, depredations, vastationes, incensiones. Hæc de causa pacificantur inter se reges, et qui armis non possunt, pecunia se redimunt. Eodem anno, qui erat ab inc. Dom. 821, Normanni, id est aquilonares populi, vastaverunt Ann. Fuld. Rotomagum, anno 1. Lotharii et Karoli.

Anno 844. mortuo Gregorio Sergius papa succedit, et 3 annos administrato sacerdotio Loni. IIII. dereliquit, et Gestap. B. post annos . . . succedit Benedictus III. annis 2, et Nicholaus I. Qui exactis in sacerdotio 10 annis Adriano cathe- 65 drum reliquit anno ab inc. Dom. 888.

Lotharius igitur maior natus opinenter imperium, contentus fuit ea parte regni quam supra dimisus, cum urbe Roma et Italia. Iudicio 15. fuit annus Lotharii imperatoris in Italia 33, in Francia 13. Habuit filium Ludovicum qui Regno. 66 in vita patris Romæ a Sergio papa coronatus et imperator appellatus est. Regebat tunc Virdunensem ecclesiastum praefatus

a) boni supplex. b) p. t. a. supplex. c) ponit supplex. d) ut extra delectum. e) procedere delectum. f) divin. 70 delectum. g) supplex. h) delectio delectum. i) corrigi DCCCXLI.

domus Hildianus episcopus, vir per omnis laudabilis. Sed hic post bellum in Fontanido scelum magno odio habuit a Lothario imperatore, anno ab inc. Dom. 851. obiit in ista civitate cum magno dolore et tristitia Idas Ianus, excisus in episcopatu 24 annis, et sepultus in cripta sancti Vitoni. Post eius excessum ordinatus est in ipsa ecclesia dominus Hatto, et pro predicto imperatoris odio invocat tuicam sanctam Mariam per multis scissam et disruptam, id est res praefatae secessione nimis subtracta et alienata. Pro quarum alienatione et suorum afflictione toto nisu erexit se contra inimicos ecclesiae, donec miserante Deo ad pristinum statum omnia reduceret et redintegraret. Insuper etiam optimis spud Lotharii ionorem regere villas et praedia quamplurima, ut demonstrat cartarum notitia. Erat enim intentio eius et labor nimius, ut ecclesia sibi commissa exaltaret et pace frueretur. Quod et fecit diebus vitae Lotharii ionioris. Hie accepit partem reliquiarum sanctorum confessorum pariterque pontificum Mauri, Salvini, Astorii, quorum corpora sancto Agerico revelata, et ab eodem fuerant honorabiliter et sanctissime orditata in eadem secessione ubi primo fuerant tumuli 10 ista, sancti Petri apostoli nomina consecrata, sed a domino Hildino in nova sancti Medardi secessio erant translata, et repositi in monasterio quod Theologium dicitur, ecclesiae sue subiectum. Brachium vero sancti Mauri in secessione quam ipsa in castello novo, quod nunc Hattonia castrum ab auctoribus nomine vocatur⁷¹, construxerat.
fol. 62^a. r. 1. sub alteri recondidit ad salutem et prasidum posteriorum. Lothario ergo iunior rege filio Lotharii diem obenite anno ab inc. Dom. 874. in mense Augusto, etiam iste obiit Kalend. Ianuarii, et est sepultus in basilica agniti Vitoni, 15 in cripta iuxta corpus domini Hildini episcopi, excisus in episcopatu 23 annis. Ipse etiam inchoavit novam ecclesiam sanctae Mariae, et magna ex parte construxit.

Et tempore praesidebat Metensi ecclesiae Adventinus pontifex, Virdunensi Hatto, Lugdunensi Remigius. Hic Adoni Vienensis episcopo, Romanae ecclesiae vicario, et Nicholao papae ⁷² pro eisdem episcopis Treverensi et Coloniensi⁷² depositis litteras misit. Clerus quoque Coloniensis eidem itidem misit litteras, quae habentur in catalogo. Sed cum a multis per labores rarerat diverso modo tum timore regis tum amore illorum, nullatenus persuaderi papa potuit, ut restaurarentur. Defuncto autem beato Nicholao cum imperante Ludovico successisset Adrianus, et litteras misisset Galliarum episcopis, ut non alios ordinarent episcopos nisi quibus praefatus imperator episcopatum concederet, et ordinari mandaret, non consenserunt 25 venerabiles episcopi, sed pariter congregati litteris factis communiter suggesserunt papa, se decreta sanctorum patrum fideliter observare velle et secundum scita canonum episcopos fol. 62^b. consecratorus; quarum textus in cathalogo sacrarum scripturarum habetur. Scripsit et alias epistolam Gerardo duci et Rofrido comiti et omnibus Galliarum comitibus, ut nullius hominis favore vel gratia permetterent alios viros ecclesiastici ordinis in episcopis totius Galliae 30 et Burgundiae consecrare episcopos, nisi quos Ludovicus imperator inberet; cui satis luculentem et honeste obviaverunt praefati venerabiles Galliarum episcopi, litteras illas per verba singula discutientes, et quod sanctorum patrum decretis consona non essent humiliiter suggestentes, inque huius responsionis extremitate epistolam papae Nicholai praedecessoris sui interserentes, quam ad quandam episcopum Galliae misit, inter cetera de ordinibus sacris 35 pie et lucidissime exprimens in haec verba: *Illud autem, frater karissime, ridiculosum sonuit, quod apicum tuorum gerulum nobis commendans, hunc presbyterum esse Gerardii illustris comes perhibuisti. Verum quid hoc scribendo prudentia tua dicere voluerit, vel quid super huiusmodi verbo intelleixeris, fateor nos ignoramus. Numquid Gerardus comes illum presbiterum consecravit? Numquid de ipsis est diocesi? Ubi hoc legisti? Ubi hoc didicisti? Nisi quia presbiteri non specialiter ecclesiae civitatis aut ecclesiae possessionis, aut martirii aut monasterii secundum sacras scripturas ordinantur, set in dominibus laicorum constituantur, et cum secularibus adeo conversantur, ut iam non Dei nec ecclesiae cuiuslibet, sed illius comitis et illius ducis esse dicantur; ita ut impletum sit quod per prophetam dicitur: „Et erit sicut populus, sic sacerdos.“ Quod fortasse unum est eorum. Quae cum in nomine Domini convenerimus unanimitate in id ipsum, oportebit decentius emendari et tamquam vestinatum elleborum amputari. Et post pauca hoc addiderunt: Quid putamus, si beatissimus papa Nicolaus in diebus suis audisset, et in litteris quasi ab apostolica sede confictis, quod layci comites non permetterent in civitatibus episcopos ordinari, nisi quos secularis potestas et latere suo misisset. Quid inde scriberet? Quo dolore moveretur? Quosve gemitus daret, cum perspicret sacratissimum ordinem 50 tam illicite tractari et ad tantum nefas prosilire quemquam ausum, ut de sede apostolica tam inconvenientia et extra usum ecclesiasticum omnino scriberet. Tales tunc in Gallia erant episcopi.*

Regino. Anno ab inc. Dom. 855. Lotharius divisit imperium filii suis, Ludovico Italianum, quem et imperatorem appellavit; Lothario regnum quod suo nomine vocabatur, et Carolo regnum Provincias, atque dispositis regni negotiis, in monasterio quod Prunia dicitur monachus factus, diem clausit ultimum ipso anno 3. Kal. Octobris.

Anno 856. indet. 4. Lotharius Teutbergam duxit uxorem.

Anno 858. Karolus rex Provincias moritur, et de regno eius inter Lotharium et patrum, eius Karolam filiam Ludovici facta est contentio, et Lotharius Huchero ducatum dedit inter lurm et montem Iovia, quis uxorem eius habebat.

71) Hattionchate a dextra Mosae handi procul ab oppido S. Mihel. 72) cf. Annales Hinemari, Fulenses, et Reginonem.

Anno ab inc. Dom. 860. Britones Franciam invadunt, contra quos Carolus pugnavit, et Britoniam intrauit, turpi- fol. 62.
ter victus augsuit.

Anno ab inc. Dom. 862. rex Britonum natus Dei percosus est, et anno sequenti Britones ei subduuntur.

Anno ab inc. Dom. 866. Rollo Normanniam intravit, et postmodum baptizatus Robertus
5 in baptimate dictus est.

Anno 868. ind. 1. Lotharii regis tempore facta est in terra Francorum et Galliae et fol. 62.
Burgundiae famae valida, et mortalitas hominum, et pestis animalium. Quae ^{et Anno} ⁸⁶⁸ ^{8. Columna}
iudicio in populum desevit, ut multi patrum desererent ad terras alias cogerentur demin-
grare, adeo ut multae urbes Franciae raro incolerentur habitatore.

10 Anno ab inc. Dom. 864. translatum est corpus sanctae Reginae virginis et martiris de fol. 62.
Alesia civitate apud Flaviniacum castrum seu cenobium, praesidente loco eidem, cuius erat

iuris civitas praefata, Aigilo abbatem, postmodum Senonum archiepiscopo regnante Carolo
religionis et sanctitatis factus, studebat in se primum et sic in subditos noxios et superflua
resecare, depravata corriger, sancta honesta et utilia appetere. Preferebat semper honestum utili; nullo terrore, nullo metu, nulla adulatione, a vero deflectendum putabat. Non re-
fugiebat exilium, quia noverat sapienti patriam mundum non esse; non timebat egestatem, 10
quia nichil sapienti deesse sciebat, et cui totus mundus locus sit divitiarum. Laudabat virum,
qui auro moveri nesciret, contemptum haberet divitiarum, qui velut ex arce quadam despice-
ret hominum cupiditates, et cum propheta in laudibus illius exclamabat: *Quis est, inquiens,
et laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita sua.* Admirandum dicebat, qui divitias sper-
neret, quas plerique saluti propriae praetererunt. Declinabat avaritiam, et omni studio inten-
debat ne quid faceret adversus iustitiam, sed in omnibus operibus custodiret eam. Redargue-
bat delinquentes, nullius in iudicio personam accipiebat, gratia aberat, causarum merita de-
cernebant, gravissimum iudicane pauperem innocentem arguere, divitem excusare reum cul-
pae. In causa Dei, ubi communionis periculum noverat, etiam dissimulare peccatum dicebat
non leve; commendabat omni sedulitate existimationem suam, ut obstrueretur os omnium 20
iniqua loqui volentium. Spectabatur ab omnibus admiratione sapientiae et amore iustitiae,
prudentiam habens vocis testimonio reos confutare et convincere, iustitiam quoque nocentes
supplicio dare, innocentes subducere. Ad omnia habundabat animi eius directa simplicitas,
vinciebat in omnibus operibus eius utilitatem honestas, non honestatem utilitas. Nichil in eo
arte elicitum, nichil erat fraude compositum, quod careret merito simplicitatis. Servabat 25
quam maxime naturaliter insitam sibi regulam iustitiae non declinare a vero, vas suum in
sanctitate possidere, honestatem oibis honoribus dignitatibus praeferre; nichil in se esse
patiebatur simulatum et fictum, quod licet in principio vernaret, in processu dissiparetur ut
flosculus et solveretur, quin potius verum et sincerum quod alta radice fundaretur. Sic per
exercitia boni operis formam dabat subditis ad felicitatem tendere sempiternae quietis. Anno 30*

*fol. 69. 951. igitur episcopatus sui duodecimo, ab incarnatione Domini 951, indicit . . . ; videns filios suos
ut terram fecundam sincero tritici grano seminatam, et puriore et uberiore messem pro-
mittentem, multiplicatum reddere quod acceperant, et dolens quosdam eorum perfectioris
vitae desiderio et altioris propositi amore ferventissimo ad vicinas dioceses commigrare et
monasticum ordinem, quia in ipsa Virdunensi urbe non inveniebatur, alibi expetere, commu- 35
nicateo cleri procerumque consilio in sepefacta ecclesia sanctorum apostolorum Petri et Pauli
honore dedicata, ubi preciosus Dominus confessor Vitonus cum suis quiescit et veneratur praed-
ecessoribus et successoribus, monachorum delegit turmularum aggregare, qui et propensius
divinis deservirent cultibus et omnibus Christo adherere volentibus formam darent humilitatis
et patientiae, ut vel sic non cogerentur ad alia secedere qui haberent paratum prae oculis 40
specimen religionis. Et factum est divina cooperante gratia et sui sacerdotis cordis intima
perlustrante, ut desiderium sanctum, quod diutina meditatione conceptum dilatione creverat,
felix consequeretur et celer effectus, et desiderii sui quot testes, tot inveniret cooperatores et
adutores. Expulsis ergo clericis monachos introduxit, quibus et ex sua proprietate et de
rebus matris ecclesiae annuos proventus redditum et victus vestitusque necessaria praeordi- 45
navit, et congrua officinarum habitacula praeparavit, magistros operis conducendo et expensas
tribuendo, ut inveniret animae sua requiem post laborem in atris Hierusalem, quae ut civitas
edificatur, et participatio eius in id ipsum. Abbatem quoque eis instituit Humbertum, de cen-
obio sancti Apri virum religiosum, ut in charta manu eius signata invenitur, quam etiam hic
subiecte operae precium iudicavimus. Est autem huiusmodi:*

*Noverit omnium catholicorum tam praesentium quam futurorum industria, quod ego B.
sanctae Virdunensis ecclesiae nomine non merito episcopus, anno meae ordinationis duodecimo,
memor nostrae ecclesiae fratrum, quorum maxima pars dominica verba sepius sequebatur di-
centia: „Vendite, quae possidetis, et date elemosinam, et habebitis thesaurum in caelo, et sequi-
mini me“, fugientes terrena et amantes caelestia, nostrae congregationis locum deserere, et mo- 55
nachicam vitam sumentes, cenobia extra nostram parochiam temptabant adire; ne in postmo-
dum numerus IX. deest in c.*

fol. 12, 33. 18, 22.

50

55

dum nostra ecclesia de proprio theatro suo poteretur dampnum, favente seniore nostro glorio- ^{11.69}
 sissimo rege Othono, ac Conrado Lotharii regni duce magnifico, congregatisque nostre ecclae-
 siae fidelibus clericis et laicis pari voto atque communi consulti decrevimus in nostro episcopio
 quoddam monasterium Deo annuente stabilire, in quo nostrae ecclesiae fratres activam vitam
 fugientes, contemplativae vitae solatium futuri temporibus valerent invenire. Tunc communi
 consilio evocavimus dominum Humbertum religiosum abbatem, qui ab ipsis infantiae rudimentis
 in nostra ecclesia fuerit educatus, et praebenda nostrae canonicae perfruens, nostri etiam epi-
 scopii baptizatus atque parrochianus, donec infra scriptum aliorum fratrum sequutus exem-
 plum, pro eterna retributione monachicam vitam sumpsil, ac communi cleri et plebis concordia
 et eorum nostrorum canonorum, qui tum temporis monachicam aliorum nitebantur accipere
 vitam, concessimus ei quoddam monasterium ad construendam congregationem monachorum
 in honore sancti Petri apostolorum principis stabilum, in quo requiescunt corpora sanctorum
 confessorum atque episcoporum Vitoni, Pulcronii, Possessoris, Firmini atque Madelveli, cum
 omnibus rebus ad eandem abbatiu[m] pertinentibus. Aspiciunt ad illud monasterium iuxta Scan-
 tiann mansa sex et dimidium, molendina quatuor cum banno ipsius villa, quod hactenus tenui-
 mus et pro Dei amore loco ex toto concessimus, iustitiisque latronum qui in bannum incide-
 runt vel sanguinis qui effusus fuerit, sive vicedominarium, placitum, et cursum aquae, seu corre-
 pionem omnium mensurarum, exceptis alodiis quae homines tenent ad placitum generale respi-
 cientes, et publicae viae transitum; ad Ballonis curtem mansa sex; ad Frasnidum mansa qua-
 tuor; ad Crucem ecclesiam unam; ad Castonis curtem ecclesiam unam; ad Novam villam aecle-
 siam unam cum duabus capellis suis et cum una ecclesia in Marculfi villa sita ad prefatam
 Novae villae abbatiu[m] pertinentem; in eadem Marculfi curte mansa tria cum silvis et pratis, et ad
 Novam villam mansa quatuor cum silvis et pratis ad eandem aeclesiam pertinentibus et pictura
 vineae una et molendino uno super Elnam fluviolum sito; et ad villam Parridum nominatam
 ecclesiam unam cum mansio sexdecim inter Cosantium et Buniat sitis et molendino uno et
 silva et pratis; et ad Harbodi villam in Vapra ecclesiam unam et mansa duo et quartarium
 unum; et ad Limiacum quartam partem unius ecclesiae et mansum unum et quartarii tres et
 molendinum dimidium cum silva et pratis; et in Barrensi comitatu mansa duo in villa Villare
 nominata. Deditus praeterea ex parte nostrae ecclesiae de abbacia sancti Amantii mansa de-
 30 cem cum sedilibus ad eadem mansa pertinentibus, et ad Flaviniacum piscatoriam totam et
 alteram piscatoriam ad Tiliacum pertinentem, et decimam illorum arietum qui nostrae ecclesiae
 persolvuntur ex Bracensi centenaria, et decimum foratici nostrae civitatis de vino; ecclesiam
 quoque in Amonzeia villa sitam, et Flaviniacum villam cum ecclesia una et piscatoria et mo-
 lendifinis et silvis et pratis omnibus et omnibus adiacentibus ad eandem villam pertinentibus; ad ^{11.70}
 35 quam villam aspiciunt mansa viginti sex; et ad villam Marleiam prope Mettis civitatem sitam
 ecclesiam unam in honore sancti Bricci constructam. Simili etiam modo delegavimus eidem
 monasterio ad praeparandum hospitale aeclesiam sancti Petri in suburbio Virdunensis castri
 sitam cum mansis quinque et prato uno et omnibus utriusque sexus ad eamdem ecclesiam per-
 pertinentibus; in Piet villa ecclesiam unam; in Donnus aeclesiam unam; in Morilla unam; in
 40 Marva unam. Hec omnia pro salute animae nostrae nostrorumque peccatorum absolutione
 tradidimus loco, et firma auctoritate et ratione nostra confirmamus, corroboramus atque sta-
 bilimus, successorumque nostrorum paternam largitatem flagitamus, ut erga praefatum locum
 pium animalium semper habentes, quae pro redemptione animalium fecimus rata esse sinant, quae
 deditus non minuant, insuper de suis addere studeant, ita conservantes nostra, sicuti et sua
 45 queque perenniter manere voluerint decreta. Si quis vero, vel pontifex, vel princeps diabolico
 spiritu incitatus, hec aliquomodo subtrahere vel dissipare voluerit, nostro imprimis anathemate
 percussus centumque maledictionibus involutus, Datam quoque et Abiron socius factus iram Dei
 omnipotentis incurrit, atque eternis mancipatus incendiis inexpiables apud inferos penas luat.
 Ut autem hec nostrae auctoritatis traditio firmiorem vigorem optineat, nostrorum fidelium ma-
 50 nibus praesentialiter corroborari decrevimus. ¶

Anno inc. Dom 952, inductione 10, conc. 4, epacta 22, hec carta confirmata, corroborata
 atque conscripta est, [praesidente* Romanae ecclesiae papa Adriano anno sexto.] regnante
 Othono imperatore augusto anno regni sui in Italia primo, in Francia 16, episcopatus vero
 nostri anno duodecimo. Ego Berengarius presul indignus subscripti. Sign. Humberti abbatis,
 55 Uodonis abbatis, Berardi abbatis, Bernerii praepositi, Alardi praepositi, ceterorumque clerico-
 * p. R. e. p. A. s. VI. inserta.

rum et monachorum huic chartae devote faventium et nobilium laicorum Godefridi comitis, Givardi, Adelardi et ceterorum.

Ipsò anno a Conrado duce quidam Virdunenses honoribus privantur.

Fiod. Anno ab inc. Dom. 952. Otto rex Berengerum regem Italiam et totam sibi subiecit Italianum. Sequenti anno Conradus duxem a ducatu Lothariensem remotum, Mogontiam, ubi se Conradi receperat, obedit, et cepit, et Conradi 5 Melitum secepit. Urta est autem discordia hinc inter Ottoneum et principes eius, quia promiscebatur regnum filio ex moderata conjugio nato, quod antequam Italianum pergeret filio suo Liutulfus delegaverat, et primates suos illi iurare fecerat. Qui Liutulfus, cum ob hoc multa mala egesset, mortuus est anno 957. Pacificavit autem sibi rex Conradi duxem.

fol. 70v. Anno 953. Vigfridus Colonensis episcopus obiit, et Bruno frater regis Ottonis successit, cui Otto regnum Lothariense commisit.

Anno ab inc. Dom. 955^a. obiit Ludovicus rex Francorum, et Agapitus papa obiit, Octavianusque successit, et bellum inter Ottoneum et Ungros in quo vici sunt Ungri 4. Idus Augusti anni sequentis, in quo bello Conradi dux Chro. Dr. obiit iam cum eo pacificatus. Ludovicus itaque praefatus rex Francorum eodem anno moriens, quos dimisi liberos Lotharium et Carolum, quos genuit ei Gerberga soror Ottonis imperatoris. Karolus, qui Iuvenis dictus est, privatus sensit, 15 in hereditatem omnem Lotharius successit. Hic Malthildem sororem suam despondit Conrado regi Burgundiae, et in dotem dedit ei Lugdunum, quae sita est in termino regni Burgundiae, et erat tunc temporis iuris regni Francorum. De hac Malthilde genitus est Rodulfus rex Burgundiae, qui post patrem suum Conradi suscepit Burgundiae regnum, Berta etiam quam accepit Odo Tetbaldi^b Carnotensis filius, ex qua genuit Odonem, qui apud Barrum obiit; 20 Tethbaldus enim Carnotensis, cuius cognomen fuit Tricator, qui Willelmum Normannorum dolo interfecit, ex sorore Heriberti Trecorum comitis genuit hunc Odonem qui Bertam accepit, ex qua natus est Odo qui apud Barrum obiit; et de eadem Malthilde genita est Gisla, quam Conradi imperator postmodum duxit uxorem, de qua genuit tertium Heinricum imperatorem, quem^c Rodulfus rex, cuius fuit uxor Ermengardis, quia erat absque liberis, ut 25 nepotem suum, heredem regni Burgundiae instituit, et sic in dominacionem imperatorum transit Burgundiae regnum.

Fiod. Anno itaque ab inc. Dom. 956. Hugo Magnus obiit, et ducatum Francie Hugo filius eius optinuit. Robertus quoque Treverensis episcopus obiit pestilentia, et Fulbertus Cameracensis, et Hairicus succedit. Otto post hec Sarmatas bello vicit.^d

Anno vero 961. Otto puerulus in regem elevatus est, et Otto pater eius anno sequenti Romanum veniens, imperator ab Octaviano papa constitutus est. Eodem anno obiit Artalus Remensis episcopus, et celebrata est synodus in pago Meldensi super Maternam fluvium, ubi ordinatus est Wigfredus Virdunensis episcopus, vivente adhuc domino Berengerio Virdunensi episcopo et sedem episcopatus tenente. Ordinatus est autem ab eis absque conscientia metropolitani, et quod domino Berengerio iniuriantur, quod conciliis eorum interesse nolle et quaedam eorum facta inprobaret; unde nacti occasionem cum incumberet eis ordinatio Remensis aeccliae, cuius erant suffraganei, ordinaverunt et hunc, ut haberent eum conciliorum suorum consortem et operis participem, quasi qui illum^e qui praesidebat pro nullo haberent, quem sibi in nullo videbant adlinem. Abiectus est etiam ibi Hugo Remensis pueror a Romana synodo excommunicatus, et Odileicus Iohannizatus a Widone Suezionensi, Rorico^f 40 Laudunensi, Giboino Catalaunensi, Wigfredo Virdunensi, Aistulfo Noviomensi. Octavianus autem papa, cum de irreligiositate culparetur, a 962. Romam exiti, et in locum eius Iohannes XII. substitutus est. Verum Ottonus imperatore a Roma regresso, Octavianum Romanum receperunt, qui non multo post defunctus est. Iohannes vero cum imperatore Papiam venit. Interim Romani Benedictum elegerunt, qui electio Iohannis consenserat et ei semper subditus fuerat. Sed Otto Romanus reversus Iohannem iudicio synodali in sede restituit, Benedictum vero, quia patris cubile ascendens, depositum in Saxoniam secum duxit. Hic fecit privilegium aeccliae sancti Vitoni de omnibus rebus ad eam pertinentibus iuste concessis et concedendis petitione domini Berengerii episcopi, et aeccliam ipsam sive monasterium confirmavit Virdunensi aeccliae, statuens atque promulgans, ut filii ecclesiae Virdunensis qui seculum deserere voluissent, in eo monasticum habitum suscipient, nec ad externa monasteria demigrarent. Quod et ipse 50 dominus Berengerius adimplere studuit, dum reiecta praelationis sarcina, ut iustus iustificaretur adhuc, monasticum habitum suscepit in eodem coenobio, serviens Deo in incorruptione modesti et quieti spiritus, et nichilominus invigilans saluti commissarum sibi animarum pro votis populorum, qui nolebant alteri in vita eius subesse, eo quod strenuo munirentur parastore, qui quanto Domino approximat, tanto strenuitatis et benignae puritatis suea certissima dabat indicia. Quid autem intercesserit, quod pontifex tantae auctoritatis et gratiae monasticae se regulae mancipaverit, cuius vita sanctitatis erat speculum, lumen animorum, decus piorum, terror reproborum, quia ad id locorum devenimus, patrum dicta sequentes

^a DCCCCLIII corr. DCCCCLV. ^b ita c. ^c et F. C. inserta. ^d c. siom.

^e Heinricum II. heredem instituit.

paucis explicabimus. Familiare erat viro beato nocturnalem sinaxim vigilarum et orationum praevenire instantia, quatinus sacrificio contriti et humiliati spiritus, superni inspectoris oculos super se et super commissum sibi gregem intendere cotidiana provocaret votorum industria. Cui operi dum se una nocte accingebat, et uno tantum contentus comite, qui lucer-^{et deo.}
fol. 71.
vita.

5 nae ei famulabatur officio, ecclesiam principalem sanctae Mariae ingrederetur, dum pede-
 temptim gradiens nullum illic esse putaret in quem offendret, cum omnia silerent, et etiam si qui occulti oratores ibi essent adventui suo eos cedere crederet, in ipso chori ingressu, dum sibi minus cavit, offendit in clericum, nomine Berherium, praepositum eiusdem ecclesiae, qui tunc forte solo prostratus matutinarium beatae Virginis decantabat cursum, et ut
 10 post patuit totus ad altiora penna devotionis subreptus, in matris Domini se extendebat laudibus. Quem pontifex solo herentem sibi adsurrexisse non videns, pede percussit, et ut cederet, vereor non sine aliqua animi stornacione, ammonuit. At ille iussis paruit, et secedens in partem, intendebat his quae ceperat. Verum matutinali decurso officio, ubi praesul fessos stratis indidit artus, adest beatae Dei genitrix beatis dextra levaque comitata virginibus Agne
 15 atque Tecla, eo habitu atque decenti apparatu, quo agnosciri posset ab omnibus mater et sponsa Regis omnium, salus et dulcedo fidelium. Cumque lecto ipsius astisset, et iacentis animis ad tantac visionis novitatem stupens hereret, ab eadem regina virginum blande est requisitus, cur clericum suum sibi devotum, secum loquente, ad se totum suspensum, pede percusserit, et de loco, quo ei astabat, demigrare coegerit, devotionemque eius, qua secum
 20 totus aderat, impedierit. Quo silente et vultum matris misericordiae conscientia trepidare respicere formidante, sed tamen de eius misericordia non desperante, ait singulare misero-
 rum confugium, spes et consolatio humilium: *Bene quidem michi servisti, bene in ecclesia mea laborasti, sed nunc ut homo errasti, et melius est, ut nunc errati penam suscipias, ubi pena omnis finis est obnoxia, quam in futuro, ubi pena crescit, et spiritus hominis de die in*
 25 *diem renovatur ad penam. Pes igitur, quo peccasti, penas luat, ut agnoscant omnes in te, quia diligentes me diligo, et memoriam mei facientibus patrocinari non desisto.* His dictis beatam virginem Teclam ammonuit, ut virga, quam ferebat, pedem eius quo clericum percusserat cederet. Visum est pontifici, sensuque se caesum, quia et confessum pes eius aruit, ex quo omnibus diebus vitae sua claudicavit. O stupenda matris Domini pietas, quae pontifice
 30 suum sibi fideliter servientem et laudavit, quia fideliter sibi serviret, et tamen peccatum eius quo in conservo, licet quantum ad gradum sacerdotii inferiori, peccaverat in puniendum dimittere noluit: hoc demonstrans indicio, se iuxta esse clamantibus ad se, et vindictam eorum, si lesi fuerint, etiam in domesticos paratam ulisci. Claducavit itaque episcopus, quia motus est ad iniuriam proximi pes eius, et effusi sunt gressus eius. Sed didicit in ipsa sua infirmi-
 35 tate gressus rectos facere, ubi, quod arroganta deliquerat, studuit humilitate corriger. Mane etenim facto, cum fidem verbi faceret poena temporalis, in conventu ecclesiae clericum quem leserat requisivit, errati culpam agnovit, confessus est, et quod patiebatur, cur patere-
 tur, palam protestatus est. Cepit iam uterque de correptione unius proficere, ut quod uni-
 obterat, ambobus prodesset, et exemplo eorum omnibus. Nam paucis admodum interpositis
 40 diebus monasterium petit episcopus, et humilitatis vestitus amictu serviebat pauperibus, pauper et ipse spiritu. Non tamen deseruit curam episcopii, quam, ut non desereret, exegit amor cleri et populi, quin potius tantum augebantur in eo lucra virtutum, quanto ferventiori proposito adhærebat Domino virtutum. Memoratus vero clericus, urbis ipsius praepositus, in amore beatae Virginis permanens, et obsequiis eius iugiter inherens, in ecclesia eius devo-
 45 tus persistit, monasterium sancti Petri pro loci ipsius nobilitate multo amore diligens, et innumeris donis auri atque argenti, palliorum atque librorum conferens. Dedit etiam ecclesiae eidem ea quae possidebat in Exio in vineis, campis, aquis aquarumque exitibus et decu-
 siibus, unde et pro suea sanctitatis merito defunctus, in eadem ecclesia inter sepulcra episco-
 porum condignam meruit sepulturam. 15. Kalendas Maii.

50 Lotharius igitur rex Francorum quios a Karolo Calvo germanum habuit fratrem iuniorum a Karolum, uxorem autem Emmam, Lotharii regis Italiae et Adheleidis post imperatrix filiam, ex qua suscepit filium Ludovicum, qui ad.
fol. 71.
Ric. II, 92.

hus puer Blanciam duxit uxorem. Habuit et filium alterum ex quedam nobili puella Arnulfum, qui primum natus est, postmodum Remensem archiepiscopum. Karolum fraternalis uxoris protinus compulit et inopia rei familiaris patricios fines reliquera et Ottoui Saxonum imperatori se dedere. Mortuo Lotario, Ludovicus filius successit, et in primo
 55 flore inventus obiit; in quo defecit generatio regum ex familia Karoli Magni, et successus ex alia familia Hugo rex. Quod graviter ferens Arnulfus clericus, Lotharii frater, ut diximus, patrum Karolum in Franciam rediit, et Lando-
 sum cepit et rediit. Adalbero vero Laudensis episcopus a custodia que tenetatur fugiens, ad Hugonem venit, et ei Arnulfum conciliavit; cui rex defuncto Remensi archiepiscopum contulit, et sibi Karolum conciliaret.

Richer. Ille dum faciliores aditus querit, quibus Karolum regi consiliet, civitatem ei tradit, unde ab eodem Hugone perierat et traditor publice conclematur. Nec multo post ab Adalbero de Landenensi, cui se credebat, captus, ipse et Carolus Hugoni redduntur. Arnulfus proposito sibi, ut se perierum sponte confiteatur, aliquo oculis privaretur, perierum se clamat et veniam petat; atque ita mox deponitur, et in loco eius Gerbertus discolor eius substitutus, primo puer in monasterio sancti Gyraldi nutritus, sed pro morum insolentia expulsus, postmodum et de archiepiscopatu pulsus, ad Othonem imperatorem se contulit. Karolus vero privatus semini, et Arnulfus episcopatum recepit. Soror eius Malthildis fuit Rodulphi regis Burgundiae mater, et eius filia, quam Conradus imperator, tertii Ottonis filius, uxorem duxit, Gisla dicta est, mater Heinrici tertii imperatoria. Berta quoque eius filia mater Odonis qui apud Bar obiit^{a)}.

fol. 72. Anno 968. obiit Remundus Eduorum episcopus.
Iohannes episcopus, servus servorum Dei, Berengero fratri nostro Virdunensis ecclesiae episcopo, cum omnibus sibi a Deo commissis braviis eternae remunerations. Comenit apostolico moderamini pia religione pollutibus benivola caritate favere, et poscentium animis alacri devotione assensum praebere. Ex hoc enim potissimum praemium luci a conditore omnium Domino promeremur, si venerabilis sanctorum loca oportune ordinate ad meliorem fuerint 15 statum nostra auctoritate perducta. Igitur quoniam te, karissime frater, inter eactera sanctae conversationis exercitii conperimus quoddam monasterium in tuo episcopio iuxta civitatem Virduni in aecclisia beati Petri pro amore Dei construuisse, in quo requiescunt corpora sanctorum confessorum atque praefatae ecclesiae sanctae Mariae quondam episcoporum, Vitoni, Pulchronii, Possessoris atque Firmini, et de rebus tuae aeccliae provida consideratione sublevasse, 20 ut si quando filii tuae ecclesiae divino compuncti amore terrena despicientes ad contemplativae vitae perfectionem configure desiderarent, ne a tua aecclisia penitus dissociati viderentur, in monasterio, quod membrum est eiusdem ecclesiae, solatii refugium sub habitu religionis sibi invenirent et Deo quieta tranquillitate inibi famulentur; noverit omnium fidelium tam præsentium quam et futurorum industria, nos idem monasterium tua ordinatione constructum, cum 25 omnibus rebus, regalibus præceptis tuo consultu sibi sanctis, in aeternum velle permanere involvum scilicet: Scanciam cum suis pertinentiis, abbatiam sancti Amantii et quidquid ad eam pertinet, Novam villam cum suis locis, Amantianis curtem quantum ad eam pertinet, Parridum cum suis adiacentiis, Harbodi villam cum suis pertinentiis, Castonis curtis ecclesiam cum his quea ad eam pertinent, aeccliam de Marleio cum suis adiacentiis, aeccliam de 30 Marculi curle cum suis adiacentiis, aeccliam de Amonzei villa cum suis adiacentiis, cum terris, vineis, molendinis, cum servis et ancillis, abbatiam sancti Petri et ecclesiam de Maroa, ad Liniacum quidquid ad illum locum pertinet, ad Novam villam in Barrensi comitatu quidquid ad eum locum pertinet. Haec vero omnia praedicta loca cum suis omnibus generaliter et specialiter pertinentias, et quidquid Deo opifitudo voto fidelium huic monasterio concessum 35 fuerit in futuro tempore, per hoc nostrum apostolicum privilegium perenniter firmamus tam vobis quam vestris successoribus, et insuper hoc nostrae auctoritatis privilegio esse corroboratum volumus, quatinus eadem Virdunensis aecclisia, quae haec tenus de filiis ab ipsis infacieae rudimentis in gremio suo expositis, dum ad externa monasteria confugiebant, fraudabatur, abhinc et deinceps in membro sibi subiecto consilio sui episcopi atque providentia gloriosi abbatis 40 Humberti de eorum sancta conversatione sublimata glorietur. Si qua autem temerario ausu magna parvae persona, cuiuscumque ordinis aut potestatis, contra hanc nostram apostolicam præceptionem ire temptaverit, sciat se auctoritate beati Petri apostolorum principis excommunicatum, atque anathematis vinculo esse innodatum, et a regno Dei alienum, cum omnibusque 45 impius aeterno incendo atque supplicio condemnatum. Qui vero observator extiterit huius 45 nostri præcepti, gratiam atque misericordiam vitamque aeternam a misericordissimo domino Deo nostro consequi mereatur. Scriptum per manum Leonis scriinarii sanctae sedis apostolicae in mense Ianuario per inductionem 14. Datum 5. Idus Ianuarii per manum Marini episcopi et sanctae sedis apostolicae bibliothecarii, anno Deo proprio pontificatus domini Iohannis summi pontificis et universalis XII. papae in sacratissima sede beati Petri apostoli decimo, 50 primo in mense, inductione 14, anno ab inc. Dom. 971. Haec autem sunt addita, immo quaedam redita præfato monasterio post acceptum hoc privilegium: Ecclesia de Bocconis monte, ecclesia de Donnatis cum molendino, ecclesia de Mauri villa, ad Rivaldi mansum mansi quatuor, ad Raherei curtem et Gislei curtem et Novam villam mansi triginta cum ecclesia et capella, vineae in Arnoldi villa quas dederunt Richuara ducissa, Adelardus, 55 Amalricus, Albertus, Warnerus, Gyrufus, Lambertus canonicus, ad Florinchingas mansus

a) Hinc octo lineas erasae.

unus cum vineis, ad Sanctum Julianum mansus dimidius cum vinea, ad Flabasium mansi tres, in Soliaco ecclesia, ad Buslani villam ecclesia.

Anno secundo post datum hoc privilegium, qui erat ab inc. Dom. 972. Otho Magnus imperator obiit, 10. imperii sui anno, et Otho Rufus successit. Humbertus etiam abbas obiit 5. Nonas Decembris, et Adimiratus in locum eius substitutus est. Successit itaque, ut diximus, Otto primo secundus Otho, qui et Rufus, de quo dictum est proverbium, quis successit Otto secundus ad imperium, ut floreret saeculum. Vixit autem dominus Berengarius usque ad tempus Ottonis tertii, et defunctus 2. Idus Augusti, infra aeclesiam tumulatus est cum honore in ingressu claustrorum, quod constat eum et quesisse et praecipisse. Regebat tunc temporis Burgundia regnum Rodulfus, Conradi filius, cuius sororem Gisalam Conradus imperator, qui et Cono, duxit uxorem. In Lugdunensi ecclesia promota erat ad episcopatum Burchardus, Rodulfi Ch. Divon. regis frater, Conradi ex concubina filius, a quo ordinatus est Bruno Lingonensis episcopus, a. dom. inc. 981. ind. nona. Hic episcopatum Lugdunensem in infantia adeptus est.

Anno igitur dom. inc. 983. Otto Rufus secundus, cum 12 annos regnasset, morsus Romae, a suis relatos est, et Gestas Virg. 15 Aquisgrani sepulcrum; cui successit tertius Otto 12 annorum, qui a canabulis sumptu acerptum Romanorum, sub cuius regimine salutis fuit mundo et gloria. Tempore huius praefuit Virdunensis ecclesia Wigfridus episcopus. Hic quadam die urbem egressus, venit ad villam fratrum, quae Wandersia dicitur, ubi a comite Sigifrido captus et absoluens, de pecunia quam pro emendatione suscepit, ita ecclesiam sanctae Mariae corona ornavit, ut si manus primam tangeres, omnes uique ad novitatem moverentur. Eius praedecessoris sui domini Berengerii iunior factus, in suburbio Virdunensis cenobium sedificavit, et aggregata monachorum turma, corpus illuc sancti Pauli episcopi levatum de loco, quo iacebat, in feretro argenteo recondit, vienamque fratribus, qui loco eodem Domino deservirent, ex redditis episcopi prouidit. Hic etiam inter cetera bona Ravandi mansus sancta Firmatio contulit. Defunctus autem². Kalend. Septemb. Wigfrido^a Virdunensis episcopo et in monasterio quod ipse construxerat tumulato, Hugo substitutus est. Hic ingressus civitatem, unde viveret, inquisivit: Lotharius enim rex Francorum, quis erat res publica sub iuvene principe Romanorum, 25 defuncto Wigfrido episcopo, Virdunam obediit anno ab inc. Dom. 986, sed minime cepit; omnis tamen circa urbem vastavit; contra quem egressi ad bellum et superati, plures ex eis capti sunt, pro quorum liberatione, a^x dicitur, Gotbertus claves urbis regi detulit. Ob hanc itaque causam cum inuenisset Hugo expensas episcopii exterminatas, notitia villarum redditibus mox reversus est. Quo egresso suscepserunt absque regio dono Adalberonem, Beatrix filium matris duces Theoderici, qui aliquantulum moratus in civitate, defuncto Mettensi episcopo, illo se contulit, isti relicto. Huic 30 successit Adalbero, filius comitis Godefridi, avus ducis Godefridi, qui accepta uxore Bonifacii, postea factus est marchio. Is Salernum eodem anno benedictionis suae curationis gratia protectus, reversus in Italia obiit 14. Kal. Mai. et relatum corpus eius Virduni sepultum est. Vixi in episcopatu tribus semis annis, et successit Heimo anno 988.

In initio itaque regni Ottonis III. papa obiit, in cuius locum Otto alium ordinari praecepit, quem Iohannes Cre- Bod. Glab. scutensis de nobilibus Romanorum deinceps, et alium substituit. Sed Otto reversus, illum dejectum abexis manus eius 1. 4. apud Aureliacum nutritum fuit, grammaticaque est eruditus, et ab abbate loci Borrello citeriori Hispaniae duci commisus, ut in artibus eruditetur, ab eo Hattoni cuidam episcopo traditus est instruendus, apud quem plurimum in matheis studuit. Verum praedicto duce cum episcopo Romanus eunte, idem cum eis profectus, et papae factus notissimus, ab eo Ottoni regi est intimatus, et cum Adalherone Remensis episcopo Remi venit. Quo tempore Otricus apud Saxoniam 40 nes insignia habebatur. Post annum Remensis Adalbero Romanum cum Gerberto petebat, et Tielai angustum cum Otrico repertus, a quo magnifice suscepimus, ductusque per Padum classe Ravennam, et quia anno superiore Otricus Gerberti se reprehensione in quadam figura cum multiplici diversarum rerum distributione monstraverat, iussu augusti omnes palati sapientes intra palatium collecti sunt, archiepiscopus quoque cum Adalono abbe Dervensi et scalisticorum numerus non parvus; et cepta disputatione, cum iam pane totum diem consumpsisset, augusti autu finis impositus est. 45 Ibi Gerbertus ab augusto egregie donatus, Remis cum archiepiscopo reversus est, et post a Hugo Hugonis Magni filio, rego Francorum, qui Ludovico successerat ex alia stirpe, deiecto Arnulfo pontifice, in Remensem archiepiscopum se quibusdam praestigis promoveri fecit. Verum aliquanto tempore exacto, ubi sensit quod Arnulfus fol. 73. sedem episcopii sibi praeripere et populum ad se reducere nitebatur, noctu fugiens ad Othonem ivit; a quo non multo post in Ravennensem archiepiscopum quibusdam se praestigis 50 promoveri fecit. Inde postmodum papa constitutus est et Silvester dictus est. Obiit autem anno 999. et Gregorius V. successit⁶⁸.

Anno igitur ab inc. Dom. 988. Imago Domini in cruce posita in monasterio apostolorum Aurelianis pharsvit, Bod. Glab. omnibus admirantibus, quid hoc portenderet signum. In eadem civitate una nocturnum lupus adveniens, ecclesiam ingressus matutinis horis restituens signi ore arripiuit, et egredi illud insopit, quem vix ab ecclesia expellere potuerant.

55 Sequenti anno tola civitas igne consumpta est cum ecclesia, sed Arnulfus venerabilis episcopus inventa pecunia in fundamentis ecclesiae sanctae Crucis, eamdem ecclesiam in melius reparavit.

Anno igitur 991. sanctus Odilo venit ad conversionem Cluniaci, et 4. anno sanctus Maiolus obiit. Ea tempestate ab. N. 7. Roma maxima ex parte igne combusta est. Templum stianum sancti Petri accensus est, et iam trabes ferro et lamminis eritis cooperatae ardebant, cum omnis plebs Romana ad sepulchrum apostoli concurrens, ubi humana nichil praevalebat. 60 bant auxilia, divinum et apostolicum expectebat suffragium, et statim ignis, qui iam trabes lambebat, extinctus est. Eo quoque tempore obierunt Odo comes Turenorum, Heribertus Meldorum et Trecorum, Willerus Pictorum, Mansenses episcopus Trecorum, Gilabertus Parisiorum, Gaboinus Catalauorum.

Anno ab inc. Dom. 995. suscepit regimen Cluniacensis ecclesiae sanctus Odilo.

Mortuus igitur Lothario et Ludovico Francorum regibus, Hugo rex, ut diximus, constitutus est, cuius frater ab. N. 1.

65 a) require in alia pagina sub hoc signo L usque ad successit ei Heimo c. Nos ordinem ita indicatum restitutus.

68) minime; sed eo anno Gregorio V. Sylvester II. successit.

Chr. Divon. fuerunt Otto dux Burgundie et Heinricus. Verum Ottone in adolescentia mortuo absque liberis. Heinricus successit; cuius filius fuit Odo Belmeneis, et privignus eius Willelmus advena, Rainaldi comitis pater. Post Heinricum Heinricus, Roberti regis ex Constantia filius, ducatum optinuit, et ei regi facto Robertus Vetus successor, frater eius, et Roberto Hugo dux postea monachus, Heinrici filii ipsius Roberti filius; quo Hugo defuncto, Robertus filius eius suc-
cessit, et Constantia duxit uxorem, cogitata Hugonis Autioboreensis episcopi comiti Cabiliensis. Anno ab inc.
II. 8. 996. obiit Heinricus dux apud Poliacum super Ararim, et Richardus Normannorum dux obiit. Sequenti quoque anno
Robertus rex ducens secum Richardsonum, iuniorum Normannorum comitem cum triginta milibus Normannorum, Bur-
II. 9. guardiam, quis a se defecrat, vastavit, et tandem optinuit. Quo tempore facta est famae valida quinqueviro in toto orbe
Romano. Eo etiam tempore praeerat ecclesiae Divionensi abbatiss officio eximus pater Willel-
mus, cuius gesta qui scire voluerit, in libro vitae eius a Rodulfo monacho edito legere potest.

LIBER SECUNDUS.

Anno ab inc. Dom. 1002. obiit Otto III. iuvenis imperator, exactis in regno 19 annis, et Heinricus successit. Quo anno circa solis occubitus draco per aera ferri visus est, et igneae in celo acies visae, et luna in plenilunio post inicium quadragesimae a medio noctis usque ad ortum diei in sanguinem versa, et sol circa meridiem in duas partes divisus est.

Cat. pont. Sequenti anno Iohannes papa XIII. ebüt, et Benedictus successit.

fol. 73.
Cn. Sc. abb.
Flav. Anno ab inc. Dom. 1010. obiit Heldricus abbas Flaviaciensis, 19. Kal. Ianuarii, et suc-
cessit dominus Amadeus. Hic, abbatis dimissa, Cluniacum ivit, et post reversus Collicensem
scellam adquisivit⁸⁹, et Sinemureensem et Bellilocensem et Corbiniacum recuperavit⁹⁰. Sar-
matiae castrum cepit; Passavant destruxit, 19 aeccliarium altaria cum decimis et paratis
optinuit⁹¹.

Defuncto quoque Adelmaro abbatte monasterii sancti Vitoni 5. Kal. Ian., Adelardus substitutus est. Et hoc defuncto 13. Kal. Ian., Ermenicus successit, qui in quantum valuit, locum ampliavit. Hoe etiam ad superna transvecto, 6. Kal. Septemb. Rohardus successit, et Rohardo Lambertus. Post quem raptus est de coenobio sancti Felicis Mettensis dominus Fingeniuss Scottorum progenie oriundus, quia locus idem per manum laicam aliquantulum negligetus erat, ad restaurandum eum ibidem abbas est ordinatus. Cuius adventum peregrinationem et conversionem qui plenus nosse desiderat, in vita Teodericis eximii Mettensis episcopi scire potest⁹². Et hoc quoque defuncto, cum iam post Adalberonem Virdunensem episcopatum Heimo sortitus esset, dominus Richardus locum illum regendum suscepit. Cuius vitam mores et actus, nobilitatem generis, inicium conversionis, studium religionis et perseverantiam perfectionis humilis nostra sensu licet tenui et sermone rusticico describere gliscit; quia si quid sumus, cum nichil simus, totum post Deum et sanctos eius ascribendum est meritis ipsis. Unde invocandus est nobis spiritualium distributor karismatum Spiritus sanctus, ut beatitudinem eius suo quidem sensu, nostro ore enunciet, ut laudetur in operibus suis, et appareat mirabilis in sanctis suis.

1.^a Exstitit igitur nobilissima Francorum stirpe progenitus, patre^b, matre vero^c, et ab ipsis infantiae rudimentis litteris liberalibus in aecclesiis sanctae Mariae Remensis institutus. Quae aecclisia tanto tunc vernabat religionis decoro, tot personarum nobilium et reli-^d giosarum, quas ipsa in se educaverat, sibi adplaudebat honesta numerositate et decenti honestate, ut religione ipsa praemineret omnibus aecclesiis Belgicae, formaque esset omnibus honeste vivendi recteque conversandi in castitate, in scientia, in disciplina, in correptione morum, in exhibitione bonorum operum. Probat hoc domini et vere sancti Constantii canonici eiusdem aeccliae pia constans et fidelis constantia, itemque alterius Constantii imitanda et ^e recolenda in pauperes laudabilis rerum suarum profusio et totius patrimonii dispersio. Quorum alterum ipsa sua commendat religio et opera misericordiae, alterum adeo pauperum

a) *titulus dicitur in codice.* b) *numeri capitum habentur in codice.* c) *locus vacat.*
 89) Ab Helmuno episcopo Eduensi anno 30. regni
 Roberti regis, teste charta. Mabillon. ann. Bened.
 IV, 632. K. 90) Ab eodem Helmuno diplomate
 scripto anno inc. 1034. anno Henrici regis 5. Ma-
 billon l. i. p. 639. K. 91) Duea existant donationem
 chartae Amadeo datae, Roberti regis una 3. Kal.
 Mart. a. 1018. Mabillon annal. Bened. IV, 239. Ra-
 ginaldi comitis altera a. 1037, Labbe I, 270. K.
 92) Quod latudine hanc vitam auctor vitae Richardi ap.
 Mabill. Act. SS. saec. VI, t. Cfr. quoque Monum.
 Germ. SS. IV, p. 696. K. 93) Patri erat Walteri,
 matri Theodrades nomen, ut testatur auctor vitae
 Richardi ap. Mabillon Act. SS. saec. VI, 1. K.

praedicat miseratio, ut ipsi soli inventi sint, qui tanti viri dum deflent obitum praedicant meritum, et dum funus illius grata sedulitate officiosi procurant, dum ad missae solemnitas quae possunt pro requie eius munuscula offerunt, dum omnes insimul circa corpus aggregati suam deflent desolationem, et suam in tanti elemosinarii ingeminantes conqueruntur destitutionem, 5 eius nimurum vitam miris laudibus extollunt, et siquid humanae naturae vitio in eo corruptum est, id suis lacrimis tegunt et operiant. Ideo autem horum constantiam ad exemplum fidelium hic inserimus, ut agnoscat qui legerit, tot et tales viros in palestra sanctae Remensis aeccliae nec sine magistris desudasse, nec sic solos evasisse carneae molis carcere, ut non reliquerint aliquos sui propositi testes et cooperatores, qui eorum et vestigia imitati et 10 fidei virtutem sint amplectati.

2. In hac ergo aeccliae religiosae indolis puer Richardus litteris traditus imbuendus, brevi singula percurrit, quae magistris sollertia percurrenda signavit. Cepit iam altiora meditari, et quae a magistris non didicerat, vivacitate et perspicacia docilis ingemii attente rimari, ut agnosceretur ab omnibus magni eum futurum esse praecomi, quem sic commendabat acumen intellectus, secretorum et misticorum capax, cooperante et praecedente gratia Dei. Transivit itaque in eadem urbe proficiens usque ad perfectam incrementorum aetatem, et qui erat acer ingenio, statuit sibimetipsi normam vivendi, recidens in se noxia, quae in fol. 74. aliis solerti vigilantia reprehendebat. Probat hoc religiosa vitae eius conversatio, et continua malorum redargutio, qua tantum abundantabat animi eius directa simplicitas, ut pro zelo 20 Dei et emulatione iustitiae praecessoris et archidiaconi ei officium committeretur, et magisterio eius dispositio Remensis aeccliae traderetur. Cui officio quam strenue, quam prudenter, quam sollerter invigilaverit, ne nimii fortasse laudando inveniamur, silere decrevimus, maxime cum et silentium ipsum laus eius sit, quia si totam substantiam nostram in laudibus eius superextenderemus, minus esset quod diceremus ad id quod dicendum esset. Jubilat ergo in laudibus eius Remensis aeccliae, quia et ipsa eius deyto, qua in ea fideliter laboravit, laus eius est. Utebatur potestate sibi tradita in aedificationem, non in destructionem, habens libertatem vocis iudicio suo confutare reos et convincere, nulliusque personam in iudicio accipere. Quibus rebus ita cognitus erat omnibus, ut absens etiam pro sui reverentia et inflexa constantia a cunctis timeretur, et pariter omnes senes cum iunioribus Richardi inadulata tam gravitatis censuram reverebantur. Erat enim vere religiosus, orationibus continuis vacans. Cui etiam moris erat psalterium ex ordine quoquo die dicere, et primos quidem quinquagenos psalmos stando manibus ad terram deflexis dicebat, quinquagenos erectus, quinquagenos prostratus toto corpore, set suspensus. Articulis pedum manuumve sustentatus perorabat. Solebat etiam ante crucem orationem cotidianam dicere, quarum hec erant omnium 35 versuum initia, *Adoro te, Christe, crucem ascendentem, et benedico te.* Quas cum die una multa perorasset instantia, surgens ab oratione, et crucifixum cum lacrimis aspiciens, audivit vocem dicentem sibi: *Tu me in terris benedixisti, et ego benedico te.* Et elevata dextera, qui erat in forma crucis benedixit eum. Quia dulcedine compunctus, gratias egit sacerdoti summo, et cepit iam tanto artius perfectiora meditari, quanto gratiosiorem circa se agnoscebat dulcedi- 40 nem miserentis Dei. Hoc nos Rodomi positi a viris religiosis audivimus, qui et ipsi se fatebantur audisse a Hugone cognomine Grammatico, viro strenuo et religioso, Rotomagensis aeccliae archidiacono, qui Remis in aeccliae sanctae Mariae praesens adfuit, quando hec gesta sunt.

3. Verum cum in dies fervore religiosi propositi ad altiora penna devotionis sustolleretur, et contemptores mundi suimetipsius abnegatores miraretur, Deumque in figura crucis positum veneraretur, sequaces suos ad se invitantem et dicentem: *Qui mihi ministrat, me sequatur,* rememorans quia parum esset ministrare Domino, in quo nulla esset perfectio, nisi et sequeretur eum, de legit Deo firmius adherere, quoniam bonus est, et beati qui sperant in eum. Cepit igitur larga manu quae circa se erant dispensare pauperibus, et licet a primis 50 annis compassionis in eo opera clarerint, tamen que amplius miseria seculi et fallax eius gratia contempnabantur, eo magis instabat misericordiae operibus, ut nudus Christum sequi, et pauper pauperem imitari valeret, qui propter nos minoratus paululum ab angelis de pauperibus nasci et in praesepio reclinari voluit, ut esset piorum cibaria iumentorum. Ubi vero cuncta distracta sunt, nec desideria dilatione consopita, quin potius augmentata, quia sancta 55 erant, et cogitationum inundantium, quas perfectioni studens fidelis anima patitur, violento impetu sedato, ad portum quietis appulsus fixit anchoram spei, quia deliberaverat iani ut iret,

cepit iterum anxiari quo ieret, quem sibi locum stationis eligeret; ubi plantatus, in interna cordis amnitate viridesceret. Volebat enim hoc quod dictum est patri credulitatis nostrae
 Gen. 12, 1
 Act. 1 Ap. 7, 3.
 Abrahae: *Exi de terra tua, et de cognatione tua, ad litteram implere, sed considerabat non sine fructu fore, si inter suos positus, factusque eis forma vitae honestae, praeberet eis exemplum sequendi Christum, adipiscendo religionis propositum. Considerabat rursus difficillimum esse inter notos et affines gravioris propositi intentionem apprehendere, ubi aliquando certa est via periculi, incerta salutis, cum retrahit hominem iam Deo proximantem amor propinquorum, et reverberat aciem vultus eius, qua Deus intuendus esset, caritas carnis, et multimodae punctiones seculi, quas non adeo graves sentit qui oportunitatem sentiendi vitat et refutit. Inter has et alias multiplices repugnantia sibi invicem carnis et spiritus libera- 10*
 fol. 74^a
 cf. Gest.
 Vird. 9.
solatium praebuit cuiusdam fidelis sui, qui sub clamide mundanae dignitatis absconditum gererat probatissimum militem Christi. Fredericus nomen erat viro, generosa satis eius et alta propago. Comitus honoris vigebat, et quod maximum est, comitatus mentis indole perorabat. Pater eius Godefridus erat, vir probitate gratia et deditus et honoribus inter magnates 15 regni nominatissimus. Habebat et alios filios, Adalberonem Virdunensem quem diximus episcopum, Herimannum quoque comitum nobilissimum, Godefridum quoque et Gozelonem duces. Herimannus, qui et Hezelo, Mathildem duxit uxorem, ex qua genuit duos filios, bona spei arbores, Gregorium et Godefridum, et filiam Odiliam, quae fuit abbatissa ancillarum Dei in monasterio sanctae Odiliae. Habuit et alium ex concubina filium nomine Godefridum. 20 Godefridus vero dux in deditis et gloria absque liberis consenuit. Gozelo autem dux Godefridum filium, qui accepta uxore Bonefacii postea factus est marchio, heredem reliquit. Hac ergo generosa stirpe creatus dominus Fridericus, in sublimitate honorum positus, mensurarum suarum limites attendebat, ne in praecipito^b pedem poneret: ideo bonum intentionis suea finem adeptus est, qui extra fines suos vagatus non est. Hostibus terribilis, amore iustitiae 25 spectabilis. Pauperibus largus, dapeis in donis; in parcendo pius, in ulciscendo severus. Qui eti palacium frequenbat, in sterquilino tamen cum beato Ioh sedebat: quia si qua illicite gerebat, ea ad mentis oculos penitendo reducebat. Sedebat in sterquilino, quia cum ante se peccatorum stercora cernebat, si quid elationis in animo surrexisset, inclinabat. Et quanto se pulverem et cinerem cum Deo loquens estimabat, tanto celsius usque ad honorem divinae 30 colloquotionis ascendebat. Hinc est, quod ita vere humiliatus est, ut ad alta virtutum surgere veraciter posset. Agit enim hoc pia Dei miseratione erga electos suos, ut quanto se infra se ipsos despiciunt, tanto sublimius ad amorem Dei subrigantur, et eo magis videant claritatem Dei, que eos magis, ne de se magna sentiant, reprimit virtus verae humilitatis.
 4. Cum itaque ad conditoris sui desiderium totus diutine meditatione incalesceret, et 35
 iam aperte mundi lenocinia despiceret et Deo tota intentione adherere cuperet, videreturque homo in saeculo constitutus pernecessarium sibi fore, ut hoc suum desiderium cuilibet religiosorum propalaret, cuius relevaretur consilio et orationibus firmaretur, visum est ei, divina utique faciente clementia, ut virum religione nominatissimum, Richardum videlicet, de quo
 fol. 75.
 cf. Gest.
 Vird. 8.
impræsentiarum agitur, expeteret, et ei tamquam sibi alteri se ipsum crederet, cum eo ar- 40 chana cordis sui participaret, illum esse consiliarium qui nichil habebet fallax, nichil simulum, nichil corruptae pacis amicum. Venit ergo, et dum unius voluntas aperitur, amborum desiderium revelatur, et ut perficiatur alterna confirmatione roboratur. Decretum est igitur communii voto, et ex sententia utriusque deliberatum est, ut pauper quilibet locus eligeretur, in quo honor Dei et rigor regulæ conservaretur, ubi novi christiana paupertatis amatores 45 exerceri, et sic deum alios in spiritualis tyrociniis exercitio instruere possent. Delectus itaque locus Virdunum civitas fuit, et in ea monasterium apostolorum Petri et Pauli et sancti confessoris Christi Vitoni, quod et ab antiquo fundatum, et sanctorum patrocinij gloriosum, et religionis erat ordine insignitum. Erant enim in eo boni viri et religiosi, licet perpauci, sub disciplina abbatis Fingenii, a Scotorum partibus oriundi, qui illo causa religionis conve- 50 nerant. Huc sane cum se conferre destinavissent, ad hoc tamen exploraturi convenerunt, ut opinioni minus creduli oculis attenderent, si eo se coenobio recluderent. Erat in eadem urbe et aliud monasterium a Wigfrido episcopo constructum, in quo eis videbatur melius eos ingredi debere pro loci opportunitate; quia illud prius coenobium loci angustia et situs asperitas minus commendabat, licet rigor ordinis in illo melius servaretur. Estimationi vero suae mi-

a) Gozelonem *supra*scriptum. b) *pejpsio* c.

nus fidem dantes, Cluniacense coenobium pari voto expetere decreverunt, quod et religione praecipuum, et divitis opulentissimum esse videbatur, ut a domino Odilone abate consilium quererent, et optento adquiescerent, aut certe, si sancto viro sanius videretur, ibidem sub eo remanerent. Ierunt ergo. Sed sanctus vir prophetiae spiritu plenus, caritatisque virtute res fertus, viros egregios et in Christi amore ferventes gratanter susceptos ad solum proprium remisit, inculcans eis et praecipiens, ut in monasterio, quod primum delegerant, et ubi se devoverant, vota sua Deo redderent, maxime cum ibi vigeret fervor ordinis; adiens posse per eos fieri in processu temporis, ut habitacula servorum Dei nunc modica postmodum crescent, et fieret eorum industria locus ipse insignis, qui nunc videbatur angustus et de-

¹⁰ spicabilis.

5. Intueri plane libet flamnam caritatis in corde heati Odilonis, quae per beatum Iob ^{11.6} lex Dei multiplex dicitur, quia cuius mentem plene ceperit, hanc ad innumera opera multiformiter accedit. Hac enim actum est, ut vir beatus ea quae sibi ab altero fieri expectaret, eadem cogitaret alteri facienda. Hac etiam actum est, ut proximum ut se ipsum diligenter, ut bona quae valeret proximis inpendaret, et inplendo non tumeret. Hac nichilominus fit, ut quo se vir sanctus in solo Dei et proximi amore dilataret, eo quidquid a rectitudine discrepat ignoraret. Hac quoque actum est, ut ceteros tamquam se diligens, per hoc quid rectum in aliis conspexit, quasi de augmento proprii proiectus hilaresceret. Quis namque praelatorum hoc nunc faceret, quod virum sanctissimum tunc constat fecisse? Quis tot et tales viros fama ²⁰ ubique celebratos, si ad se declinare continget, ad alia loca demigrare moneret, et non eos potius sibi favore, gratia, vel precibus, seu qualibet arte retinere temptaret? Quod etsi non posset, tamen eos invitum, et non sponte a se dimitteret, dolens quasi quos numquam habuerat dimitteret. Quantos nunc in ecclesia Dei praelatos aspicimus, qui proiectum alterius videntes suum non esse, fastidunt? Quibus omnibus beatum Odilonem praferendum merito ²⁵ censemus, ad cuius gloriam spectat, si quid per eos quos nobis attribuit, aecclasia cui attributi sunt^a, in ordine et religione fructificat. Redierunt ergo novi monasticae religionis tyrones Virdunum, et provoluti genibus patris monasterii aditum precabantur. Quos cum senior cerneret, et viros virtutis ad toleranda obprobria conculationes et verbora minus idoneos et delicatos putaret, paupertatemque loci cum illorum metiretus divitis, egre ad sensum prebebat, quia mentes eorum in divino amore roboratas non noverat, quas si novisset, nec momento introitum illorum distulisset. Cessit tandem, et petentibus assensum praebens ingressum annuit, quia voluntas Dei fuit, ut cito eis occurseret quod volebant. Sociati itaque congregationi monasterii, facti sunt omnibus forma patientiae et humilitatis, ut liquido cognosceretur a cunctis praeventos eos esse gratia conditoris Dei. Protectionis enim divinae gratia ³⁰ perlustrati, maiori satis ardore diligere caelestem patriam cooperunt, quam prius in terrena dilectione flagrabant. Deus namque^b, cuius vera hereditas lux est, et defectus luminis eiusdem nullus est, ita eos sua dilectione instraverat, ita eos visione sua deficiens repleverat, ut novae spei spiritu mentes eorum afflatae, semelipsas quales in vetusta cogitatione fuerant obliviscerentur, ut nichil iam eis nisi quae aeterna sunt placent, et despctis transi- ³⁵ toriis, sola quae permanent requirent. Quia vero venerabilis Richardus absque permisso ^{fol. 75.} et licentia archiepiscopi Remensis monasticum habitum suscepserat, conquerebatur episcopus canonicum suae aeccliae ab ea inordinate recessisse. Quamobrem eum conabatur repetrere. Quod ubi ad aures Fingenii abbatis pervenit, evocato eo, rem ordine pandit. Ille, patre consolato, Remensi archiepiscopo cartulam misit hec continentem: *Si spiritu ducimini, non estis sub lege.* Quam ille suscipiens, et vim verbi diligentius intendens, merito ait: *Abiit qui spiritu Dei ductus est, et ideo a nobis repetendus non est.* Sic confutata repetentium eum calumpnia est, immo magis ad imitandum eum accensa multorum devotione est. Regebat tunc aeccliam Arnulfus Lotharii regis, qui quintus Karolo Calvo fuit, filius, qui Traditor cognominatus est ob id, quia civitatem patruo suo Karolo redditum, cum doleret regnum alienae ⁴⁰ stirpi datum et suae praeruptum.

6. Procedente igitur tempore, domino Fingenio abbate ad superna eveneto. Idus Octo- ^{1004.} bris, et in monasterio sancti Felicis tumulato, cum de electione substituendi abbatis ageretur in praesentia Heimonis episcopi, et ut in talibus assolet diversi diversa sentirent, et varia quorundam haberetur electio; ad interrogacionem pontificis repente puerorum voce electus ⁵⁵ dominus Richardus consona omnium voce laudatur, episcopo in laudes Dei erumpente et di-

^{a)} & c. ^{b)} enaque c.

Psal. 8,3. cente: *Ex ore infantum et lactentium perfecisti laudem, domine Deus.* Et utique iusta pontificis enuntiatio, quia ore infantum et lactentium facta electio, laus Dei erat et glorificatio, qua erat laudandus et glorificandus in fideli suo. Confirmata sane electione, et scripto roborata, deducitur ab episcopo novo Iacob in cordis laetitia, et benedictione data more solemni, praelatus est custodiae gregis Domini. Aderat iam tempus ut impleretur propheta beati viri Odilonis, quod per eum et dominum Fredericum locus antea permodicus insigniretur, ut et ipse beatus Odilo de projectu illorum tamquam de suo gratularetur. Suscepit itaque praelationis sarcina, studit elationem et iactantiam cavere. Sciebat enim, oportere sibi prodesse fratribus magis quam praeesse. Cui tantam Deus contulit gratiam, ut a regibus et principibus, a dicitibus et mediocribus miro diligenter affectu; quia et congruum erat, ut quem Deus perfuderat gratia, ab omnibus amaretur. Ordinatus vero est per manum domini Heimonis Virdunensis episcopi anno ab inc. Dom. 1004, cum iam post Ottomem III. secundo iam anno principaretur Heinricus consanguineus eius, qui 9. regni sui anno imperator creatus est. Huius ergo principis curiam pro quibusdam negotiis dominus et pater Richardus adire compulsa, venerabilem Fredericum secum duxit, qui et de imperiali sanguine procreatus et principibus regni erat notissimus; ut quod per se posse diffidebat, illius optineret gratia, cui aliquando, dum esset in seculo, tota parebat curia. Verum dispositis sedibus, et residentibus pontificibus et abbatibus, astantibus etiam regni primatibus, cum longe inferius resideret pater mitissimus, et memorabilis eius monachus, ut regis et principum consanguineus, inter primos palatinis consiliis interestem eminentiori loco sederet, ratus non sibi fore utile, si patri cui 20 suberat praemineret sessionis ordine, rem fecit memorabilem et imitandam posteris. Surgens namque a latere principis, et suppedaneum suum ipse ferens, abbatem suum petivit, et positio ad pedes eius suppedaneo, in eo ipse resedit, dans omnibus monachis cunctis postmodum futuris seculorum seculis formam verae humilitatis, et quod vere exaltatur qui sponte pro Deo humiliatur. Hoc ergo eius factum omnibus fuit miraculo, et laudi datum est, quod 25 non pro laude hominum, sed pro divino famulito et paterna reverentia celebratum est. Nam regalis magnificentia humilitatem nobilitatis illius ampliata, Christumque in famulo suo devote venerata, cum eum ad se invitasset, et ille a pedibus patris avelli nollet, rex altiori ingenio viri prudentiam admiratus, abbatem ad se evocatum e latere suo sedere fecit, atque post eum domini Frederici sedem sisti praecepit. Sic familiaritatem regis et principum adeptus dominus . bbas Richardus, in brevi, sapientia, consilio, astu, prudentia et honesta conversatione cunctis manifestatus est, et in negotiis curialibus disponendis nullus illo utilior, nullus prudentior, nullus validior aut acceptior iudicaretur. Probat hoc principalis erga eum fol. 76. liberalitas, qua pro amore eius Virdunense, cui praeerat, dilexit coenobium, ut dona ei ingentia in auro et argento, in palliis et sacratis conferret vestibus, et totum se adeo in amore eius 35 transfundet, ut miraretur qui videret.

7. Optentis igitur, pro quibus abierat, abba religiosus ad monasterium suum reversus est, ceperitque velle fieri tanto propinquior Deo, quanto per gratiam eius regi et principibus, pontificibus et quibusque praepotentibus erat acceptior. Coepit enim totum se sollicitus divinis mancipare cultibus, dominicis die noctuque invigilare laudibus, commissos sibi religiosis 40 assuescere moribus; ita ut per totam Neustriam et Austrasiam, Franciam atque Burgundiam diffunderetur sonus sanctitatis eius, fieretque omnibus in proposito sanctimonie eius. Fiebat ad eum grandis undecumque concursus, alii eius se subdebat magisterio, postposito mundi fallentis lenocinio; alii filios suos ei offerebant erudiendos, ut videretur iam monasterium eius monasterii Nitriae⁹⁴ vel Aegypti conferendum, pro numerositate fidelium illo confluentium, 45 qui velut apes ad alvearia undique avolabant, diversis virtutum speciebus omnes mentes, ut illae mellis et cerae indiscretas cruribus et pedibus subveunt qualitates. O quales et quanti viri eius clauerunt magisterio! quam preciosa et devota Deo commissa ei congregatio, doctrinis eius irradiata, et exercitio artioris propositi ad ungueni informata! Probant hoc Galliae et Germaniae pontifices duces et comites, amore Christi ferventes, qui ex monasterio et 50 discipulatu eius monasteris quos habebant aut patres praeferiebant, sub tutione tamen eius et disciplina, aut si patres inde habere nequibant, quos de suis patres facere deligebant, Virduni primo probandos instituendos et morigerandos dirigebant. Ex quibus nos, licet iuniores et moderni, plures religiosos et in omni theoria probatissimos vidimus viros, angelica facie et habitu reverendos: ut ex institutione discipulorum patesceret, quanta religionis gra- 55

^{94) pagus supra Memphis situs.}

vitatis et perfectionis eorum magister fuisse, cuius eruditio decus in discipulorum clarebat moribus. Crescente sane numero discipulorum, crescebat census honorum. Clarebat obique nomen Richardi, sanctitas eius ubique praedicabatur, et nomen Dei per eum clarificabatur. ^{v. Richardi.} Videns autem ecclesiae suae vetustissima et pene iam diruta sartacea, delegit eis delectis ampliora iacere fundamenta, et in meliore statum et nobiliorem novam compilare basilicam, quod et brevi actum est. Turrem enim ecclesiae ipsius dominus Fredericus ex suo fecit, et cellarium et reectorium fratrum. Dormitorium vero cum deiectum restrueretur, et necessaria domus pararetur, nec posset nova parari nisi vetus mundaretur, accersitis quorum esset operis et studii id explere, cum aliqui illorum, ut assolent, erubescerent, et manus apponere in subvehendo quod mundabatur subterfugenter, vir humilitatis et gratiae. Fredericus vere monachus, terrae fossor accessit, et quod effossum est onere facto exportavit. Quis iam similia facere erubesceret, cum videret Fredericum comitis filium, fratrem duorum ducum, imperatoris consanguineum, et fecisse et non erubuisse? Fecit et huic simile opus in turrium extirpatione. Cum enim iam in altum structura porrigeretur, et strumentum illud ^{a. viii. 3.} 15 quod avis⁹⁵ nominatur, subvectione caementi aptatum, perpauci essent qui ferrent, his qui ⁹⁶ huic officio erant deputati alias, ut credimus, occupatis, videns vir beatae memoriae quemdam de nobilioribus astantem, ut sumeret ligneum illud instrumentum, et caementum collo, ut moris est, subvehheret ammonuit. Qui cum erubesceret, et saepe id natalibus incongruum adstrueret, vir mitissimus cervice subposita quod rogabat primus implevit. Ac deinde por.^{fol. 76.}

²⁰ recto iuveni instrumento eodem, suo docuit exemplo, ut disceret facere quod fecerat comes comitis filius, nec erubesceret si ei improbaretur factum, quod constaret ab ipso quondam comite primitus actitatum. Sedebat autem quadam die idem vir memorabilis in coquina fratribus, et operis quipiam exercebat, scutellas ablues et vasa alia mundans; cum ecce ad ostium quoquinque G. efridus dux frater eius aditum precabatur. Cui cum aperuis-
25 set unus ministrorum qui fortaderat, videns dux fratrum suum operi cepto insidente, capite inclinato et alludens ad nomen comitis: *Non deceret, ait, comitem talia facere, non enim sibi convenium nomina et actus, nobilitas generis et exhibito operis.* Cumque egredrebetur, ille egredientem subsequutus, nacta opportunitate loquendi, sic ait fratri: *Optime, ait, prosequitus es, o dux, quia tanta est dignitas huius officii, et tantus est cui inpenditur, beatus scilicet Petrus apostolus, et sanctus confessor Vitonus, quod nec meae congrui parvitali, ut praesunam ad hoc eis exhibendum quasi pro nobilitate generis mei; nec tanta est humilitas mea, ut merear ab eis in illorum qui hoc officio digni habentur consortio depulari.* Tanta erat tunc abiectio et suinet despectio in anima illius fidelis, ut eius humilitas praedicaretur, et miraculo esset cunctis qui noverant nobilitatem generis eius. Nam cum sederet quadam vice privatus, et ne-
30 cesset esse ei calceos extrahere, quidam de fratribus, quem ipse senem vidi et a quo puerulus ista audiui, Iohannes nomine, procumbens cum vellet ei pro caritate servire, obstupescens et quadam religiosa obstinatione obsequium eius recipere nolens, prohibuit eum dicens: *Quid mihi prodest, frater, honores seculi reliquise, si a fratribus obsequium, quod habuisset in seculo, cum non sit necesse, accipio?* Qui ad hoc veni ut serviam, servitum quod non expedit quo-
35 modo accipiam? Ita dicens, fratris repressit animum, dans omnibus maximum patientiae et humilitatis et vilitatis appetendae documentum. Hec in transcurso, pro innotescenda omnibus beatae mentis abiectione, dictum sit; nunc ad ordinem rei flectamus articulum.

8. Edificata igitur nova ecclesia maiori ambitu et elegantiori opere, necessarium fuit ut corpora quorundam sanctorum pontificum transmutari debuissent. Tunc corpus sancti Ma-
40 delvei incorruptum repertum est, et in crypta sanctae Mariae sub altari in vase marmoreo decenter depositum. Tunc etiam facta est translatio duorum episcoporum Hildini et Hattonis Nonas Maii, et ad dexteram crucis monasterii, ad dexteram scilicet altaris sancti Iohannis baptistarum positae sunt eorum reliquiae. Corpus autem domni Berengerii episcopi et mona-
45 chi in ingressu claustrorum tamen infra monasterium repertum, incorruptum inventum est, ex-
50 cepto pede quod in vita eius aruit; et casula cum sandaliis ab eius corpore abstracta est, et in thesauria ecclesiae cum reliquiis deposita. Corpus vero eius sanctissimum superius versus cancellos chori transmutatum est, casula nova et sandaliis honeste procuratum, et e regione sepulcri altare sancti Firmini, quod ipsius tempore ab eo inventum est, positum. At vero corpus domini Dadonis episcopi e regione duorum supradictorum pontificum, ad laevam sci-
55 licet crucis monasterii, ad sinistram partem altaris sancti Martini, honorifice reconditum est.
95) hodieque Gallis oiseau.

Reliquorum vero episcoporum corpora infra chorum continentur, et desuper tabulatum de lapidibus sectis et quadratis factum est. Attamen quinque episcoporum corpora subitus pulpitum, quo euangelium recitatur, contineri a multis audivimus, quorum tamen nomina non tenemus. Pulpitum autem aere crebris tensionibus in laminas tabulasque producto, et deaurato, factum esse constat satis accurate et eleganter, et per 12 tabulas 12 prophetarum imagines, 12 apostolorum formas subvehementi, sculptorio et polimito⁹⁶ opere exaratae sunt. Et hec quidem ad occidentalem partem, ad dorsum scilicet stantium et canentium, positae sunt. At vero ad septentrionalem 4 fluviorum species de paradiso emanantia, in 4 partibus eminent. In gyrum autem, quo euangeli recitator stans obumbratur, Abrahae offerentis filium, Abel agnum, Isaac benedicentis, et Iacob supplantantis, et Tobiae sepelientis, et David manu fortis imagines agnoscantur, simili opere compilatae. In facie autem dominus Iesus in throno maiestatis residens, et Virgo mater, et baptista Iohannes cum 4 euangelistis apparere. Porro dextra levaque Domini angeli et archangeli cum Cherubin et Seraphin Redemptori obsequium exhibent. Instrumentum vero illud quod paratum est receptui textus euangeli, Iohannes euangelista in similitudine aquila volantis adornat. In ora autem et summitate operis versibus 15 exametris auro digestis patris Richardi devotio summa notatur. Propiciatorum sane sanctorum exornant corpora, quorum meritum floret aeclesia. Et in medio quidem alto satis et prominenti cyborio sanctus quiescit Vitonus redimitus frontem auro purissimo et gemmis pretiosissimis, quibus concluditur maiestas Dei incircumscripta et incomprehensibilis, habens ad dexteram beati Petri, et ad levam eiusdem beati Vitori auro prominentes imagines opere 20 factas caelatorio, quas ambunt columnae^a ex electro purissimo cum basibus argenteis arte fusili et anaglifo productae. Ipsum quoque cyborium dominicae resurrectionis, apparitionis et admirabilis ascensionis opere caelatorio protensis adornatur insignis, habens ante se altare sacratum in honore sancti Vitori et omnium confessorum: ad levam autem altare sacramum in honore sancti Pulcronii et omnium martyrum, habens et ipsum suum cyborium, quo continetur corpus eiusdem beati Pulcronii, auro et argento decoratum: porro ad dexteram altare in honore sancti Possessoris habetur, et omnium virginum, cum cyborio, quo corpus eius continetur, simili opere adornatum. Altare vero maius in honore sancti Petri apostolorum principis sacramum est ob privilegium aeclesiae ipsius, quae priscis temporibus in honore ipsius apostoli et facta et consecrata est. Ante hoc tabula habetur aurea, auro mundo et purissimo et gemmis preciosissimis dessimissime conserta, opere mirifice et arte celatoria facta, praferens imaginem Domini signum crucis tenentes et super aspidem et basilicum ambulantes, et dextra levaque imagines apostolorum Petri et Pauli eiusdem operis et metalli. Ad quorum vestigia procumbentes cerneres imagines domini patris Richardi, et Mathildis digne memorabiles, supplices manus tendentes, et quasi ut grata hec eorum habeatur oblatio, alterius 35 censu, alterius studio facta, supplicantibus. Factum est et altare gestatorium ex auro purissimo interius mire fabrefactum operi consimili, studio et largitatem domini Herimanni comitis, in modum tabularum consertum et compactum, quod cum aperitur, et altare est, et tabulae aperiuntur, quibus si moram adhibeas, quod est instrumentum Moysi et Aaron imaginibus gloriosum, figuram dominicae crucis exprimit. Habet hoc a quattuor cardinibus quattuor euangelistarum, hominis, leonis, tauri, et aquila species ex argento opere fusili, praefatum altare portantium, et se invicem versis vultibus respicientium. Super ipsum vero altare brachium sancti Pantaleonis ponitur pallio serice involutum, et ligno inclusum, argento et auro decoratum, quod attulit cum corpore eiusdem a Nichomedia Coloniensis episcopus⁹⁶, optentum dono

^{ct. 6. Virg. 9.} fol. 77. Constantinopolitani imperatoris, quando pro eius filia Ottoni II. in matrimonio iungenda iussu eiusdem Ottonis ad eundem imperatorem legatus missus est, cum episcopis duobus, ducibus et comitibus. Et cum optentis, pro quibus ierat, licentiam redeundi accepisset, et imperator ei sociisque eius munera plura optulisset, et accipere renuisserunt; corpus sancti Pantaleonis ab eo archiepiscopus petuit, et optimis, et reversus Coloniam detulit. Fuerat autem cum eo in expeditione ipsa quidam eius consanguineus, dominus castri de Commerceio⁹⁷, et multa prece obtinuit ab eo brachium corporis sancti Pantaleonis, quod et in aeclesia praefati castri reposuit. Evolutis postmodum aliquot annis, obsessum est castrum ipsum, et eversum atque succensum. Cumque flamma tectis aeclesiae illaberetur, et vietricibus globis interiora aeclesiae lamberet, dolens sacerdos de combustione sanctarum reliquiarum, cuidam armatorum

^{a) ita e.}

96) multicolore. 96') Gero. 97) Commercy.

ut aeccliam ingredetur et desuper altari reliquias tolleret, significavit. Qui mox ingressus, reliquias tulit et reposuit; et cum ibi adesset abbas R., brachium sancti praesente presbitero marca argenti ei vendidit; quod dominus ipse cum sciret pro certo martyris esse reliquias, Virduni gaudens attulit, et paratum argento et auro diebus festis super altare ponitur. Fecit 5 et alia plura ornamenta, libros quangeliorum auro et argento paratos, cruces ex auro purissimo 3, ventilabra argentea 2, librum epistolarum 1 argento paratum, missale 1, collectarium 1 similiter argento paratos. Dedit et Heinricus imperator calicem 1 aureum premaximum ^{et G. Virg. 11.} cum gemmis preciosissimis et patena eiusdem metalli, et scutellam 1 de berillo, et pixidem 1 de onichino, in qua servaretur corpus dominicum dependens super altare: præterea innu- 10 mera dona auri et argenti et praediorum sacrarumque vestium, et philacteria aurea et ar- gentea et cristallina cum sanctorum reliquis, capsam 1 auream insignitam reliquis 12 apo- stolorum, et cornua 2 eburnea idemtide reliquis conferta. Fecit etiam memorabilis pater Richardus coronas 2 ex argento et auro, et tertiam parvulam, ubi dependent signorum re- 15 stes. Adverata quoque comitissa dedit sancto Petro casulam viridem cum aurifrisio, et multi 20 multa dederunt, quae enumerare longissimum est. Unde et in brevi factus est locus ille insignis. Eius namque exemplo provocata progenies domini Frederici seculo renunciavit, et adhærens disci- 25 pulatu pœfati patria praedia sua et patrimonia aeccliae dedit. Godefridus comes pater Borra- cum dedit, inde relato filio suo ab Italia Adalberone episcopo, cum eum parentes eius in aecclia S. Vitoni sepeliri mandassent, et contra eorum voluntatem aecclia S. Mariae sepultus fuisset, pro 30 requie animae illius dederunt S. Vitono Forbacum ⁹⁷⁾. At vero Herimannus, qui et Herzelo, filium suum Gregorium in annis puerilibus Deo obtulit, et omnem devotionem suam ad eundem locum vertit. Dedit enim S. Petro et S. Vitono Haslud cum aecclia, in Fesseca unam ec- 35 clesiam, in Rotgericorte 12 mansos, in Ermefredegehen unam aeccliam. De his factum est post mortem eius concambium, et dedit pro his comes Balduinus Flandrensis Bonvillare cum dimidia ecclia, Hevenges similiter cum dimidia, in Vitercio vineas cum quadam parte aec- 40 clesiae, in Harvia 30 mansos cum familia magna. Sine isto tamen concambio tradidit adhuc ^{a. Virg. 9.} præfatae aeccliae Monnau et aeccliae cum silva spaciosa. Fontagiam quoque cum fami- lia et vinea optima. Dedit etiam pro anima filii Godefridi ex concubinatu, in claustro tu- 45 mulati, non tamen iuxta fratres et patrem, duas aecclias, quarum una dicte Ham, alia Gengeavia.

9. Fecit et vestes sacras in aecclia preciosissimas. Et cum aeccliam ipsam præ- cunctis mortalibus suis ditasset bonis et possessionibus, ad ultimum semetipsum Deo optulit, et monachus factus est, ut in aeternum cum Christo regnaret. Mathildis autem, uxor eius digna memorabilis, bonis pollens virtutibus et misericordiae studens operibus, in claustro 50 ipsius monasterii defuncta venerabiliter quiescit humata. Cuius ad caput filia eorum Odilia virgo sacratissima locum habet sepulchri. De hac sermo exitit, et nos a senioribus audivimus, ^{fol. 78.} quod egressa a finibus Bavariae venerit Virdunum 4. feria ante sanctum diem paschæ, volens cum patre et matre et fratribus diem paschæ celebrare. Quam cum vir Domini Richardus intutus fuisset, inter blanda consolationis alloqua, an aliiquid infirmitatis pateretur interrogavit. 55 Qua respondente, sanam se esse, et nullius egritudinis molestiam se sentire; ille prophetæ spiritu plenus, prævidens imminere tempus vocationis eius: *Vale, ait, filia, vera salutis aeternae filia. Nam eras hac in hora assumeris in gloria; et recipies a Deo pro bene gestis præemia sempiterna. Elegit enim te Deus sociam esse sanctarum virginum, quia iocundum ei in corde tuo virginitatis præparasti habitatculum.* Obstupuit ad hanc vocem pii patriæ ancilla 60 Dei, et quia virum Dei creditit non posse mentiri, verbis eius credula cepit de fine suo tractare, excessus suos pertractare, et suffragium consolationis et orationis ab eo expetere. At ille caput sanctum super pectus suum reclinans, et quasi iam per incorruptionem corporis et spiritus alterata esset eam demulcens, confortabat spiritum eius in Domino, proponens beatam eam fore, quam certum erat ad nuptias agni festinare. Post hec eam reficere iussit, om- 65 nibus mirantibus quomodo eam sanam et vegetam in crastino morituram predixerit. In crastinum autem lique sancti olei ab eo inuncta, cum nullam gravedinem pateretur; mandato pauperum cum eo interfuit, et in eodem quo laverat pedes pauperum loco virum beatum intuita: *Hec, ait, requies mea in saeculum seculi, hic expectabo diem Domini.* Ad missarum itaque sollempnia ivit, et cum communicasset vivificis mysteriis, dolore aliquantulum pulsata ad

⁵⁵ 97) Forbach.

cellam reddit, et adveniente viro Dei cum fratribus, exitum suum orationibus muniri petit, et sic inter manus eius in cinere et cilicio se reclinans, inter verba orationis laeta spiritum efflavit. Et recedente beata anima, tanta illic emanavit flagrantia^{a)} odoris, ut nulli dubium foret venisse illic auctorem suavitatis. Curatum sane est corpus eius pia religiosorum instantia, et usque in diem tertium in ecclesia pia servatum sollicitudine et industria; et sic sabbato sancto terrae mandatum cum gloria. In hoc monasterio dominus Liethardus comes de Marceio ad conversionem veniens Bailodium contulit, et multis annis in sancto vivens proposito, tandem Cathalaunis, quo eum oboedientia miserat, defunctus et sepultus est, et demum Virduni relatus in claustrum tumulatus est. Godefridus dux Gozelonis frater ibidem sepultus, 20 manus in Beurunes dedit, et sua suppellectile locum admodum amphavit. Dodo etiam de Comitis castro iuxta Teodericum comitem ibidem in ingressu monasterii quiescit. Ludovicus quoque comes et monachus. Hildradus comes Richardum filium suum post episcopum beato patri baptizandum offerens, Baronis curtem sancto Vitono dedit, et defunctus in galilea^{b)} tumulari meruit. Non est autem facile referre, quot de diversis partibus Franciae Neustriae et Austrasie, spretis mundanae vanitatis illecebris, sub disciplina et magisterio patris Richardi monasticas se subdebat religioni. Ita namque in eius amore se transfluerant reges pontifices et potentes, ut summo eum venerarentur affectu, et patrem eum dicerent patriam ob paternum eius erga omnes affectum, quo cunctos fovebat et relevabat. Erat enim pius in vultu, reverendus incessu, severus circa reprobos, dulcis erga benivolos, forma honestus, actione compitus, praefferens semper honestum utili, qui nullo terrore, nulla adulatione a vero flectebatur, in observatione regulae ferventissimus, in corrigendis viciis prudentissimus, in castitate cluentissimus, in exhibitione honorum operum perfectissimus.

1020. 10. Baldricus igitur Leodiensis episcopus⁹⁸⁾ cum beatum virum unice diligeret, coenobium Lobensem divitias opulentissimum ei tradidit regendum, ut industria eius religionis in eo reformaret propositum, quod videbatur a pristine rigore immutatum. Cuius exemplo delectabilis 25 provocatus, cum videret religiosam eius conversationem in bonis et sanctis moribus, et incrementum religionis et monasticae perfectionis in coenobio eodem excrescere gaudens miratur, cepit iam maiora meditari, et in suburbio Leodiensi in honore Laurentii martyris monasterium edificari constituit. Evocato ergo ad se eodem abate, desiderium suum ei aperuit, et ut desiderii eius cooperator accederet monuit, et obtestatus est adiens multum perfectioni 30 eius posse proficere, si eius studio et industria domus Dei extrueretur, in quo laus et gloria Dei devote die noctuque celebraretur. Adquievit vir Domini, et congregatis artificibus, delegatisque necessariis sumptibus, Christo domino adiuvante, et beato Laurentio cooperante, opus inchoatum agiliter perficitur et dedicatur, et fratres, qui Deo cotidianis deservirent, ex monasterio sancti Vitoni adducuntur; quibus loco praepositi praeficitur dominus Stephanus, 35 qui in praefato cenobio cellararii officio fungebatur. Tactus simili bonaे devotionis desiderio dominus Rotgerius Catalauniae civitatis episcopus, industria et labore eiusdem patris Richardi in suburbio Catalaunensi in honore sancti Petri monasterium a fundamentis construxit, et a monasterio sepefato fratres cum libris et ornamentis necessariis, qui inibi deservirent, deduxit, et in vita sua ipse per se ultraque rexit monasteria. De quo hoc fertur mirabile, quia cum 40 turres ecclesiae sancti Laurentii in altum iam porrectae, et usque ad cacumen elevateae, postmodum reclines viderentur, et in ruina eorum^{b)} certa esset deiectio aëcclesiae, vir Dei adveniens, dolorem fratrum, quem ex tedio deicienda et iterum reparanda turris habebant, blande consolatus est; et nocturno tempore aëcclesiam ingressus, cum diutius in oratione pernoctasset, iannis patefactis egressus est, et iterum orationi incumbens cum surrexisset, signum crucis edidit, et confessim turres, quea reclines videbantur, dato maximo strepitu in sese resilientes subsederunt: et ut cernentibus patet, ita in se resilierunt, ut cunctis palam daretur intelligi, angelico id factum esse ministerio. Tantus autem resiliens in se structurae crepitus factus est, ut fratres monasterii tantorum sacramentorum ignari a lectis cum maximo timore exurgerent, putantes in ruina turrium quam verebantur dejectam esse partem aëcclesiae. 50 Quos vir Domini ad consuetudinarium matutinorum officium invitans, ipse cum eis interfuit, et mane facto beneficia Domini oculis videnda monstravit, atque ad amorem eos tanti beneficii largitoris mirifice animavit. Huius miraculi testis est tota Leodiensium civitas, et patres qui viderunt narraverunt ea filii, et filii filiorum filii, ut cognosceret generatio altera. Tem-

a) ita c. b) ita c.

98) area, nostris gallerie. 99) Wolbodo; cf. Ann. Laubienses. SS. IV, 18. Gesta epp. Camer. I. 3. c. 15. SS. VII, 470.

poribus illis principabatur Francis Robertus, qui Constantiam duxit uxorem. Hic ter beato patri nostro abbatiam sancti Petri Corbeiacensis regendam contradidit, ut eius institutione et vigore servaretur in eo regula patris Benedicti, et rigor reformaretur monasticae institutionis. Baldunus vero Flandrensis abbatias ei quamplures tradidit, abbatiam scilicet sancti Petri Gandensis, abbatiam sancti Amandi, abbatiam sancti Bertini, abbatiam sancti Richarii et abbatiam sancti Iudoci. Rexit et alia quamplurima cenobia, Bretiliensem, Humulariensem, sancti Quintini de Monte, sancti Wandregisili, sancti Huberti, sancti Remaci, Malmundariensem, Waltiorensem, Belliloci, sancti Urbani, sancti Vincentii Mettensis insulae, et alia perplura quae non occurunt memoriae, quas omnes in meliorem reparavit statum, et melioratis abbates de suis quos elegit instituit. Cenobium vero Belliloci, sancti Petri Catalauensis, sancti Urbani ipse in vita sua rexit. Preerat tunc Cameracensi aeccliae et Atrebatensi Gerardus venerabilis episcopus. Hic aeccliam sancti Vedasti in suburbo Atrebatensi sitam, de maximis divitiis ad maximam redactam penuriam, anno ab incarnatione Domini 1008 huic patri nostro, quem unice diligebat, assignavit; in qua vir Domini tanta egit et passus est, ut si singula scriberentur, et lectori ut vereor tedium et audientibus generarent fastidium; sed de multis pauca dicenda sunt, et fortasse utilius proderunt. Dicamus itaque quid rerum intercesserit, ut ad inopiam redigeretur locus tantarum divitiarum. Non autem visa, sed a senioribus auditia referimus.

11. Quidam servientium sancti Vedasti in tantam eruperat proterviam^b, in tantam excreverat insolentiam, quia aliquanto necessarius erat aeccliae, ut infra atrium monasterii domum sibi constitueret magnae altitudinis et fortitudinis quasi pro tuitione loci. Sed nacta oportunitate contumaciae exercendae, secularitatis in monasterio superabundantis desidia provocatus, propugnacula erexit, infirmiora munivit, et non iam pro loco, sed contra locum et Deum rebellare nitus est, bona aeccliae diripiendo, vernaculos et ancillulas sibimet aggregando, canum turbam, histriorum et scurrarum ineptam congeriem deducendo, nec eos ab ingressu claustris arcendo: cum potius ipse in eo obsequentiū stipatum cuneis assidue sedere, et habitacula servorum Dei actibus illicitis prophanaret. Ubi vero vir Dei coenobium ipsum regendum suscepit, et a fratribus, quibus erat mens sanior, susceptus est, non est passus tantam domus Dei videre desolationem; quin immo ad eius omnimodis se superextendit 30 erectionem. Cogitavit tamen si posset liberti illius emollire mentis duriciam, et verborum dulcedine^c lenire proterviam, ut cessaret ab oppressione et conculcatione aeccliae, cui pro debito et iure naturae debebat potius subesse quam praeesse. Sed servum malum non frangunt verba sed verbera, sicut dicit Sapientia, quoniam *qui mentis est durae suscipiet vulnera.*^d Et licet verba sapientis sint tanquam clavi in altum defixi, tamen non audiit stultus verba prudentiae, quia non dicebat ea quae versabantur in corde eius. Impletum enim erat illud veridicum Salomonis proverbiū: *Qui nutrit servum delicate, sentiet illum contumacem.* Quid faceret, quo se verteret anxia mens viri Dei? Cilio itaque obvolvitur, cinere aspergitur, et in excubias commissi gregis per vigilas noctes ducens, Deum precabatur attentius, ut ab oppressione inimici et membrorum eius tueretur aeccliam suam, misereretur parvulis, et pro 40 tegeret a scandalo; se ipsum quoque, quem eis praeposuerat. talem ficeret, ut subditis eum et matrem pietas, et patrem exhiberet disciplina, ut esset in eo et iuste consulens misericordia, et pie seviens disciplina. Nacta igitur temporis oportunitate populum conveniens, cum pauca pro re et tempore contra superbiam disserisset, et de sectando religionis proposito nichil minus quedam perorasset, ubi vident flexos ad se animos populi, munitionem quam patiebatur infestam adivit, et ea funditus destruxit, illum, qui contra iustitiam tumidus superbiebat, captum in elemosina sancti Vedasti sedere et de elemosina vivere instituit, sive locum ab eius et obsequientiū eius importunitate eripuit. Cepit ergo tanto ferventior studiis religiosis insistere, et deductis a Virduno fratribus in spiritualis exercitiū tyrocinio probatis curam loci commisit, inter quos erat Rothardus a Leodio sapientia et religione nominatissimus, quanto 50 noverat et sibi qui praeerat et eis qui suberant expedire. Verum quia vita eius casta et sancta moribus inhabitantium aversabatur, durumque eis videbatur quod in mente veteri cogebantur nova meditari, ex rebellione audacia sumpta, conati sunt quidam eorum de eius morte tractare.

12. Imminente itaque quadragesimali tempore, quia hec erat monasterii regula, ut in

⁵⁵ a) aliqua crasa. b) propter viam c. c) dulcenide c.

illis diebus artiori se quisque mactaret continentia, cum ad hoc propensiore cura et ferventiori compellerentur, tectus in corde litor cepit altius serpere, et ad perficiendum quod anhelavabant in dies mentem excruciatam permovere. Quid multis immoratur? Venit sacratissimus dies coenae dominicae, et quae erat pacis et concordiae, reconciliationis et misericordiae, haec factiosis convenit dies proditoris et malitiae perpetranda. Deliberatum est enim apud illos, ut eo die perepletio, cum post ministerii salutari expletione vir beatus fessa corporis membra quieti laxaret, cum omnes dormirent, ab eis gladiis perimeretur. O praeemptio temeraria! o impudens audacia! quis furor post immolatam illam agni paschalis victimam ea die vel nocte quemquam quamvis nocentissimum morti adiudicavit? Nec latuit virum beatum feralis illa malorum deliberatio. Audiit namque quod ea nocte ab impiis perimendus esset, nec timuit. Timor enim Domini castus, qui permanet in seculum seculi, a mente eius timorem mortis exclusit, quia noverat quod nemini super eum potestas daretur, nisi quantum a Domino permetteretur. Totum ergo se committens Domino, ivit cubitum, caput habens rectum, paratus, si Deus vellet, ad excipendum iugulum. Cum ecce ante matutinum tempus, omnibus post laborem quiescentibus, duo illi, quorum erat operis et voluntatis patrem iugulare, surgentes clanculo dormitorium egrediuntur; et accincti gladiis, cum de perpetrando scelere se mutuo devotantes contestarentur, ad hoc ultimum devenierunt, ut unus illorum pedemptum singula dormitorii lecta circuiret, ne aliquis superesset qui vigilaret, a quo deprendi verebantur. Quod ubi factum est, et ille est reversus ad solum, captata oportunitate malicieae perpetranda, simul patris Richardi cubile adeunt videntes virum capite refecto soporatum. Cumque unus audacior in scelere armatam in illum vibrasset dexteram, brachio obrigente divinam erga se sensit clementiam, ne perceret patrem, qui multos ad aeternam transmissurus erat hereditatem. Stabat exerta^a dextra, inpos ad ferendum, nec inpos ad gladium reponendum. O admirabile Dei paeconium! mira patientia, pietas praedicanda! Poterat Iesus noster suos illos palestrites a peccati voluntate avertire, poterat, mox ut cogitata ad effectum perducere temptaverunt, morte multare. Sed sustinuit in multa patientia filios irae, ut facheret filios misericordiae. Invasit ergo miserum illum timor cum febre, et recessit a lecto patris, quem protegebat gratia Omnipotentis. Nec multo post signo dato ventum est ad aeccliasim, et ille quem remordebat conscientia, inter alios nocturnali sinaxi interfuit, quamquam tremens, quamquam infirmus, quamquam mordacis conscientiae stimulus aggravatus. Ubi vero ventum est ad tenebras, miser ille, dum *Kyrie eleyon* cum versibus cantaretur, corde compunctus genibus patris advolutus est, clamans et ipse patri: *Domine miserere*, scilicet ut sui misereretur, sicut Deum sibi misereri precabatur. Obstupuit vir sanctus ad tactum matris vestigii eius procumbentis, et quid esset prorsus ignorabat. Suscepito tamen eo et in partem declinato, orationem complevit, et dato lumine ceteris ad strata regredientibus, aliquos de fratribus secum retinuit; secedensque in locum congruum, data opportunitate loquendi, trementem fratrem et plorantem, totoque corpore terrae prostrato capite terram ferientem, quid patreter requisivit. Ille genui interrumpente: *Peccavi*, inquit, *in celum pater et coram te, qui nolebam dici et esse filius tuus, factus sum persecutor tuus*. Et proferens gladium de sub cuculla: *Ecce*, inquit, *quem extendi nocte hac ad ferendum te, sed Iesus tuus protexit te*. *Volu quidem perdere te, sed protector tuus Dominus defendit te. Exemi gladium in te, sed cuius est virtus et imperium, gladium continuit, et te a morte, me ab interitu animae et ab homicidio salvavit. Parce ergo mihi, quia converti paratus sum et tuis monitis adquiescere regularibus que subdi institutis; tantum dona mihi quod deliqui in te, et ora Deum pro me*. Non erat hoc grave beato viro, donare peccantibus in se, qui ad proprias iniurias erat patientissimus. Toto ergo corpore prostrato, gratias egit protectori suo Deo, inde fratri benigne indulxit quidquid in se deliquerat, plurimum eum consolatus, inculcans ut confiteretur Domino peccata sua; dicens peccatum aliquando esse peccatum, et penam peccati, quae omnia vitare quiret, qui confessioni operam daret. Paucus ergo pro tempore loquutus, fratrem consolatum dimisit, dans in mandatis, ut mane facta ad se rediret, et quae sibi imperarentur faceret, et ita discessum est. Pater Richardus oratorium petit, et quod superfuit noctis in laudibus Creatoris exigit. Die facto, prima dicta, consuetudinario officio expleto, ubi tempus oportunum datum est, patrem filius requisivit, et data confessione, penitentiaque accepta, alacer et sospes ab eo recessit, dicens, multum sibi prodesse, quod hac eum occasione Dominus sibi asciverit. Hic extunc

a) exerta corrigit L. extera c.

patris Richardi fuit filius dulcissimus et comes individus, hic consiliorum participes, quia erat nobilibus ortus natalibus et litteris ad prime eruditus, et videbat in eo penitentiam cum verecundia. In capitulum ubi ventum est, publicam penitentiam egit cum socio corde contrito et humiliato, et fratres glorificaverunt Deum, qui avertit peccatum hoc ab eis; et iam in maiori veneratione sanctum Dei habere ceperunt, quem Deo karissimum, mortis impavidum, sui contemptorem, iniuriae donatorem, et ob id Deum defensorem et tutorem habere sciebant. Iam autem si quis esset, qui viro Dei aliquando infestus fuisset, surgebat in medio, et confitebatur quidquid illud esset, satis verens ne etiam circa se deseviret indignatio divina. Precabantur itaque omnes pariter sibi indulgeri, quia eum non ut decuiisset patrem et dominum tractaveraunt, et facta est ruina duorum sui ipsius et multorum in spiritu resurrectio. Igitur vir Dei fol. 80.
generali omnibus indulgentia data, tanta^a in posterum ab omnibus caritate dilectus est, ut merito diceretur: *Hoc mutatio dexteræ Excelsi.*

Ordinata itaque dehinc ecclesia personis et necessariis sumptibus, Virdunum rediit, praedictum fratrem secum ducens, quia intelligebat eum utile vas futurum in domo Domini. Nec eum spes fecellit. Cepit enim totus alteratus perfectiora meditari, amare honestatem, diligere ordinem, omnes sibi preponere, se omnibus postponere, et si quid est quod virum honestum deceat, ad id modis se omnibus informare. Quamobrem diligebatur a viro Dei, et cotidiana monitione ad meliora sectanda incitabatur. Leduinus nonen erat viro. Hic est ille Leduinus, qui postmodum iussu et obedientia predicti patris sub eo sancti Veldasti annis multis rexerit ecclesiam. Verum hoc in patre nostro memorabile videtur, quod tanto eum affectu dilexit, quem de morte sua tractasse cognoverat. In quo consideranda est pietas eius et patientia invincibilis, quae vicem ledentibus rependere non novit, qua instantum abundabat animi eius directa simplicitas, ut quem passus fuerat inimicum, eum sibi crederet fidum amicum. O mens vere plena Deo, simplicitas sine simulatione, caritas sine emulatione! Sed sufficient interim ista, festinandum nobis est ad reliqua. Non enim omnes eius virtutem animi describere possumus. Supersedendum aliquibus est, ut ad potiora sufficiamus. Et nunc quidem de beneficentia dicamus quod possimus, quia non omnia possimus, qua ita sibi filiorum animos obligaverat, ut inmemor iniuriae, memor gratiae diceretur. Considerabat enim singulorum affectus, necessitates, oportunitates, et ita quibusque mirabili verborum et vultus gratia occurrebat adiens verba bona rebus bonis, et praedicatione benigna et humana se ipse commendans, ut pluris estimaretur animus eius, quam illud quidquid esset quod querebatur. Quemadmodum enim in egris oportunitas cibi salutaris est, et aqua tempestive data remedii locum optinet, ita beneficia eius, quamvis levia, qui praesterant, quia occurabant voluntati, gratiam preciosi, sed lenti et diu cogitati muneris vincebant. Gratissima enim erant quia parata, quia facilia, quia occurrentia, ubi nulla erat mora nisi in accipientis verecundia. Noverat enim optimum esse antecedere cuiusque desiderium et proximum sequi; illud vero melius, occupare antequam rogaretur. Nam cum homini probo, ut ait Seneca in libro de Beneficiis, ad rogandum os concurrat, et suffundatur rubor, n. 1. qui hoc tormentum remittit multiplicat munus. Nulla enim res carius constat, quam quae precibus empta est. Hinc sanctus Benedictus de dandis necessariis agens: *Consideret, inquit, abbas infirmates indigentum, non malam voluntatem inadvertientum.* Qui considerandas infirmitates praecepit, occurrendum docet precibus, divinandam cuiusque necessitatem, ut rogandi necessitas auferatur. Ceterum et hoc in patre nostro beneficentiae partes adiuvabat, quia si quis ei de secretis animae, de internis mentis motibus confitebatur, tanta ei inerat mentis benignitas, tanta dulcedo, tanta compassio, ut qui solus advenerat, ut se proderet, alterum se illum esse crederet cui confitebatur, cui non inmerito tamquam alteri sibi animum suum applicaret, et se ipsum crederet. Occurrebat namque voluntati eius, et ita ei conformabatur, cum dolente dolens, cum tribulato spiritum et ipse contribulatum adhibens, ut unam animam duobus inesse corporibus, dum alterum se stupet is qui advenerat, miraretur. Quae res gratissima est mediocribus, utilima pusillis, qui eo utuntur affectu; quo vident sibi adclines, quibus loquuntur seu confitentur.

Iam vero in capitulo⁹⁹ si quis sermonem eius audisset, totus tremebat, totus estuabat,⁹⁹ totus ad reprehendendum se acutissimum stimulum compunctionis adhibebat, ac si prae oculis videret parata gehennae incendia, suppliciorum disperita omnimoda genera, donec pro-^{cf. Cant. 4. 11.} cederet consolatio ab ore sermocinantis, fieret dulcedo mellis lingui eius, favus distillans

^{a)} tamta c.

99) i. e. capitulo.

fol. 80^r. labia eius! Non enim dissimulabat peccata delinquentium, immo cum de viciis sermo esset, ita eorum proprie spurectias immundiciam et foetorem verbis exprimebat, ut qui audiret miraretur, et abhorrens talibus implicari omnino detestaretur. Erat in eo iuste consulens misericordia et pia seviens disciplina. Ut enim ait in *Moralibus* mitissimus doctor Gregorius, *misericordia vel disciplina multum constituitur, si una sine altera teneantur*. Affectus patrem, pietas matrem, reverentia timoris dominum, disciplina exhibebat magistrum, quod totum de beneficia fonte procedebat. Nolebat enim consumi munus suum, qui semper paratus erat ad donum; ideo in dande beneficio corporali seu spirituali sensu communi et rationabili tempus, locum, personas observabat, quia et momentis quaedam grata et ingrata sunt. Ingratum est beneficium, quod diu inter dantis manus hesit, quod quis egre dimisit, 10 quod sic dare visus est, quasi sibi eriperet. Ideo vir beatus cum aliquid ab eo a filiis quereretur corporalis aut spiritualis necessitatis, non dubitavit, ne proximus esset a negante, et nullam referret gratiam, sciens nichil esse tam amarum quam diu pendere, cum equiori animo feratur a quibusdam praecidi spem suam quam trahi. Quod autem donum tam dulce homini, quam iuvare consilio, participare laboribus, communicare doloribus, relevare estuantem animum, gaudere cum gaudiente, flere cum flente? His donis, his beneficiis filiorum in se deflexerat gratiam, ut iniuriam eius suam arbitrarentur, laetitiam eius suam crederent, cuius tanta erat benignitas, ut veniente eo, si quid in congregatione qualibet morari licisset, cum egrederetur, nullus esset qui non se iuvatum et elevatum, sustentatum et confortatum letabundus gloriaretur. Iam vero liberalitatem in eo laudari necesse non est, cuius non minima portio est, in omni negocio considerare, quomodo quidque aut dicatur aut fiat. Nam procedens ex liberalitate omnis benignitas properat, et proprium est libeater facientis cito facere. Qui enim tarde et diem de die protrahens profuit, non ex animo fecit; ita duas res maxinas perdidit, tempus et argumentum amicæ voluntatis; quia tarde velle nolentis est. Aliquando vero in tedium adductus animus, incipit odisse beneficium dum expectat. Quod 25 autem maius beneficium quam mortuis referre gratiam, et requie eorum providere et consulere, quorum accepis elemosinam? Summa haec liberalitas est, memorari eorum qui se tibi dum adverterent commiserunt, quorum vivis laboribus, quorum sanguine pasceris; qui fiduciam suam post Deum in te ponentes, per manus tuas Deo feneraverunt, dum sua tibi pro eius amore largiti sunt. Non defuit gratia haec patri nostro, immo in omnibus monasteriis, 30 quae regebat, mox ut potuit iure perenni constitut, ut in kalendario singulorum fratrum et benefactorum aecclesiae, qui seculo excesserant, divisis paginis nomina, anniversaria queaque die in capitulo recitarentur, diligentius annotato, quid quisque contulisset aecclesiae, ut dum eorum beneficia fratres præsentialiter recolerent annotatione diligentissima, recollesceret in eis eorum memoria, et tanto gratius memorarentur illorum, quanto acceptio 35 fieret repræsentatio benefactorum illorum. Quod ut acceptius fieret, sermonem inde habuit coram fratribus, quem exceptum kalendario eidem, cui hec inscribebantur, præscribi instituit, in quo dulcedinem eius et pietatem, caritatem atque misericordiam, qui diligenter advertit, perpendere potest. Quanto vero affectu et studio memoriam defunctorum eorumdem, id est officium quod vigilias dicimus, et missae celebrationem agi instituerit, noverant qui 40 hoc facere conseruerunt. Per omnia circa memoriam defunctorum benignissimus extitit. Sciebat enim, quia nichil in fructum pervenit, quod non a primo usque ad extremum aequalis cultura prosequitur. Ideo commissorum sibi et in vita et in morte sollicitudinem pia sedulitate est operatus. Quid autem de fortitudine et temperantia dicemus, quibus adeo regebat animus eius, ut innata sibi viderentur? Nam cum fortitudo sine temperantia iniquitatis sit 45 materia, ita in eo unum condiebatur ex altero, ut alterum sine altero videri et velle discernere omnino foret impossible. Iustitia vero cum prudentia privatum sibi domicilium in eius pectore collocaverat, quibus utilis ad omnia pietas non deerat scientiae discretione munita. Nulla est autem scientia, si utilitatem pietatis dehabeat, quia qui bona cognita exequi neglit, sese ad iudicium artius stringit. Haec quia vir Dei noverat, singularum sibi virtutum 50 proprietates adquisierat, quibus munitus mundi fallentis lenocinia superabat. Verum ad narrationis ordinem revertamur.

1011. Anno ab inc. Dom. 1011. Romam venerabilis pater Richardus ivit, et Benedicto papae in amicitias iunctus familiarissimus ei extitit. Eodem quoque anno cum esset iam nominatus vir in monasterio sancti Vedasti cui praeerat rectoris officio, revelationes factae sunt ei in eodem 55

cenobio, quarum textum idem ipse misit omnibus ecclesiae filii, quas etiam placuit hic annotari.

Electio ecclesiae Dei orthodoxis et unitis unitati corporis in Christi capite membris R. chardus Dei favente gratia licet indignus abbas, ista legentibus perpetuae salutis gaudia. <sup>1011.
Apr. 17.
fol. 81.</sup>

5 *Euan gelica veritate edocet et totius euangelicae fidei auctoritate in Christo fundati, pater na erga vos quodammodo iunctus sollicitudine, vestram fratres dilectissimi exemplari rei divinitus gestae commonefacio caritatem, quam ad commonitionis vestrae solatium per quandam fratrem nostrum per sex horarum spacia spiritu velut mentis excessu raptam nobis voluisse fieri manifestam, divinam conicere possumus gratiam. Quia licet spiri- 10 tuibus nos repugnare nequiescere multimodis scripturarum divinarum oculis et ipsa vix subtilissima mentis actio conrectandis semper instruat documentis, nos tamen ex assiduitate torpen- tes, corporeaque impavidis naturae remissiones aduersum pernitionis quasi ex securitate hosti ex adverso insidianti patefacentes, manifesta per hanc visionem Dei miseratione, ad internam mentis nostrae et discussionis reducimur subtilitatem, prout quisque nostrum subtilissimae men- 15 tis et discretionis oculo transfigurata comparataque huic visionis sententiae prophetarum, apostolorum, euangelistarum quoque invictissima discretione hoc in se ad utilitatem suam veritatis transformare studuerit testatione. Cuncilis etiam liquet, quod sine detimento silentii tegmine non velatur, quod divinae miserationis ostentatione in salutem nostram manifestatur. Narrare vero opera Domini cum sit honorificum, ea silentio subprimi perniciosum. Quid namque tam salu- 20 berrimum atque utilissimum, quam divinae largitatis donum, quod habet quispiciam singulare, cum aliis participando faciat illud esse commune: quod cum sit, illa Salvatoris iussio, qua dicitur: „Quod dico vobis in tenebris“ et reliqua. Cuius nos iussionis vim perpendentes, et toto mensis annuis illam complere volentes, quod in tenebris et in aure, id est in occulo, audivimus, ob mul- 25 torum utilitatem in medium proferimus. Sane nemo autem, hic aliquid falsitatis esse permis- tum, aut a veritate aliquatenus credat alienum, quoniam sicut audivimus, vidimus, absque mendacii suo fidei narratione perstrinximus. Nunc igitur ad narrationem rei gestae stilum verta- 30 mus. Debita religionis reverentia paschalis nobis 50 diorum excequuntibus sollemnia, cum in hoc cenobio quod est Atrebatenum situm in urbe, pretiosissimi confessoris Christi Vedasti cultu dicatum honorifico, cui ipse monachicas confunditae instituendis disciplinis Deo auctore deser- 35 via, hec divinitus accedit visio. Quidam fratrum nostrorum debilitate corporis praeventus, lecto est aegritudinis occupatus. Sicque duobus transactis diebus, in ipso terciu diei noctis per- ventum est articulo, cum dolore anxietatis sue nimio hoc visus est exigi funditus migrare de seculo. Quod fratres vigiles inibi deputati videntes, me concite adesse signo faciunt, duorumque fratrum iunctus obsequio, quam primum affui, et mox exposito lecto quia spiritus exitus sui se- 40 paratione collectabatur, psalmodias litaniisque insistens omnem adesse feci congregacionem. Quibus expletis, funebribus intenti exequis ut a circumstantibus, quia spiritum funditus exalasset vix summa poterat diligentia inquire, dicendo: „Subvenite, sancti Dei,“ exitum eius et os enum- dare ceipi. Cum interim iam subitis^a turbatus, me corpori defuncti applicui, manique mea eius ori pectori vitalibusque subtilissima indagatione admota, spiritum velut temissimi ac subtilis- 45 simi aeris flatum inesse praesensi, et remissa commendatior oratione, quidnam futurum esset cepimus expectare. Cum post velut unius horae spacium tenuissimo et vix sensibili singulta pa- riter et anhelitu cepere labia tremere, deindeque inconditum quasi suspira gementis et dolentis lingua summotenus emittere sonitum, subindeque discretum, velut vagitus infantum verba for- mare volentum. Sicque est eo usque perventum, ut rectum ad nostrum formaret verba auditum. 50 Sed quaeo intendite, quia linguam commovebat tantum, cum in reliquis corporis membris, capite dico, oculis et manibus, coxis et pedibus nullus omnino ac si ligno vilate inesset spiritus, quod praesens fratrum et frequens indubitanter testabatur attactus. Sed visa inibi et colloquuta nostro auditui verba sola lingua formabat, quae in se postmodum reversus a nullo sub celo ho- minium scripsi putabat. Cui assistens notarius, impressis eadem signabat litteris, quae et ipse cor- 55 pore postmodum usus colloqui, non alia atque alia testabatur a se visa et colloquuta esse in caelo. Quem cum in subsequentibus lector audieris, ne quid eorum ambigi posse credideris, vehementius emortuum corpus humana formare posse verba miraberis, quam si et utriusque testamenti verissima assertio credi compellit, ab eo ut refert visum esse non dubitaveris. Egridenti a corpore animae malignorum spiritum tres ipsa sua visione terribiles astiterunt; cui*

55 a) Fol. 81—83. inlera eadem manu, atramento pallido scripta minutissimis litterarum ductibus, quorum non pauci sere eva- nuierunt. Singulæ paginæ continent inter 67 et 75 lineas. Ita V. Cl. URLICHS, cui apographum foliorum 81—83 debemus.

b) fulne subius? U. Fortasse motibus aut tale quid excidit.

b) *vitne hec*

1) obiit c. a. 1010; cf. Mon. SS. VII, p. 439, l. 7, 48, p. 440, l. 14, p. 473, l. 5. 2) obiit a. 1008.

mansiones; dic mihi, quis debet in eas habere. O quam pulchram mansionem. O sancte Michael, dic mihi.^{1611.} Angelus, „Anima, non potes scire. Ista bona est.“ Anima, „O domine sancte Michael, dic mihi quae est ista altera mansio. Dic mihi quis debet hic habere.“ Angelus, „Fredericus^{3.}“ Anima, „O domine, parvum refrigerium est in ista mansione.“ Angelus, „Adhuc non est rectum.“ Anima, „Video domine, pulchra est mansio, si perfecta fuisset. O dominus abbas, multa mirabilia ostendit Dominus per te. Magnus Fredericus, fortis et laudabilis. O domine, non permittas me hic stare, dimitt me ire ad fratres meos, et dicam illis omnia quaecumque vidi.“ Angelus, „Non. Non est in mea potestate, sed in Salvatoris.“ Anima, „O domine, quam longa via est ubi est paradisus?“ Angelus, „Eamus, sequere me.“ Anima, „Sequor te. O domine, dic mihi quid est?“ Angelus, „Unus paradisus est.“ Anima, „O Adam, quare credidisti uxori tuae? O Eva, quare deceperisti virum tuum? O maligne serpens Leviathan, quare seduxisti mulierem? O sancte Petre, sancte Paule, sancte Iohannes, magnus sanctus Vedastus, misericordiam. O pia Maria, sancta et gloria Maria, miserere. O domine, dimitt me.“ Angelus, „Anima, non dimitt me, sede, sede, sede.“ Anima, „Quare non dimittis me?“ Angelus, „Non dimittit me, nisi venientius ad Salvatorem.“ Angelus, „Veni eamus.“ Anima, „O domine sancte Michael, dic mihi quae est ista altera mansio?“ Angelus, „Alter paradisus est.“ Anima, „O domine, quis est iste homo?“ Angelus, „Duo sancti Elias et Enoch.“ Anima, „O domine, quid faciunt hic?“ Angelus, „Expectant iudicium Dei.“ Anima, „O domine, quid faciunt tunc?“ Angelus, „Erunt ibi 20 quoique veniat Antichristus.“ Anima, „Quando veniet Antichristus, o domine, quid faciunt tunc?“ Angelus, „Tunc surgent illi.“ Anima, „Ubi pergent?“ Angelus, „Ad secula terrena.“ Anima, „O domine, quis est ille Antichristus?“ Angelus, „Magnus diabolus est, ipse dicet: Ego sum Christus; Helyas dicet non, et Enoch similiter.“ Anima, „O sancte Michael, quid faciunt tunc? dic mihi.“ Angelus, „Dico tibi. Salvatoris testes erunt, et dicent 25 eis testimonium, et testimonium eorum verum est.“ Anima, „O omnes gentes non creditis illi; credite mihi, quia Salvator est in celo; qui hoc non credit, vitam aeternam non habebit. O omnes gentes non creditis isti seductor; non habebit potestatem. O Antichriste, quare seducis gentes? Verba tua non sunt vera. O sancte Michael, quid faciunt tunc?“ Angelus, „Dico tibi, testimonium prophetabunt quia Salvator veniet; qui hoc credit, salvus erit. Dico tibi, multi 30 credent per Helyam et Enoch.“ Anima, „O sancte Michael, quid faciunt tunc?“ Angelus, „Dico tibi; prophetabunt omnia vera usque ad mortem.“ Anima, „Qua morte erunt morituri?“ Angelus, „Interfecti erunt pro Dei amore.“ Anima, „O domine sancte Michael, dic mihi, quid faciemus tunc?“ Angelus, „O anima, cessa.“ Anima, „O domine sancte Michael, pie pater, dic mihi.“ Angelus, „Tunc orabit omnis terra.“ Anima, „Quid faciemus tunc, domine? dic mihi.“ Angelus, „Tunc veniet Salvator.“ Anima, „Pie domine, quid faciemus tunc?“ Angelus, „Tunc venient Matheus, Marcus, Lucas et Iohannes. Illi dicent: Ossa arida, surgete; audite verbum Domini. Tunc venient coram Salvatore; tunc erit mundus novus et terra nova.“ Anima, „O domine sancte Michael pie pater, quid faciemus tunc?“ Angelus, „Dico tibi.“ Anima, „Dic mihi, in qua forma venientius?“ Angelus, „O anima, cessa, satis audisti prophetas. Omnis plebs habebit formam tringula annorum, simul tam pueri, iuvenes, adolescentes quam senes.“ Anima, „O domine, quid faciemus tunc?“ Angelus, „Tunc habebitis novam carnem. Tunc venient coram Domino omnes angeli et archangeli, tunc duodecim apostoli.“ Anima, „Quid facient illi?“ Angelus, „Illi sedebunt super sedes duodecim, et iudicabunt duodecim tribus Israel.“ Anima, „O domine sancte Michael pie pater, quid faciemus tunc? Dic mihi.“ Angelus, „Omnia opera omnis plebs habebit in manu sua.“ Anima, „O domine, quando veniet Salvator?“ Angelus, „Adhuc non venit.“ Anima, „O domine, quando veniet, quid faciemus tunc?“ Angelus, „Tunc veniet sanctus Petrus princeps apostolorum, et dicet: O fratres sedete omnes gentes. Tunc veniet magnum Iesus salvator et redemptor.“ Anima, „O domine, quam magnam angustiam videbimus 50 tunc? Domine, dic mihi, quid faciemus tunc?“ Angelus, „Dico tibi, tunc veniet ille in cruce praeparatus.“ Anima, „O domine, dic mihi, quid faciemus tunc?“ Angelus, „Dico tibi, tunc dicet Salvator: O omnes gentes, angeli, archangeli, apostoli, o omnes gentes, videite dolores meos; palpate et videte; videite passionem meam, manu meas; sicut fui in cruce propter vos, sic sum coram vobis. O omnes gentes, non aurum et argentum propter vos dedi, nec ultum ho-

^{35 3)} praspositus S. Vedasti et comes Virdunensis, de quo Hugo plura refert; v. supra p. 370 sqq.

1011. minem, sed corpus meum. *O omnes gentes, ego amavi vos, tradidisse corpus meum propter vos, videte dolores meos.*^{a)} Anima. „*O domine, quid respondebunt tunc?*“ Angelus. „*Omnia opera vestra respondebunt propter vos.*“ Anima. „*O domine, quid postea?*“ Angelus. „*Tunc sedebant apostoli ad dexteram et omnes angeli.*“ Anima. „*O domine sancte Michael, dic mihi, quid faciemus tunc?*“ Angelus. „*Bene.*“ Anima. „*O domine, quid faciemus tunc?*“ Angelus. „*Anima, quare non cessas?*“ Anima. „*O domine pie sancte Michael, dic mihi.*“ Angelus. „*Scis verum, verum potes scire, quia Petrus primus loquitus est.*“ Anima. „*Domine, quid faciet sanctus Petrus?*“ Angelus. „*Illi iudicabit primus, secundus Paulus, tertius Iohannes baptista; tunc omnes apostoli; tunc iudicabunt sancti heremita; tunc perfecti monachi.*“ Anima. „*O domine, quid tunc iudicabunt?*“ Angelus. „*Boni episcopi 10 tunc reddent rationem de omni pecore suo.*“ Anima. „*O domine, quid tunc?*“ Angelus. „*Tunc venient boni presbiteri, tunc iudicabunt illi.*“ Anima. „*O domine, quid faciemus tunc?*“ Angelus. „*Tunc venient boni layci, et iudicabunt omnia bona. Illi vero qui sunt agricolae, multa bona, omnia bona laboraverunt, omnia bona receperunt.*“ Anima. „*O domine, quid faciemus tunc?*“ Angelus. „*Tunc venient mulieres.*“ Anima. „*O domine sancte Michael, quid faciemus tunc?*“ Angelus. „*Dico tibi. Ille qui dixit: Vade mulier, iam noli peccare ne deterrias tibi aliquid contingat, iudicabit illas.*“ Anima. „*O domine, misericordiam, quid faciemus tunc?*“ Angelus. „*Dico tibi. Tunc dicet rex Salvator omnia bona his qui sunt ad dexteram, et omnia mala his qui sunt ad sinistram. Tunc erit rex magnus et fortis, omnis plebs humiliata. Tunc dicet Salvator: Omnes gentes, amavi vos; volui ut vos domo veniretis; vos 20 noluistis.*“ Anima. „*O domine, quid tunc dicent illi, qui bona fecerunt?*“ Angelus. „*Dico tibi, tunc respondebunt iusti: Domine, quando te vidimus? Nunquam te vidimus; nec te vidimus 25 nec minimos tuos. Tunc dicet Salvator: Quando fecistis uni de minimis istis, mihi fecistis.*“ Anima. „*O domine, quid faciemus tunc?*“ Angelus. „*Justi bene, bene iusti. Tunc dicet 30 rex: Venite, benedicti patris mei, possidete regnum quod vobis paravi ab origine mundi. Tunc erit gloria magna super eos.*“ Anima. „*Post, domine, quid facient illi ad sinistram?*“ Angelus. „*O anima, cessa.*“ Anima. „*O domine sancte Michael, dic mihi.*“ Angelus. „*Dico tibi. Ibunt in supplicium aeternum.*“ Anima. „*O sancte Michael, dic mihi, ubi pergunt illae? Quod si erit illis ultra aliqua remissio?*“ Angelus. „*O anima, dico tibi. Indulgentia Dei succurret illis, et angeli Dei facient raptum super illos. Omnes sancti intercedent ad Deum pro illis.*“ Anima. „*O domine, si omnes liberati erunt?*“ Angelus. „*Possumus succurrere illis. Paucum est.*“ Anima. „*O domine sancte Michael, dic mihi, qui facient raptum?*“ Angelus. „*Dico tibi et duodecim apostoli facient raptum, et omnes angeli.*“ Anima. „*O domine sancte Michael,* Anima. „*O domine, qui liberati non fuerint, quid facient illi?*“ Angelus. „*Certe malum.*“ Anima. „*O domine . . . tunc quid facient?*“ Angelus. „*O anima, quare non cessas? Vis audire quid facient? Deus, Deus reddet illis secundum opera sua retributionem. Postquam dicet eis:* Discedite maledicti in ignem aeternum, redidite opera vestra angelis vestris quibus servistis! non erit ultra ulla misericordia. Ibi erit luctuosa et tenebrosa mansio. Tunc veniet Salvator.^{b)} 40 Anima. „*O domine, quid faciet dominus Deus?*“ Angelus. „*O anima, quare non cessas?*“ Anima. „*O domine, dic mihi, quid faciemus tunc?*“ Angelus. „*Dico tibi. Tunc dicet Salvator: Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos. Vos qui sequuntur estis me sedebitis super sedes [duodecim, iudicantes] duodecim tribus Israel. Modo venite ad me; ego do vobis gaudia aeterna, in quibus permanebitis.*“ Anima. „*O 45 domine, quid facient, qui illam vocem audiunt?*“ Angelus. „*Dico tibi. Letabuntur sine fine.*“ Anima. „*O domine sancte Michael, quid faciemus tunc?*“ Angelus. „*O anima, quare non cessas?*“ Anima. „*O domine sancte Michael, adhuc dic mihi.*“ Angelus. „*Sequere me.*“ Anima. „*O sancte Michael, ubi debeo sequi te?*“ Angelus. „*Ego dico tibi. Adhuc ostendo tibi magna bona, magnum paradisum. Vide.*“ Anima. „*O sancte Michael, 50 o domine, quam pulchra est ista mansio! Quid est hoc, domine?*“ Angelus. „*Non dico tibi modo; sed vide alterum.*“ Anima. „*Video, domine, quam pulchra est ista mansio, quam pulchra paradisus. Dic mihi, domine, quid est hoc?*“ Angelus. „*Hoc est refrigerium iustarum animarum. Tercium non potes videre.*“ Anima. „*O domine sancte Michael, misericordiam.*“ Angelus. „*Dico tibi, non videbis tercium, donec veniat dies iudicij Domini.*“ Anima. 55

a) vox evenit. b) vox evenit. c) vox deest.

„O domine, quid faciemus?“ Angelus „Modo ibimus ad infernum.“ Anima „O domine, quid ibi faciemus?“ Angelus „Ostendam tibi tormenta.“ Anima „O domine, ne permittas me intrare.“ Angelus „Dico tibi, non est homo in terra, qui non debeat vivere. Sequere me. Vide.“ Anima „O domine, quid sunt haec?“ Angelus „Mansiones ubi habitant diaboli.“ Anima „O domine, quid faciemus?“ Angelus „Sequere me. Modo veniemus ad magnum et fortē aquam.“ Anima „O domine, quare non dimittis me?“ Angelus „Veni et ostendam tibi. Vide.“ Anima „O domine, quid faciunt hic?“ Angelus „Ibi sedebunt infirmi usque in diem iudicii.“ Anima „O domine, quales infirmi?“ Angelus „Qui satis excusationem non habent de peccatis suis, illi sedebunt super rivulum istum.“ Anima „O domine, quid faciemus?“ Angelus „Veni, ostendam tibi. Vide.“ Anima „O domine, quid est hoc?“ Angelus „Haec sunt tormenta; ibi sedebunt impuri, ut ibi peniteant super rivulum istum usque in diem iudicii Dei.“ Anima „O domine, magna sunt ista tormenta. Quid faciemus?“ Angelus „Veni, ostendam tibi. Sequere me. Vide ignem magnum.“ Anima „O domine, quis est ille?“ Angelus „Vide Iudam, qui tradidit Deum.“ Anima „O Iude, quare vendidisti corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi? Quare tradidisti dominum tuum? Quare fecisti hoc?“ Angelus „Multā mala fecit, propterea recipiet omnia mala. Vides istos homines? Ille fuit dives, modo est pauper.“ Anima „O domine, quid faciet, habebit remissionem de peccato suo?“ Angelus „Non nisi in iudicio; tunc dimittentur illi omnia peccata sua.“ Anima „O domine, quid faciemus?“ Angelus „Dico tibi. Eamus de isto periculo. Sequere me. Modo ostendam tibi magna miracula que adhuc non vidi.“ Anima „O domine, quid est hoc?“ Angelus „Infernus malignus; ibi sedent adulteri, periūri, falsi episcopi, falsi presbiteri, falsi monachi, ibi sedebunt usque ad iudicium Dei.“ Anima „O sancte Michael, quid faciemus?“ Angelus „Sequere me. Adhuc ostendam tibi omnia mala.“ Anima „O domine, que sunt?“ Angelus „Adhuc monstrabo. Vides quantas animas?“ Anima „O domine, unde venerunt?“ Angelus „Hoc est tota terra. Adhuc non est plenum, adhuc non sunt omnes. Vides illum magnum qui est ligatus catenis?“ Anima „Domine, video.“ Angelus „Ille magnus fuit Coloniensis episcopus.^a“ Anima „O domine, quis fuit?“ Angelus „Pastor fuit; non fuit pastor, sed mercennarius; ille lupus fuit.“ Anima „O domine, misericordiam; habebit indulgentiam?“ Angelus „Non. Magnus pastor fuit, sed non custodivit praecepta Domini.“ Anima „O domine, quid faciemus?“ Angelus „Eamus; modo ostendam tibi; sequere me. Modo sede, anima, sede.“ Anima „O domine, quare non dimittis me?“ Angelus „Adhuc multa miracula demonstrabo tibi. Sequere me. Vide.“ Anima „O domine, quid est hoc?“ Angelus „Hoc sunt qui omnia bona laboraverunt, et sedent hic usque ad iudicium Dei.“ Anima „O domine, quare non vadunt in regnum Dei?“ Angelus „Anima, dico tibi. Nullus intrabitus usque in iudicium Dei.“ Anima „O domine, quid faciemus?“ Angelus „Sede. Vis adhuc dicam tibi?“ Anima „Volo.“ Angelus „Dico tibi. Multi homines sunt in mundum*, qui hoc non viderunt quod tu vides.“ Anima „O domine, quid?“ Angelus „Dico tibi. Multi homines sunt, qui non viderunt quod tu vides.“ Anima „O domine, dimitt me ire ad fratres eos, et dicam illis omnia quae vidi.“ Angelus „Non nisi dominus Salvator voluerit. Dico tibi; sicut leo rugiens, sic diabolus inter fratres tuos. Misericordia Domini super illos fuit, quando seorsum ab hac nocte diabolus puerum vivum ex fratribus tuis strangulare voluit.“ Anima „Modo hoc verum recognosco, quia interfui. Domine, est ille liberatus?“ Angelus „Non, quia veram confessionem dare non vult. Multi dicunt, quia servimus Dominum, sed serviant diabolo. Omnes maculas, quidquid faciunt, demonstrant per veram confessionem. Si non faciunt, dico tibi, quia cito videbis magnum periculum. Cessent murmuraria magna in illo loco. Dico tibi; unus vetus est, qui non est acceptus coram Deo.“ Anima „O domine, quis est ille?“ Angelus „Tace, anima; omnia non debes scire.“ Anima „O domine, si dimittis me ire ad illos, dicam illis omnia.“ Angelus „Non debes scire omnia; multi sunt, qui nolunt tibi credere. Dominus tibi demonstrat.“ Anima „O domine, tantum amaverunt me. O domine, quid facient fratres mei? Sunt quatuor. O domine, dominus abbas^b quid faciet?“ Angelus „Omnia bene. Vere est raphaelita, in qua dolus non est.“ Anima „O domine, dominus Fredericus quid faciet? In Dei nomine dic michi.“ Angelus „O anima, cessa. In Dei nomine dico tibi: Omnia bona opera faciet, sed non sunt adhuc completa.“ Anima „O domine, de aliis fratribus dic mihi bene.“ Angelus „Bonum possum tibi dicere;

^a ita e. ^b qd e.

5) Evergerum immere videtur. 6) Richardus.

1011. vera confessio succurre illis.^a Anima. „O domine quid faciet . . .“ Angelus. „Quare non cessas? Non dico tibi.^b“ Anima. „O domine, meus sanguis ipse et caro mea quid faciet? dic mihi.“ Angelus. „Omnia bene.“ Anima. „Domine, quid illi duo fratres qui furent Gotmundus et Balduinus?^c“ Angelus. „Dico tibi, praeparatae sunt illis mansiones in inferno.“ Anima. „O domine, die mihi.“ Angelus. „Dico tibi, malum fecit dominus abbas quia excommunicavit eos.“ Anima. „Dominé, dic mihi de fratribus meis.“ Angelus. „Dico tibi, Dominus elegit duodecim apostolos, et unus ex illis diabolus fuit. In fratribus tuis summi boni et summi mali.“ Anima. „O domine, quid faciam?^d“ Angelus. „Dicam tibi.“ Anima. „Quare dimittis indulgentiae medicum, ut eam ad illos et dicam illis omnia?^e“ Angelus. „Non est mea licentia, sed Domini.“ Anima. „O domine, quid facient frates mei?^f“ Tantum amavi eos.“ Angelus. „Quid tibi possum dicere? Pastorem habent.“ Anima. „O domine, dic mihi.“ Angelus. „Verum dicere tibi, sed tibi nolunt credere.“ Anima. „O domine, bene credent.“ Angelus. „Si unus credit, alter non credit. Qui est ex Deo credit, qui non est ex Deo non credit. Omnia sciunt tormenta, sed non intelligent; cor eorum est clausum.^g

Anima. „Quis est serpens?^h“ Angelus. „Leuci homines sunt; sed audiunt quia bonum est confidere in Domino quam confidere in homine.“ Anima. „Quis est quod fratribus possit succurrere?ⁱ“ Angelus. „Audi, anima. Albricus serpens magnus, sicut leo rugiens circuit quaerens quem devoret.“ Anima. „Domine, ego non vidi eum; ubi est?^j“ Angelus. „Omne quod cogitat facit. Ille dicit quia fidelis est; sed est infidelis.“ Anima. „O domine, de antiquo quis est?^k“ Angelus. „Dico tibi, quia si non emendaverit, per Dei gladium illum coram plebe cito demonstrabatur in magna virtute.“ Anima. „Ve illi. O domine, quis est homo? Qui sunt monachi, qui non obediunt domino abbati?^l“ Angelus. „Vis audire? Donnus Robertus obedit.“ Anima. „Quid facit modo ille?^m“ Angelus. „Dico tibi, quia modo est in aera coram Deo. Dic mihi, quid cogitas? Quare omnia quae cogitasti, per veram confessionem non demonstrasti?ⁿ“ Anima. „Domine, malum non cogitavi.“ Angelus. „Demonstra cogitationes tuas.“ Anima. „Domine, mea culpa, satis cogitavi.“ Angelus. „Quid cogitasti? veram confessionem da.“ Anima. „Domine, mea culpa; satis cogitavi omnia mala.“ Angelus. „Non, sed bene, si modo posses adimplere.“ Anima. „Domine, hoc cogitau, quod Dominus locum sancti Bertini visitaret.“ Angelus. „Dico tibi, multa ibi sunt peccata; misericordia Dei visitabit locum illum.“ Anima. „Deo gratias, Deo gratias.“ Angelus. „Dico tibi, multum sunt maligni spiritus in illo loco . . . ad Salvatorem.“ Anima. „Ubi est Salvator?^o“ Angelus. „Modo veniet . . .“ Domine salvator et redemptor mundi, succurre mihi misericordiam.^p“ Salvator. „Quid queris?^q“ Anima. „O domine, misericordiam et indulgentiam de omnibus peccatis meis. De magistro require, respice. Salvator. „Dico tibi, quia quando ibi venit sanctus Bertinus, multi fuerunt diaboli, numquam tamen fuerunt tanti sicut modo sunt.“ Anima. „O domine, . . . de illo loco et omnibus fratribus qui sunt in eo.“ Salvator. „Dico tibi, illi sunt quasi ad seculum sequendum.“ Anima. „O domine, dimitt me ire ad illos; dicam illis ut relinquam mundum. Dimitt me ire ad episcopum; dicam illi ut respiciam locum illum.“ Salvator. „Istud verbi secretum custodi.“ Anima. „Dimitt me ire ad dominum abbatem; illi soli dicam.“ Salvator. „Si aliis dixeris, morte morieris. Modo vade in pace, omnia secreta custodi.“

^{1012.} His ita finitis, anima ad corpus reversa, in momento nobis videntibus frater ille erectus, aliquantulum ista^s tamen dissimulans est loquutus. Acta sunt hec 15 Kal. Mai, anno domice incarnationis 1011.

^{1013.} Consuelo ordine religionis nobis ezequentibus propositum sanctae professionis in pretilato civitate Atrebatae positio preciosissimi confessoris Christi Vedasti cenobio, eo ipso a praecedenti visione anno subsequenti, in mense qui Iulius dicitur, die quarto, forte quempiam fratum nostrorum gravi corporis dissolutum valetudine, aliquanto dierum spatio contigit infirmasse. Qui nimio ingravescente languoris sui dolore ad ipsum Kalendarum Augustarum qui pro vinculis beati Petri venerationi debetur evocationis suae perductus est diem, cum praesentibus fratribus mentis excessu raptus, emortuo penitus exivit e corpore, locaque revisens inferni vidit multa quae nobis coram testibus positis pro veritate confirmando, sola absente spiritu

^a Excidit in fine membr. n^o U. ^b Hic spatium duarum lineaearum vacuum relinquitur. ^c sive cod. ^d ita c. 55 un relinquunt? ^e ita c. an respiciat?

referebat lingua; et postmodum peracto pleno trium horarum spacio in se reversus, verius sic 1012.
confirmabat visa praesens, ut haec quam eo ipso teste inscio praenotavimus substitutis pagi-
nula. Egredienti animae missi ex officio tenebrarum principes extitere, paratique conducere,
ipsis infernalibus claustris dicto citius assuere, cuius mox debitam penarum causam acturi in-
15 troduserunt in domum, quae sicut ex nimia caliginis et fetentis fumi densitate expressius colligi
potuit, tantae magnitudinis immensa civitas fuit. Huius paries et interna munitione velut muris
extorta, interius undique litteris videbatur depicta, continens a principio totius mundi peccata,
nisi quae pura confessione et penitentia sunt remissa, quedam vero conculcata, ut iteren-
20 tur, adhuc viventium servabat memoriam. Huc deductam animam diabolus tenens, illam hor-
ribili nimis impulsu cepit agitare, tondere, gravissimis virgarum plagis insistere, et praeter
hec appositorum ignis tormentum committari, suas etiam illi improbare culpas, repraesentans
quasdam scedulaes et quaterniolas, quos negligenter et absque prioris licentia proprio usu con-
trectavit habendas. Pluraque alia autoritate illius se retinuisse in praedicto pariete iuxta signa-
but inscripta, quae frater ille in confessione nunquam potuit communisci pro vita sua. Pro
25 quibus cum multiplicia infigerentur tormentorum flagella, conscientiam tantum fatebatur culpam,
divinamque miserabiliter sibi rogans subvenire clementiam. Sciebat enim hoc se promiceri rea-
tus sui exigentibus culpis, ac propter hec angelicae praesentiae auxilio se desitui, solamque
relinqui. Ille vero amplius insultabat dicens, illam iure humanae militiae suam debere fieri,
sibique servire, nec aliquo modo ab illatis posse tormentis liberari, nisi adoraret, a quo non
30 haboret in perpetuum separari. Cui econtra anima illa immensae Dei clementiae recolens
sacramenta, spe quadam et credulitatis confidencia confusa, spuma in faciem dabat, simul et
inhonesta prout dignus est impropria imprecans, singulis illius verbis sua singula reddens,
hoc ipso sermone dicebat: „Tu enim totius superbiae et perditionis spiritus, qui deceperisti Eum,
tu fecisti multa mala, quae per te humano generi sunt illata; te non adoro, quia tu es fur et
35 latro; modo tantam potestatem habes in me, et hanc non haberes nisi tibi data fuisset desuper.
Deus est fortis et potens et immensae misericordiae, et ipsum qui pro me passus fuit adoro. O
domine Deus meus, quare me dereliquisti? Tu formasti me et creasti me; multa sunt peccata
mea, Domine, mea culpa.“ Cui econtra diabolus respondebat; „Non erit ita; tu non ea con-
fessus fuisti. Deus ego sum. Scio enim omnia quae fecisti, nec ulli peccati negligentia evenit
40 fratribus tuis cui non intersim; me adora; habeo siquidem te in mea potestate, et de fratribus
tuis unum. Hem. Num me ibi dudum vidisti, ubi quia et in potestate mea eras horrens praesen-
ti, et fratrem tuum per subitaneam mortem ut eum mihi perdere deberem suffocare debui?
¶. hec fecisti, quae in pariete hoc inscripta vidisti. Sed si vis ab his tormentis liberari,
me adora, quem angelum Dei esse cognovisti.“ Hinac anima illa in mortem usque flagris et ad-
45 hibito igne iam superata dicebat: „O domine Deus, misericordiam. Ardeo, Domine, mea culpa;
sancte Michael, succurre mihi!“ et: „Quare me domine dereliquisti? Multa sunt, scio, Domine,
peccata mea. Dominus abbas scit ea. O Deus, quam magna sunt iudicia tua? O Satan, quare
non dimittis me? Non te adoro; scio et ego quia tu omnia scis, sed Domini potestas est in
caelo et in terra, et ipsa iudicet inter me et te. Quodsi tu Deus es, ubi sunt angeli tui? Ostende
50 mihi faciem tuam. Phi! mentiris! Alterum angelum vidi; mentiris! non es angelus. Ego te
recognosco; diabolus es. Scio quia angelus fuisti, sed superbia tua de celo cecidisti. Quod
ergo in vinculis tuis sum, Domini potestas est et voluntas, non tua. Et dic mihi, quis est frater
meus ille quem habes?“ et quam totius scientiae et memoriae est anima terrena hac habita-
55 tionis soluta. Reminiscebatur enim, quia et interfuit, quod frater ille novem transactis diebus,
cum expleto matutinarum officio paululum cum ceteris se reclinaret in lecto, nobis nescientibus
quo infirmitatis morbo, sed cum praesenti mortis suae periculo emissus a fratribus fuisset e
lecto, et post unius horae spacium vix recepisset vitae spiritum; eius subitaneae mortis eo am-
plius condolens, mortiferas hostis insidias exprobabat dicens: „O Satan, omnia trahis ad te.
Quare deceperisti illum? In hoc et tu mentiris, quia servus tuus non erit; mansuetus est multum
60 et humilis, et magnae erga omnes obedientiae et pietatis, ac per hoc convertetur et vivet; et
quia nullus est misericordia Dei finis, qui non mortem sed penitentiam desiderat peccatoris,
tuus non erit, sed convertetur et vivet. O frater, cave, cave frater insidias eius, ne decipiat te.
Salvator mundi, succurre mihi. Sancte Michael, quare dereliquisti me? Pater sancte, miseri-
cordiam! Domine, ardeo, ardeo. O Satan, ut quid me tota die punis et punis?“ Hec et alia
65 plura his similia quae propter importunitatem multiplicitatis lectoribus nova quaque fastidien-
tibus minus congruum ingerere vilipendimus. Cum eiusmodi confabulatus altrinsecus infatiga-

1012. bili altercatione consererent anima et diabolus, consumptaque flagris cum iam pene se victam
 Aug. 1. ut eum adoraret profiteretur, quam non impetus ignis ardenter et lucens a longe ad eius aucti-
 lum veniens cepit comparere angelus, cuius placidissimae praesentiae gratia resumplis viribus
 convictus amplius insistebat, perfidis inimici praesumptibus resistens et dicens: „O Satan,
 Satan, multa te in die Domini expectant mala, quia es humani generis perditio et perditionis
 causa. Modo non me tenebis, de me diutius non gaudebis, modo te non adoro; quia tu Deus
 sis, mentiris; nichil potestatis habes amplius in me. O sancte Michael, ubi es? O Domine,
 misericordiam; mea culpa, Domine; video malum meum, quia praeceptis tuis non obedi. O
 sancte Michael, misericordiam. Emendo, Domine, emendo; Deo promitto et sancto Petro et
 sancto Paulo et omnibus sanctis, omnia quidquid rogas faciam. Aduiva me, Domine, ego ardeo!“ 10
 Ad quem angelus: „Tace, hoc est voluntas Dei; sed segregare me.“ Et illa: „Sequor te, domine,
 et tecum paratus sum in mortem usque ire. Sed quid, dic mihi, domine, ille frater meus faciet, de
 quo dixit mihi diabolus; quod deceperisset illum? O sancte Michael, indulgentiam, misericordiam
 domine de eo, dimitte me pergere ad fratres meos; emendabunt se! Dic mihi, domine. Possum
 ad illum loqui: Bene omnia.“ Mox recepto in corpore spiritu resedit, vocatoque ex nomine 15
 illo qui praesens ibi aderat fratre, dixit: „Cave frat, ne decipiat te diabolus quia per ipsum fuit
 tibi proxima . . . ab angelo
 spiritus remanente emortuo corpore sicut prius; et dixit: O sancte Michael, fui ad illum . . . pl
 nimium renitebat, gius pulcritudine miratus nec satis expleri nec pro voto potuit sacriari, sed
 du . . . pon . . . stupenda ac tremendo prospiciens intellexit cuius esset officium, et ad
 quid locus ille lucis potuisse haberet. Videbat namque in ea parietum superficie conscripta totus
 humani generis bona opera, sed et quocunque usibus humanis in quibuslibet est creaturis 25
 utile, quod elemosinarum munera pauperibus Christi potest expendi pro animarum salute, quod-
 que quasi substantiali edicens materia mihi videbatur expressum, equos scilicet et iumenta,
 asinos ovesque et diversa iversorum animalium, aurum quoque, argentum, vestes perplura-
 que preciosa eius generis munera, peregrinorum hospitia, pauperum lecternia, ceteraque gra-
 tis impensa pro Christi nomine beneficia, straminis ac feni manipulos, vestitos etiam socios, 30
 et virides olerum plantas, desuper quasi filo suspensas, nec non potum aquae frigidae de quo
 Dominus ipse testatur, fideles suos in eterna vita mercedem non perdere. Ceterum quia lon-
 gum est edicare omnia, hec et plura alia Christo in membris suis collata sanctarum elemosina-
 rum vidit donaria, quarum pro aeternae vitae retributione in prospectu Dei solum servatur in
 memoria, ut maior scilicet Dei populo futuro et praesenti daretur fiducia, nullius sui licet minimi 35
 Deum immemorem esse beneficii, si in honore laudis eius et gloria quidlibet optulerit virtutum
 mater caritas sancta. Viso hoc interea sanctae memoriae miraculo, placida praemonitione
 ammonitus ab angelo, alio secesserunt in loco; ac post paululum progressi: „Vide, inquit an-
 gelus, o anima, ea quae miseratione Dei tibi largiuntur, ut video inferni tormenta, que licet
 sint humano generi incredibilia, sciunt tamen ita sibi esse praedicta per euangelii sa[cr]amenta.“ 40
 Et ille: „Video, domine, quia multa sunt peccata et mala. Sed remitte in aliquantulum, quia
 multa sum pussus. Diabolus enim non minimum me flagellavit.“ Et angelus: „Animus, vis se-
 dere? Sede.“ At ille tanta tamque inaudita praesentium tormentorum magnitudine perterritus,
 propter nimios eiusmodi mirabilis et innumerabilis populi dolores et luctus quodam compassio-
 nis praeueniebat affectu, commemorans intra se illius iudicii diem, quanta is tunc iudice 45
 veniente cumulabit supplicia, quos tanta ab ipso ferme mundi exordio adhuc videt possidere
 tormenta, et clamabat: „Quid o miseri, miseri, cum supervenerit districti et novissimi iudicij Dei
 inrecuperabilis hora, et impenitens dies illa? Dies irae, dies illa calamitatis et miseriae, dies
 magna et amara valde!“ 45

Erat nimurum tanti per immensus spaci locum ipse penarum, tantaque confusio et inme-
 morabilis frequenter lugentium populorum, quantum non est neque continet cuiusvis imperii
 regnum; sed nec totum his putavat conferri cum homine mundum. Ubi plurimis distinctis tor-
 mentorum generibus, adstantes sibi ex legione sua singuli ministri sic suis principiabantur or-
 dinibus, ut pars quedam tenebris cum fetore suo tenerentur horrentibus, altera piecis flammis
 obnoxii condehantur hominibus, alia vero puris ignibus, et alia frigore et quasi hiemalibus 55
 pruinis cruciandis augebantur peccatoribus. Sic pro meritis cuique pena a suis parabantur appa-

ritoribus, et eius rursus alia pars quasi quibusdam extructis mansionibus refrigerandis inutili 1012.
minabatur animabus. Preter hec indeficiens vermium et flammorum eternaque mortis incen-
dia ignis e contiguo maxima non lignis materialibus sed crebris viventium culpis confi-
ciebat et cotidianis offensionibus. Quo viso non satis sui sisus periculo, audivit ab angelo:
5 „Veni et vide.“ Et ille: „Video, domine, quia malum est; omnia video et mala hic omnia. Sed
dic, mihi domine, quid est hoc aut quid significat?“ Cui cum dixisset, quod Frandrensi comiti
Balduino pararetur et esset, eius subito admirans non imparem regum cultus personam, deno-
minatam etiam cum divitis et humana felicitate potentiam, si tantus vir post transitorios hono-
res et gloriam infelicem eiusmodi sortiretur penam, et exitate debite mortis miseriam, hac
10 verborum voce clamabat: „O domine, quia mala habet facta?“ Et angelus: „Quia malum fecit,
malum recipiet.“ Item ille: „Domine, si dimittis me, ego proximatio illi, ut convertatur, et
vivat. Sancte Michael, misericordiam de illo; Dominus non despicit peccatores. Scio et credo,
quia ipse dixit: Nolo mortem peccatoris sed ut m. o. et vivat. Ac per hoc, domine, dimittis me; ve-
niam ad illum, et dicam ut si recognoscatur et penitentiam agat.“ Cui angelus: „Nihil proderit,
15 quia non credit.“ At ille: „Etiam domine; aurum et argentum habet multum; possibilia etiam
multa in terra; bene posset emendare.“ Et angelus: „Dico tibi, sua non sunt sed diabolii. Sed
anima sequere me; veni et vide.“ Erat siquidem adiacenteribus mirae magnitudinis spaciis
diffusum per immensem quasi frigidissimae aquae stagnum, cuius congelascentibus undis per
exurgentes cum fetore pruinias mortiferos celos usque videbatur eructare vapores. Continebat
20 namque per innumeros ordines loci huius supplicium muliebrem serum, solum scilicet meretri-
cum conventus, quae per incontinentiam propriae carnis adulterando, humanae naturae mo-
dum excedentes, siti mercatoris non pertinuerunt corrumper leges et iura. Harum mammillas,
anteriora quoque et posteriora perhorrentia multi generis monstra et cohabitantium maxima
multitudo serpentium accepserant devoranda. Quibus visu percursis, praemissis angeli verbis
25 respondit dicens: „Sequor te dominum, et video quia tormenta sunt magna. Sed die mihi, quae
sunt illa insidentium agmina, vel quod fuit peccatum eorum?“ „Hae sunt meretrices quas vides,
quarum mammillas fortines^a lacérant serpentes, quia peccaverunt per carnem et adulteria adul-
teraverunt magna.“ At ille: „Ve vobis, o mulieres, ut quid nascendo in hanc vitam venistis?
Domine, sedebunt hic usque ad iudicium?“ Angelus: „Dico tibi. Remissius erit illis in die iudicij.“
30 Cui rursus: „Veni sequere me, et his quae tibi monstrabuntur, diligenter intende.“ Et ille:
Domine, quo vis sequor te.“ Ac post paululum progressi: „Sede hic, inquit angelus, quia adhuc
et alia multa videbis.“ Inibi vero consistens patrem cuiusdam fratris nostri^b, quem prima visio
manifestavit, adhuc in ignis tormento positum vidit. De quo ad angelum dixit: „Dixi, domine,
amicis suis, et pronunciavi quod insolubilibus inferni sic puniretur suppliciis, sed non credide-
35 runt verbi mei.“ Ubi etiam, apposita iuxta sententiam suam suppliciis, torrentibus flammis
quedam involvebatur persona cuiusvis honoris ut videbatur digna, quae demonum quibusdam
potestatibus tradita, maiora semper cogebatur subire supplicia. Cuius cum causam cum angelo
ageret, et quis quantus hic esse potuit diligenter investigaret, audivit: „Ils de quo queris, est
Sciherus^c dives, cunctis quibus effusis avarus, et totus vere diaboli filius; cui post hec multa
40 quae video tormenta, multa adhuc supersunt et manent fortiora.“ Et ille: „Domine, habebit
remissionem?“ Angelus: „Dico tibi, nullus scit nisi dominus Deus Christus.“ Frater quoque
suus iuvenulus inibi adhuc detinebatur, ignis tormento purgandus. Nec non tanta hominum
multitudo, quantam quis putaret toto non posse contineri mundo; quorum omnium penalem
condolens finem, et quandam aliquatenus illis in adventu iudicis sperans remissionem, dicebat:
45 „Sancte Michael, quid facient peccatores vel quando veniet iudicium Dei?“ Angelus: „Anima-
tace; veni sequere me, et vide quae ostensurus sum tibi.“ Ezeuentes vero inferni stationes et
penarum loca ex adverso deorsum, totius pacis lucis et quietis accommodum praenitentis
montis superabant verticem ipsum, ubi per amenissima circumspicere spacia pro unius cuius-
que merito in eternam requiem mansura edificabatur mansio. A qua cum placidissimo verbo-
50 rum alloquio sciscitaretur, quid hoc esset, vel quibus illae tantae magnitudiniae construerentur
mansiones, respondit: „Anima, num hic dudum fuisti, et non te recognoscis? Scientiam non
habes; haec sunt fratrum tuorum mansiones, quas olim tibi iuxta cuiusque meritum denominavi.“
Et ille: „Domine, si omnes habemus mansiones?“ Angelus: „Habetis iuxta opera vestra.“ Et
ille: „Domine, adhuc innoscet mihi de fratribus meis.“ Angelus: „Dico tibi; omnia vis scire,
55 a) tortiles? b) superscript. c)
7) fortasse Seiherus? cf. Gesia app. Camerac. I, c. 121. SS. VII. p. 454.

^{1012. sed non potes. Verum sequere me. Veni ostendam tibi, quod oculus non vidit, et auris non}
^{AUG. 1. audivit et in cor hominis non ascendit.⁵ Ac proinde paululum eminentioribus spaciis superatis,}
^{1 COR. 2,9. inter eminentia eiusmodi lucis et claritatis constiterunt fastigia; ubi quoddam quasi ex auro}
^{purissimo solidum in modum parvissimae camere praefulgebat domicilium, radii perfusum}
^{circumactumque flammantibus, quod nonnumquam ad cuiuslibet omnino}
^{divinae potentiae speculum mundo}
^{imitabatur globum. Viso hoc divinae transformationis praestigio}
^{instabat angelus quid hoc esset cognoscere responso.}
^{Cui angelus: „Istud, o anima, quod vides, est secretissimum quoddam celestium mysteriorum}
^{secretum.“ Signatum solvit verborum Dei signaculum, et propius accedens, ostiolum in eo visus}
^{est aperire, cum quo tantus odor exivit et litorum rosarumque flagrantia⁸, ut preciosissimas,}
^{omnium aromatum species viniceret et genera. Huius inestimabilis celestis visionis et pacis de-}
^{siderio, et inestimabili perenni letitiae gaudio multomagis anima illa exestuans perfrui, dice-}
^{tat: „Domine sancte Michael, quam multa hic totius felicitatis bona! quam mira est inexpertis}
^{suavitas ista!“ Cui angelus: „Accede, anima; sequere me, veni et vide et lege.“ Quibus ille}
^{intensus dicebat: „Domine, non possum legere.“ Item angelus: „Vide anima et lege.“ Et ille:}
^{„Non possum, domine, nisi dixeris.“ Adhibitaque paululum perspicaciore oculorum lumine, prie-}
^{nitia qua admodum resplendebant claritate viz ea quae hoc modo continebantur inscripta, ita}
^{legere poterat: „Veniet, veniet dies Domini, sicut fuit cito.“ Et dicebat: „Quid, domine, quid}
^{facent tunc peccatores? Vel quot restant anni, ut astare debeat nubes orbis ventro universo-}
^{rum iudici?“ Et angelus: „Anima, lege sequentia et cognosce cunctis intuentibus miranda.“}
^{At illa litteras quae numeros exprimunt videns sed ex eis numerum redigere non valens, tamen}
^{quia modicum tempus ad id usque instaret intendebat dicens: „Etiam domine pauci sunt.“ Et}
^{angelus: „Dico tibi, non est amplius; sed hodie revelatum est tibi quam in brevi sit huius seculi}
^{finis, de quo non ulli creature, non angelis, sed solius est scire Dei patris. Sed anima veni,²⁵}
^{sequere me.“ Et exinde procedentes, angelo illam tenente et praeduce, venerunt ad sanctum}
^{Petrum, eiusque potestate illam angelus tradidit et recessit. Qui vinculis eam alligans, et exi-}
^{gens debitum cuiusdam voti quod pro redditu sanitati in eiusdem festivitatis anniversario illi}
^{dudum devovit et non reddidit, in loco eiusmodi tormentis sic habener ut puniretur ligavit.}
^{Hoc equidem multi eiusdem loci incolae cuius et hic frater olim canonicus fuit neverunt, quod}
^{biennio transacto, cum apud semelipsum de salute sua sollicitus et vita, multa ancius ageret}
^{quomodo mundum exiret et se solo Deo victurus alligaret; hac voluntate permotus virum Dei}
^{in loco eodem adiit, vota conferre non distulit, petens eius consilio, conscientio et teste coram Deo}
^{se laneam non indui, carnibus non vesci, et ab illicitis mundi desideriis penitus abstineri, idque}
^{beati Petri testimonio firmari; cuius memoriae et venerationi praesens dies ille praesto erat}
^{35 agi. Quod et factum in praesenti quidem est, sed postmodum iuventute illiciente et illecebris}
^{revocatus, pachum illud totum abnegavit. Sed non illum adhuc divina misericordia dereliquit.}
^{Ilerum remeante beati Petri festivitate in maxima desperatione vitae debilitatus est infirmitate.}
^{Sed rursus beato Petro, quod limina eius visitaret votum faciens, recuperatus est sanitati, et hoc}
^{iterum non implevit, praeventus scilicet Dei miseratione, quae hunc ad monasticae vitae per-}
^{duxit perfectionem, surarum ob huiusmodi conscientiam veritatem culparum non immemor, voces}
^{attollens in fletibus, et sperans quomodocumque sibi commodum fore si emendationem promit-}
^{teret, clamabat: „O sancte Petre, mea culpa coram te de peccatis meis; emendo, domine; sancte}
^{Petre, misericordiam; domine, emendo! Nulli hominum de promissione et salute credo nisi soli}
^{Domino; Domine, emendo; et o sancte Michael, quare me dereliquisti? Pastor bone sancte Petre,⁴⁵}

non diutius possum malum hoc sustinere. Sancte Petre, scio quia mala fuit cogitatio mea;

tamen dixi et confessus sum omnia domino abbati.“

Hoc dicto, operante divina virtute et gratia denuo spiritus ad corpus rediit, nobisque vi-
dentibus in eum vivens hominis vultus resedit, ac mox vocans fratres quos viderat esse pre-
sentes, colloquens ait: „Dilectissimi fratres mei et domini, miseremini mei; orate pro me, quia
50 beato Petro sanctus Michael me tradidit, et is solo me relicto in loco sicut cernitis tormentis et
vinculis religavit.“ Cum mox fratres missarum sacramenta exhibentes, spiritu redeunte a corpore,
suo auxilio missum eminus vidit venire angelum et clamans dixit: „O sancte Michael, veni do-
mine, eni, testis esto mihi, adiutorium tuum volo ad sanctum Petrum; et quare me domine de-

^{8) i. q. fragrantia.}

*reliquias? Cui angelus: „Voluntas Domini fuit. Veni, eamus ad sanctum Petrum.“ At ille 1012.
videns eum, multiplices ingeminabat preces dicens: „O sancte Petre, misericordiam. Si dimittis
me, domine, stabilitatem facio tibi, et promitto tibi per Patrem et Filium et Spiritum sanctum,
quia penitentiam a... requiro praesentiae corporis tui domum.“ Angelus: „Si emendare da-
bis? Vis enim dare?“ Et ille: „Volo, domine, volo.“ Angelus: „Et in hoc quod promisisti sancto
Petro?“ Cui ille: „Domine non fuit potestas mea, sed voluntas domini abbatis. Et si emendare
non possum, veniam hic iterum, debitum huiusmodi supplicium, et ecce tibi iuro per Patrem et
Filium et Spiritum sanctum, sic me omnia completerum.“ Hoc ita expletò, educens illam
angelus ait: „Anima, vade in pace.“*

10 *His ita finitis, cum eodem verbo affuit, et sicut eo ignorantie scripseramus, ita hec eadem
eo ipso postmodum referente scriptis firmavimus. Amen.*

*Anno quoque eodem, id est ab inc. Iom. 1011, regiminis autem eius a. 7. Heinricus anno regni sui 9. fol. 84.
a Benedicto papa in imperatore promotus est. Et cum iam Longobardorum instabilitas. Arduinum quendam sibi regem
constitueret, tandem non sine magna suorum cede subdiisse se ei, et sic Heinricus Papam veniens, ab eis miri operis
15 palatium sibi construere fecit. Hic etiam fecit civitatem Bayherensem, et ecclesiam a Benedicto papa dedicari opinavit;*

*eiusque auctoritate episcopum ibi constituit. Erat enim vere catholicus, et religiosus amator praeci-
pius. Adherebat moralibus seniorum consilii, quorum puritate et niture florebat Lotharin-
gia, illuminabatur Saxonia, dirigebatur Suevia et Alemannia. Quamobrem sub eius imperio
20 salus fuit mundo et gloria. Inter quos habebat gratissimos Odilonem Cluniacensis aeccliae
patrem piissimum, Willelmum Divisionensis aeccliae rectorem strenuum, religione praesi-
stantissimum, qui etsi non erant de regno eius, tamen in amicitia ei iungebantur, et eorum
orationibus regni negotia in pace tractabantur. Nec debeat familiaritati eius Pandulfus Agau-
nensis, vir vita, moribus, religione, sanctitate celeberrimus, cum eum faceret commendabili-
25 lem regi et optimatibus fama virtutis eius. At vero de regno eius fere quotquot erant pon-
tifices et primi aeccliarum, tot ei erant incitamenta virtutum, cum ipse eisdem muniretur,
et ipsi vice versa eius auctoritate ab illicitis reprimenterunt et ad perfectiona provocarentur.
Inter quos hunc patrem nostrum habebat karissimum, inter praecipuos egregium, pietate
30 praedicabilem, religione commendabilem; quem tanta Deus donaverat omnium gratia, ut
a plerisque pro inolta sibi benignitate vitaeque et sermonis acceptione et non affecta ele-
gantia sed impensa gratia hoc vocaretur agnominis, videlicet Richardus Gratia Dei, sicut et
sanctus Odilo ab ingenita pietate Pius, et Willelmus a rigore ferventioris propositi Supra
regula dictus est. Erat et in regalibus negotiis pertractandis et disponendis consolidans eius
dominus Ermenfridus Virdunensis aeccliae canonicus, cuius vita actuum luce satis se ipsa
35 commendat. Felicia tunc tempora Virdunensis aeccliae, tantis sub Heimone episcopo in-
signitas personis; ut usque in hodiernum diem actuum illorum claritate resplendeat, quae
etiam tanta sit, ut nulla vetustate obliterari valeat. Sub eo enim Amicus praepositus aeccliae
sanctae Crucis construxit, Dudo praepositus aeccliam sancti Laurentii. Ermenfridus
praefectus aeccliae sanctae Mariae Magdalene, et in ea canonicorum turmam aggregavit,
quibus victim ex regali largitione et procerum traditione sufficienter providit; et venerabilis
40 Richardus monasterium sanctorum Petri et Pauli et beati Vitoni confessoris a fundamentis
erectum tanta in posterum possessionum et religionis dote ditavit, tanta reliquias aecclias
claritate dotavit, ut merito pater urbis, lux patriae, decus aeccliae debeat nominari. Vita
enim eius mirabilis vita multorum mirabilem reddidit, conversatio eius spectabilis plures
alios spectabiles bonus operibus instituit.*

45 *16. Sed nec ipse dominus Heimo a bonis operibus vacante animum praebuit, qui potius
aeccliam sancti Iohannis in prospectu civitatis sitam, in qua sancti confessores Maurus.
Salvinus, Arator quiescent, melioratam restauravit, et in ea congregationem sanctimonialium
sub dispositione patris Richardi regulariter viventium instituit, et matrem eis consilio eius-
dem providit Adelbergam fidem Christi famulam, quae cognominabatur Ava, cuius memo-
ria est aeterna. Haec enim velut apis prudentissima patris sui formam imitata, cum ob zeli
boni devotionem et fidei magnanimitatem servorum Dei lustraret coenobia, ut ad eorum
imitationem emularetur karismata meliora, Cluniacum ivit, et viro Dei beato Odilone adve-
nisce nunciata, cuius animum ipsa possidebat pietas, cum grandi affectu suscepta est. Ubi
quanquam usus aeccliae esset, et pro lege haberetur, ut claustra monasterii non calcaret
55 pes muliebris, ipsa pro sua religione et patris Richardi cum sancto Odilone indivisa duali-
tate non solum claustrum intravit, verum etiam capituli societatem indepta, et dominico
die ad processionem cum fratribus suscepit, quod usque hodie in eodem monasterio per-*

manet memoriale. Egit hoc beati Odilonis erga filium carissimum et confratrem devoutissimum affectus propensior, dilectio profusior, caritas de illo fonte emanans, de quo tantae nobis perfectionis alveus dirivatis est, idem videlicet pater noster, qui nobis a beato eodem donatus est. Sed nec erga locum cui praererat domini Heimonis defuit liberalitas, verum Masmelli pontem eidem contulit, mercatumque in suburbio qui eidem coenobio adiacet s

fol. 84.
Gesta Virid.

1024. quam ipse construxit. Et successit in episcopatu Rambertus, qui saepetatum patrem non minori affectu coluit, immo devotionem a praedecessoribus initiatam et ad se usque derivatam pia bonae voluntatis affectione auxit, provexit et sustulit. Verum non ab re videtur, si 10 cum eius familiares, et regni gloriam, quae sub ipso erat, miramur, etiam quis imperatoris

Rud. Gisb.
III, 1.

vitae exitus fuerit intueamur. Tempore itaque eius rex Ungrorum cum gente sua christianus factus est. Cui etiam Stephano in baptismate dicto germanam suam uxorem dedit, et ipse anno sequenti infirmitate ingravescente, quia erat absque filii, videns quia ad regni fastigium plurimi duces et comites aspirabant, elegit Conradum aliquando sibi suspectum, sed strenuum, qui Cono dicebatur, et sic 15 cum gloria obiit monaches cesar augustus 3. Idus Iulii, eo videlicet anno quo superius annotatum est episcopum Heimonem obiisse. At vero Stephanus Ungrorum rex, imminentie vocationis sue tempore ad coelestia evocatus, nups in aecclisia qua requiescit humatus, miraculis claret egregius. Regnavit autem Heinricus a. 24, m. 6, et Conradus successit Othonis III.

filius^a, qui accepit uxorem Gislam, Rodulfi regis Burgundiae sororem, Conradi et Mathildis 20 filiam, de qua genuit tertium Heinricum, qui venerabilem Richardum abbatem inter primos palati habitu. Quo in tempore rebellaverunt contra Robertum Francorum regem Odo, Tebaldi fallacie filius, et Willelmus, Heinrici ducis privignus, favente si Brunone Linguonensi episcopo, cuius in matrimonio habebat sororem, et Landrico Nivernensi comite. Rainaldus vero comes prefatii Willelmi filius sororem Richardi Normannorum ducis Adelheideam duxit uxorem. Qui videlicet Willelmus, licet advena, intantum convulsi divitiis et milicis, ut non invenire. 25 tur ei secundus in patria. Cui tamen plurimum restitut Hugo Autiisiodorus, qui abbocom dictus est, cuius cognatum Constantium Robertus habebat uxorem.

ib. III, 2. 17. Igitur post Benedictum papam a. 1023. frater eius Iohannes largitione pecuniae ex laicali ordine neophilus ordinatus est. A quo cum requisisset Constantinopolitanus antistes, ut sua ecclesia sicut et Romana universalis diceretur, et donis eum Romanosque qui curie praeerant innumeris flecteret, ita ut clanculo temptarent concedere quod rogabatur, omnis ob hoc vehementissime commotus est Italia. Sed Galliarum episcopi et abbates his obviare conati sunt, quidam in persona sua, quidam vero litteris missis sedem apostolicam visitantes, et tantum obprobrium et dedecus auctoritatibus ad medium prolati, quibus contradicere fas non esset, a Romana ecclesia propulsantes. Nec defuit in his patris Richardi autentica praesentia: immo omnino sategit ut Constantinopolitanae praesumptio confutata conquiesceret, 35 filium se Romanae ecclesiae, dum matris honori providebat, ostendens. Inter alios quoque Willelmus abbas eximius epistolam papae misit corpore breve, sed materia ingenit et sermone locupletem, quae hic inserere non piguit:

Gratia Dei et reverentia beati Petri sedi in orbe terrarum excellentissimas indepto papae Iohanni Willelmus^b crucis Christi serva sedem iudicii cum apostola et coronam regni. Magistri gentium dicto instrumur, seniorem non increpan- 40 dum. Isdem tamen alias dicti: „Factus sum iniipiens, vos me cogistis.“ Idecirco iugiter fidationis diligenter horlamur communem vestram paternitatem, ut in uno innumeris cogitationes hominum pervidentes dominum Salvatorem, ut dicatis ad alterum vobis unanimes, quemadmodum et ipse Petro: „Quid dicunt homines de me?“ Si vero responsum eius ex fide fuerit, animadvertere qualiter sonuerit. Siclare, custodite ne obscuretur. Si vero obscur, lux mundi oranda est, qualiter illa fulgeatis, ut universis in gemitu ecclesiastis constituta ad viam mandatorum Dei gradientur lumen praebatis. Sed est 45 fama rei, quas super apud vos accidit, de qua quis audiens si non scandalizatur, noverit se longe ab amore superno disparari. Quoniam licet potestas Romani imperii, quae olim in orbe terrarum monachos viguit, nunc per diverse terrarum loca innumeris regatur accepitis, ligandi solemque in celo et in terra potestas incumbit magisterio Petri. Aigue- idcirco ita diximus, ut animadverteritis non alter Grecis quam cypriozia hoc quod auditum apud vos requirere, impe- travisse. De celo quoque optamus, ut universalem decet antistitem, vos acris in correptione et disciplina sanctae et 50 apostolicæ ecclesiæ rigere, aeternoque et felicitate in Christo valere.

fol. 83. 1027. Sic confutata Grecorum praesumptio est. Eodem anno, qui erat ab inc. Dom. 1024, iussu et obediencia patris Richardi, Leduinus, de quo supra retulimus, paelatus est abbatiæ sancti Vedasti.

1027. Anno quoque 1027. obiit Fulbertus Carnotensis episcopus, inductione 7; qui quanto 55 amore hunc patrem nostrum dilexerit, experimentis perpluribus patet.

Tunc tempore contigit innoti osca hominis de loco abiectissimo a quadam mangone collecta et feretro imposita, fol. 84.
fol. 85. in monasterio sancte Marine apud Seusiam sub nomine Iusti martyris a Mainfredo marchionis suis reposita. Sed ib. IV, 3. licet religiosa id vanisimum et stultissimum fuisse multa et probatis documentis demonstratum sit, vulgus tamen in- 60 tustum pro falso venerans in suo permansit errore.

a) O. III. f. in margine addita. b) W. c. c) Abhinc ordinem immutatum Hugo in margine littera adiecta indicavit et
hac nota: Secundum determinationem et ordinem litterarum tu quoque serva legendi ordinem et capitulorum.

18. Jam autem eidem patri Gratiae Dei paelationis sarcina gravis videbatur, iam ad anteriores progreedi, liberiisque divinae contemplationi inherere iuvabat; quia iam in eius corde mundus aruerat. Et quia quosdam, qui Iherosolymam erant, beate in Christo occubuisse constabat, inter quos quoque quendam ex Augustudunensi territorio sanum et vegetum nullaque mortis signa habentem, in loco ubi novissime steterunt pedes Domini cum orasset, et se a Domino suscipi in pace postulasset, modico dolore mox tactum, domi relatum, moxque relatum eodem in loco quo oraverat, spiritum Deo reddidisse, certa fama vulgaverat: tactus et ipse sancto simili bonae devotionis desiderio, sepulcrum Domini invisere gestiens, quiescita a principe et pontificibus regnique primoribus et vicinis fidelibus et vix optenta licentia, destinavit primo filii providere et eorum in omnibus curam agere, ut posset cum bona omnium affectione peregrinationis officia sancta suscipere. Itaque Cluniacum ivit, et sicut usque hodie in eodem coenobio manet memoriale, patrem piissimum sanctum Odilonem Virgundum secum deduxit, quem plurimis diebus secum retinens, omnem ei monasterii habitudinem mores et vitam habitantium ostendit, iudicio eius et tuitioni singula contradens, et ad eius arbitrium universa corrigit et confirmans. Gavius est autem in Domino sanctus Odilo, quia per eos, quos sibi filios fecerat et loco remiserat, fructus boni odoris carpebat. Ubi vero voluntati illorum satisfecisse se credit, valedicens omnibus, filium Deo commendans, Cluniacum rediit, et de profectu ecclesiae illius gaudium filiis et fratribus Cluniensibus exhibuit. Referunt adhuc moderni, qui audierunt a patribus, quia quotiens ab istis partibus regrediebatur, adeo se gratiosum de bonis, quae in patre nostro et filiis gratulabatur, exhibebat, adeo eos commendabiles reddebat, ut gratum haberet qui videbat. Igitur paratis necessariis sumptibus, dispositis viae comitibus, commissa Deo filiorum cura, benedictione pontificis et vicinorum praesulum, optimatum quoque et omnium omnino postulata et accepta, venerabilis pater Richardus Gratia Dei egressus est cum Madelvo novo peregrinus in cordis laetitia. Prosequutus est eum totus populus cum lacrimis et rugitu cordis, dolens quod destitueretur eius praesentia, quem suae salutis praesulem vitaeque tutorem credebat. Quos vir Dei benigne consolans, ut reverenter admonuit, dans in mandatis, Deum tota virtute diligere, proximum venerari, inimicos diligere, caritatem amare, hospitalitatem sectari, elemosinias intendere, et pro se sibique comitabitibus Deum propensius exorare. Sic salutatis omnibus resoluta a cunctis, dimissus est optatae viae cum gratia, omnibus orantibus, et elata in excelsum voce clamantibus, ut prosperaretur a Deo via eius. Expensas autem viae Richardus comes Normannorum omnes ei attribuit. Erat enim in elemosinia largus, caritate diffusus, honestate praeclarus. Supersunt adhuc in Britannica insula et Normannia nobiles et probati viri, qui viderunt hunc patrem nostrum Gratiam Dei, et noverint quanto ab eodem conseruato diligebatur affectu. A quibus nos etiam ista audivimus, qui et referre soliti sunt, quia sic sibi individua dilectione adhærebat, ut putarea unam animam duobus inesse corporibus.

19. Optabili ergo peregrinatione suscepta, vir Domini Richardus septingentos peregrinos secum duxit⁹⁾, quibus ex propriis subsidia victus sufficenter administravit. Erant etiam in comitatu eius quamplures alii, inter quos erant duo ab urbe Baiocensium, pater et filius, Hubertus et Gauzfredus, qui ita comitatui eius adheserunt. Erat idem Hubertus diutino languore depressus, ita ut per annum integrum nec lecto surgere nec in latus aliud absque suffragantis amminiculo se posset deflectere. Huic una dierum in cubiculo, quo iacebat, angelus in columbae specie apparens: *Vade, inquit, para necessaria, et perge Iherusalem, quia Dominus iubet.* Cui cum ille respondisset: *Quid faciam, quia nequeo surgere?* ille iterato: *Para, inquit, necessaria, et vade, quia Dominus vult.* Adquievit homo, et mane factio fratres et propinquos advocans, voluntatem Domini aperuit, suam quoque voluntatem in id esse ut obediret patefecit. Illi admirantes, et pro infirmitate quam videbant voluntati eius contraire conantes, cum avertere hominem a recta intentione molirentur, impossibile esse pronuntiabant quod dicebatur; cum ille filium Gauzfredum assistentem videns: *Vade, ait, praepara expensas et quae sunt tanto itineri necessaria, quia et ego ibo, et tu tecum, Dei cooperante clementia.* Adquievit filius, et paratis quo citius potuit tanto itineri necessariis, patrem de professione admonuit. Ille propinquorum et vicinorum surgens amminiculo, pontem ante monasterium sanctae Mariae Magdalena in eadem Baiocensium civitate situm, quod erat vicinum domui suae, a quatuor hinc et inde sustentatus transiit, et non ut equo impositus est, sanus factus et incolomis, viae se credit, et comitante divina gratia Virdunum veniens, cum audiret et videret profe-

9) Ademari hist. III, 65. Vita Richardi 17.

ctionem viri Dei tota urbe accelerari, sustinuit, et comitatu eius adherens, orationibus eius se cum filio commisit, quos vir Dei familiarissimos habuit. Profecti igitur per Illyricum, 5 venierunt ad deserta. Quae cum iam fere pertransiissent, die quadam fontem eminus conspicati clarissimum et perlucidum, descendenter pater Ricardus cum sociis ut acciperent gentaculum. Turbis quoque circa fontem discubentibus, venerabilis pater loco competenti pro tempore resedit, et accito famulo ut de fonte sibi afferret, cuius perlucida claritate delictatus erat, admonuit. Ille vadens, ex aqua fontis vase inpleto, viro Dei propinavit. Sed ut vas ori adnovit, aquam in vinum Dominus mirabil virtute convertit, et sic qui aquam desideraverat, vnum accepit. Stupefactus a famulo requirit, ubi vnum acceperit, et evacuato vase, iterato eum pro aqua fontis remisit. Ille admiratus, cunctis cernentibus aquam hausit de fonte, et viro 10 Dei propinavit. Sed iterum divinitate propicia aqua fontis in vinum conversa est. Quid vir Dei agnoscens, Deo gratias egit, et bibit, cunctis quoque ex eodem vino in eodem vase propinavit. Quid plura? Biberunt omnes, et virtutis Domino benixerunt, qui facit miracula

^{fol. 86'} solus, cuius regnum regnum est aeternum, et potestas eius potestas eterna, quae non auferetur. Biberunt, inquam, omnes de vino illo, et vinum imminutum non est; quia cum omnes bibis- 15 sent, solus ille scyphus abundanter sumptus adiungit, et postmodum patri Richardo non defuit. Et qui vidit, testimonium perhibuit, praedictis scilicet Humbertus et filius eius Gaufredus; et scimus quia verum est testimonium eorum, quia ipsi ex eo biberunt, cum sedarent ea hora prope latus hominis Dei; et praeterea virtutis huius tot sunt testes, quot erant viae comites, quia nullus in comitatu illo inventus est, cui non vir Dei ex hoc vino virtutis propinasset. Est 20 adhuc in Baiocensi urbe quasi novum hoc miraculum, et patres qui viderunt, narraverunt ea filii suis, et filii filiorum filii, ut cognoscat generatio altera. Nos quoque hoc a Gaufredi filio Gozelino nomine, viro probo et honesto, nunc Divisionensis ecclesiae monacho, audivimus, qui iam eo tempore natus et adulatus, a patre et ab avo hoc audivit, et didicit ab illis formam orandi, quam instituit simpliciores et idiotas e saeculo ad se confugientes pater Richardus in 25 ingressu aeccliarum dicere, in hanc formam: *Adoremus Deum sanctam Trinitatem, deprecemur sanctos eius qui pro Deo appellantur, ut ipsi deprecentur Deum, ut det nobis pacem et sanitatem, peccatoribus veram penitentiam, discordantibus veram concordiam, viuis pacem, defunctis requiem.* Hec orandi forma in omnibus monasteriis suis laycis tradebatur.

20. Erat autem viro Dei familiare, mane surgere, landes Deo dicere, iter accelerare, at- 30 que consuetum Domino in via pensum reddere, et sic hora fractionis panis imminentis, missarum solemnia agere, quocumque esset, et expletis mysteriis ad frangendum panem discumberere, ne gravarentur fratres labore itineris et continuatione ieunii. Venit ergo Antiochiam, ubi cum eum itineris necessitas aliquot diebus remorari coegisset, vir Dei Symeon, qui nunc

^{Vita Symeo-}
^{nus 10.} Trevirensem aeccliam corpore et virtutibus adornat¹⁰, in amicitia ei iunctus est, et fratri- 35 bus qui erant cum eo, adoptans sibi illum in patrem¹¹. In quo beati Simeonis facto hoc intueri libet, quia idem vir Dei non eius se crederet magisterio, non committeret patrociniu, nisi divina pietas, quae eum a seculi actibus alienum reddiderat, cordi eius revelasset, dignum illum esse qui subditis praeesse et prodesse posset. Mittebatur autem isdem beatus Symeon a fratribus monasterii montis Syon pro elemosina, quae de terra Richardi comitis Normaniae monasterio eidem debebatur; et quamquam nosset spiru sibi revelante multa se aduersa passurum, tamen pater Richardus discretionis oculis hinc inde munitus consilium dedit, ut ceptis insisteret, obedientiam impleret, usquequo rem probaret eventus. Flente in itaque et tristem eum a se dimisit, utrumque pedibus manibus et genibus exosculatis, quia erat in eis gratia Spiritus sancti. Haec est enim sanctorum delectatio, diligere alterutrum, quia et Deus 45 caritas est, et qui manet in caritate, in Deo manet. Caritatem autem aquae multas non poterunt extinguere, nec flumina obruent illam. Probatus igitur Dominus servus viam carpens, et viae ducem Christum collaudans, ram Sarracenorum ingressus est. Et cum appropinquaret civitatibus eorum, praedicabat omnibus Christum Iesum, in domino Deo suo confusus, quia non erat in spiritu eius dolus. Iam vero ubi ad urbem venisset, ante murum urbis psal- 50 lebat Salvatori suo, et missarum solemnia ibidem celebrabat, paganus desuper saxa iacentibus, ut capiti eius illidherent; qui sic urbi appropriaverat, ut tabula altaria hereret in muro. Et cum multa desuper saxa ab eisdem aspicientibus et illudentibus iacerentur, ita a Christo pro-

^{1 lob. 4, 18.} 10) obiit a. 1035. 11) ultima haec sunt verba Eberwini abbatis Trevir. qui Richardi in itinere Hierosolymitanus comes, vitam Symeonis composuit. Mab. Act. SS. sec. VI, 1. p. 376. Cf. supra p. 209.

^{Cant. 8, 7.}

55

tegebatur, ut non altare, non tabula altaris, non postremo illud quidquid est quod altari impunitur, non ipse denique qui altari astabat intrepidus, a lapidibus tangeretur, cum tantus esset multotiens in circuitu altaria agger lapidum desuper ruentium, ut missa dicta non nisi via facta inde extrahi posset. Monachorum vero et clericorum comitantium illum nullus ei coesse vel cohabitare poterat; sed quantum iactus est lapidis a longe stantes canebant, et canenti respondebant, ipse solus intendebat his quae ceperat, donec missa perexpleta egredetur vel potius extraheretur. Erutus autem inde, ante urbis prospectum tentoria figebat, *fol. 87.* et comparatis necessariis sumptibus ibidem hospitabatur, a Dei laudibus numquam vacans, quia laus eius semper erat indeficiens in ore ipsius. Pagani autem miraculo perterriti, et gratia reverendi vultus eius invitati, veniebant ad eum, quibus ipse per interpretem quae de Iesu erant gratanter annunciat, et ut ab iniuria servorum Dei manus cohiberent praedicabat. Fiebatque miro modo, ut quos in adventu suo passus fuerat infestos, ipsi ei versa vice cum honore servirent, et mane facto deducerent abeuntem. Mirificabat enim Dominus servum suum signis et prodigiis, in tantum ut omnibus sanctitas eius innotesceret, et virtus Iesu per eum ubique praedicabatur, qui fama sanctitatis eius ubique ferebatur.

21. Constantinopolim veniens, cum quanto honore exceptus ab imperatore sit, dignisque munieribus et obsequiis honoratus, dicere supersedemus, quia ad alia properamus. Optatae itaque vias dimissus cum gratia, per multimoda pericula apprehendit Iherosolimae loca desiderata. Ingrediensque civitatis portam, responsorium illud de dominica in ramis palmarum: *fol. 8, b.*

*Ingredienti domino in sanctam civitatem, dulcissima, cum sociis modulatione decantabat, Christum crucifixum, qui est super omnia Deus benedictus in secula, adorans, et locum sepulchri eius oculis fidei veneranter amplectens. Omnia ergo nativitatis passionis et resurrectionis loca fide circuiens, dum non saciaretur oculis intuendo, mente pascebatur; quia ad visionem dulcissimam et diu desideratam, iamque concupiscentis animo praeparatam, mirabilem Domini gaudio et laetitia ineffabili replebatur. Occurrit autem ei venienti patriarcha Iherosolitanus; audierat enim famam eius omnium ore celebratam; et consulatut mutuo, dato sibi pacis osculo, laetati sunt in Domino. Videns vero in eo aspectum angelicum, modestum sermonem, incessum mitem, caniciem venerandam, habitudinem senectutis omnibus reverendam, gratulabatur in spiritu: *Sicut, inquiens, audivimus, ita et vidimus.* Introductus igitur in *fol. 87, 9.* sanctam Syon, missarum solemnia celebravit, astante pontifice et clero; et sic locum sepulchri Domini cordis affectu revisens, omnemque locum sanctum pia devotione perlustrans, cum se desiderio satisfecisse crederet, iterum estuantem devota sollicitudine saciabat animum. Numquam a missarum celebratione desistens, numquam a verbi Dei erventione cessans, immo ubique quae Dei sunt annuncians, nec timore mortis, nec infestatione barbarica a veri recti exhibitione et mali prohibitione desistens. O quis eius affectus in Deum! quanta contriti et burniliati spiritus exultatio! quanta cordis iubilatio! cum videret se esse praeessentialiter ubi Christus natus est, ubi passus, ubi sepultus, ubi steterunt novissime pedes eius quando ascendit in celum. Ubi cumque incubuisse orationi, madebat terra lacrimis, clamor cordis ascendebat ad Dominum, corpus atterebatur, spiritus elevabatur. Continuabat noctes vigiliae; attenuabat corpus ieuniis, numquam sine lacrimis, numquam sine precibus, cum totus exultaret in Domino, laetitiam mentis, vultus serenitate proferebat. Dominica die qua celebratur adventus Domini in Iherusalem, et exceptio eius a pueris cum hymnis palmarumque et frondium ramis, urbem ingressus est; ebdomada tota pernoctavil in laudibus Dei, cum tota ecclesia discurreret a paganis gladiis accinctis ipse nichil dubitans, nichil hesitans, quae Dei sunt Deo reddebat pervigil in orationibus, in ieuniis continuis: adeo ut gentiles ipsi admirarentur devotionis eius instantiam, et reverenter constantiam. Diem cenae sacratissimum in exhibitione mandati Domini et pauperum recreatione deduxit, pedes pauperum ablues, vestes et quaeque necessaria tribuens, et totum se dominicis serviciis conformans et applicans. Iam vero quis referat, qualiter se die paraseue mactaverit, cruciaverit, Christo cruci confixerit? Totus in lacrimis, totus in cordis compunctione, in contemplatione, in suimet abnegatione, maxime cum videret sepulchrum Iesu pree oculis, et esset ei materia doloris et compassionis. In orationibus assidius, pernos in vigiliis, fatigentes ieuniis artus spiritui servire cogebat. Die illa cum nocte sequenti a loco sepulchri non recessit, ammirantibus omnibus instantiam illius, quod aliis recedentibus ipse non recedebat. Quid multa? venit dies *fol. 87.* sancti sabbati, quo expectabatur ignis a Domino, et gentiles armati, christianis intro conclusis et beneplacitam voluntatem Domini de igne suscipiendo praestolantibus, totam observe-*

rant aecclesiā, ut si ignis non adveniret, omnes gladio perimerentur: cum ecce, hora circiter nona, omnibus orantibus, in una lampade ignis¹¹ accensus est a Domino, nullius mortaliū suffragante amminiculō, et gentiles omnes stupor apprehendit et pavor, christianos vero gaudium et exultatio, ut ab omnibus tota certam caneretur aecclēsia: *Magnus Dominus noster, et magna virtus eius, et sapientiae eius non est numerus.* Illico vir beatus sacris indutus vestibus, myssa inchoata, *Kyrie eleison* solempne elata in excelsum voce pronunciavit. Iam enim lectiones et cantica, seu quidquid est illud consuetudinarii officii usque ad accessionem luminis in expectatione novae lucernae finierat, et sic *Gloria in excelsis Deo* cum lacrimis et iubilo cordis intonans, gaudium christianis, metum et admirationem pagani incusit. Astabant in circuitu altaris undique frementes et frenentes, sed tanta erat reverentia viri, tanta in virum protectio Christi domini, ut omnes sanctitatem eius et religionem admirantes reverenter, et omni eum honore dignum dacerent ipsi etiam qui inimicabantur. Noctem illam pater noster Gratia Dei duxit insomnem, Dominum resurgentem adorans, et cum Maria Magdalene in orto mentis, ubi virebant per eum plantaria virtutum, ortolanum Iesum videre desiderans, ut vocaret eum proprio nomine, et se magistrum et Dominum doceret agnoscere, ut factus testis verae resurrectionis eius, in voce fidei annunciatet fratribus: *Resurrexit Dominus.* Mane facto, consuetudinariis cantici expletis, missam festive circa horam terciam celebravit, et communicatio fidelibus populis cum gaudio domum rediens, celebritati diei satisfecit, et tota die cum patriarcha familiarius loquutus, diem deduxit in iubilo cordis et voce exultationis, semper locum sepulchri Domini revisere gestiens, recolens et admirans sudarum capitis Domini non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum.

22. Diebus festi reliquiās celebravit in gaudio et triplū animi, destinavit vir mitissimus cogitare de reditu. Nec rediit vacuus a munere, quia arche cordis eius repleta erat bona devotione. Quod autem fuit munus illud? Discurrentes pagani per munitioria templi, ipse ebdomada ante pascha, lapides in populum sacra celebrantem iaciebant. Casu lapis veniens intra sepulcrum cecidit, quem vir Domini pro magno munere sibi assumpsit, et totis illis diebus, quibus celebratur passio vel resurrectio Iesu, intra sepulchrū iacentem vigilis et orationibus Domino dedicavit. Hunc recessurum cum magna devotione sustulit, et exescalato loco sancto, quasi totum secum ferret, inter sancta reponuit, et valedicens patriarchae, prospera ei impetratus abire decrevit. Ingemuit ille in voce dilecti vale dicentis, et proferens reliquias preciosissimas de ligno Domini, itemque marsupium unum auro textum prae grande reliquias sanctorum refertum, opulit seni venerabili cum gratiarum actione, inquiens: *Accipe, o dilecte Domini, munus bonae voluntatis et devotionis, quod sit mutuus pignus amoris, munus quod numquam consummatur, semper extet, hereat, amico convival, quod evanescens memoriam excitet, iocundum, quod obviā animo veniat, et numquam labatur a memoria. Prestel Dominus istis et omnibus sanctis intercedentibus, ut iterum videamus nos in caelestibus, ubi finis laborum et remuneratio praemiorum aeternorum, ubi numquam ab invicem separabimur; gaudentes et gustantes quam sit dulce et iocundum habitare fratres in unum.* Divisi sunt ergo ab invicem flentes, quibus si licuisset convivere, et commori libuisset. Graditur pater Richardus Gratia Dei aggere publico, oneratus onere nobili et dulciufo, se et sibi comitantes committens Deo universorum corde humili et contribulato. Pendebant a collo eius sanctorum reliquias, ut haberet p̄e oculis paratum specimen sanctitatis, ne decesset cordi memoria eorum, quorum sarcina delectabili reliquias gestahat. Quanta vero in redeundo passus sit, ipse novit qui pertulit: quae omnia dijudicat, qui laborum remuneratorem se promisit. Videres virum seculis venerandum, dum iret, saepius cervice reflexa versus sanctam Iherusalem humiliari, suspirare, gemere, affectum cordis oculis pandere, gaudere quod sanctum locum sepulchri vidiisset, dolere quod non semper videret. Hinc ex affectu sermonem populis dare, beneficia Iesu oculis monstrare, omnes subito ex devotione ingemiscere, Deum benedicere, memorari dulcedinis divinae, et ad bona sectanda prorsus accendi. Non cadebat passio Domini a memoria, quae erat fere tota eius memoria. Quid enim fuit totus vitae eius excursus, nisi velle pati pro Christo, commori ei et consepeleiri, ut daretur sibi per Christum in gloria resurgere cum illo? Ideo tanta passus est, qui ut pateretur exul pro Domino factus est. Et quidem iuste. Sapienti enim omnis mundus exilium, et viro iusto omnis mundus^a domus. Sapiens autem erat, quem ipsa inhabitabat sapientia, vir iustus erat, quia corpus peccatis subditum nescit inhabitare sapientia.

^{a)} munus c.

11) De hoc igne sacro cf. Wilhelm. Malmesh. Gesta R. A. IV. ed. Hardy p. 562.

23. Reversus tandem ad illos suos palestrites, Saracenos scilicet, qua via venerat, eadem et regrediebatur. Ante muros urbium missarum solemnis celebrans, nec assuetos imbre inundantium lapidum pavens. Mirabilis prorsus virtus et stupenda, grande mysterium, spectaculum praedicabile. Stabant supra caput hominis Dei hostes, dirigebantque in illum lapides, adeo pregrandes, ut non tantum caput, sed totum prorsus^{a)} si occurrisserent conquassarent hominem. Manebat ille intrepidus, quia protegebatur a lapide praeciso de monte sine manibus. Dirigebantur aliorum lapides, quia lapidi vivo manenti in lapide qui reprobatus est, qui angularius missus est, timebant illudi; cui si illiderentur, frangerentur. Obstupescabant gentiles miraculo, nec novitate miraculi terrebantur, cuius admiratione deteriorabantur, quoniam ipsa eis admiratio erat peccati innovatio. Stabant a longe monachi et clerici quantum iactus est lapidis, et peregrini, ipse solus ingrediebatur propiciatorum, qui arnum in sacrificio et dextrum acceperat separatum, quia non solum erat operatio eius utilis, sed et singularis; qui inter malos non solum quae sunt recta faciebat, sed et bene operantes subditos sicut honore ordinis, ita morum virtute transcendebat. Qui cum armo pectusculum quoque in esu accepit rat, quia non solum pectore recta cogitabat, sed et spectatores suos ad sublimia armo operis invitabat. Sed iam quid moramur redeuntem? Reddamus patrem filii, ut gratulentur in invicem, et pro absentiae tedio, quod perpessi sunt, ipsi sibi sint consolatio. Non autem praetermittamus Antiochiam sancti Symonis praesentia claram. Ibi enim invenit pater amantis simum filium, ibi recepit filius patrem karissimum, ibi socii socium, fratres fratrem, comites agnoverunt comitem. Neque enim potuit, multis obstribus periculis, perficere quod decreverat, praecipue cum nosset divina revelatione in itinere illo plura se passurum adversa. Delectatus igitur eterne comparis praesentia, delegerunt simul Virdunum redire, ut quod supererat temporis simul explerent in exercicio spiritualis phylosophiae. Venientes autem ad civitatem V. Sym. 10.
Belogradam^{b)} que est in confinio Bulgarorum et Hungariorum, a civitate infelicissimo principe prohibitus est cum eis transire, et its lugens et dolens divisa est a patre et fratribus lugentibus et dolentibus. Dominus Symeon per multa pericula irit Rotomagum pro ioplenda obedientia, pater Richardus Gratia Dei longo et vario itineris labore redditus est finibus Galliae Belgicae.

24. Occurrit illico patri a longe filiorum examen laetantium et gaudientium ob adventum eius desiderabilem. Ubi vero percrebuit fama celebrior eum advenire, factus est concursus ad eum nobilium et ignobilium, divitum, mediocrium, pauperum, et quaqueversus veniebat, occursum gaudientium et concurrentium non deerat. Cum tanta frequentia, cum tanta pontificum et palatinorum procerum, neconclericis plebisque laetitia, longa mora protenso temporis spacio, Virdunum usque deducitur. Quo cum nunciaret adesse, totis obviam portis ruunt, tota obviam civitas progrederit. Senes cum iunioribus, matres cum infantibus, aetas quoque ipsa inbecillior in occursum tanti viri se proripit, domi nullus subsistit. Clericorum, monachorum, necnon et sanctimonialium Domino sacer ordo dicatus obvius egreditur patri cum crucibus et cereis, et diverso aecclesiasticae dignitatis apparatu praestolans venientem, et remorantem vix ferens, quia cupienti animo nichil satis festinabatur. Ubi vero venit, et venientem fas fuit videre, clamor populi attollitur, flunt lacrimae gaudio plena. Non erat satis cinqum semel vidisse, nisi daretur iterum iterumque videre. Descendit itaque, et susceptus deductus est ad monasterium cum cantico in iubilo, omnibus plaudentibus et dicentibus: *Benedictus dominus qui facit mirabilia solus.* Diem illam gaudiis plenam solemptem duxit devotio fratrum, quia et iusta est causa laetitiae amicum laetum videre: et si amicum, quid patrem? Agendum est bonis, ut voluntas bona non lateat, sed aperiatur ut luceat. Verba ces-
fol. 88.

45 sent, si quemadmodum debet quis afficitur, conscientia eminebit in vultu. Nichil autem gratius publica amicitia, nullum supplicium gravius publico odio. Intellectum enim rei optimae et dulcissimae amisit, qui omnium designat oculis, et designari se iudicat, qui caret acie oculorum, qui sensum beneficiorum amisit, cuius aures morbus obstruxit. Sed pudorem tollit multitudo peccantium, et desinit esse proprii loco commune maledictum. At contra qui ab omnibus diligitur, aequali perpetuaque voluptate fruitur. Adventus igitur patris nostri commune fuit beneficium, quia commune gaudium, quia et cum absens esset, diligebatur ab omnibus. In prima enim parte animi apud universos positus, semper occurrebat memoriae, numquam ita sepositus vel abiectus, ut in ignorantiam verteretur. Quidquid vero frequens cogitatio exerceat et renovat, numquam memoriae subducitur, quae nichil perdit nisi ad quod non sepe respexit. Reliquias ergo Iherosolimitanas seu undecimque quesitas, quibus onustus

a) vox hec passim proposa scribitur in e.

12) Belgrad.

advenierat, in sanctuario pater Richardus depositus, et sic lectione praemissa, suscepitis et deosculatis fratribus, vicem beneficiis rependit, gaudens cum gaudientibus, et gratias agens quod eorum orationibus inmunitus labores viarum securus persecutus est, libens toleraverit, quod gravissimum est cuilibet enumerare ubi evaserit. Postquam igitur dilectioni satisfactum est, et prospera atriunque replicata, quia in talibus adversis referendis si qua sunt, dies reservatur 5 crastina, ad refocillationem fatigati corporis ventum est; quod et abunde, ita tamen ut honesti sufficeret, procuratum est. Exinde venerabilis pater in reddenda beneficiorum vice accingitur, primam eorum pensionem solvens, quod grata ad eum pervenerint effusis affectibus iudicare, et hoc ubique testari. Cepit enim, quasi nichil actum fuisse beneficiis addere beneficia, rimari singulorum necessitates, et ope eas levare, ut conceti agnoscerent patrem sibi 10 advenisse, et plenitudini gaudii eorum nil deesset. O virum omni laudis praeconto dignum! qui etiam puerorum lecta per se circuibat, ut videret si quid esset addendum, si quid innovandum, si quid meliorandum, ut etiam per hoc paternus eius animus agnosceretur, et debita pietas cunctis impenderetur. Studebat in omnibus resecare vitia, mores corrigerere, ut posset 15 plantaria virtutum inserere.

25. Nec silendum, quid de Stephano, quem coenobio sancti Laurentii praelatum diximus, actum sit. Cum enim esset idem communis pater noster in expeditione Iherosolimitana, et per annum continuum pene remoratus fuisse, famaque fuisse defunctum eum esse, Duranus Leodiensis episcopus, qui Wolbodoni successerat, Stephanum ad se evocatum, ut loco abbatis preecesset, officio monuit, et ammonendo petivit. Cui cum vir simplicis ingenii patris 20 spiritualis praetenderet oboedientiam, absque cuius permisso et voluntate nulli fas esset quidquam praesumere, ille respondit patris Richardi se in eius discessu voluntatem agnoscisse, quod eum loco paelificere delegisset: cuius quia nunc obitum audisset fama vulgante, decrevisset ut decebat voluntatem implere. Quid multis morer? persuasum est homini, et sibi minus cavens, suscepit paelationem loci, consecratus ad officium abbatis. Non multo post vir 25 Dei rediit, et audiens quod factum erat, super fratris errore doluit. Ille quoque ut auditiv patrem adesse, non est ausus occurrere venienti, sed cogitavit paevenire faciem eius in confessione, et sumptis comitibus venit ad festivitatem sancti Vitoni. At ubi venit, solus absque comitibus claustrum intravit, orationes fecit, in claustro sedit, et quasi qui numquam ordinatus fuisse paelationem abdicavit. Conspectui patris paezentatus satisfecit, qualiter ad consentiendum inductus fuerit paftefecit; semper tamen se errasse, se delinquisse confessus est. Aderant et comites, inter quos erat archidiaconus missus ab episcopo, poscens patrem piissimum ut errori locum daret veniae, et quod actum erat pro suo amore ratum simeret, esse et stabile. At vir mitissimus pauca cum consilio loquutus: *Petitioni*, inquit, *domni episcopi ad quiescere honorificum est, et fratrem qui publice peccavit publica satisfactione corriperre bonum est.* Haec loquutus, fratrem ultimum in collegio fratrū interim sedere paecepit, quoad usque tractaret in capitulo de his quae mandabat episcopus, et consilio generali quid esset agendum disponeret. Abscessit frater a conspectibus patris, et cum tanta virtute patientiae iubentis oboediit imperio, talemque se exhibuit in oboediendo, ut miraretur qui vidisset. Vigilia erat festivitas sancti Vitoni, ad quam certatim undique confluxerant nobiles et spectati 30 viri vulgusque promiscuum, et in praesentia episcoporum, abbatum, monachorum, clericorum, nobilium et ignobilium ultimus omnium sedit Stephanus cum bona patientia et vultus eius non sunt mutati in diversa. Quamobrem ad exorandum patrem Richardum pro ipsis restituione omnes qui aderant unanimis reddidit eius humilitas. In crastino coram omnibus culpam professus, errati remissionem optimuit, gratiam reportavit, et de ultimo promotus est 35 in superiorē statum, cum gratia patris sui paelatus custodiae gregis dominici, et iam ad missas, ut abbatem decet, honoratus est, qui de correptione illata iniuriantur non est. Verum archidiaconus Leodiensis, quia domini sui ut voluit in omnibus exequuta voluntas non est, rediens ad illum, non tamen cum abbate Stephano, testis fallax factus est; qui rem gestam non ut gesta est, nec eo animo quo gesta est, retulisse comprobatus est. Qui prorumpentes 40 in se animi appetitus nulla vi animi coercens vel refrenans, abbatiam Lobensem beato patri pro his, quae secus quam mandavit gesserat, abstulit, et abbatem contra ius fasque, quem voluit, substituit. At vero dominus Stephanus aliquot diebus Virduni commoratus, et de correptione melioratus est, et quamdiu vixit patrem fratresque intimo amore dilexit, filiosque suos in timore Deo servire docuit, omniibusque exemplar religionis et disciplinae extitit. 45

^{fol. 89^a} 26. Igitur ad beatum Syneonem reflectentes articulum, quid apud Richardum Norma-

nae principem egerit, sicut in armario Rothomagensi continetur, licet libellus vitae eius hoc sileat, paucis explicemus. Ad hunc itaque veniens cum sociis, commendatus est cuidam viro nobilissimo Gozelino nomine, qui eos gratanter suscepit hospicio, et benigne post laborem refecit. At vero clementissimus princeps Richardus caritate profluus, misericordia copiosus, 5 servi Dei tam prolixi itineris motus labore, necessitatibus servorum Dei de monte Syna compas-
sus, plurimas eis largitus est divitias, quas venerabilis Symeon per fratres qui secum advene-
rant, fratribus misit, et ipse cum praefato Gozelino uno tantum contentus famulo Stephano
nomine, viro equo sancto, biennio mansit; cuius hortatu idem vir nobilissimus monasterium
sanctae Trinitatis in vicino monte Rotomagensis urbis edificavit. Illo in loco vir mitissimus
10 dominus Symeon reliquias sanctae Caterinae, quas secum fererat, depositis, gaudens divina id
praordinari dispositione, ut scilicet occidentalis plebs tanto gauderet suffragio, dum eius fre-
quenter relevari mereretur antidoto. Hec autem est sancta Catherina, quae a Maxentio cae-
sare apud Alexandriam martyrio coronata, ab angelis ad montem Synay delata, et in habita-
culo angelicis manibus praeparato locata, quod quidem in modum turriculae in edito porre-
15 etum, uno tantum foramine scala apposita aditum praebet, oleo, quod de eius corpore pro-
fluit, omnibus medetur infirmis. Porro ad radices eiusdem montis ipsius sanctae virginis
extat oratorium, in quo multa turba monachorum die noctuque Deo laudes canentium, beatae
martyri devotum exibet famulatum. His moris est die dominico montis supercilium ascendere, et
missis ibi celebratis, duos vel tres ibidem semper fratres dimittere ob excubias sacri corporis,
20 quibus alii vicissim fratres per ebdomadas succedunt, sacramque oleum, quod de illo effluere
non desinit, vitro vase supposito debilium usibus reservandum summa cum veneratione ex-
cipiunt, quo non solum christiani, verum etiam pagani, quod dictu mirabile est, inuncti, opem
sibi medicinæ reportant. Inter quos cum beatus Symeon suæ septimanæ funderetur officio,
cum illo salutaris olei liquore tria admodum minuta de sarcophago distillantia meruit ossa ex-
25 cipere. Quae diligenter collecta, et in concha vitrea cum ipso oleo recondita secum conser-
vavit multis profutura, et ea postmodum, ut diximus, a ecclesiae praefatae sanctae Trinitatis
Rodomi contulit, auro et argento preciosiora. Continetur adhuc in eodem coenobio vas illud
vitreum cum reliquis, id est tribus minoribus articulorum iuncturis, quod vas ob inundantium
sancti olei quaque septimanæ vacuatur, et petentibus pro reliquis sancti corporis datur. Bea-
30 tus autem Symeon apud praefatum Gozelimum biennio manens, cogitavit tandem patrem suum
karissimum Richardum abbatem sociosque suos invisere, et sic valedicens omnibus, Virdunum
venit, et cum eodem patre diebus quamplurimos mansit; et frequenter iniuriatus, tamquam
agnus mansuetissimus omnia pertulit, et speculum totius sanctitatis omnibus se praebuit.

27. Igūr anno ab inc. Dom. 1028. templo sepulchri Domini funditus eversus est iussu principis Babiloniae, faciente fol. 85.
35 Iudeorum nequicia. Seguita eodem anno in orbe terrarum universo famæ, ita cepit convalescere, ut talon antea quis
nos viderit. Ceperunt enim inter se elementa compaginare, ita ut in tribus annis pro nimis pluvia non inventarentur
succi uiles seminibus. Tunc in plerisque locis fuit modi premium 60 solidorum, alias sextarius 15 solidorum. Tunc
etiam humanae carnes ab hominibus devoratoe sunt, ita ut in forum Tremortii delatae sint, atq[ue] venundande. Quas
qui attulit deprehensus, igne crematus est. Carnes vero humo traditus, atq[ue] ab alio noctu effusso, et comedantur
40 sunt. Qui deprehensus, et ipse combustus est. Tunc prope ecclesiam sancti Iohannis in castanedo prope civitatem
Malicconensem ritum quidam sibi tugurium statuerat, qui cum nocte quadam errantem suscepisset hospicio, deprehensus
sunt ab eo huiusmodi cibo vesci, cum susceptus timens sibi fugae se credidisset auxilio, re in civitate paterfacta, missis
exploratoribus investitus cum 48 capitibus trucidatorum, quorum carnes voraverat; et hic deprehensus iugis traditus est.
Tanto fuit fama anxias, quod attempatum sit in partibus illis, ut quidam albam terram argillæ similiem effusum, per-
45 mixta farina vel cestabro¹³, pane inde factio comedenter. Miserum erat et dolendum, videre ora marcen-
tia ieiunio, hos ad terram ruere non eis suffragante cibi solatio, istos morientes aspicere,
alios dum eis funus exhiberent pariter commori et super ipsos occumbere, plures numero
insepultos iacere, quia non erat qui sepeliret. Seguita est et alia pestis, quia e cadaveribus mortuorum
pro nimis multitudine sepulura carcerum lupi adscati, corpore prædam in hominibus. Tunc carnaria facta sunt a
50 Deum timentibus, in quibus patrem filius, fratrem frater, et mater filium dum deficientes aspi-
ceret, protrahebat; et aliquippe dum desperabat de vita, superaddebat, ita ut gratis
sumum illi esset officium funeralis, si spirans aliquis illo a quovis proiceretur. Quoniam in ex-
pensis egenorum ecclesiastarum oracula distracta sunt, dissipatioque thessauri. Aurum enim, ut ait moralis
doctor Ambrosius, ecclesia habet non ut servet, sed ut eroget. Quis autem eo tempore re-
55 conderet, cum reconditis, si famæ saltum quinquennio durasset, nullus esset qui frueretur?
Sed nec omnibus subveniebatur, quia voluntati posse non suffragabatur. Hac ergo tempe-
state civitatum Gallicanarum praesules consilium, quo tanta mali moles levaretur, ineuntes,

13) i. e. surfo.

1028. hoc tandem adinvenierunt, ut quia deficientibus iam ex toto alimentis omnibus opitulari nequibant, ne terra habitatore destituta in solitudinem redigeretur, aliquos quos esse vegetiores constaret, dato pro posse numero cotidiano qualcumque cibo sustentarent: non ut alii solacia quae poterant subtraherentur, sed ut istos sustentatos terrae cultores reservarent, et aliis misericordiae viscera non negarentur. Det illis Deus invenire misericordiam, qui in 10 tanta angustia misericordiam necessitatim patientibus impenderunt; et parcat eis, qui cum possent, voluntati indigentium, non ut debuissent et potuissent, consuluerunt. Inter has angustias venerabilis abbas Richardus mente conpunktus, cum omnia quae habebat pauperibus contulisset, non pepercit thesauris aeccliesiae, immo quae in eis preciosiora erant in ornamenti et palliis vendidit Remensi aeccliesiae, et premium eorum pauperibus distribuit, re 10 tento quoque sibi certo numero eorum quibus cotidianum victimum ut vivere possent inpertiebatur, mittens praeter haec litteras et nuncios, et per se etiam commonens reges et principes, pontifices quoque quibus familiaritatem iungebatur, ut thesauros, quos linea et erugo demolitur, per manus pauperum caelestibus palatiis inderent, et ventres egenorum gazo filia aeternitatis sibi constituerent. Accepit etiam pecuniam non parvam a comite Rutenensi, 15 concessa loco vadis abbatia sancti Amantii, quae erat iuris aeccliesiae sancti Petri, quam omnino pauperibus partitus est. Verum comes data pecunia et abbatiam sibi usurpavit cum redditibus et fundis; et ut assenserint habitatores Rutenae urbis, antequam pecunia recepta fuisset ex eiusdem abbatiae fundis, ipse morte praeventus est, et sic abbatia a successoribus eius retenta est, quamquam ab inhabitantibus non tota sancti Amantii abbatia, quae latissima 20 est et possessionis enormis, iuris ecclesiae Virdunensis esse dicatur, sed pars quaedam, videlet abbatia sancti Marii de Utibra, ut moderni testantur etiam nunc. Nec debet reticeri Willelmi Supra regulae factum memorabile. Cum a Fructuariensi coenobio, quod iuris erat Divionensis aeccliesiae, redisset, et Divioni, ut decebat, suspectus in capitulo qualiter se fratres haberent, si necessaria non deessent inquireret, ut audivit, omnia esse plena, nullum 25 que locum indigentiae qui non posset levi obice obstrui, interrogat de elemosina, cognovitque, quia etsi consuetudinaria dabatur, non tamen pauperibus prout poterant et habebant suffragabantur, zelo succensus eo qui carnes sanctorum exedit, increpata eorum duricia, a fol. 35. sede concitus cum bona indignatio animi stomachatione surrexit, et imposita antiphona de mandato: *Ubi est caritas?* non ultra progrediens, sed hoc eius inicium semper repetens, ad 30 cellarium venit, et missile quodlibet, quod manibus Finees alterius occurrit, arripiens, cum in ore et animo eius semper versaretur: *Ubi est caritas?* vasa, in quibus frumentum, ordeum et vinum servabatur, disrupti, et accitis pauperibus vascula eorum inplevit, illud semper corde et ore depromens: *Ubi est caritas?* et operis exhibitione contestans. Cuius animi indignationem vix adiuvando, ut quod aggregatum erat spenderetur, mitigare potuerunt, cum 35 *Ubi est caritas?* semper repeteteretur, et ipsi incrassati, inpinguati, dilatati exprobrauerunt. Nec antea cessatum est, donec omne illud depositum pauperibus donatum est, et ipse ad Italiam remeans, cum biennio suum a seculo expectasset, excessum, tandem redire compulsa, ante Divicionem transiens, loca sibi commissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii, ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est. 40

Hoc anno Chono, qui et Conradus, in Franciam venit.

1033. Anno igitur a passione Domini 1000, ab inc. vero 1033. cepit placida seruitas terrae dulcedisem Creatoris ostendere, et frugum abundantiam portendere. Tunc per Aquitaniam, et Arelatensem et Lugdunensem provincias, et per universam Burgundiam concilia instituti sunt, et pars firmata. Statutum est etiam 6. feria a vino et 7. a carnibus abstinere, nisi gravis infirmitas intercederet, et tunc tres pauperes redicerentur. Eo quoque anno tanta copia frumenti, 45 vini ceterarumque frugum extitit, quantum in subseciente quinquagessimo qui speire non potuit. Sed humana stirps¹⁵ immemor beseleiorum Dei, velut canis ad vomitum reversa, reculeravit, et ad maliciam conversa est. Preerat eo tempore comitatu Normanniae Richardus iunior¹⁶, primi Richardi filius, qui ia Fiscannensi coenobio, in quo pater suus clericos instituerat, abiectia clericis monachos introduxit sub regimine Willelmi abbatis, quibus etiam ad usum cotidinarium, in ornamenti et praediis, 50 fundis et redditibus tanta largitus est, ut cupiditati satisfecisse videretur. Erat enim in elemosinis largus, in caritate profiuis, aeccliesiarum amator, pauperum recreator, servorum Dei praeceipuus venerator, in cuius manu elemosina sudabat, donec inveniretur cui debebatur. Huius tempore viris religiosis floruit Normannia, qui ad eum undique confluebant velut apes ad alvearia. Inter quos hunc virum beatum propensioni coluit reverenter, adeo ut speciali eum amore diligenter, et praeceptie eius obtemperare consiliisque adquiescere gauderet.

¹⁴ styre c.

¹⁴ Fécamp. ¹⁵ Cfr. Glab. Rod. vita Willelmi Divion. 13.

Glab. R. vita
WIL. 29.

WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum¹⁴ se contulit, ubi inveniente a. dom. inc. 1031. indict. 14. obiit, Kalend. Ianuarii,

ad cuius sepulcrum puerulus decennis a maxima egritudine sanatus est.

40

Glab. R. vita
WIL. 29.

comissa circuibat, deinde Fiscannum

28. Obiit quoque Richardus Normannorum dux a. inc. Dom. 1026, et successit Richardus III, et eodem anno defunctus est. Post quem Robertus comitatum Normanniae adeptus, hunc ter beatum Richardum, de quo nobis est sermo, inter primos habuit, consilioque eius regni Normanniae tractabantur negotia. Tunc extitit quidam Brito nomine Ermenoldus, ut homo mentis perversae, detestandae famae, qui totam vitam suam diabolo dicaverat, ut post experimentis probatissimis compertum est. Hic horis et momentis omnibus cum diabolo loquebatur, et quidquid sibi agendum foret illius nebulo colloquio disponebatur. Hic per suscepta iniquitatibus consilia ad plenam iniquitatem enutritus, et vere membrum illius factus, qui est fomes maliciae et discordiae et omnis nequitia, apud praeformatum principem 10 omnes optimates totius regni accusavit, quasi qui eius meditati essent deictionem et necem, et ita statum totius terrae perturbavit, ut vere diaboli hoc opus esse, eius hoc artificium, eius commentum agnosceretur. Inflammatur princeps adversus optimates, hunt discidia, fol. 90.
excitantur iurgia, et uno intestino bello tota debachatur Normannia. Hac crescente discordia, comitatum pater Richardus adire compellitur, et adjuncto sibi domino Ermenfrido Rotomagum advenit, et pace inter principes restituta, praedictum Ermenoldum alisquantisper mitiorem, quia ante conspectum servorum Dei cassabatur omnis diabolica astutia, convictionem et corruptum secum Virdunum deduxit, monasticis vestimentis induit, et hominem diaboli laqueis irretitum quae sunt daemonis spernere docebat. Sed in corpore peccatis subditu refugit habitare sapientia. Simulabat ille ad tempus se phylosophum, ut crederent eum 20 qui non noverant theosophum, sed nil fictae pacis amicorum sapientia novit. Quamobrem omnis eius astutia et nequitia brevi cognita est, nec potuit latere inter sanctos feralis illa rabies, pacis inimica. Ereditur inimicus homo de loco non suo, redit ad sua, utitur arte impudentissima, et iterum perversitate malignitatis eius corrumpitur Normannia. Proicitur de latebris, quo se fortiori et valentiore credebat, et quia diaboli calliditate in mortem du-
25 cendus esset, a beato ei viro praedicitur, nec frustratur promissis. Postquam enim plures optimatum Normanniae coniuratione conficta et imposita duello superavit, quos convictos principalis severitas oculis terrisque privaverat, a quadam forestario convictus, superatus et occisus, finem vitae fecit et criminum. Quo in facto intueri libet dulcedinem et pietatem viri iusti, qui hominem vere diaboli ergasterium ut vidiit praecipitante diabolo convictum, ad 30 sinum misericordiae confugere docuit, et factum incorrigibilem, ne diutius grassaretur in viciss, ad exemplum omnium perditorum citius perire nunciavit, ut esset ei tanto levior poena post mortem, quanto celerior peccanti accederet vindicta per mortem.

29. Veniamus igitur iam nunc ad illud lacrimabile bellum apud Bar castrum habitum a. inc. Dom. 1037, in quo cecidit Odo filius Odonis filii Tetbaldi Carnotensis, cuius cognomen fuit Tricator, qui 1037.
Willelmum Normannum Rollois filium dolo interfecit, qui ex sorore Heriberti Trecorum comitis genuit Odonem, ut Club Red.
diximus, patrem huius Odonis. Et ut plenus illucescat rei veritas, dicamus, quae fuerit causa tanti certaminis. Conradus Burgundiae rex accepit uxorem Mathildem, sororem Lotharii junioris regis Francorum, et data est ei a Lothario in dotem Lugdunum civitas Galliarum nobilissima. Ex illa Mathilde genitus est Rodulfus rex, qui praefuit Burgundiae post patrem; et 40 Gisla, quam Conradus imperator duxit uxorem, de qua genuit tertium Heinricum; Berta etiam, quam accepit Odo Carnotensis, ex qua genuit hunc Odonem. Rodulfus vero rex absque liberis existens, Conrado imperatori Burgundiae regnum dereliquit, dans ei lanceam sancti Mauricii, quod erat insigne regni Burgundiae. Eo vero defuncto, et Conrado regno potito, Odo, quia erat ex sorore Rodulfi, sumpta tyrannide ad regnum cepit aspirare: et qui 45 erat acris animi et ferocius ingenii, frequentibus irruptionibus irruptus fines Burgundiae, optinevit civitates et castella usque ad Iurum et montem Iovis, et magnus factus est vehementer. Obsedit quoque Viennam, quam ea conditione in foedus recepit, ut praestituto termino in eadem urbe rex appellari et coronari debuisse. Infra hunc terminum expeditionem movit in regnum Lotharingiae, et Bar castrum cepit, dimissaque ibi militibus quingentis, ad alia se converxit, quia b.
50 curis agitabatur innumeris. Rebellerat enim contra Heinricum Francorum regem Roberti filium, et econtra cepitis eius obstat Conradus imperator, quorum lis magna fuit. Qui misit ad expugandum illum Gozelonem ducem. Hoc Odo agnoscens rediit, et se ad bellum contra Lotharienses accepit. Gozelo autem, dux totius primae Reiae, cum nimio exercitu irruens in eum, cum diu atrinque pugnare fuisse, exercitum eius in fugam verit, et ibi Odo ipse miserabiliter corruerit. Cuius corpus lacrorum venerabilis pater Richardus et Rogerus Cathalaunensis episcopus a cede 55 suscepit, reddiderant uxori, et est sepultus Turonia. Cecidit in bello illo et Manasses comes, et Everinus et Dido, et Virduni sepulti. Walerannus quoque comes in bello ipso a Godefrido Gozelonis ducis filio graviter vulneratus, cum iam desiceret pugnans, vitam poposcit et mem- fol. 89.

bra, ut liceret ei apud Virdunum sub regimine patris Richardi monasticis indui vestimentis, sicut Deo devoverat, quod et optimus. Et bello exacto, cum praefato patre redit, et mona-
15 chus factus est.¹⁵

fol. 90. **Omittimus** necationem et punctionem noveni capituli parvulorum in vivario, viro Dei in abditis et asperis iugis Romarici montis, quae iam subierat amore quietis internae, Spiritu sancto revelante signatam, ne sancto ordini sanctimonialium iniuriam fecisse videamur, maxime cum et illae habitatione vicinae sint, et tanta urbis Virduniae frequentia miraculum hoc celebratum sit, ut qui non vidit fama referente didicerit, licet vir propheticus spiritus id omnimodis propter impropterum impiorum caelatum esse voluerit. Haec est enim causa, quae eum ab illa sua quiete praefati montis interim depositit. Unde et correptione pro tempore et loco data, illo se retulit, ut palam daretur intelligi, invitum eum et quasi coactum ad horam relaxasse rigorem propositi sui. Illud erat in viro Dei mirabile, quod absens corpore istud agnoverit, locum etiam et numerum, et quod terro tractu ab imis gurgitis gurgusti illa naufragosa turba erueretur.

Habitavit autem primitus in loco quinque milibus a Romarici monte semoto, qui nunc cupatur uno tantum comite contentus, cui tamen versa vice dominus cum Martino serviebat. Ubi quanta se corporis maceratione attriverit, quanta mentis contritione animam relevaverit, solus internorum arbitrus novit, quia et ille sic opus dexteræ peregit, ut ignoraret sinistra maxime cum incolatrum suum prolongari cotidie deferret, qui volebat a consilio

14 statuta, maxime cum incolatus suum prolongat cotidie deineret, qui volebat a consortio
15 habitantium Cedar tenebroso divelli. Post hec ad locum, qui Rombéchus¹⁶ dicitur, secedens, 20
ibi habitaculum sibi instituit. Et cum ibi vellet diutius latere, non potuit. Ceperunt et illo
confluere, quis similis inoleverat ardor vitae anachoreticae, et eius se discipulatio contra-
dere; quibus et ipse normam vivendi instituit secundum morem a sanctis patribus institutum.
Cumque iam quinquennium dedicatae penitentiae impleretur, devotio sancti desiderii non
minuebatur, quin in dies propensioni studio augebatur, -qui in ipsa sua exortatione dele- 25
ctabatur, qui delectatione pascebatur. Inclinaverat enim cervicem animi in testimonia Domini,
incessu humilia, successu excelsa processu clarissima, et quia veram physisco-spiritu-

In illa, missa dominica, successu exalta, processu clarissima, et qui veram phylosophiam
Ps. 118, 140. amplexbatur, excitabatur, accendebat, et ardebat, *ignitum enim elogium tuum vehementer,*
Domine, et servus tuus dilexit illud. Revocabatur ab episcopo et fratribus eius absentiam
Cap. 6, 12. egre ferentibus, et illud ei sepissime intendebatur: *Revertete, revertere Sunamitis, revertere, 30*
revertete, ut intueamur te. Sed ab eo verbis, litteris, actu quoque ipso redditus denegabatur*.
Vidi ipse quasdam epistolas in invicem missas, et legi puerulus; in quibus constantiam eius in
responsis, cum ei verbum responsionis opponeretur, ut diximus, ita in fine unius epistolae
fratrum repressit intentio: *Si, inquit, verbo verbis obviare volueris, non deficient verba pro
verbo laborantibus.*

35

fol. 90^r. 30. Anno ab inc. Dom. 1035. Robertus comes Normannorum Iberosoliam ivit, infinitam pecuniam secum ferens,
1035. quam omnino pauperibus partitus est, et in redeundo apud Nicæam obiit. Cui successit Willelmus in aetate puerilis.
Gib. Red.
14. 6. EO anno Iohannes papa obiit, et successor Benedictus, Benedicti et Iohannis nepos. Willelmus fraude suorum
IV. 8. Normannorum pulsus, Robertum⁴⁷ Francorum expeditiv regem, qui bello et manu valida congressus, victis et prostratis Normannis, de traditoribus iudicio dato comitatum ei restituit. Qui potes Mathildem, Baldini Flandrensis sororem, in matrimonium accepit. Hic etiam tanto amore venerabilem hunc, de quo sermo agitur, coluit, ut eius consiliis in illa tempestate palatina disponeret moderamina, et quamquam egre ad se accitum omnigena honoraret dulcedinis et devotionis instantia, adeo ut aecclesiam Rotomagensem cum praesule sedis ipsius et clero, eius gauderet decorari doctrina, ut ex multarum faciebus rerum nunc usque coniici potest, etiam a libro communii secundum modos institutionum eius ordinato, post maius altare catena firmata^b.

fol. 91 Rambertus' Virdunensis episcopus Hierosolymam vadens villa Bellagradu obiit a. dom.
1038.
G. Vird. 10. inc. 1038, pontificis sui a. 14, et postmodum tempore Richardi successoris sui a. clericis Bernero et Bernardo
relatus, Virduni est sepultus in monasterio. Hoc^e etiam anno obiit Amadeus abbas Flaviniacensis 50
14. Kalendas Aprilis.

Red. Clab. Anno ab inc. Dom. 1039. die Kalendorum Iulii, 6. feria, luna 28, facta est eclipsis solis. Sol enim factus est
IV.
1039. sapphirini coloris, et eisdem die natali apostolorum quidam Romanorum in Clementem papam insurgentes et interimerentur
eum volentes, cum non potuerint, a deo eum depulerunt. Sed Conradus imperator illius veniens, proprie eum sedi
resstituit, et eodem anno apud Saxoniam obiit, et tertius Heinricus successit. Clemens quoque papa, primo 55
a) deonagebutur c. b) major paginas 90 pars et tota 91 vacant. c) addita post.
15) Vita Richardi II. 16) Rumbach auctore Vita Richardi cap. 14. 17) Heinrichs I. a. 1024. 1029.

Bavebergensis episcopus, dictus Suicherus, obiit, et Robertus Francorum rex. Heinricus vero post mortem Ramberti primo regni sui anno viro Dei Richardo episcopum Virdunensem concessit, sed vir mitissimus hoc renuit, et Richardum suum in baptisate filiolum Hildradi comitis filium intronizari fecit. Ea in tempore; in messe Novembrie iuxta. 28. facta est eclipsis solis, et dies est ^{Gloss. Sec.} ^{V. 3.}

5 stella quae Lucifer dicitur, vespere sursum et deorsum agitari, quasi commulando terrigenas. Tunc Elias in Romane ^{V. 4.}

Fuit quoque in illi diebus supratextis circa annum millesimum dominicas incarnationis dispensatio maxima post mortem ^{V. 4.}

Burchardi Lugdunensis archiepiscopi, qui hoc solam fecit nobis quod perit pro episcopatu ipso; quem multi superbe appetebant. Et primus omnium praedicti Burchardi nepos Burchardus Augustanus episcopus, relicta propria sede, pro 10 castelum Lugdunensem atripuit, et post multas perpetratas nequitas, capta a milibus imperatoris, perpetuo est condemnatus exilio. Post cum Geraldus comes filium suum puerulum arroganter ibi sola presumptio auctore constituit, et hic in fugam versus delituit. Regebat eo tempore regnum Francorum Heinricus, Roberti regis ex Constantia filius. ^{III.}

Nam Hugo, qui adhuc decenniis coronatus est, immatura morte præveniens est. Tercium Robertum cum voluisse mater facere regem, nec potuisse, ducem constituit Burgundie. Fuit quoque dispensio megas inter ipsum Heinricum at ^{V. 2.}

15 filios Odonis qui apud Barrum obiit, Teibaldum et Stephanum: ideo ut idem rex, ablatio ab eius domino Turonicæ urbis, dare illud Gottredo Tuditum, filio Fulconis, qui eam toto agno obediit: et initio bello Stephanus fugitus est, Teibaldus captus cum suis ante civitatem deductus, reddidit eam Gofredo, et in captione remansit. Mille seplingenti et eo amplius viri ab quo sanguinis effusione in prælio capti sunt. Ea tempestate Ungros sibi secundo rebellis cum vicinorū ^{V. 1.}

imperatori, ex omni imperio suo episcopos congregate fecit, et contra symoniam agens ita oratio est: *Lugens vobis inc-* ^{V. 1.}

20 pio logio, qui vice Christi in eis ecclesia constitutisti, quam sibi designaverunt et suo sanguine redemi. Sicut enim gratiosa bonitate de sum Patris per virginem ad nos redimendos venire dignatus est, ita suis praeccepit et dixit, mittens eos: *Gratis acceptisti, gratis date.* Vos autem avaricia et cupiditate corrupti, qui benedictionem conferre debetis, in hac transgressione dando et accipiendo maledicti estis. Nam et pater meus, de cuius animas pericula valido permissus, semper dampnabilem exercitum in vita sua nimis exercuit. Idcirco quicunque vestrum hac se macula pollutus agnoscat, oportet

25 ut a sacro ministerio recrueatur. Propter hanc enim offensionem vobis super filios hominum famas, mortaliitas, et gaudia. Omnes enim gradus ecclesiastici a maximo pontifice usque ad ostium opimuntr per vestram dampnationis premium, et in cunctis spirituali gratarum latroninum. Ad hanc vocem imperatoris stupescit pontifices, misericordiae operam implorabant. At princeps misericordia motus, et pro anima patris sui orare eos monens, proposuit edictum, ut nulla gradus vel ministerium ecclesiasticum precio adquireretur; et si quis attinetaret, omni horro multaretur. Sic ut, in- ^{V. 1.}

30 quiens, Deus coronam imperii gratia muti dedit, ita ego quod ad religionem periret gratia impendo. Volo ut et vos similiter facatis. Puerulus itaque qui Romanus incubabat ecclesie, præceptio imperatoris a sede dejectus est, et Gregorius VI, natione Romanus substitutus est. Cuius bona fama quidquid prior fedaverat in melius reformati. His successum ^{V. 1.}

Odilonem instituens Lugdunensi ecclesiæ ordinari pontificem, misit ei pallium et omulum. Sed vir religiosus humilitati studens hoc renuit, pallium tamen et omulum retinuit, servans illud pontifici qui dignus esset; quod uque hodie ^{1041.}

35 Cluniaci habet. Heinricus vero, recepto regno Austrasiæ, comperta dissensione condonuit, et apud Byzantium ^{1041.}

ab inc. Dom. 1041. electione cleri et populi firmatum dominum Odelricum Lingonensem archidiaconom speciosum ornatum indumentis ad Lugdunensem destinavit sedem, et facta est provincias quies et gaudium populo. Anno ipso treva ^{V. 1.}

Dei primum statuta est et firmata, et pars ipsa treva Dei appellata. Quæ non solua hominis præsidia, sed et divisa confirmata est terroribus. Quam cum noluerit recipere gena Neustria, viro Dei Richardo praedicante, et ut ^{V. 1.}

40 eam suscipierent, quia voluntas Domini erat, et a Deo non ab homine decreatum hoc processum ^{fol. 92.}

serat, ammonente, divino iudicio cepit in eos deservire ignis qui eos torquebat; et anno fero totus orbis paenitentiam passus est pro raritate vini et tritici. Sequuta est e vestigio mortalitas hominum premaxima. ^{V. 1.}

ab inc. Dorn. 1042. Multi autem eorum qui torquebantur ab igne, venientes ad virum Dei, ^{1042.}

meritis eius et precibus curabantur medica virtute Dei. Superest adhuc dominus Eduensis ^{V. 1.}

45 episopus¹⁸, vir vitae longegetate grandevus, qui et referre solitus est, quia cum a sancto Odilione et ceteris ipsa pax divinis revelationibus instituta, treva Dei appellata, et ab Austrasiæ suscepta fuisset, et voluntas omnium in hoc esset una ut ubique servaretur, negocium hoc strenuitati huius patris nostri Gratiae Dei ab omnibus impositum est, ut eius studio et industria pax eadem in Neustria servaretur, eo quod certi essent de eo, quod tanta esset eius ^{V. 1.}

50 erga omnes et omnium erga eum gratia, ut quidquid servandum doceret, servaretur a cunctis, quidquid vitandum monstraret, id cuncti vitarent. Quamobrem sicut pater venerabilis, ut tantum bonum gratareret ab omnibus suscipiatur; sed perversa quorundam voluntas, et mens indomita, quasi inauditum hoc respuit, quasi qui nollent instituta paterna violare et nova atque inaudita suscipere. Unde et subsequuntur est divina ultio, ignis scilicet in rebelles ^{V. 1.}

55 et contumaces deseiviens a Domino, quo torquebantur qui viro Dei resistere et mandata eius contemnerent non verebantur. Videres monasterium eximiū patris ardentium turbis refertum, quos ipse sanctorum reliquias aqua benedicta respersus et vino lotis, et pulvere qui de petra sepulchri Domini radebatur vino ipso consperso, et ad potandum miseris dato, pace firmata et iurata, pristinæ sanitati reddebat. Pro innumeris autem turbis confluentium infirmorum ^{V. 1.}

60 vas potui illi paratum erat, ut si advenirent egroti, potus salutis non decesset, ne fallerentur si hora incompetenti venissent; neve tunc foret necessitas recurrenti ad ablutionem reliquiarum, quod post expletionem missæ impleri mos erat.

¹⁸⁾ Hageno obiit a. 1098. Jun. 25. v. infra.

ad. Anno igitur ab incarn. Dom. 1045. Heinricus duxit uxorem nomine Agnetem, filiam Willmo. Piclavensis, apud Byzantium; ubi afferunt episcopi 28. Cum enim esset alias houa et omnes eius silent dominum, caro tamen incontinentium freare non posuit. Pater Richardus tunc temporis monasterium nolebat relinquere, a quo pro nullis ingravibus causis patiebatur avelli, quia sciebat et praedixerat filiis imminere resolutionem sti corporis. Etenim superioribus annis quando lues illa, de qua in praesentia 5 rum mentionem fecinus, populum vastavit, cum dilaberetur populus, et civitas Virdunensis pene redigeretur in heremum, commune periculum communii oratione tolli consultum est. Cuius necessitatis urgente miseria, communii voto deliberatum est, beati Vitoni implorandum esse praesidium, cuius se confidebant meritis vitae procul dubio captaturos remedium. Visum etiam est Richardo episcopo, ipsius confessoris corpus sanctissimum exponi debere de fere 10 tro, ut processione solempti evectum praesentaretur conspectibus omnium, ut plebe ipsius fulta patrocinio, dum sancti videret loculum, eius propensius expeteret subsidium, quod noverat sibi non defuturum. Contradicente itaque viro reverentissimo patre nostro, praesul quod deliberaverat in crastinum impleri destinavit: obstante eo et dicente, levandam quidem miseriam populi, sed episcopo non cessurum in prosperum, qui ausus fuisset inquietare 15 sancti corpus honorificum. Noctem illam pater insonnam duxit, ante altare sancti orationibus vacans cum lacrimis. In crastinum venit episcopus, clerus omnis, et populus, et cum multo timore et reverentia sancti pontificis exponunt reliquias, super aurum obrizum preciosas. Quod ubi factum est, pontificem pater adivit: *Inplesti, inquiens, quod voluisti, sed novi- 20 ris te quintum abhinc annum in saeculo non visurum. Michi quoque qui assensi, ante quintum similiiter annum terminus erit vitae, te post modicum subsequente.* Dixerat, et dictum rei probavit eventus. Quarto enim needum exacto anno, viribus corporis cepit pater destitui, et convocatis fratribus indicavit imminere diem sue resolutionis. Mox itaque abbatae sancti Petri Catalaunensis Odylardum abbatem instituit, Bello Loco patrem Richardum delegit, coenobio sancti Huberti Teodericum, sancti Urbani Stephanum, viros in omni theoria probatissimos, 25 in servando religionis proposito clarissimos. Has enim abbatias ipse per se regebat. Exoneratus ergo ab omnibus, illam sibi tantum retinere censuit, cui pastor datus fuerat, in qua fol. 92^a etiam se sepeliri destinaverat. Et iam in mandatis Domini assiduus potius quam frequens, die quadam cum vidisset unum de fratribus monasterii cui nomen Mysac graviter estuare febribus, ut quasi intercipi videretur spiritus eius, manum illius tenuit, et ut nunciandae 30 horae operis Dei signum daret sanus factus et incolumis, praecepit. Ille in voce iubentis factus sanus oboediuit patris imperio, et sic omni egritudinis curauit incommmodo. Hic itaque, qui tantis abundabat virtutibus, imminente die vocationis eius decubuit febribus, et ultima illa exercebatur egritudine. Quod ubi per urbem sonuit, advenit episcopus, monachorum quoque, clericorum et sanctimonialium coetus; et visitatione solempti ostendebant erga patrem 35 devotionem piae affectionis. Nec redit ad domum episcopus, quin immo cotidianis excubiis adhuc ei, non die, non nocte ab illo patiebatur avelli. Advenerunt et vicinarum urbium episcopi, abbates, et quique magnates, ad visitandum eum et commendandos se ei; quibus videbatur, quod in obitu eius omnino terra commoveretur et conturbaretur. Excubabat diebus ac noctibus ante domum eius turba filiorum et ceterorum fidelium, alii patri ad meliora 40 festinanti valedicere et se commendare volebant, alii sanitates corporum expetebant, ut saltem aquam ablutionis manuum eius mererentur, qua inuncti refocillarentur. Ubi ergo sensit imminere horam vocationis suae, filios quos Christo acquisierat convenire iussit, et inunctus ab episcopo oleo sancto, confessione data, viatico caelesti pastus, expositus est lectulo, et iacuit in cinere et cilicio, ita ut altare sancti Nicholai eius semper appareret conspectui. 45 Inde fratres alloquutus, consueta salutis documenta replicans, Deo ut servirent et adhererent ammonuit, siue ut memorarentur piissima devotione petivit, omnibus in commune flentibus et suam constitucionem ingeminantibus, cum ipse omnium cohiberet lacrimas, solaretur dolorem, et Christi domini promitteret affuturam protectionem. Post hec reliquias, quas Iherosolimitanus patriarcha ei dederat, sibi afferri praecepit; et salutatis eis atque deosculatis cum multa reverentia, eas quas collo ferre conseruerat exposuit, et ante se reverenter sisti praecepit. Hinc commune sanctorum patrocinium implorans, elata manu fratribus et omnibus qui aderant benedixit, et sibi benedici petiit. Sicque data filiis licentia exundi, ipse oculis et manibus in coelum porrectis ei intendebat ad quem festinabat. Legebantur ante eum passiones dominicae, lectiones quoque ex quarto dialogorum libro; et felix eius anima illi soli adhucbat, cui se totum commiserat. Ubi vero cepit iam ab inferiori parte corpus

emori, sanctorum reliquias apprehendens in lectulo sedit, et ad pedes eas ponens, atque ¹⁰⁴⁶ uti vitalis calor deficiebat, paulatim eas protrahens, tandem in pectore substitit, et reliquias ibidem cum reclinasset, depositus. O admirandam viri devotionem! O predicandam eius in omnibus sanctitatem! Cum ergo reclinasset, manus reliquis apposuit, et sic usquequo spiritum Creatori redderet, erectis ad Deum luminibus mansit. Aderat ibi episcopus, et viri religiosi, quos obligaverat amor et beneficia pii patris, qui exitum eius praenuniant orationibus continuis et psalmodia, qui vix et raro, licet ad horam separabantur ab eius praesentia, ne contingeret eos absentes esse quando a corpore migraret felix anima. Illucescente itaque die mensis Junii 14, quod est 18. Kalendorum lunii, hora iam imminentे tercia, praesentibus 10 filiis suis, quos loci angustia capere poterat, ceteris in maiori aecclisia consistentibus et canentibus, sancta illa anima corporeis nexibus absoluta, ad illud pervenit aeternum quod est unum et inseparabile trinum. Oculos patris clausit episcopus, polinctores funeris ¹⁸ Richardus, Odylardus, Stephanus et Waleranus abbates fuerunt. Ipsi corpus sanctissimum procuraverunt, vestibus sacris ex more induit episcopus, non quibus ille voluit et preecepit, 15 qui vilia queque delegerat, sed quas dictavit amor paternus et devotio sanctissima et debita ¹⁹. Reliquiae, quas super pectus suum ipse commiserat, induit eo sacris vestibus, supra pectus eius repositae sunt. Elatum ergo funus beatissimum baiulantium manibus, cum ob impetum populi occurrentis et plangentis obserata esset aecclisia, ante altare sancti Petri positum est; ubi missa a pontifice celebrata, tandem portae monasterii apertae sunt, et ecce populus 20 innumerabilis utriusque sexus et ordinis irruit cum lacrimis et ululatu cordis. Plena erat ^{fol. 93.} aecclisia lacrimarum, omnes in commune pii patris deslebant obitum, ac si viderent immagine interitum patriae. O quantus luctus omnium! quanta totae urbi mestitia! quam pia erat de eius obitu compassio! quanta omnium destitutio! Ea dies tota fuit gemituum, tota planctum. Qua advesperascente, corpus beatissimum ad principalem aecclisiam sanctae Mariae 25 a fratribus delatum, debitis vigiliis, et psalmodiae officiis nocte ipsa ab excubitoribus honoratum est. In crastino missa solempniter celebrata a canonice, per reliqua urbis monasteria deportatum est, et vigilis missarumque solemnia debita officiisitate percelebratis, tandem ad monasterium suum relatum est, et filiis dolentibus et de morte eius merentibus restitutum. Venit ergo dies crastina, et ecce fere circa horam terciam congregata est tota 30 civitas ad sepeliendum illum. Missam celebravit episcopus, sermonemque habuit ad populum de mutabilitate vitae huius, et qualiter in hanc plorationis convallem devenerimus; quis sit finis bonorum, quisve malorum; quae fuerit patris vita, mors quam preciosa. Hinc per celebrato officio, dictis orationibus solemnisbus, ad locum sepulturae itum est. Et licet solis exequiarum ministris et baiulis funeralis cum his qui officia dabant permisum sit ingredi, 35 ceteris intra maiorem aecclisiam retentis, tanta tamen fuit obsequientium multitudo, ut fenestras, quibus lumen criptae infundebatur, ob captationem aeris auferri necessitas impulerit. Vincebat diem luminum multitudine, et fumus incensi et thymiamatio totam repleverat aecclisiam. Tanta erat omnium erga patris sepulturam devotione. Humato itaque mitissimi viri corpore, clausum est sepulcrum, et solidio cemento per iuncturas litum. Requiescit autem in 40 crypta subterranea ante altare sanctae Dei genitricis Mariae et sancti Iohannis evangelistae, et super eum maius altare sancti Petri stabilitum est. In eadem crypta subitus altare praefatum sanctae Mariae sanctus requiescit Madelvus, ab eodem patre nostro ibidem transpositus, et reverenter tumulatus. Peracto vero sepulturae officio, ubi ab aliis discessum est, ad compendium viri Dei lectum unanimis se filiorum accedit devotio. Quattuor columpnae marmoreae cooperculo sepulchri cemento facto ex eodem marmore coniectuntur, his desuper tabula marmorea praegrandis ipso eodem cemento adiungitur, et sic desuper cooperculo maceriae aliquantum construitur, et solidio bituminis glutine solidatur. Tabulae vero in altum porrectae linteum imponitur, et ei pallium superadditum est; ut cunctis carentibus patenter detur intelligi, eum magni esse meriti, cuius corpus sic honoratur in terris. Et merito, 45 Quod enim fuit eius in terra studium, nisi Deum diligere, et sanctos eius venerari, et aecclisiam Dei ornare decorē competenter? Nec mirum si a filiis propensius honoratur, quos scivit regere, et regere secundum nostram disciplinam, quae ex christiana lege descendit, et ad Deum ducit. Requievit autem hic pater noster a. ab inc. Dom. 1046, regiminis sui anno 42, regnante terris Heinrico Conradi filio. Supervixit vero episcopus Richardus usque ad mensem Novembrem, et obiit 8. Idus Novemb., sicut ipse a patre suo quesierat, cum ei oculos

¹⁸ qui mortuos corabant et unguebant. ¹⁹ Gesta Vird. 10.

1046. clauderet²⁰. Si, inquit, pater ad Deum vadis, et ei placet obsequium quo ei servisti, obtine ut unum annum non tibi supervivam in hoc seculo, quia tibi commori quam vivere praecopto. Dixerat, et exauditus est, additusque patribus suis. Cuius corpus cum parentes iuxta corpus viri Dei sepeliri mandassent, a caponicis vi retentum, et in aeccliae sanctae Mariae maioris sepultum est. Eodem anno ordinatus est Lugdunensi ecclesias archiepiscopus dominus Halinardus. Eodem quoque anno Heinricus Romanus ivit, et concili habitu abiecti suat perversores Romanae aeccliae, Iohannes, Benedictus et Silvester; et ordinatus est Clemens papa, a quo et ipse coronam accepit imperii. Et eodem anno Clement obiit, et Damasus successit. Regimen quoque Virdunensis coenobii Walerannus suscepit, homo in seculo nobilissimus, Gelduini comitis filius; qui in bello apud Baccastrum in geniculo vulneratus claudicabat. Cuius frater fuit Hugo Linguonensis episcopus, postea a sancto Leone IX. in Remensi concilio depositus. Episcopatum autem Virdunensem Theodericus suscepit, Welenonis comitis filius; cuius primo benedictionis anno templum sanctae Mariæ a duce Godefrido et Balduino succensum est, vasa sacra ablata, civitasque destructa 8. Kal. Novembri.

fol. 93. 1047. Quantae vero apud illius aevi homines hic pater noster Gratia Dei honorificentiae fuerit, Theodericus Basiliensium episcopus, vir multae auctoritatis et gratiae, suo in facto ostendit.

21 Qui cum in deducendo novo episcopo²¹ Virdunum missus ab imperatore venisset, et esset ei devotio sancti viri sepulchrum invisiere, cum ante tumbam magna se lacrimarum contritione mactasset, rememorans defuncti pietatem sobrietatem et mansuetudinem, pallio pretiosissimo crocei coloris tumbam ipsam adornavit, ut affectu ipso testaretur, dilectionem quam vivo exhibuerat mortuo se quoque non negare; immo propensiore eum cultu dignissimum, quem iam suo Dominus gremio confoveret. Ceperat iam tunc locus ille multis clarere miraculis, et in febricitantes tanta curationum refundebatur gratia, ut quisquis advenisset hoc laborans incommodo, ubi parum obdormisset, sanitatis potiretur suffragio, et rediret omni valitudinis sopito incendio. Sed quid moramur, nec referimus cuius meriti angelico quoque declaratus sit esse testimonio? Etenim qui vidit testimonium perhibuit, et de cuius vita non dubitatur, eius merito testimonio creditur. Beatae memoriae pater Rodulfus, tercarius post eum successor in regimine aeccliae et ut credimus hereditariae sanctitatis possessor, nunc felici beatus excessu²², ubi locum ipsum regendum suscepit, et audiret a referentibus multa de eo relata digna, videret quoque unanimem erga cultum memorialem eius omnium devotionem, amplexabatur quidem quod videbat et audiebat generaliter ab omnibus, estuabat vero intra se ipsum, si tantae sanctitatis vir ille fuisset ut referebatur, et quasi querebat sollicitis et dispositis cogitationum excubii, cuius meriti apud Deum esset. Solebat et ipse ad eius sepulchri locum, quia senserat ibi faciles orationum proventus, creberreme orare et multoties pernoctare: cum ecce una nocte post celebrationem nocturnalis synaxis cum ibidem solitas Deo redderet excubias, hac eum cogitatione sepius terente et ad sese devolente, somnus paulisper allusit. Necdum corporales in soporem erant perfecte resoluti, cum intellectuales oculi aperti sunt, et vidit sibi astare angelum blanda se voce alloquenter et dicentem: *Diu te cogitatio tua morosa curiositate detinuit, ut scires cuius meriti hic cuius sepulchro adsistis eset, et ne te diutius fatigandum protraat, missus sum hec tibi expedire. Duo sunt in hac crypta quiescentes, et diem Domini, quo duplice stola remunerentur, expectantes, hic abbas Richardus, et confessor Christi praecipitus Madelvus, cuius vos festivitatem suo tempore et die devotis, ut dignum est, honoratis officiis: utpote quem Deus in numero sanctorum suorum et sorte iustorum ascivit. Et iuste quidem digne in memoriam vertitur hominum, qui ad gaudium transiit iustorum. Hic autem, cuius asto sepulchro, pari vobis nec minori devotione venerandus in terris, quem pari sorte nec inferiori gloria Deus decoratum sublimavit in coelis. Multa sanctitatis eius fama in terris, quam tamen nec ad medium nostis, quia vir gratia Dei inluminatus humilitati studuit et vilitati, nec actus suos prodere maluit, sed occultare. Sed noveris, quia magnum patronum et Deo carissimum praemisisti, et quae de eo dicuntur vera sunt, quamquam ampliora dici possent. Placeat tibi devotio filiorum eius erga memoriam eius, et quae tibi missus a Deo refero, hac ipsa die omnibus in commune edicito, ut gaudeant de felici successu patris, quem habent suffragatorem et devotum interventorem in coelis. Tu itaque his de beato viro agnitis, viam quam coepisti ne deseras, mortificationi carnis, humilitati, vilitati et castimoniae invigila, lucrandis animabus operam da, ut cum hoc et aliis doneris beatitudine aeternae iocunditatis.*

20) Gesta Vird. 10. Vita Richardi 20. 21) Theoderico scilicet anno 1047; cf. Heribanni Aug. chron. 55
22) sedit biennio vivente Grimoldo, deinde annis 1078—1099.

Obstupuerat vir gratiarum in visione et affatu angelico, et cum videret illum pro his et alii pietatis eius beneficis humanae fragilitati collatis Deo laudes dicentes, et ad easdem se pararet, toto corpore ut dormiebat assurrexit, et evigilans, grates quas conatus fuerat mente, iam animo et corpore persolvit intente. Nec apparuit segnis in praedicando quod 5 viderat et audierat, immo omnibus Dei retexit magnalia, quia et quod gratum est vidisse vel audiisse, gratius refertur, et gratissimum universis creditur; fratres quoque audita patris magnificentia tanti nuncii voce testificata, laudes et gratias Deo reddidimus²³, satisque cau-²³
tum est ab illa die et deinceps, ut eius memoria devotione recoleretur dignissima. Pro his et aliis beneficis eius benedictatur nomen Domini in secula^a. Vivit adhuc et vivet in secula
10 beati viri meritum²⁴, et quamdiu vobvetur seculum, semper eius meritum accipiet incrementum. Testatur hoc Normannia, fatetur et Britannia, applaudit tota Gallia patris promens magnalia, quae quanto letata est et iubilavit de conversatione eius sanctissima dum esset in mundo, tanto nunc dolet in morte eius sublata sibi tam felicia confubernia, cuius vita sanctitatis erat speculum, penitentium solatum, merentium consolatio, miserorum defensio. Luxit
15 eius obitum imperator et optimates, desleverunt reges et pontifices, defecit tibia et organum, cithara et psalterium, raucum sonuit tuba et tympanum. Ascendit ad Deum clamor pauperum, desiderium egentium suam destinationem ingeminantium, et ut mage mireris, unius obitum mundus deslevit, in quo totus dum viveret requievit. Et quamquam sentirent magis esse gaudendum, si rationem vis doloris admitteret, flebant tamen praeципue monachi
20 virgines et viduae, ordo quoque ecclesiasticus, eius peculiari fulti patrocinio, firmati consilio, recreati alloquo. O patris meritum seculis memorabile, posteris venerabile, omnibus imitabile. Laudes eius nulla unquam debilit oblitio, non minuet temporis interpolatio, non auferet ab ore nostro, et si gravior excandescat in nos quam nunc est tribulatio²⁵, que minus te
25 venerandum, te praedicandum, te, pater, fateamur omnimoda laude colendum. Tuis enim laudibus immorari, est a tribulatione relevari, quia laus tua gaudii est et pacis admiranda comprehensio, meroris et anxietatis propulsio. Retulit humiliati nostrae ante quinquennium, cum needum gustassemus quanti sit laboris et tedi aliena curare, venerabilis abbas sanctae Trinitatis de monte Rotomagensi Hugo nomine, qui nunc usque superest, quia cum esset in obsequiis praefati comitis Normanniae Willelmi, iam tunc regis Anglorum, cum tractaretur in aula de honestis viris et memoratu dignis, quorum ipse rex habuisset notitiam aut famam audisset, inter praecipios huius admirabilis memorabatur, summa laude eius efferendo praeconia, humilitatem, sapientiam, discretionem, animi et vultus devotam Deo hilaritatem, sermonis facundiam, morum elegantiam, subditorum reverentiam. Mirabatur etiam, quod his modernis temporibus de loco tam celebri nulla ad se commigaret persona, nulla, ut solebat, regalem eius magnificentiam expeteret successorum tanti patri aut monachorum loci sedulitas; adeo ut cum pro legatione quadam idem vir, a quo haec audiimus, quadam vice mitteretur Virdunum, inter alia id ab eodem rege et honorabili eius coniuge ei daretur in mandatis, ut coenobium nominatissimum sancti Vitoni expeteret ibidem hospitatus, patremque et fratres loci sua ex parte devote salutatus, et sollicite notaturus:
40 si idem qui quondam honestatis et religionis cultus niteret, qui esset monasterii pater, si in eo avitae paternitatis et dulcedinis specimen eluceret, si in filiis gravitatis et reverentiae antiquum decus emineret, si rerum temporalium copia exuberans, si spiritualium delectationum gratia ab ubertate domus Dei esset habitantes debrians: omnia prospiceret, singula vivido rimaretur ingenio, sibique referret. Verum quid rerum intercesserit, quod praefatus
45 vir aliorum hospitatus diverterit, et sperantibus optima regi et reginae insperata retulerit, nostrum non est dicere, maxime cum illo in tempore, quo id gestum est, puerilis adhuc nos ferula his vel similibus vetaret intendere. Illud tantum notasse sufficiat, quod rex auditus quae non speraverat, viri spectabilis et memoria digni egregiam conversationem reducens ad animum, tot ingeminationibus eius deslevit obitum, tot reciproca vicissitudine eius efferebat meritum, replicando miris laudibus illius praeconia, et subinde repetendo indebita et integrata paternae sedulitati remissorum filiorum remissae vici obsequia, in hoc ipsum quoque omni congenitam aula, ut daretur cunctis palam intelligi, si fama votis annuisset, multis ecclesiis donandam muneribus, multa dilectione a regali fore munificentia honorandam.

^a pergit auctor post aliquod tempus.

55 23) Hugo igitur aderat. 24) in sequentibus rhythmos agnosco. 25) haec igitur post annum 1096. scripta sunt.

Vidimus demoniacum ad monasterium beati Vitoni adductum, intra paucissimos dies plenariae sanitatis gaudia reportasse, quem cum in primo adventu suo vincum loris, et funibus artatum infra criptam ad memoriam sanctorum ibidem quiescentium parentes ducere vellent, nullatenus poterunt, credo degnoe timente praesentiam eorum sanctorum, quorum meritis eadem ecclesia inlustratur, et praesentia decoratur⁵.

^{fol. 94.} Anno ab inc. Dom. 1051. Leoni IX. successit Victor, et 4. anno obiit; et successit ei Stephanus, qui et Fredericus frater Godefredi ducus, cuius primo papatus anno obiit apud Goslare Henricus imperator, et exsequis eius interfuit, qui et Spyrae sepultus est a. ab inc. 1056. Dom. 1056. Et remansit Agnes imperatrix cum filio parvulo, qui et regnum optimin sub 1056. tutore regni Annone Coloniensi archiepiscopo. Obiit quoque Stephanus a. 1058. et sepultus est apud Lucensem urbem, ubi multae Deo cooperante fiunt ad eius tumulum virtutes. Successit ei Nicholaus, qui 2. anno ordinationis suae concilium habuit in basilica Lateranensi, mense Aprili, indict. 12; ubi considentibus venerabilibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus 26 seu venerabilibus presbiteris et diaconis, de electione summi pontificis decernens ait²⁶: *Nouit beatitudine vestra, dilectissimi fratres et coepiscopi, inferiora quoque membra non latuit, defuncto 13 piae memoriae domino Stephano decessore nostro, haec apostolica sedes, cui Deo auctore de-servio, quot adversa pertulerit, quot denique per symoniacae heresis trapezetas malleis et cre-bris tunsonibus subiaceruit, adeo ut columpa Dei viventis iamiam pene videtur nutare, et sagena summi piscatoris procellis intumescentibus in naufragii profunda submergi. Unde, si placet fraternitati vestrae, debemus auxiliante Deo futuris casibus prudenter occurrere, et 20 aecclastico statui, ne rediviva, quod absit, mala praevaleant, in posterum praevidere. Quapropter instructi praedecessorum nostrorum aliorumque sanctorum patrum auctoritate, decer-nimus atque constitutus, ut obeunte huius Romanae universalis aeccliae pontifice, imprimis cardinales episcopi diligentissima similitudine tractantes, mox sibi clericos cardinales adhibeant, sicut reliquias clerici et populus ad consensum novae electionis accedant, ut nimi-25 rum ne venalitatis morbus qualibet occasione subripiat, religiosi viri praeduces sint in promo-vendi pontificis electione, reliqui autem sequaces. Et certe rectus atque legitimus hic electionis ordo perpenditur, si perspectis diversorum patrum regulis seu gestis, etiam illa beati Leonis sententia recolatur. „Nulla, inquit, ratio sinit, ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi, nec a plebis expediti, nec a comprovincialibus episcopis metropolitani iudicio 30 consecrati.“ Quia vero sedes apostolica cunctis in orbe terrarum praefertur aecclieis, atque ideo super se metropolitanum habere non potest, cardinales episcopi procul dubio metropolitani vice funguntur, qui electum antistitem ad apostolici culminis apicem provehunt. Eligant autem de 35 ideo super se metropolitanum habere non potest, cardinales episcopi procul dubio metropolitani vice funguntur, qui electum antistitem ad apostolici culminis apicem provehunt. Eligant autem de ipsius aeccliae gremio, si repertus fuerit idoneus, vel si de ipsa non invenitur, ex alia assu-matur, salvo debito honore et reverentia dilecti nostri filii Henrici, qui impraesentiarum rex 40 habet, et futurus imperator Deo concede speratur, sicut iam sibi concessimus, et successo-rum illius, qui ab hac apostolica sede personaliter hoc ius impetraverint. Quodsi pravorum atque iniquorum hominum ita perversitas invaluerit, ut pura sincera atque gratuita electio fieri in Urbe non possit, cardinales episcopi cum religiosis clericis catholicisque laycis, licet 45 paucis, ius potestatis obtineant eligere apostolicae sedis antistitem, ubi congruentius iudicaverint. Plane postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas vel qualiscumque hominum con-tus malignitatis studio restiterit, ut si electus est in apostolica sede iuxta consuetudinem intronizari non valeat, electus tamen sicut papae auctoritatem optineat regendi sanctam Roma-nam aeccliam, et disponendi omnes facultates illius; quod beatum Gregorium ante electionem suam fecisse cognoscimus. Quodsi quis contra hoc decretum nostrum synodali sententia pro-50 mulgatum per seditionem vel praesumptionem aut quolibet ingenium electus, aut etiam ordi-natus seu intronizatus fuerit, auctoritate divina et sanctorum apostolorum Petri et Pauli per-petuo anathemate cum suis auctoribus, factoribus, sequacibus, et limnibus sanctae Dei aecclie-55 siae separatus subiciatur sicut antichristus et invasor atque destructor totius christianitatis, nec aliqua super hoc audiencia aliquando ei reservetur, sed ab omni aecclastico gradu, in quo-cumque prius fuerat, sine retrahitione deponatur. Cui quisquis adheserit, vel qualemcumque tanquam pontifici reverentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere praesumperit, pari senten-tia sit mancipatus. Quisquis autem huius nostri decreti vel sententiae temerator extiterit, et 55 Romanam aeccliam sua praesumptione confundere et perturbare contra hoc statutum tempta-*

a) reliqua pars paginae vacat.

26] cf. Mon. Germ. Legg. T. H. B. 177. et quae ibi notavi.

veritatem, perpetuo anathemate atque excommunicatione dampnetur, et cum impio quando resurgent in iudicio reputetur. Omnipotens scilicet Dei Pater et Filius et Spiritus sancti contra se iram sentiat, et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, quorum praesumti confundere ecclesiam, in hac vita et in futura furorem reperiat, fiat habitatio eius deserta, et in tabernaculis eius non sit qui inhabet. Fiant filii eius orfani, et uxores eius viduae. Commotus amoveatur ipse, et filii eius, et mendicent, et eiciantur de habitationibus suis. Scrutetur foenerator substantiam eius, et deleant alieni labores eius. Orbis terrarum pugnet contra illum, et cuncta elementa sint ei contraria, et omnium sanctorum quiescentium merita illum confundant, et in hac vita super eum apertam vindictam ostendant. Observatores autem huius nostri decreti Dei omnipotentis gratia protegat, et auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli ab omnibus vinculis absolvat. Nicholaus episcopus sanctae et apostolicae Romanae ecclesiae huic decreto a nobis promulgato subscripsi. Bonifacius Albanensis subscripsi. Humberius sanctae ecclesiae Silvae candidae subscripsi. Petrus Ostiensis episcopus subscripsi et caeteri episcopi numero 76 cum presbiteris et diaconibus subscripterunt.

Item: *Nicholaus episcopus, servus servorum Dei, omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatis, clericis et laycis fidelibus, tam maioribus quam minoribus per omnes Gallias commorantibus, immo Aquitanicis, Wasconibus, salutem et apostolicam benedictionem²⁶.* Quicumque sacerdos, diaconus et subdiaconus post institutum beatae memoriae praedecessoris nostri Leonis papae de castitate clericorum concubinam palam duxit, vel ductam non reliquit, ex parte Dei omnipotens auctoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli praecepimus, et omnino contradicimus, ut missam non cantet, neque euangelium aut epistolam ad missam leget, neque in presbiterio ad divina officia cum his qui praefatae constitutioni obedientes fuerint, maneat, neque partem ab ecclesia recipiat, quounque a nobis sententia super huiusmodi Deo concedente procedat. Et praecepimus statim, ut huius praedicatorum ordinum, qui eidem praedecessori nostro obedientes eius institutum servaverint, iuxta ecclesias quibus ordinati sunt, sicut oportet religiosos clericos, simul mandent et dormiant, et quidquid ab ecclesiis competit communiter habeant.

Hunc igitur Nicolaum papam adiama Walerannus abbas Sancti Vitoni, querimonia facta 1060, super comite Rutenensi pro fundis ecclesiae Virdunensis sitis in comitatu Rutenensi quos sancto Vitono auferebat, id est Maderniacum Poliniacum et alios, optinuit litteras ab eo missas praefato comiti in haec verba: *Nicolaus episcopus, servus servorum Dei, R. Rutenensi comiti dilecto filio salutem et apostolicam benedictionem²⁷.* Cognoscentes tui animi propositum, et quod propter regnum Dei et iustitiam eius volueris renunciare temporali fastigio secularium occupationum, confidenter tibi denunciamus, ut — secundum quod tibi iniunximus cum ore ad os loqueremur — ecclesiis Dei et pauperibus defensorem te opponas, iustitiamque eis adquirendo in conspectu Dei excusatus existas, quod non sine causa gladium portas. Et quia nostrum est te admonere, si qua non negligenda cognoverimus te negligere, orando simul et praecepido auctoritate apostolica monemus, ut monasterio sancti Petri sito Virduni, quod venerabilis vir consanguineus tuus Walerannus abbas regit, curtes quas in terra possessionis tuae habere dinoscitur restitus, ne, quod absit, ad perditionem animae tuae diutius eas retinendo excommunicationem ab antecessoribus nostris inprecatam invasoribus earum incurras. Nec volumus dicas a parentibus tuis vel uxoris tuae eas servis Dei subtractas, quia iustus Dominus reddit iniquitatem patrum in filios, in tertiam et quartam generationem. Sicut enim conscientia veritatis testatur antiquitas, sanctus Amantius, peculiaris vester patronus, eas contradicit servitorum sancti Petri usibus.

His acceptis litteris cum reverteretur, apud Aremare monasterium²⁸ veneno perficit, et Grimoldus successit. Capella vero ab inhabitantibus retenta est, sed postmodum requisita redditia est, etsi non tota. Et quia eo defuncto non fuit qui litteras missas comiti Rutenensi perferret, adhuc abbatia cum fundis retenta est. Nicholaus quoque papa obiit anno eodem, id est 1060, ab inc. Domini, et sequenti anno Walerannus decessit, et sepultus apud eumdem locum.

Anno igitur 1061 Nicholaus papae successit Alexander II. et secundo anno obiit; cui tercius 1061. Alexander successit²⁹. Millesimo quoque sexagesimo quinto anno, ind. 3. stella quae comete dicitur, apparuit, et eodem anno Edwardus Anglorum rex obiit; qui quia sine filio fuit, consanguineum^{1066.}
Jan. 5.

a) u. e. u. e.

55 26) Cf. Mansi T. XIX, c. 873. 27) Mansi T. XIX, c. 874. 28) Moustier Ramey prope Trecos.

29) Alexander duodecim annos seddit et Gregorium VII. successorem nactus est.

SS. T. VIII.

1066. suum Wilelmum Normannorum comitem post se regnare instituit. Sed Heroldus, contra sacramentum quod Wilelmo fecerat, regnum invasit. Ipsi anno, mense Octobri, Wilelmus mare apud, et commisso praelio 2. Idus Octobris ruit Heroldus, et Wilelmus die natalis Domini apud Lundiam in regem elevatus et coronatus est. Anno ab incarn. Domini 1063 finis fuit annorum circuli qui constat quingentis triginta duobus annis, et sequenti anno idem incipit circulus; in cuius fine erit labor et dolor. Alexander papa Gyraldum Ostiensem episcopum, qui Petro successerat, ad Gallias destinavit, et vice suas ei per Franciam et Burgundiam commisit. At ille ex praecerto papae concilium apud Cabillonem instituit, cui praetererat Roclenus episcopus, litteris ad prime eruditus et in lectione divinorum voluminum studiosissimus³⁰.

1073. Anno igitur ab incarnatione Domini 1074.³¹ praesidente Romanae ecclesiae papa Alexandro, Giraldus Ostiensis episcopus, Romanae sedis legatus in Galliis, concilio Cabiloni habitu Romam rediens, et apud Diensem urbem hospitatus, cum clericis in ecclesia de utilitate ecclesiae loquebatur. Erat enim in eadem urbe Lancelinus symoniacus dictus episcopus, qui vocatus ad audiendum cum venire renueret, et se in domo episcopali manu militari deferiret, et episcopatum retinere temptaret, tractabat legatus cum civibus, canonici scilicet et 15 plebis maioribus, quid de episcopo agerent, dicens iuxta Ambrosium, inexpiablem esse culam venditi ministerii; et iuxta decreta sanctorum patrum, Leonis, Gregorii, Nicholai et ceterorum, erga symoniacos nullam misericordiam habendam in servanda dignitate, et quia quisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc ut fiat hereticus promovetur, et omnes qui eis consentiunt, et qui emendare possunt et non emendant, et omnes qui contra illos non sunt, sed 20 favent eis, cum eo habeant partem qui prius communis hoc peculiare flagitium. Dum ergo de his inter eos tractaret, et ut praediximus, ille dictus episcopus audiendum subterfugeret, iuxta canonum instituta et sanctorum patrum decreta episcopus querebatur idoneus, qui et saluti eorum invigilaret, et animabus commissis sollicitus superintenderet, ecce personuit ad aures eorum, advenisse illic et ecclesiam qua tenebantur intrasse orationis gratia dominum 25 Hugonem Lugdunensem camerarium, praecinctum et paratum ad equitandum; ibat enim Romae ad sanctum Petrum. Nec mora, Spiritus sancti gratia corda suorum illustrante, fit clamor et concursus fidelium, ocreatus cum calcaribus invenitur, rapitur, tenetur; in conspectu apostolicae sedis vicarii summo omnium favore et gratia deductus; quod dignus sit qui possit ecclesiae praesesse et prodesse, acclamat. Reclamabat ille, et votis populi parabat 30 obserstere, quasi qui non posset nec deberet sponso legitimo vivente castitatem ecclesiae foeda scissionem corrumpere. In hac devota contentione placuit divinitati beneplacitam sua praesentiae voluntatem in ostensione lucis suis fidelibus declarare. Nam cum esset nubilus dies, lux in modum sperae per alias horas in gremio et facie splenduit ecclesiae, quae sic accedit cunctos qui aderant et viderant, ad laudandam propiciacionem divinae clementiae, 35 ut clamaretur ab omnibus: *Benedictus dominus Deus, quia respexit detectionem ecclesiae sue, ut visitaret eam et illuminaret tali pontifice!* Accessit et aliud mirabile divinae pietatis indicium, quia, cum in eius electione omnis sibi in voce laudis et jubilo cordis applauderet ecclesia, et praecipue se tali rectore opitulatam esse gratularetur, legatus papae mente praesaga quiddam mirum³² in eo praevidentis: *Huius, inquit, civitati pastor quidem est plectus et a Deo donatus, sed maiora ei praestinavit. Altissimum. Non diu enim huic ecclesiae pastoris officium praestabit, quoniam excellentiori gibisserio³³ donabitur dispensatus divinae munera gratiae.*³³ Sic clamores et vota omnium iudicium probavit caeleste, et electus ille, qui nec valuit nec voluit, tot praecurrentibus indicis, voluntati divinae contraire, compulsus est auctoritate apostolica remorari, et confirmata est super eum electio cleri et populi. Quo autem 45 dito, ipse qui ecclesiam per symoniam invaserat et armis retinere temptabat, dolens unanimem assensum civium, et timens populi gaudentis et ad pia vota incalescentis animo, si intumesceret, impetum ferocissimum, domum episcopalem deseruit et recessit. Angebatur enim curarum estibus, et stimulis mordacis conscientiae, quam non effugere quibat, quia non

³⁰ SS. VI. ³¹ 1066. a) vox iam delcta. b) -tatis deletum. c) eius deletum. d) -a voce deleta. e) ap- deletum. f) praecipue 30 deletum. g) esse deletum. h) papae deletum. i) mirum deletum. k) inquit deletum. l) -em est deleta. m) -an deletum. n) -navit deletum. o) eius deletum. p) -sciam praestabit deleta. q) -asserio dona- deleta. r) -ur- deletum. s) divinae deletum. t) -a deletum. u) -se- deletum.

30) Concilium Cabillonense habitum est 6. Non. 32) i. e. marsupio. 33) provectus est in archi- Mart. anno 1072, ut testantur actorum fragmenta episcopum Lugdunensem a 1082 exenente vel 1083 35 Mansi t. XX. p. 47. K. 31) vel potius 1073. ineunte.

inveniebat quo fugeret, nec suis iam, ut solebat, delectabatur erroribus, a quibus puniebatur 1073. licet nolens et inscius; et tamen adhuc exultabat in crimen, quia novis vetera obumbrando, peccatis se utcumque adiuvari estimabat. Putabat enim insigne esse virtutis, ubi est lapsus criminis. Sed iam sileatur eius memoria, quia recessit, quia a fugit, quia quod indebet usurpaverat, non est expectatus diructore; ad plebis gaudium, ad cleri, magnatorum quoque et infimorum tripudium flectamus articulum. Sublimatus est electus noster cum gaudio et cordis iubilo in pontificali solio, acclamatus est et confirmatus episcopus dei et Christi eius iudicio, de clericorum pene omnium testimonio, de plebis quae tunc affuit suffragio, de sacerdotum et honorum virorum collegio. Invenit itaque civitatem angoris plenam; tribulationibus circumseptam, vigilantia multa egentem, res episcopii direptas; ita ut non invenerit unde vel uno die de redditibus domus episcopalibus vivere potuerit, ita omnia attriverant qui ante eum fuerant. Adeo ut de omnibus totius episcopatus aecclésiis vix unam haberet domus episcopalibus aut mater aecclésia, cum fere omnes possiderentur a militibus et quibuslibet secularibus. Nec diu passus est suo in tempore tantam videre contritionem et concilacionem ecclésiae, quin potius statuit decretum, ut nullus laicus optineret aecclésiam, aut partem acciperet in redditibus aecclésiarum. Et factum est, divina cooperante clementia, ut omnes grataanter iussionem eius susciperent, et obedirent, ita ut ante eius ordinationem haec suae meliorationis incrementa sibi commissi per eum suscepserit ecclesia. Obierat ipso anno papa Alexander in ipso apostolorum Petri et Pauli natalicio, et substitutus erat unanimi electione cleri et populi 20 Gregorius VII, qui in ipsa Romanā aecclésia sub praefato pontifice officio fungebatur archidiaconatus. Et licet ordinatio et consecratio eius privilegium solis cardinalibus episcopis Albanensi, Ostiensi et Portuensi sit commissum, Giraldus ipse, quia aberat, expectatus non est, sed qui vices eius exequatur subrogatus est. Qui demum reversus, papae inter cetera electionem Diensis aecclésiae innotuit, et electum ipsum quam maxime paternitati ipsius commendavit. Non multo post ipse qui commendabatur advenit, et quia solam clericatus tonsuram habebat — detestabatur enim symoniacorum ordinationes —, in mense Decembrio per manum eius usque ad presbyteratum gradum promotus est, cum hoc aliqui calumpniarentur Romanorum, et promerent morem sanctae Romanæ ecclesiae, neminem licet electum anti-stitem a papa ordinandum nisi in eadem deserviret aecclésia. Quod tamen in ipso dominus 30 autentica potestate sua fecit; complacuerat enim sibi in illo anima eius. In quadragesima vero, sabbato in presbiterum, et sequenti dominica ad missas in episcopum consecratus est. Sic post octonus consecratio dies affatim inbutus divinis dogmatibus et ubertim roboratus aecclasiasticis sanctionibus, benedictione percepta dimisus est ad regendos filios, quibus pastor et rector ordinatus erat.

35. Sed nec illud silendum, in quo egregie convalescit testimonium probitatis eius, et prae-^{fol. 97.} ordinatae ac Deo placitae consecrationis eius. Cum post ipsam suam electionem, quae facta est mense Octobrio die 19, ad suscipiendos ordines Romam mense Decembri venisset, invenit ibidem pro simili expectatione dominum Anselmum Lucensem electum, virum omni laudis praeconio dignum, nunc felici beatum excessu³⁵, in quo omnis laus secure canitur. Cum hoc 34 itaque tanto familiaritatis et dilectionis vinculo connexus est, et ita sibi, licet divisa haberent hospicia, in palatio Lateranensi individui adherebant, ut unum videri sine altero mirum vide-retur his qui eorum noverant unanimitatem. Adeo ut urbis praefectus quadam veritatis praesagio alterum horum diem, alterum vocaret lucem: quod dies non sit sine luce et lucem dies comitetur. Lucebat enim in eorum moribus iustitiae et pietatis decus, praeponderabat 45 amicitia constans, mutabilitatis nescia. Aetatis pares, caritate non impares, sui delectabantur copula, quia et coequalium³⁶ usus dulcior, et senum tutor est. Senes autem erant non longevitatem vitae, sed morum maturitate. Et utinam gratiam virtutis et fidei alterius, quem secum in gloria iam assumptum Deus approbat, imitetur et alter qui residuus est, ut cum transierint tempora praeferita, sint in caelestibus unus, quos divinus amor hic dedit esse 50 unum³⁷. Cum ergo Romae positi praestolarentur diem consecrationis suae, venerunt nunci regis Heinrici Roman, rogantes ne contra morem praedecessorum suorum dominus papa eos consecrare vellet, qui episcopatus electionem solam, non autem donum per regiam acceperant investituram. At ipse convocatis cardinalibus legationem regis aperuit, et quid sibi ad hoc respondentum, quid esset faciendum, ammonuit. Quibus respondentibus usum aecclésiae

35 a) coequalior c.

36) obit a. 1086. Mart. 18.

37) Hugo anno demum 1106 obiit.

1074. hunc esse, hunc haberi pro lege, cum auctoritas eius nulla ad hoc suffragaretur, in Lucensi tamen electo eius adquievit, ut consecrationem eius differret, donec investituram episcopatus ex regio dono accepisset³⁶. In Diensi vero adquiescere noluit, sed cum prima quadragesima abdormada, sabbato in presbiterum, et dominica consecravit in episcopum³⁷. Et quia vidit hoc sanctorum patrum adversari decretis, ut in canonica electione episcopi praevaleret donum regis, immo multoties ipsam electionem immutaret vel potius irritam faceret, eodem anno³⁸ in Romana synodo 50 episcoporum, consistente presbiterorum et abbatum multitudine, iuxta decreta pontificalia et institutiones canonicas ne hoc amplius a quoquam presumeretur prohibuit sub intermissione anathematis, decretum faciens in hec verba: *Si quis deinceps episcopatum vel abbatiam de manu alicuius laycae personae suscepit, nullatenus inter episcopos vel abbates habeatur, nec ulla ei ut episcopo vel abbati audiencia concedatur. Insuper et gratiam beati Petri et ietrosum ecclesiae interdicimus, quoadusque locum, quem sub criminis tam ambitionis quam inobedientiae, quod est scelus idolatriae, cepit, non deserit. Similiter etiam de inferioribus ecclesiasticis dignitatibus constituimus. Item. Si quis imperatorum, ducum, marchionum, comitum, vel quilibet secularium potestatum aut personarum investituram episcopatus vel alicuius ecclesiasticae dignitatis dare praesumperit, eiusdem sententiae vinculo se astricatum sciat. Sequutus est autem in hoc patrum exempla, licet iam per multa annorum curricula dampnabilis haec consuetudo inolevisset, et in usum conversa esset. Dicitur enim in septima universali synodo a quinque patriarchis et 350 patribus sub Adriano papa habita, capite 3: Omnis electio episcopi, presbiteri vel diaconi a principibus facta irrita maneat, secundum regulam quae dicit: Si quis episcopus secularibus potestatibus usus ecclesiam per ipsos optimuerit, deponatur et segregetur, omnesque qui illi communicant. Item in octava universalis synodo habita a quinque patriarchis sub Nicholao I. pontifice, cap. . . .: Promotions vel consecrations episcoporum concordans prioribus conciliis hec sancta et universali synodus electione et decreto episcoporum fieri constituit, et statut alque promulgavit, neminem laycorum principum et potestatum semet inserere electioni vel promotioni patriarcharum vel metropolitarum aut cuiuslibet episcopi, ne inordinata hinc et incongrua fiat confusio vel contentio, praesertim cum nullam in talibus potestatem quemquam potestativorum laycorum habere conveniat, sed potius silere et attendere sibi usquequo regulariter a collegio ecclesiastae suscipiat finem electio futuri pontificis. Si quis vero laycorum ad concertandum et cooperandum invitatur ab ecclesia, licet huicmodi cum reverentie obtemperare ascensitibus. Quisquis autem secularium principum et potentum, vel alterius dignitatis laycus, adversus communem et consonantem alque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere temptaverit, anathema sit donec obediatur et consentiat. Item ex concilio Niceno, cap. 6: Per omnia manifestum est quia si quis praeter voluntatem et conscientiam metropolitani fuerit ordinatus, hunc sanctum et magnum concilium statuit non debere esse episcopum. Item ex concilio Antiocheno cap. . . .: Si quis presbiter vel diaconus per seculariem dignitatem ecclesiam Dei optimuerit, deiciatur, et ipse et ordinator eius a communione modis omnibus abscidatur, et sint sub anathemate sicut Symon magus a Petro. In electione igitur et consecracione domini Diensis evidenter ostenditur operata divinitas, quia per hanc occasionem sanctae Dei ecclesiae sub papatu domini Gregorii multis retro annis obnubilata electionis ecclesiasticae splenduit veritas. Viderint igitur viri cordati, quid iuris imperatoribus, regibus et principibus in electione pontificis reservetur.*

^{fol. 97.} Commisit autem ei vices suas in Gallia, ubi plurimum symoniae serpebat pestis iniqua; quia perrari illic erant, qui non essent aut symoniaci, aut a symoniaci ordinati, aut per manum laicam investiti³⁹. Plurimum illi inculcans, potestate data non abuti, quo minus depravata corrigeret, dampnanda recideret, sancta et honesta doceret, et docenda faceret. Scripsit et ad praefatos Gallicanarum ecclesiarum, quae sunt iuris sancti Petri, epistolam pro suo censu debito beato Petro in haec verba: *Gregorius⁴⁰ episcopus, servus servorum Dei, omnibus abbatibus et praebatis tam monachorum quam et canonicorum per Gallias constitutis, salutem et apostolicam benedictionem. Fraternitatem vestram, dilectissimi fratres, latere minime credimus, quasdam ecclesiarum vestrarum beato Petro et nobis annos census persolvere ex praeceden-*

³⁶ At contra Gregorius in litteris ad Anselmam April. Ind. 12. i. e. ipso consecrationis die 16. m.

Luc. regest I. 21. monet ne ab Henrico rege investituram accipiat. Kal. Sept. Ind. 12. (1073.) K. lis. K.

³⁷ De consecratione Hugonis Gregorius in registro ad h. a. K.

³⁸ Sequenti anno 1075, ut docuit Pagus

I. 69. litteras dedit ad comitem Diensem 17. Kal.

³⁹ Cf. epist. Gregorii Regist. I. 69. K. 55

⁴⁰ Desideratur in registro Gregorii. K.

tum patrum institutionibus debere. Sed quia quidam vestrum partim negligentia, partim vero tenaci induratione haec hactenus minus plene quidm oportet egerunt, hos ut emendari et debita solvere^a studeant, omnes autem ut apostolico preecepto: „Cui reo tibi rectigil, cui tributum tribulum“ optemperatis commoneamus. Unusquisque enim non quod suum est, sed quod alterius, querat; quoniam si digne redarguitur, qui prout oportet propriis non largitur, qua sententia dignis est, qui nec aliena rapere, nec debita metuit retinere, dicente Domino: „Quae vultis ut faciant vobis, haec facite et vos illis.“ Et: „Quod tibi non vis, aliū non feceris.“ Nunc igitur, quia dilectum filium nostrum Hugonem Diensem episcopum ob ecclesiasticae utilitatis diversa negotia in Gallias vices nostras exequutur mittimus, et quia nemini potius credere debemus, quem in omnibus a nobis sibi inunctis fideliter egisse coniperimus, quae nobis ex ecclesiis vestris specialiter debetis, vos illi ad nos perferenda persolvere, ac de retentis satisfacere iubemus.

Ipsò anno apud Casam Dei⁴⁴ monasticum suscepérat habitum dominus lerento, mense Novembrio, die 1. Hic ortus territorio Viennensi, patre Arnaldo, matre Agnes nomine, nutritus est diligenti cura et industria domino Hugone Cluniacensium patre, litteris etiam imbutus est ab his qui maioris auctoritatis videbantur in Cluniaco. Postquam vero adolevit, seculo adhesit, et factus est velut expers gratiae quam adeptus fuerat, levitati omnino studens, canonicae professionis normam reiciens, militaria potius instrumenta appetens. Studebatque seculo crescere, non Deo. Animus quietis impatiens, laboris impiger, domari non poterat. Implebatur in eo illud ethnici⁴⁵ verissimum de iuvene inberbi testimonium, cuius quia nostrum non est meminisse, qui novit recolat. Hoc sane de eo omnes qui noverunt perhibent testimonium, levissimum quidem eum mente et corpore, et tamen gratum fuisse, et ita seculo datum, ut eius iam facta cnversio omnibus videretur esse miraculo. Ubi vero voluntati satisfecisse se vidit, coepit iam aliquando tedere quod libuerat. Sed rursus inter ipsa conversionis primordia dum cuperet se extendere ad insolita. reverberatus animo proclivior redibat ad so-
lita. Vicit tandem metus mortis et gehennae hominum. Credidit se satis tuto periculo, Christi protectus auxilio. Omnia postposit, omnia deseruit, et ad Casam Dei se contulit, ubi tunc temporis nullae divitiae, nulla gloria, sola habitantibus sufficiebat inopia. Vasta erat heremus, utpote quae ante annos 20 habitationes hominum non noverat. Sanctus illam Robertus primus incoluit, qui animo et corpore mundo mori et Christo vivere paratus fuit, quod libellus de vita eius scriptus⁴⁶ plenius elucidat scire volentibus. Anno enim ab incarn. Dom. 1043^b a illuc venit, ubi praefuit domui^c annis 9, et factus monachus^d et abbas praefuit annis 15^e, et migravit ad Dominum anno 1067: successorem suum designans nomine Durannum. Ad hunc ergo locum veniens, cui post obitum praefati patris praedictus abba Durannus praerat, sumpsit animum et formam discipuli, sed mox compulsus est magister fieri, et prioratus suscepit officium iussu abbatis et totius congregacionis. Tristabatur, quia quod desiderabat esse, nequibat: et quia alius praeesse rogabatur, ipse in se de se mirabatur. Triennium in ipso mansit officio sub abbatis imperio, providens pro posse et nosse necessaria pauperibus Christi, et insudans utilitati ecclesiae. Promotiones ecclesiasticorum graduum adeptus est per manum domini Hugonis Diensis episcopi, a primo usque ad septimum. Invigilabat enim idem sollicitus gregi sibi credito, et legationis sibi creditae sollicitas servans excubias, primum concilium celebravit apud Ansam, secundum apud Clarummontem⁴⁷, in quo Stephano Arvernensi episcopo, Podiensis sedis invasore, quia pro ambitione male sedem suam deseruerat, Willelmo quoque symoniaco et invasore sedis Arvernensis deposito, consecratus est praefatus abbas Durannus Arvernorum episcopus, peracto decenio regiminis sui in loco Casae Dei, 1077.
qui etiam post biennium petitione et voluntate fratrum curam regiminis Sigino dereliquit.
Tertium Divioni. Persequebatur symoniacos, adversus quos ei iugis pugna, conflictus fuit perpetuus, quos etiam prout potuit ab ecclesia eliminavit, et orthodoxos substituit.

Anno ab incarn. Dom. 1075. Grimoldus abbatiam⁴⁸ dimisit die sancti Nicholai. Rodulfus⁴⁹ successit, ordinatio eius die sancti Urbani.

50 a) -bita sol- deleta. b) M . . . c; numerum restituimus ex chron. Malteacen. b') d . . . c. c) rox absent.

d) numerum supplex ex chron. Malteacen.

41) S. Robert la chaise Dieu, dioceſeo Claromontane. 41') Horatii, de arte poet. 161 seqq. 42) auctore Geraldlo de Venna expolita dumum a Marbodo; v. Mabiltonii Acta SS. Ord. S. Bened. Sae. VI. Tom. II. pag. 183. 43) scilicet ecclesie, et cellae prope eam constructae. 44) Habi-

tum est 2. Idibus Augusti, ut ex litteris Hugonis Diensis ad Rudolfum Turonensem archiepiscopum patet. Mansi XX, 493. Anno 1076 hoc concilium congregatum esse docent litterae Gregorii ad episcopos Galliae, quas vide infra. K. 45) S. Vitoni.

1076. Anno ab incarn. Dom. 1076, 10. Kal. Maii terrae motus factus est, feria 6, luna 14, et hoc anno fuit gelu magnum a 7. Idus Decembris usque Idus Martii.

1077. Quartum concilium tenuit Augustudani; pro quibus autem causis Eduense celebratum sit concilium, in litteris domini papae advertere licet, quarum textus iste est: *Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo fratri Hugoni, venerabili Dieni episcopo, salutem et apostolicam benedictionem. Gerardus Cameracensis electus ad nos veniens, qualiter in eadem Cameracensi ecclesia ad locum regiminis assignatus sit, prompta nobis confessione manifestavit, non denegans post factam cleri et populi electionem donum episcopatus ab Heinrico rege se accepisse. Definitionem autem proponens, et nullum nobis offerens, se neque decretum nostrum de prohibitione huiuscmodi acceptio[n]is, nec ipsum Heinricum regem a nobis excommunicatum fuisse, aliqua certa manifestatione cognovisse. Cui cum nos congrua rationibus ostenderemus, quam grave esset, etiam omni ignorantia excusa sanctae et apostolicae sedis synodale decreta transgredi, et huiuscmodi participatione cum homine excommunicato commaculari: ad satisfaciendum promptus, donum quod accepisse visus est, continuo in manus nostras refutavit, et omnino causam suam nostro iudicio cum sui ipsis ad omnem voluntatem subiectione et ob- 15 auditione reliquit. Cuius humiliatione, et quoniam canonican in eo electionem praecessisse audivimus, ad misericordiam moti sumus, et confisi in testimonio quod nonnulli confratrum nostrorum episcoporum, cum multis pro eo supplicationibus, ad nos per epistolam suas direxerunt, videlicet quod eius praecedens vita et conversatio multum honesta et laudabilis fuerit, ad promotionem eius discretae moderationis consideratione assensum praebere non indignum duximus. Atamen ne istud alii, quorum causa et conversatio huic longe dissimilis et impar constiterit, ad exemplum et occasionem querendas misericordiae in posterum fore debuisset, illud constituimus, ut coram te et confratre nostro Remensi archiepiscopo, et aliis provincialibus episcopis, ita se per sacramentum purgare debeat, quod ei ante acceptio[n]em illam, et ut dicitur, investituram episcopatus, regem excommunicatum fuisse, et illud decretum nostrum de prohibitione huiuscmodi^a investiendi et accipiendo aecclias, neque per legatum nostrum, neque ab aliqua persona quae se his statutis interfuisse et ea audisse fateretur, significatum et indubitanter notificatum fuerit. Quapropter ammonemus fraternitatem tuam, ut concilium in partibus illis convocare et celebrare studeas, maxime quidem cum consensu et consilio regis Francorum, si fieri potest. Sin autem aliqua occasione id consentire noluerit, in Lingonensi aecclia conventum celebrandi concilii instituas, atque hoc cum consilio et prudente dispositione confratris nostri Lingonensis episcopi facias. Sciens quoniam in omnibus fidelem adiudorem et cooperatorem non solum nobis, sed et tibi et omnibus legatis nostris se deinceps fare promisit, et nos in eo multam spem habemus et fiduciam. Comes etiam Tebaldis per legatos suos eandem nobis promissionem fecit, ut si rex legatos nostros recipere nollet, ipse cum summa devotione recipere, et eis omnem quam posset aptitudinem celebrandi synodum, et aecclastica exequendi negotia, locum consilium auxiliumque pararet. Stude ergo, ut praefatum fratrem nostrum Linguensem episcopum convenias, et communis consilio, ubi vobis melius videtur, synodum constituae: et convocatis illic archiepiscopo Remensi et ceteris quotquot possis archiepiscopis et episcopis Franciae, primo omnium causas supra memorati electi Cameracensis discutere studeas, videlicet ut secundum praescriptam sacramenti determinationem se coram omnibus expurget, et insuper ne in mortem illius, qui in ignibus projectus est, consenserit^b, in eodem se sacramento defensat. Quod si factum fuerit, praecedentem eius electionem confirmandam esse apostolica moderatione decernimus, et te cum fratre nostro Remensi archiepiscopo de eius consecratione, prout oportet, statuere volumus, nisi forte alia sibi quae nos ignoramus obstiterint, quae tamen in providentia vestra examinanda relinquimus. Illud vero commune malum pene totius terrae, quod altaria venduntur, et quod iste etiam in officio sui archidiaconatus se fecisse non denegat, ne deinceps fiat tam huic quam ceteris omnibus interdicio. De cetero ammonemus dilectionem tuam, ut reliquas causas et negotia, videlicet Catalaunensis episcopi, Carnotensis aeccliae, Aniciensis, Arvernensis, necnon monasterii sancti Dyonisii, et alia quae necessaria ecclesiasticae religioni apparuerint, pro commissa tibi vice nostra, quantum Deo auxiliante potueris, ita diligenter tractare et ad finem perducere studeas, quatinus in eis nostra deinceps possit sollicitudo et longa fatigatio sublevari. Volumus etiam, ut fratrem nostrum Hugonem, venerabilem Cluniensem abbatem, tecum synodo interesse ex nostra parte convebare rogando et multum instando proce[re]: cum propter alia multa, tum maxime ut causa Arvernensis aeccliae com-*

a) huiuscmodi c. b) ita c. nostra ed.

46) cf. Chron. S. Andree lib. III. SS. VII. 540 et not. 31.

petenti et firma determinatione cum Dei et illius adiutorio finiatur. Confidimus enim in misericordia Dei et conversatione vitae eius, quod nullus deprecationis, nullus favor aut gratia, nec aliqua prorsus personalis acceptio eum a triste recitidinis dimovere poterit. Si igitur divina clementia huc nostrae dispositioni effectum dederit, inter cetera quae tua fraternitas agenda suscepit, hoc attenissime perpendat et exequi studeat, ut congregatis omnibus et in conventu residentibus, manifesta et personantem denunciatione interdicat, ut conservanda deinceps in promovendis episcopis canonica auctoritate et apostolica, nullus metropolitanorum aut quivis episcoporum alicui, qui a laica persona donum episcopatus suscepit, imponere manum audeat, nisi dignitatis sue honore officioque carere et ipse velit. Similiter etiam, ut nulla potestas aut aliqua persona de huiusmodi honoris donatione vel acceptancee ulterius se intromittere debeat. Quod qui praesumpserit, eadem sententia et animadversionis censura, quam beatus Adrianus papia in octava synodo huiusmodi praesumptoribus et sacrae auctoritatis corruptoribus statuit atque firmavit, se astriktum ac ligatum fore cognoscat. Quo capitulo scripto atque in presentia omnium lecto, ad collaudationem et confirmationem eius universum coetum illius consenserunt.⁴⁵ Eos autem, qui post recentiam a nobis huius decreti auctoritatem investituram episcopatus per manum secularium dominorum et potestatarum suscepserunt, et qui eis in ordinatione manum imponere praesumpserunt, ud nos super hac re rationem reddituros venire apostolica auctoritate commoneas, atque praeicias.⁴⁶

Luxa hec itaque mandata apostolica congregata est synodus venerabilium patrum apud Aeduam, sub tutela et protectione Christi domini, assensu et laude Hugonis ducis, anno ab incarnatione Domini 1076⁴⁷, ubi convenerunt ex Francia et Burgundia multi illustres viri, episcopi et clericci, abbates et monachi quamplures, anno papatus domini Gregorii VII. quarto. Dux Hugo iusti tenax Burgundiae preeerat, Linguonensem aecclias Rainardus cognomento Hugo regebat, vir adprime rhetoricas inbutus studiis, clarus ingenio, sermone facundus, scientia praeditus, affabilis alloquo et prudens consilio. Obierat anno ipso Divionensis cenobii abbas Adalbero, et ut in talibus assolet, de abbe substituendo inter monachos loci diversa serebatur electio. Quod videlicet cenobium antiquae nobilitatis religionis stemmate sub Wilhelmi abbatis regimine fuerat decoratum. Sed tunc Roberti ducis violentia et paelatorum incuria, subditorum quoque segnitia a pristino rigore videbatur aliquantulum immunitum.⁴⁸ Et quia quod intus cedicerat, foris diu stare non poterat; intus parum erat religiosis, foris cumulus desolationis. Pro tantis angustiis anxietatibus et tribulationibus, ab his quorum erat mens senior pastor querebatur idoneus. Pontifex Linguonensis et dux, quorum erat istud prospicere, concilio intererant; de multis enim, ut praescriptum est, partibus honesti quamplures illo convenerant. Aderat inter alios etiam prior Casae Dei, ut querimoniam ficeret iniuriarum aeccliasiae suae illatarum, quem quia ante conversionem notum habuerat Linguonensis episcopus, nunc in aspectu immutatae habitudinis cordis et corporis eius applaudebat et congratulabatur ei, divinam collaudans potentiam, qui lenitatem dissolutionis eius, quam habuerat in seculo, infrenaverat monastici ordinis et regularis gravitatis freno, dans in eo exemplum omnibus sub remigio alarum suarum confugientibus, non desperare de sua misericordia, cuius tanta in isto adoptionis filio agnoscabant beneficia. Concilio ergo inito, circunsedentibus patribus tractatum est de multis sanctae ecclesiae utilitatibus, et earum determinatio secunda, tertia quoque et quarta protelata est die. Accusatus est in eodem concilio Remensis ecclesiae invaser symoniacus Manasses a clericis Remensis; et suspensus ab officio, quia vocatus ad concilium ut se purgaret, non venit. Qui cum canonis Remensis aeccliasiae accusatoribus suis a concilio redeuntibus plurimas parasset insidias, demum domos eorum frexit, praebendas eorum vendidit, et bona eorum diripuit. Inde cum a Roma litteras accepisset, ut in concilio cum sex se purgaret episcopis, Romanum ivit.⁴⁹ Quinta autem die, quia Lugdunensis sedes, Humberto symoniaco expulso et in locis lurenibus monacho facto, vacabat antistite, a latere domini Linguonensis electus est Gebuinus archidiaconus, vir morum probitate venustus, ut praeficeretur Lugdunensi aeccliasiae.⁵⁰ Hoc totius concilii acclamavit assen-

a) consensus c.

46) In registro Gregorii IV, 22. adduntur signa gorii V, 17. patet praeter Manassen archiepiscopum chronologica: *Data iuxta Padum in loco qui dicitur Remensem accusatos fuisse Hugonem Bisontinum, Ricardolo 4. Idus Maii inductione 15. i. e. 1077. Richerium Senonensem, Gotfredum Carnotensem, 55 47) 4. Idibus Septembr. Vide epistolam Hugonis Richardum Biturigensem, Rodulfum Turonensem. K. Dienensis Mansi t. XX, 492. 48) Ex registro Gre- 49) Epistola Hugonis Dienensis ap. Mansi XX, 468. K.*

1077. sus, hoc etiam Lugdunensis ecclesiae clericorum et laicorum qui aderant expetit bonaे voluntatis affectus. Raptus igitur ab altari quo confugerat, diligentius servatur, ut in die dominico more solemni benedicteretur. Doluit super hoc Linguonensis episcopus, clerusque qui aderat Linguonicus; quia amicissime videbantur virum in aecclasiastica et secularibus negotiis pernecessarium, cui plurimum innitebantur. Sed praevaluit concors sententia concilii, quia sic erat praeftinut et placitum in oculis Domini. Sexta iam sessionis die assurgit Linguonensis idem e medio circumsedentium, et ut vir nobilis et urbanae eloquentiae, ratione composita attentos sibi reddens auditores et benivolos, replicat aliqua de dampno ecclesiae sibi commissae illato, quod quasi eruerint ei oculum, cui suum tulissent archidiaconum, in quo spes omnis, in quo refrigerium, in cuius sibi erat caritate solatum. Sic honesta verborum 10 serie matris desolationem plangens, et filiae orbitatem non tacens, replicat antiquam nobilitatem aeccliasie Divisionensis, zelum Willelmi abbatis in rigore iustitiae et fervore disciplinae, et districta ordinis moderatione, nunc autem in obitu abbatis omnia ad nichil fere redacta, intus parum religionis, foris cumulos tribulationis, adeo ut quae quandam multis aeccliasie pastores et rectores idoneos praeposuerat, nullum qui ei praeesset de suis invenire posset.

fol. 99. Confugere se profitetur ad Dei bonorumque virorum consilium, ut anxietatis suae, cuius erat hoc providere et disponere, aliquod in rectore substituendo, qui vere rector diceretur et esset, inveniret solatum. Cum perorasset, et a legato spe promissa consilii et auxili iussus esset edicere, quem eidem officio dignum de circumsedentibus, quia in ipsa aecclia non inveniebatur, vellet praeficere: ille priorem Casae Dei manu designans, et simul in verbis procum- 20 bens, et genua flectens: *Date, ait, mihi hunc piscem de fonte Dei.* Et ut facilius postulata acciperet, Hugonem ducem sibi sociavit in precibus, ut eius mereretur bonitas quod se per se posse diffidebat. Oculi ergo omnium in eum qui rogabantur diriguntur. Sed quia praefatus Romanas sedis legatus noverat, virum acris esse ingenii et animi, et dissolutionem noverat habitatorum loci et instabilitatem terrae, parcens ei, quamquam nosset utilitatem, in conce- 25 dendo erat difficilis. Temptabant etiam qui cum priore a Casa Dei venerant, modis quibus poterant electioni contradicere; sed quia voluntas fuit Domini, in cuius manu corda sunt regum, ut petitis annueretur auctoritas et laus promulgavit concilii. Illis ergo tumultuantibus, vimque quo nisi poterant inferre parantibus, hic dum clanculo fugam pararet, iamque elabetur, capitur, tenetur, et flena multumque dolens, suis etiam resistantibus et contradicenti- 30 bus, in concilium reducitur, et episcopo Linguensi laude circumsedentium per manum redit: a quo sollicite custodiendus, remoto suorum amminiculu, solus deduci est iussus. Cum- que moneretur a praesidente episcopus, ut de concessis Deo gratias ageret, et virum honore dignum sibi commissum adiuvaret, et in omnibus ut decebat honeste tractaret, praedecesso- rum, Brunonis scilicet episcopi et Willelmi abbatis, quorum laudabilis praedicatur societas et 35 caritatis unanimitas, mentionem faciens: *Si, inquit, istum non adiuvero, non dilexero, non ea tractavero caritate et dulcedine, qua Bruno Willelmum, depersoner ab honore meo.* Divisiones autem fratres concilio primo die interfuerant, et quia per se nequibant, electione pontificis sui ordinare aeccliasiam concesserant. Sexta erat feria qua haec facta sunt; et quia electio fratrum, quibus praeesse debebat, ut assolet requirebatur, hec fuit definitio concilii, ut si die 40 dominico fratres electioni consentientes advenissent, electus benedicteretur: si non, electio cassaretur et ad sua regredi sineretur. Ob id ab episcopo et duce nuncio praepeti cursu Di- vioni directo, die et hora praestituta fratres adveniunt, electionem factam scripto roborant, et obedientiae eius subdi non reformidant. Laudant in iubilo cordis et oris Dominum et magnificantes eum^{a)} in unum exaltant nomen eius in id ipsum. Uno igitur die, id est die domi- 45 nico 15. Kalendas Octob. consecrati sunt apud Eduam summa omnium exultatione et tripudio, dominus Gebuinus in Lugdunensem archiepiscopum ab ipso Romanae sedis legato, et praefatus electus in abbatem Divisionensem a praedicto Linguonensi episcopo. Multa tunc utilia et sanctae Dei ecclesiae proficia in illo tractata et definita sunt concilio. Quo soluto, ad sua quique redi- 50 eunt. Lugdunum praesul adivit, archiepiscopum beatificandum in gloria caelesti civibus ex- pectantibus et desiderantibus assignavit, quem cum gaudio totius urbis in sede praedecessorum eius Hyrenei atque Fotini ante tempora secularia preelectum locavit. Nec fuit vana populi exultatio, quae in dies augmentatur, et fine carebit, quia pastor eorum benignus, in arce poli sacerdos iam beatificatus^{b)}, dum vixit illi adhesit qui est corona sanctorum et exultatio,

a) cum c.

50) obiit a. 1082.

55

qui loco non tenetur, et termino non angustatur, nec fine concluditur. A quo donatus prae-^{1077.}
mio immortalitatis beatae, cibis et omnibus ad se confugientibus patrocinatur. Cuius quia
iam in pace factus est locus, et in Syon caelesti habitatio eius, oremus eum, ut et nos, qui
felicibus eius gaudis non invidemus, piis suis precibus ad se trahat, cursum nostrum in bono
5 deduci et expleri optineat: cum, qui cum ipso uno in loco electus, uno et die est consecratus,
utinam tam sorte beatam precibus indefessis protegat, et dilectores suos et veneratores secum
in caelesti gloria nos ascribi faciat.

Stephanus autem Podiensis invasor cum Diensi episcopo Romanae sedis legato Hugoni
multas parasset insidias, novissime euntem eum ad concilium apud Claram Montem, cum ca-
nonicis ante altare sanctae Mariae ei venit, et se placitis eius de episcopatu obtemperaturum,
si in concilio fons causae eius prolongaretur, promisit. Clerici quoque idemtide promis-
erunt, si promissio fidem episcopus servare nollet, se eum deserturos, et Romanae sedi obe-
dituros. Igitur post expletione concilii Clarimontensis, propter pactionem quam ipse pro-
miseraf infra dies 15 quibus a prefato Diensi episcopo moneretur ab episcopatu cessatu-
rum, ante expletione dierum statutorum, cum iam Lugdunum venisset, ad Podium rediit,
paucis secum comitibus assumptis, dominus Hugo, quia omnes tyranidem invasoris illius
suspectam habebant, et in celebratione missae post recitatorem euangelium intrepidus clerum
et populum, quia erat absens Stephanus, de pactione cum eo facta convenit, et ne ei imposto-
rum obdiren apostolica auctoritate prohibuit, data in eum qui se absentaverat, excommuni-
cationis sententia, si ulterius ecclesiae incubare praesumeret. Quam eius excommunicatio-
nem dominus papa confirmavit, scribens episcopis Galliarum in haec verba:

*Gregorius episcopus, servus servorum Dei, universis Galliarum episcopis et cunctis ordinibus sub eis constitutis, quae pro meritis debetur, salutem et apostolicam benedictionem. Notum esse volumus caritati vestrae, quod Stephanus, Aniciensis ecclesias invasor et symoniacus, iura-
vit nobis super corpus beati Petri, quod aeccliam ipsam dimitteret, et pastorem in ea secun-
dum Deum eligi atque constitui per fidem adiuwaret, quandocumque legatus apostolice sedis
cum litteris nostris hoc eum facere per sacramentum moneret. Postea vero commonitus a con-
fratre nostro Hugone Diensi episcopo huius specialiter negotii litteras a nobis habente, quamvis
eadem vices nostras in Galliarum partibus commissemus, ecclesiam non cessat opprimere. et
filios eius dupli contritione, corporali videlicet et spirituali, conferere. Unde excommunicatio-
nem, quam praedictus legatus noster super eum fecit, nos confirmamus, ipsumque et omnes qui
ei deinceps consilium dederint, ut in hac heresi permaneat, ex parte Dei et sancti Petri anath-
emizamus, donec resipiscant. Contradicimus etiam, ut nullam pecuniam aliquis offerat in Po-
dio sanctae Mariae, sive ad altaria, sive ad manus sacerdotum, donec aecclia liberetur a tam
impia oppressione, quia oblationes fidelium predictum Stephanum a Deo apostatare faciunt atque
contra eum superbire. Vobis autem, fratres coepiscopi, hanc excommunicationem atque
contradictionem in parrochias vestris per diversa loca recitare et ex parte vestra confirmare,
apostolica auctoritate praecipimus.^{61.}*

Igitur electus noster, Linguonensi comitatus episcopo ad sibi commissum locum deve-
niens, ingressus est Divionense coenobium, quod numquam antea viderat, mense Septembrio
die 21, et quia locum illum tali provisore vel pastore propitia ditasset divinitas, ex tunc et
modo beneficis multis eius declaravit pietas. Invenit fervorem ordinis, quem in praedecesso-
ribus fuisse acceperat, tepusse, tum praelatorum incuria tum subditorum segnitia, habita-
cula servorum Dei usibus instituta laicis intrantibus et exuntibus communia, intus parum re-
ligionis, foris acervos tribulationis. Ecclesiam annuis stipendiis egentem, ere alieno oppres-
sam, ornamenti ecclesiasticis spoliataam. Urebatur ob hoc curarum estibus, quatiescatur cogi-
tationum fluctibus, cum videret suscepisse se regendam aeccliam magni nominis, magnae
antiquitatis et antiquae dignitatis, et se conspiceret egentem omnibus bonis, intus et extra
omni destitutum solamine, quo fultus regulariter cum sibi commissis Deo quiret servire. Hoc
enim sibi sumnum et maximum erat refugium in verbis Domini dicentis: *Primum querite re-*^{Matth. 6,33.}
gnum Dei et iustitiam eius, et omnia adicentur vobis. Noverat, quia cum cresceret interius
religionis studium, exterioris quoque substantiae accederet supplementum. Ad quod sectan-
dum quia sui eum ex equo non adiuvabant, Cluniacum abiit, consilium et auxilium ab abbat^{fol. 102.}
Cluniacense quaesivit, quia de loco illo per Willelmum, praedecessorem suum recolende

⁵¹⁾ Data Bibianello 10. Kal. April. ind. 15. i. e. 1077. Registr. IV, 19. De eodem eodem die data est
epistola IV, 18. ad canonicos Anicienses. K.

1077. memoriae virum, fons derivaverat religionis, de quo postmodum omnibus vicinis, exteris quoque et longe positis, satis abundeque propinaverat. Nec ut volebat inventit. Quesivit a Deo corde contrito et humiliato, et inventit; prope est enim orbitris corde Dominus, et sacrificium ei gratissimum spiritus contribulatus. Ad fontem igitur Dei hic, quem in electione sua Lugdunensis episcopus piscem de fonte Dei nominaverat, rediit, pisces octonos octona beatitudinis virtute coruscos secum adduxit, quos vere pisces dixerim pro sedula meditatione spiritualitatis, quam intendebant, ut piscis aquam fluminis; et fonti sibi commisso, quem viciorum prurigine sentinosum purgare decreverat, saltus super aquas pennis virtutum dantes immisit. Ex his priorem constituit, ceteris officia singula deputavit, ut eorum exemplo doceret reliquos via calcare, virtutes appetere, et desuetos animos habit utrum assucesseret moribus 15 religiosorum. Sed quid multis immoror? Tanta acta sunt eius labore et industria, Dei praeduce gratia, ut qui vidisset antea locum torpore negligentiae confusum, attendens nunc felici exercitatione virtutum floridum, clamet in iubilo cordis: *Hec mutatio dexteræ excelsi.* Ceperunt iam ad eius monita multi nobilium et mediocrium sua relinquere, et regulari disciplinae se subdere, seque abnegantes sub eius ducatu Deo regi uni et vero militare.

*Præl. 78, 11.
fol. 100v.
1078.*

Celebravit et quintum concilium dominus Diensis episcopus apud urbem Pictavorum⁵²⁾, ubi quanta Deus operatus sit et quanta erga servos Christi diabolus conatus sit, ex litteris ipsius domino papae directis concire possumus, quarum textus iste est: *Domino ac meritis beato papae Gregorio, Hugo humilis presbiter Diensem, in domino Deo salutem. In concilio, quod Pictavis per gratiam Dei cum aliquo fructu celebravimus, multa nobis pericula prius in itinere, 20 multa nobis aduersa in ipsa civitate, tum in concilio, tum extra exitere. Ecce enim rex Francorum contrarius sibi ipsi, quia contrarius erat regi celi, misit litteras primum mihi, in quibus confitebatur Domino, desiderio desiderans se vocari filium meum, et cum omni gloria et honore auctoritatem nostræ legationis commendabilem efficiens. Drinde comiti, tum etiam episcopis sui iuris litteras misit, adiurans eos omni attestatione, et suae maiestatis ac fidelitatis reos esse in 25 stituens: scilicet comitem, si pateretur nos uspiam ubi posset conventicula et quasi concilia sic ea vocans, celebrare; episcopos vero, si interessent, vel nostris fauenter decretis, in quibus nitibamur splendorem coronae eius obfuscare et principum regni eius. Ex hac ergo adversitate inimici veritatis audaciam nacti, nobis insultando eos pene trazerunt in sinistram, quos considerabant ad dexteram, et videbam, et non erat qui cognosceret me. Ecce enī pestis et dedecus 30 sanctae aecclesiae, archiepiscopus Turonensis, et cum eo episcopus Redonensis, superbissime perversi, totum pene occupaverunt concilium. Redonensis namque comprobatus est reus, quia non prius ordinatus in clericum, ordinatus est in episcopum; promissa prius ac postmodum data pallii cappa ab episcopo Andegavensi, Redonense tamen illud nesciente, set aliud ante ordinationem confitente; scilicet cum eques esset, equitem inimicum ab equo deiecit, et huius Redonensis socius eques deiectum illum vulnere confodit; qui pro ea deiectione et vulnere in mortem occubuit. Nos igitur multorum precibus inclinati, nondum depositum, sed interim suspensum, quia suae utilis erat aecclesiae, vestrae misericordiae praesentandum et iudicandum reliquimus. Turonensis vero comprobatus est ante, episcopatum decomiam emisse, quam ex consuetudine eius aecclesiae, nisi qui iam sacerdos fuisset vel iam futurus sacerdos esset, habere non posset. 40 Hic igitur Turonensis nullo modo canonice electus, non potuit optimere a rege donum episcopatus, usque dum nepos huius ipsius per nummos praefatam decapiam fuerit adeptus. De symonia etiam aliter accusatus est, quia cuidam militi silvam promiserit, si pro episcopatu eum iuvasset. Quod cum postea miles ipsi improbasset, Andegavensis episcopus affuit, qui nobis ex eodem clara voce testimonium perhibuit. Longum est, pater, enumerare turbas et conflictus, quos 45 et quantas, quomodo et ubi hic Turonensis nobis intulerit: aliquando pro Redonense, numquam ratiocinando sed semper garriendo, aliquando pro se inclamitando, cum omni suorum garrulitate impudenti audacia clericorum. Nam dum etiam archiepiscopum Lugdunensem pene inflecenter ad tuitionem suam, ita ut pro eis oraret vel obloqueretur, foribus ecclesiae effractis servientes eorum securibus armata manu introeuntes, ita concilium magno tumultu exturbaverunt, quod 50 fratrem T. in mortem dedissent, nisi Dominus ut scuto bonae voluntatis suaee corodisset eum. Ita nobis cum paucitate ac dedecore relicts, Turonensis et suffraganæ eius cum superbo tumultu inordinatae et non canonice recesserunt. Altera die in aecclesia beati Hylarii inito concilio, nulla nobis promissa vel praemissa satisfactione de iniuria, iterum draco ille insurgens*

52) 18. Kal. Febr. ex epistola Hugonis Diensis ad papam, Mansi XX, 490. Canones vide ibidem 498. K. 55

*tangam leo rugiens non potuit audiri diutius; sed exerentes gladium spiritus, quod est verbum 1078.
Dei, percussimus eius superbiam, et decreto huius negotii prolati suspensus eum etiam a sacerdotali officio. Et quia sedem apostolicam appellavit, ubi se purgaturum fuisse de symonia asseruit, ad apostolicam sedem eum remisimus, et vestro iudicio deponendum relinquimus. Abbas Bergensis ecclesiae de Flandria fuisse simoniacus comprobatus est, et depositus. Bysoninus archiepiscopus nec Eduensi nec Pictavensi concilio se praesentavit, nec canonicam misit excusationem. Belvacensem pulsatum de symoniaca, et qui post decretum praebendas vendiderit, iudicandum vobis remisimus; Noviomensem pro causa sua similiter; item Ambianensem pervasorem, cum ordinariis suis, videlicet Laudunense, Suessonense, Silvanectense. Mala quedam nostra etiam intestina reticemus, quia personas, a quibus sunt illata, Deo iuvante quam citius venturi, commodius vobis in aure dicemus. Causas Andegavensis comitis, sicut praecipiti, ab ipsius ore audientes, rationabilem pene esse credidimus; sed de absolutione eius non presumentes, definitionem huius rei prudentiae sanctitatis vestrae committimus. Si quid vero minus scripsimus sanctitati vestrae, Teuzo filius vester, fidelissimus cooperator noster in Domino, de Tarvanensi episcopo cum Pictavensi quid statuerimus plenus intimabit. Provideat itaque sanctitas vestra, ne diutius tam obprobriose nobis impropretetur, quod symoniaci vel quicumque criminosi a nobis suspensi vel depositi, aut etiam dampnati, liberter currunt Romam; et ubi deberent sentire ampliorem rigorem iustitiae, inde reportant quasi misericordiam pro voluntate; et qui antea nec in levibus praesumpserunt peccare, postmodum exercent apissimam negociationem cum tyranne ride in commissis sibi aecclesiis. Ora sanctissime papa pro me, iniuli seruo sanctitatis vestrae.*

Domino Gregorio summo pontifici, patri et domino suo, M.⁵² Dei gratia Remorum archiepiscopos, fidelem servitutis et obedientiae subiectionem et orationis devotionem. Vestro, domine, interventu et obsecratione reddidi dominae M. marchisae omnia quae de me suus antecessor tenuit, et ad defendenda eadem consilium meum et auxilium ac receptus meos promitto fideliter et promisi, et de recipiendo G. et recipiendo comite A. quidquid ipsa quaesierat paratus sum exequi. Ad quae omnia confirmanda diebus sacris pentecostes cum confratre nostro fidei vestro T.⁵³ Virdunensi episcopo suae civitati interfui, relicta causa necessitatis suae in sacrosancto tempore meis omnibus necessariis. Sed ego fidelis vester et per omnia ecclesiae iura vobis obediens paratus, vestrum de archiepiscopo Viennensi G.⁵⁴ summopere requireo consilium et imploro iudicium, qui in arciepiscopatu meo presbiteros degradavit et eosdem iterum regradavit; legatum se Romanum, cum non esset, simulavit; marcupium suum non sub appellatione veritatis, sed imitatus eos, qui ut ait apostolus questum estimant pietatem, cum tandem implesset, a diocesi mea ad suum reddit. Quapropter ad honorem Dei et Romanae ecclesiae huiusmodi praeumptionem et simulationem, sicut decet, corrigite, ne deinceps quisquam in alieno praeumat alii quid tale. Notum etiam facio vobis, quod duo suffraganei mei episcopi. Laudunensis et Suesponensis, tertium Ambianensem in arciepiscopatu meo, me nesciente ut pote Romae posito, episcopum consecraverunt, primum contra decretum vestrum, quo statuerat ne quis saltem archiepiscoporum eum consecaret episcopum qui a laica persona accepisset episcopii donum, maxime cum idem ipsi interfuerint apud Augustudunense concilium, ubi dominus H. Dienis episcopus promulgavit et statuit coram omnibus hoc vestrum aecclasiasticum decretum. Hoc igitur, praeter id quod diximus, contra auctoritatem et canones factum et etiam inauditum cunctisque qui sanum sapient mirabile et plus quam dici possit stupendum, si placet deputetur irritum. Quin potius, qui sine metropolitano iuste expleri non potest a quibuslibet coepiscopis consecratio pontificis, sicut scitis, oratum et exoratum vos esse volo, ut ad honorem Dei vestrumque ac nostrum tam temerariam ecclesiastici ordinis confusione zelo iustitiae corrigatis, ut sciat unusquisque in gradu suo et modo persistere, non aliena sibi temere arrogare. Obsecro etiam benivolentiam honoris vestri, ut dignitatem, quam antecessores vestri antecessoribus meis archiepiscopis servaverunt, et privilegiis aliisque scriptis ad posteriorum memoriam reliquerunt, mihi reservare dignemini; ne irritum aut infractum fiat privilegium, quod ipse dedistis mihi, scilicet ut vobis ipsi interpellatus et non interpellatus respondeam, et legis vestris Romanis, non ultramontanis qui coniuncti Romanis querunt quae sua sunt, non quae Iesu Christi, et sub honestis nominibus cupiditali suae consultum, non aeccliae Dei. Unde propter talium pudendas reprehensiones et vocaciones, mihi, qui totius Galliae episcopos debo convocare, licet confidere de vobis sine legatorum vocatione, donec ad pascha veniam ad vos Deo volente. Preterea volo

⁵⁵ 52) Manasses. ⁵³⁾ Theoderico. ⁵⁴⁾ Guarmundo.

1078. obnire supplicare, et praenunciare vobis, ut quoniam in absentia mei super opus vos commo-
rantis multa prave et inordinate acta sunt in partibus meae dioecesis, ego vero non potero omittre
quoniam ministerio nostro utar in his aecclasticis corrigendis: si quid pro hoc de me accusa-
tionis perlatum fuerit vobis, ne hoc sit credatis, vel moleste erga me accipiat, sed illud in
praesentia nostra ante vos dimittatis, quia ego nullatenus volo excedere metas auctoritatis.
Quandoquidem enim illi, qui legatos vestros se faciunt, multo iustius ego debeo per vos ea quae
sunt providentiae nostrae corrigere, quam quisquam aliena tractare. De comite Oebalo, qui me
in praesentia vestra accusare temptabat, et se suamque fidelitatem vobis verbis simulantibus
commendabat, satis in promptu habetis cognoscere, cuius potius sinceritas fidelitatis erga vos
videatur existere, utrum mea qui Deo et vobis paratus sum per omnia obedire, an illius qui et 10
opus vos per semelipsum impugnat beati Petri aeccliam, et apud nos per Manassem et suos
sequaces in suo castro receptos persequitur beatam Mariam. Manasses enim, de quo diximus,
cui nos iussu vestro quod in nos amiserat, si ad aeccliam matrem suam rediret, indulsumus,
conscientia sceleris sui depressus nec ad nos vult redire, nec paci aeccliae concordare, quin
potius cum illis suis sequacibus, quia factus non potest, verbis et maledictis aeccliam meque 15
lacerare non desinit. Unde, ut de ipso Ebalo taceam, in quem vos credo iustum et apostolicam
exercere sententiam, super Manasse instanter deprecor sanctitatem vestram, ut aut iubetis
cum ad suam regredi, et ultius non impugnare aeccliam, aut in eum eiusque fautores et
cooperatores apostolici vigoris dirigatis animadversionem. Dignamini etiam ad eorum recepto-
res scribere optam epistolam, ut aut eos contra aeccliae iura non refineant, aut pari sententia 20
se multatos agnoscant. Restat mihi hoc vobis dicere, quia dominus Hugo Diensis episcopus
interdicti episcopum nostrum Dragonem sedis Tarvennicam, qui tantae est senectutis, ut cum
ante episcopatum diu permanserit in ordine presbiterii, iam nuna ultra tempus 60 annorum gra-
dum tenuerit episcopii, et pene per singula momenta propinquat exitui. Quapropter volumus
vos omnibus exorare, ut eum iussu vestro dignemini restituere ministerio suo, ne, quod mayno- 25
pere formidamus, in hac moriatur interdictione. De hoc vero quod me interpellatis, ut in con-
ductu episcopi Parisiacensis aliquos vobis milites mittetur; notum vobis facio quod ego volebam
dirigere; sed comes de Arlonis Fulco rediens ab urbe Roma hoc mihi intimavit ex vestra parte,
quia libenter me de ipsa transmissione militum importabatis, ideo ut in regione nostra strenue 30
et intentius exequerer domnae marchisae M.. Pro hoc igitur a vobis veniente missatio, remansit 30

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectus in Christo fratribus Hugoni Diensi epi-
scopo et Hugoni Cluniacensi abbatu et apostolicam benedictionem. Quia in sanctae
Dei, cui divina dispositione praesidemus, ecclesiae regime sollicite nos vigilare oportet, vestris
assiduis precibus ut nobis divinum optineatis praesidium depositimus. Quapropter vos summo- 35
pere studium adhibere admonendo mandamus, quatinus inquiratis, et canonice, prout potestis,
finem imponere procureatis negotiis, unde Remensis archiepiscopus frater noster suis litteris
nobis conquestus est. Conqueritur enim de fratre nostro archiepiscopo Vennensi G.⁶⁶ qui in
suo archiepiscopatu presbiteros deposituit, et eisdem restituit sub nomine Romane legationis.
Quin etiam conqueritur, quod duo suffraganei eiusdem Remensis, Laudunensis scilicet et Sues- 40
sonensis, postposita canonica auctoritate Ambianensem ausi sunt consecrare episcopum, dum
ipse esset nobiscum Romae, et de se sententiam nos dare humiliter expectaret; quod vos digna-
et sagaci indagatione, discultere et cognoscere omnimodo studeatis, an ita se res habeat ut pree-
diximus nos suis litteris intellexisse. Presertim si idem Ambianensis contra Romanae synodi et
apostolicae sedis decretum de manu laici nefanda ambitione et temeraria ausu investitaram 45
suscipere praesumpsit, canonici rigoris severitate taliter in eum vindicare et punire obnixe sati-
gate, ut eius exempla ceteri imitari timeant. De Manasse autem, de quo similiter conqueritur,
quod Oebali suorumque suffragio et refugio, illum et ecclesiam fatigare non cessat, laborate ut
ad pacem redeat, et ab inquietatione ecclesiae et persecutione archiepiscopi desistat. Quodsi
forte in sua confumacia persistens obdare renuerit, nisi illum iustum excusationem habere 50
fol. 100v. cognoveritis, quodcumque vobis iustius videtur facite*. De aliis autem necessitatibus eundem
archiepiscopum, si vobis obdierit, sicut dignum est, adiuvate, eique commissam aeccliam au-
toritate beati Petri, quod et de aliis aecclias vos oportet agere, defendite. Ipse autem, sicut ex
suis cognovimus litteris, quas vobis direximus, inducias querit ut subterfugiat. Cui qualiter

a) Verte folium sub hoc signo L. c.

55) Guarmundo.

rescripsimus, vobis etiam per exemplar indicamus. Vos autem, fratres mei karissimi, viriliter et sapienter agite, vestraque omnia in caritate fiant, ut oppressi prudentes vos defensores inventant, et opprimentes iustitiae amatores recognoscant. Omnipotens Deus Spiritum sanctum cordibus vestris infundat, vosque per viam sibi placentam perducat, ei ad societatem sanctorum patrum 5 pervenire faciat⁵⁶.

Rescriptum eiusdem ad Manassem Remensem archiepiscopum: Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo fratri M. Remensi archiepiscopo salutem et apostolicam benedictionem. Cum vos ea a sede apostolica flagitatis. Requiro⁵⁷.

Sextum nichilominus celebravit concilium apud Lugdunum, pro quibusdam negotiis, fol. 101.
10 quorum discussionem ei dominus papa imposuit, scribens ad eum in haec verba⁵⁸:

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo fratri Hugoni Diensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Quod divina clementia pacem ecclesiae tuae restituit, sciat fraternalis tua nos haud aliter quam de nostra aut sanctae Romanae ecclesiae tranquillitate et profectu gaudere. Et hoc in mente tua semper maneat fixum, quod omnipotens Deus, 15 cui fideliter famulari toto cordis affectu anniteris, et temporalem tibi pacem competenter conciliabit, et sempiternam meritis tuis bonus remunerat retrahet. De discordia vero, quam inter Lugdunensem archiepiscopum et abbatem Cluniacensem significasti, noverit dilectio tua nos non parum gravari, sed quoniam inter religiosos iurgia sunt, multum profecto dolere. Quippe quorum concordia multis prodesse poterat et debuerat, non dubium est quin de eorum 20 dissensione plurimis oriatur et futura sit gravis pernicies. Unde fraternitatem tuam vigilare oportet, et curare necesse est religiosos tibi viros adhibere, et ita praefatas ex parte nostra super concordia convenire. Denique quicumque illorum iustitiae secundum consilia vestra non adquieverit, nulli sit ambiguum quod nos in eum graviter, omnis personae acceptance postposita, commovebimus. Quia vero in partibus praेordinatis concilium celebrare non potuistis 25 utiliter, competeat arbitramur, ut aptum locum diligenter vestra inveniat, ubi synodo congregata, Remensis archiepiscopi causa diligenter examinetur. Et quidem, si idonei accusatores et testes inventi fuerint, quod obicitur ei canonice comprobantes, quam iustitia dictaverit sententiam dare absque hesitatione vos volumus. Alioquin si tales personae fuerint, quae recipi rationabiliter nequeant, quoniam turpis de eo fama non solum Galliam verum etiam totam re- 30 plevit Italiam, sex episcopis, quorum vita non notetur infamia, assumptis sibi, si potest excusat se, et sic purgatus, cum pace in ecclesia sua et propria dignitate remaneat. Preterea eum, quem per secularem potestatem, id est regiam investituram, Cabilonensem ecclesiam intrasse significassis, ab omni regimine et spe ipsius ecclesiae alienum esse apostolica auctoritate decernimus. Quodsi post huius nostrae interdictionis sententiam ad huius regiminis dignitatem 35 aspiraverit, quid beati Petri gladius valeat sine dubio experietur, et in perpetuum nulla sibi aecclasiastici regiminis fiducia relinquetur. Ad comprehendendum etiam multorum conatus illicitos, qui obstinatis animis non timent Deum postponere, et superbiam suam propalare, diabolum imitantes, qui non contentus sibi concessis, dum illicite nititur ad altiora, et quod habebat iuste amisit, volumus vos in omnibus conciliis vestris vice nostra omnes illos excommunicare, qui- 40 cumque apostolicae sedis decreto super hac re synodaliter constituto obviare praesumpserit, et de manu alicuius layci investituram aeccliarum suscepit; ut his saltim terroribus a spe ambitionis suae reduci, non aliunde ut fures et latrones ad ovile dominicum ascendant, sed ex habitatione religiosorum virorum invitati, ut boni et idonei pastores per ostium ingrediantur. Admonemus etiam, ut viscera pietatis tuae dolor et calamitas Linguonensis ecclesiae penetret, 45 et una cum fratre nostro Lugdunensi archiepiscopo, modis quibus valetis tantis eius periculis consulatis, illud principaliter perfcientes, ut in decanum, qui fere omnia illius ecclesiae officia pessimis studiis arripuit, iustum sententiar detis, et officia illa per religiosos et competentes viros pure deinceps administrentur.

Dum igitur hae ei litterae allatae fuissent, et locus concilii apud Lugdunum constitutus 50 esset, Remensis etiam archiepiscopus iuxta tenorem litterarum ad idem se purgaturus invitatur concilium, posito domino Hugone apud Viennam pro corporis curatione, nuntii praefati archiepiscopi venerunt ad eum, multis et maximis precibus et munieribus ad hoc eum flectere cupientes, et ob id ei in praesenti trecentas purissimi auri uncias, domesticis quoque eius pre- ciosa donaria offertentes, insuper et celamentum ne ulli mortalium id proderent iurare volen-

55 56) Registr. VI, 3. Data ad Sanctum Germanum 11. Kal. Septembri ind. 1. K. 57) igitur non ad manus erat. Data, ut supra. Registrum VI, 2. 58) Desideratur in registro. K.

tes, ut cum sex episcopis, quos ipse Remensis eligeret de suffraganeis suis, ei ut se purgaret concederet, remota inquisitione infamiae; addentes etiam quod nec sperare poterant, sed tamen nichil intemperatum relinquare volebant, quod si ei solo concederetur facultas se purgandi, inestimabiles thesauros auri, et qui etiam numerum excederent, se iuratu*s*, et insuper sacramentum, ne cui hoc proderent. Quod totum virili eiusdem legati, animus respuit.⁵

⁵⁹ Eduensis, Pictavensis et ipsius Lugdunensis subterfugit.⁶⁰
Celebravit et septimum apud Avenniōnēm, in quo depositus est Achardus Arelatensis invasor, et electi sunt Gibilinus in Arelatensem archiepiscopum, Lantelius in Ebredunensem¹⁰ eque archiepiscopum, Hugo in Gratianopolitanum episcopum, Desiderius in Cavalcensem, quos post explectionem concilii secum Romanā duxit, et consecrati sunt a papa *.

fol. 102. His ergo interim sepositis, beati patris Gregorii VII. Romanae ecclesiae pontificis, magni illius Gregorii cuius hodie flores eloquii in ecclesia redolent univoci et acquivoci, iam in tuto positi, iam decurso mundi naufragantis pelago, quietis aeternae fida statione potiti, securi¹⁵ praedicemus gesta magnifica, et quos tribulationum impetus pro sancta sustinuerit aeccl^aesia, et sustinens mira et inedifici superaverit constantia, ut esset libera casta atque catholica, divina comitante clementia pia prosequamur instantia. Natus est igitur in urbe Roma, parentibus civibus Romanis, et quod maximum est religiosis, ascribendus civis curiae caelestis; et ab ineunte aetate aecclasticis mancipatus officiis, pueritiam suam non sine certis, quea²⁰ eum illustrem futurum iam tunc signarent documentis, religiosis personis comitatus excoluit. Adolescentiam assumptu sanctitatis proposito inter mundi contemptores non sine magnis perfectionis indicis perdomuit. Inuentum nichilominus militiae christiane dedicatam, sicut aetate ita sana doctrina et firmamento veritatis roboretur, sub praclaris totius christiani nominis tutoribus et praesulibus, publicis sanctae aeccl^aesiae mancipavit utilitatibus. Hic ob²⁵ singularem excellentis ingenii praerogativam a Nicholao papa in archidiaconatum matris ecclesiae provectus, strenua et laudabilis huic officii administratione in totius orbis notitiam et religiosorum dilectionem brevi devenit. Decedente vero papa Alexandro, ad summum christiani regiminis culmen accitus et electus, divinitate in electi sui exaltatione communem servorum suorum devotionem incitante, ad perferendum quod abhorrebat iugum, quodque sem-³⁰ per quidem animi, aliquando autem corporis fuga declinaverat, mansuetum animal Domino suo cervicem subdidit. Electionem vero de se factam ipse per se publicavit, scribens Deside-
rio Cassinensi abbati in haec verba:

*Gregorius in Romanum pontificem electus, D. abbati monasterii sancti Benedicti Mon-
tis Cassini, salutem in Christo Iesu. Dominus papa A. mortuus est, cuius mors super me ceci-³⁵
dit, et omnia viscera mea concutiens penitus conturbavit, et in morte quidem eius Romanus
populus contra morem ita quievit, et in manu nostra sui frena dimisit, ut evidenter appa-
reret, ex Dei misericordia hoc provenisse. Unde accepto consilio hoc statuimus, ut post tridua-
num ieiunium, post letanias et multorum orationem elemosinis conditam, divino fulti auxilio
institueremus^b, quid melius de electione Romani pontificis statueretur. Sed subito, cum pree-⁴⁰
dictus dominus noster papa in ecclesia Salvatoris sepulcras tradiceret, exortus est magnus
tumultus populi et fremitus; et in me quasi vesani insurrexerunt; ita ut cum propheta possim
dicere: „Veni in altitudinem maris, et tempestas demersit me, laboravi clamans, raucae factae
sunt fauces meae, timor et tremor irruerunt super me: et conixerunt me tenebrae.“ Et quia
^{Ps. 48, 3. 4.}
^{Ps. 64, 6.} in lecto iacens valde fatigatus satis dictare nequeo, angustias meas enarrare supersedeo. Te⁴⁵
quoque per omnipotentem Deum rogo, ut fratres et filios, quos in Christo nutris, ad exorandum
Deum provokes, et ex vera caritate invites, quatinus oratio, quae me liberare debuit ne incur-
rerem periculum, saltim tueatur in periculo positum. Tu autem quantocius ad nos venire non
praetermittas, qui quantum Romana aeccl^aesia te indigeat et in prudentia tua fiduciam ha-
beat non ignoras. Dominam Agnetem imperatricem, et venerabilem Cumanum episcopum Rai-⁵⁰*

a) maior pars paginae vacat. b) ... tueremus L. statueremus Regist. Greg. c) videatur Reg.

⁵⁹ Synodus habita est inter d. 3. mensis Iannarii et 17. mensis Aprilis 1080. Vid. litteras Gregorii ad Manassem Remensem in Registr. VII, 12. 20. Cfr. quoque ibid. VIII, 17. 18. 19. 20. K.

naldum ex nostra parte saluta, et quantum erga nos dilectionis habuerint nunc ut ostendant nostra vice fideliter obsecra⁶⁰

Consecratus igitur in justitia et sanctitate miro modo assiduis votis pro se et grege sibi 1073. commissio excubans, urgente pastoralis officii necessitate, distorta perversorum corda ad rectitudinis lineam summa vi corrigeri nitens, veritatem Dei absque personae acceptione omnibus patefecit, nactus omnium bonorum dilectionem ob zeli Dei fervorem et iustitiae exequitionem. Sed quia nulla est societas luci ad tenebras, perditorum horum odium et detractionem, immo persecutionem acerrimam incurrit; regiam tamen viam, quam semel intraverat, inconcussus, immotus, per arma iustitiae a dextris et a sinistris fortiter incessit.

10 Ac primo quidem apostolica auctoritate et veridicis sanctorum patrum animatus sententius, ad eliminandam symoniacam heresim et praecipiendam clericorum castitatem pro commissi sibi officii debito vehementer exarsit. Audient igitur qui audire volunt, ut muniantur; qui audire nolunt, ut confundantur; quam liberae quamque catholica voce contra insanos impiorum latratus impiaque molimina aususque nefandos intonuerit hic propugnator ecclesiae. Cum enim omnes fere sua quererent, non quae Iesu Christi, et adherere mallent discipulati Symonis quain pauperiem Christi servare in unitate fidei; ministri quoque divini sanctuarii foedam libidinosae contagionis pollutionem contra ius fasque usurpatam et subintroductam nollent abicere, investiturae etiam ecclesiarum a laicis indebet usurparentur; ipse pro communi ecclesiae utilitate et necessitate in Lateranensi palatio aggregata synodo, 1078.
Nov. 19.
⁶¹ circumsedentibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus et religiosis Deumque timentibus clericis et monachis, de suprascriptis et aliis ecclesiae commodis tractans, haec decretalia promulgavit capitula⁶¹:

Quicumque militum, vel cuiuscumque ordinis vel professionis persona, praedia ecclesiastica a quocumque rege sive seculari principe, ab episcopis invitis seu abbatibus aut ab aliquibus auctoritatibus ecclesiarum rectoribus suscepit vel suscepit, vel invasit, vel etiam eorumdem rectorum vitiioso et depravato consensu tenerit, nisi eadem praedia ecclesiis restituerit, excommunicationi subiaceat⁶².

2. *Quoniam investitures ecclesiarum contra statuta canonum multis in locis cognovimus fol. 103.
a laics fieri, et ex eo plurimas perturbations in ecclesia oriri, ex quibus christiana religio
perturbatur, decernimus, ut nullus episcoporum investituram episcopatus vel abbatiae vel
ecclesiae de manu imperatoris vel regis vel alicuius laicæ personæ, viri vel feminæ, suscipiat.*

3. *Si quis praebendas, archidiaconatus, praeposituras, vel aliqua ecclesiastica officia vendiderit, vel aliter quam statuta sanctorum patrum praecipiunt ordinaverit, ab officio suspensus datur. Dignum est enim, ut sicut gratis episcopatum accepit, ita membra eius gratis distribuat.*

4. *Ordinationes, quae interveniente precio vel precibus, vel obsequio alicui personæ imponso, vel quae non communis consensu cleri et populi secundum canonum sanctiones sunt, ei ab his, ad quos consecratio attinet, non approbat, irritas esse censuimus; quoniam qui taliter ordinatur, non per ostium, id est per Christum, intrant, sed, ut ipse testatur, fures sunt et latrones.*

5. *Falsas penitentias dicimus, quae non secundum auctoritatem sanctorum patrum præ qualitate criminum imponuntur. Ideoque quicumque miles vel negotiator vel alicui officio debitus, quod sine peccato exerceri non possit, culpis gravioribus irretitus ad penitentiam venerit, vel qui bona alterius iniuste detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoscat se veram penitentiam non posse agere per quam ad eternam vitam valeat pervenire, nisi armis deponat, ultriusque non ferat nisi consilio religiosorum virorum pro defendenda iustitia, vel negotium derelinquet, aut officium deserat, et odium ex corde dimittat, bona quae iniuste abstulit restituat; ne tamen desperet, quidquid boni facere potuerit hortamur ut faciat, ut Deus omnipotens eius illustret ad penitentiam.*

6. *Decimas, quas in usu pietatis concessas esse auctoritas monstrat, a laics possideri apostolica auctoritate prohibemus. Sive enim ab episcopis vel regibus vel quibuslibet personis*

a) *Hic deinceps statuta pro monasterio Cunerasi quae in Actis concilii et apud Bertholdum (SS. T. V. pag. 314.) leguntur, qui acceptiores textus, dedit. b) Item hic in Actis et apud Bertholdum additetur: Quod si presumperit, recognoscat investituram illam apostolice auctoritate irritam esse et se usque ad condignam satisfactionem excommunicationi subiaceare.*

55 60) *Data Romae 11. Kal. Maii. ind. 11. Registr. I. 2. Pauli Bernriedensis vita Gregorii 28. K. 61) Mansi XX, 509. et Mon. Germ. SS. V, p. 314. 315.*

1078. *eas acceperit, nisi ecclesiae restituat, sciat se sacrilegi crimen incurgere, et aeternae dampna-
tionis poenam subire.*

7. *Quia^a dies sabbati apud sanctos patres nostros in abstinentia celebris est, nos eorum-
dem patrum auctoritatem sequentes, ab esu carnium, nisi maiori interveniente festivitate vel in-
firmitate impidente, salubriter ammonemus abstinere omnem, qui christianae religionis parti-
5 ceps esse desiderat.*

8. *Ut nullus abbas decimas vel primicias, et reliqua quae secundum statuta canonum ad
episcopos pertinent, sine auctoritate Romani pontificis seu consensu episcopi in cuius diocesi
habitac defineat, apostolica auctoritate sancimus.*

9. *Nullus episcopus granamen seu servile servicium ex usu contra ecclesiasticam normam 10
abbatibus seu clericis suis imponat, vel interdictum sacerdotale officium precio interveniente
fol. 103. restituat. Quod si fecerit, officium sui periculum subeat.*

10. *Si quis praedicta beati Petri apostolorum principis ubicumque posita in proprietate sua
usurparerit, vel sciens occultata non propalaverit^b, recognoscat se iram Dei et sanctorum apo-
stolorum velut sacrilegus incurtere. Quicunque autem in hoc deprehensus fuerit, eandem here-
ditatem legitime restituat, et penam quadrupliciter de propriis bonis solvatur.*

11. *Si quis episcopus fornicationem presbiterorum, diaconorum, subdiaconorum, et crimen
incesti precibus vel precio interveniente consenserit, vel commissum sibique campertum auctori-
tate sua non inquadraverit, ab officio suspendatur.*

12. *Ut omnis christianus ad missarum sollempnia aliquid Deo offerat, et ducat ad memo-
riam quod per Moysen Deus dicit: „Non apparebis in conspectu meo vacuus.“ Etenim in col-
lectis sanctorum patrum apparel, quod omnes christiani offerre aliquid Deo ex usu sanctorum
patrum debeant.*

Hec sunt beatissimi papae synodalia decreta, moribus corrigendis idonea, sanctorum
Patrum decretis consona, coelo rorante illata, universis fidelibus inculcanda, amplectenda 25
atque tenenda, iustitia dictante prolati, fortitudine roborata, prudentia promulgata, tempe-
rantiæ virtute praedita. Sed perversi dum in eorum norma vitae suea perversitate offendunt,
hec gravia, hec difficultia, hec, quia corrigi nolunt, emendari refugunt, omnimodi appellant impossibilia. O mentem amentem! O spurcam nequitiam et nequissimam spurci-
tiam! Numquid si perditorum mores hominum corrigi refugientes desipiunt, iustitia silebi-
tur, pietas conculcabitur, et aecclesiasticae animadversionis gladius a sanguine prohibebitur?
fol. 48, 10. Vix rectori, quem denotaverit sententia huiusc maledictionis! *Maledictus*, ait, *qui prohibet
gladium suum a sanguine.* Gladium a sanguine prohibere est praedicationis verbum a car-
nalis vitaie interfectione retinere. Ob hanc igitur causam, quia scilicet sanctam Dei eccl-
esiastiam castam esse volebat, liberam atque catholicam, quia de sanctuario Dei symoniacam 35
et neophytorum heresim et fedam libidinosae contagionis pollutionem volebat expellere,
menbra diaboli ceperunt in eum insurgere, et usque ad sanguinem praeconserunt in eum
manus inicere, et ut eum morte vel exilio confunderent, multis eum modis conati sunt dei-
cere. Sic surrexit inter regnum et sacerdotium contentio, acrevit solito gravior sanctae Dei
ecclesiae tribulatio.

Heinricus enim, Heinrici imperatoris filius, adversus Deum et matrem omnium catho-
licorum Romanam aecclesiam superbe tumidus, quia vita eius prava sanctorum patrum de-
cretis et canonis versabatur institutis, adversus Deum et adversus christum eius insurrexit,
aecclesiastici sanctionibus impie factus rebellis, membris diaboli contra eum incitando, et
fol. 104. omnes quos potuit minis, blandiciis, terroribus, muneribus contra eum armendo, facta cum 45
62 multis episcopis Lothariensis et Transrhinenibus conspiratione. Posito^c enim adhuc in
diaconatus officio eodem papa sanctissimo, cum de eo sinistra et inhonesta ubique ferrere-
fama, propter imperiale dignitatem et patris matrisque reverentiam, necnon propter
spem correctionis eius, sepe ab eo litteris et nunciis est admonitus, ut memor clarissimi
generis, memor imperialis dignitatis vitam suam moribus imperio congruentibus institueret, so-
ut regem se et imperatorem moribus ostenderet, operibus exiberet. Sed quia cum aetate
illius quoque pariter crevit iniquitas, sublimatus in ordine pontificatus, auctoritate officii sibi

a) Q deest. b) vel debijunt servitum exinde beato Petro non exhibuerit, additur in Acta concilii et apud Bertholdum p. 315.

62) Posito — confirmans ex epistola Gregorii ad Germanos, quae in codice Udalrici 146. apud Annali-
stam Saxonem et Bernriedensem 78. servatur. Cf. Bertholdum a. 1073.

commisso multo sollicitius ad vitae meliorationem eum in dies hortabatur; cum ille excusatione actetas fluxae et fragilis de die in diem monita eius se susceptum verbis quidem promitteret, ceterum re et exaggeratione culparum, malo eorum in quorum manus curia erat consilic, penitus conculcaret. Hinc iam proclivior factus ad sceleram, praecipa precipiti usus, 5 consilio ferebatur per devia. Visum est papae beatissimo, ut familiares eius, quorum machinationibus per episcopatus et monasteria inductis symoniace lupis pro pastoribus, ecclesiae innocentiam heresi nefanda fedaverat, ad poenitentiam vocaret, venientes susipereret, responentes a communione corporis Christi et consortio fidelium separaret; ut vel sic eum ab eorum surreptione et maligno consilio segregaret, admonens eum ut eos excommunicatos a 10 domo, a convivio, ab omni etiam familiaritate et communione sua expelleret. Interim vero invalescente contra eum Saxonum causa, cum vires regni et praesidia a se videret deficere velle, epistolam ei direxit supplicem et humilitate plenam, penitentiam de perpetratis agens, emendationem pollicens, et suam ei obedientiam et fidele aditorium contra rebellantes promittens. Et hoc postmodum legatis eius Humberto Praenestino et Giraldo Ostiensi episcopis in illorum manus per sacras eorum stolas, quas collo gestabant, iureurando confirmans. Textus autem epistole iste est:

fol. 103b.

Vigilantissimo et desiderantissimo domino papae Gregorio apostolica dignitate caelitus insignito, Heinricus Dei gratia Romanorum rex debiti famulatus fidelissimam exhibitionem. Cum regnum et sacerdotium, ut in Christo rite administrata subsistant, vicaria sui ope semper indigeant, oportet nimur, domine mi et pater amantissime, quatinus ab invicem mitame dissident, verum potius Christi gluttino coniunctissima indiso: ubiliter sibi cohoreant. Namque sie et non aliter conservatur in vinculo perfectae caritatis et pacis, et christianae concordiae unitatis et aecclasiasticae simul status religionis. Sed nos, qui Deo annuente regni iam sortimur ministerium, sacerdotio ut oportuit per omnia ius et honorem non exhibimus legitimum. Quippe datae 25 nobis a Deo potestatis vindicem gladium non sine cause portavimus, nec tamen in reos, ut iustum fuit, iudicaria illum censura evaginavimus. Nunc autem divina miseratione aliquantulum compuncti, et in nos reversi, peccata nostra priores vestrae indulgentissimae paternitati nos accusando confitemur, sperantes de vobis in Domino, ut apostolica vestra auctoritate absoluti iustificari mereamur. Eheu criminosi nos et infelices! partim pueritiae blandientis instintione, partim 30 potestatis nostrae imperiosa libertate, partim etiam eorum, quorum seductiles nimium sequuti sumus consilia, seductoria deceptione, peccavimus in coelum et coram vobis, et iam digni non sumus vocazione vestrae filiationis. Non solum enim nos res aecclasiasticas invasimus, verum quoque indignis quibuslibet et symoniaco felle amaricatis et non per ostium sed aliunde ingredientibus, aecclias ipsas vendidimus, et non eas ut oportuit defendimus. At nunc, quia soli 35 absque vestra auctoritate aecclias corrigeremus non possumus, super his, ut etiam de nostris omnibus, vestrum una consilium et auxilium obnive querimus; vestrum praeceptum studiosissime servabitur in omnibus. Et nunc imprimis de aecclia Mediolanensi, quae nostra culpa in errore est, rogamus, ut vestra apostolica distinctione canonice corrigitur, et exinde ad caeteras corrigendas auctoritatibus vestrae sententia progediat. Nos ergo vobis Deo volente in omnibus non 40 deerrimus, rogantes id ipsum suppliciter paternitatem vestram, ut nobis alacris adsit clementer in omnibus. Litteras vestras non post longum tempus cum fidelissimis nostris habebitis, ex quibus nostra quae dicenda adhuc restant, Deo dante, plenius audietis⁶³.

Verum⁶⁴ commisso praelie et Victoria optenta, ad vomitum canis reddit, vota fregit, ex- fol. 104.
communicato in communionem et gratiam suscepit, aeccliarum confusionem non abhor-
45 ruit. Pius autem papa adhuc animum eius temptandum credens, litteras ei direxit communio-
torias, ut recordaretur domini Dei sui, recordaretur promissi, nec inhonoraret honorantem
se, nec crederet se fallere posse Deum: adicens, Deum superbi resistere, humilius autem
dare gratiam, parcensque ei et moderaminis apostolici erga eum censuram conservans^b,
quem potuisset pro hoc solo scelere^c iuste punire iuxta decretum^d Gelasii papae^e, in quo ait
50 scribens^f Anastasio imperatori, cap....: *Sicut non potest quilibet perversitas^g communica-
tore suscepto non pariter^h perversus approbari, sic nec potestⁱ refutari perversitas complice^j*

a) -inis iam excedit in c. b) -rvant iam excedit in c. c) scelere tam excedit in c. d) -retum iam excedit in c.
e) -ens iam excedit in c. f) -versitatis iam excedit in c. g) non pa - iam excedit in c. h) pot - iam excedit in c.
i) complice scelatore tam excedit in c.

55 63) Hanc epistolam medio anno 1073. scriptam esse confirmavit Stenzel I, 348. K. 64) Verum — posse
Deum ex epistola ad Germanos. 64*) Mansi VIII. p. 33.

sectatore perversitatis admissa. Legibus certe vestris criminum consciū susceptoresque latrocinantium pari iudiciorum pena constringuntur, nec expes facinoris estimandus est, qui licet ipse non fecerit, tamen facientia familiaritatem fedusque receperit. Et hec papa Gelasius. Ceterum hoc in patre . . . iuxta quod ait Gregorius in decretis⁶⁵ cap. 229. illud erat praedicabile, quia erat in eo sollicitudo⁶⁶ cuncta, non remissa, correptio⁶⁷ diligēns, non severa, sed sic alterum condiebatur ex altero, ut et boni haberent amando quod ficerent, et pravi metuendo quod fugerent.

⁶⁵ Misit etiam speciales epistolas quibusdam episcopis Galliae et Germaniae⁶⁸ bullā sua signatas, ut ad erigendam ecclesiae dejectionem et eliminandam hereticam pravitatem reparandamque ministrorum castitatem confortarent manus dissolutae, et roborarentur ¹⁰ genua debita eorum. Qui nimia usi levitate, et ex regis stoliditate et potestate tenebrarum rebellandi accepta occasione, praecpta sedis apostolicae parvipendere non timuerunt, et se non pastores ovium, sed mercennarios evidenti indicio probarerunt. Constantiensis hic, unus eorum, Otto dicebatu episcopus, quem huiusmodi austri temerario corripuit praefati Romani pontificis auctoritas, mittens ei et archiepiscopo Mogontino litteras⁶⁹; quas cum Otto parvus pendisset, obstinatam eius animositudinem papa corripuit, secundo missis ad eum litteris in

⁶⁷ haec verba⁷⁰:

Gregorius VII, servus servorum Dei, Ottoni Constantiensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Perlatum est ad nos de fraternitate tua, quod satis invitus et mestus audiui, quodque si vel de extremo christiana plebis membro ad audientiam nostram deferretur, severioris distinctionis disciplinae censura esset procul dubio castigandum. Cum enim apostolica auctoritate, et veridicus sanctorum patrum sententia incitati, ad eliminandam synomiacam heresim et praecipiendam clericorum castitatem pro nostri officiū debito exarsimus, Mogontino venerabili archiepiscopo confratri nostro, cui plures et late dispersi suffraganei sunt, hoc obedientiae munus iniunximus, ut tam per se quam per coadiutores suos hoc Romanae ecclesiae decretum universo clero studiosius inculcaret, et inviolabiliter tenendum proponeret. Tibi quoque, cui est plurimus Constantiensis ecclesiae clerus et populus amplissime dilatatus, ob eamdem causam speciales litteras credere bullā nostra impressas collibuit, quali fultus auctoritate tuus animosiusque preceptis nostris obtemperares, et de sanctuario Domini heresim synomiacam et fedam libidinosae contagiōnis pollutionem expelleres. Apostolica namque beati Pauli praepollent auctoritas, qui fornicatores et adulteros cum ceteris excommunicatis connumerans, diffinitam suae iussionis sententiam subicit, cum eiusmodi nec cibum sumere. Præterea universus catholicae ecclesiae coetus aut virgines sunt, aut continentes; aut coniuges. Quicumque ergo extra hos tres ordines reperiatur, inter filios ecclesiae sive inter christiana religionis limites non numeratur. Unde si vel extremum laicum pellicatum adherenter liquido cognoverimus, hunc velut praecisum a corpore dominico membrum, donec peniteat, condigne a sacramentis altaris arcemus. Quomodo ergo sanctorum sacramentorum distributor et minister esse potest, qui nulla ratione potest esse vel particeps? Sed illa beati papae Leonis nos impulsi auctoritas, qui subdiaconis inewndi conubii licentiam prorsus abstulit, quod decretum beati papae Leonis posteriores sanctae Romanae ecclesiae pontifices, maxime doctor eximius Gregorius, ita pro lege sanxerunt, ut deinceps tribus his ordinibus ecclesiasticis, sacerdotibus, levitis et subdiaconis, omnino vincula coniugalia sint prohibita. Cum autem hec omnia pastorali providentia observanda transmitteremus, tu non sursum cor, sed deorsum in terra ponens, praeditis ordinibus, sicut accepimus, libidinis frena laxasti; ut qui mulierculis se iunzant, in flagrio persisterent,

De 3 ordinibus eccliesiae catholicae:

(fol. 105.)

^{a)} - bus iam excidit in c. ^{b)} - eii sus - iam exc. in c. ^{c)} pari iam exc. in c. ^{d)} - utur iam exc. in c. ^{e)} - manus est iam exc. in c. ^{f)} - en iam exc. in c. ^{g)} - em iam exc. in c. ^{h)} papa iam exc. in c. ⁱ⁾ - si iam exc. in c. ^{k)} erat iam excidit in c. ^{l)} sollicito - iam excidit in c. ^{m)} - repilo iam exc. in c. ⁿ⁾ - o alterum iam exc. in c. ^{o)} boni iam excidit in c. ^{p)} facerent iam excidit in c. ^{q)} fu - iam excidit in c.

⁶⁵⁾ Ad Manassum Remensem, de quo vide supra, ad Isombertum Pictavensem Reg. I, 73. II, 2. 23, ad Rogerium Catalaunensem I, 56, ad Dietwinum Leodiensem II, 61, ad Rainericum Aurelianensem III, 17. V, 9. 20, ad Liemarum Bremensem II, 28, ad Herimannum Bambergensem I, 84, ad Henricum Spirensen V, 18. K. ⁶⁶⁾ Respicit, ni fallor, ad epistolam Registr. I, 60. datam 15. Kal. April., ind. 12, et II, 19. ad Sigefridum Moguntinum archiepisco-

pum 2. Non. Decembr. ind. 13. i. e. 1074. datam.

Ad eundem de Herimanno Bambergensi episcopo et Wernerio Strasburgensi, qui regis partibus favent, epistolas Registr. III, 2. 4. scripsit, et ad Ottoneum Constantiensem Registr. I, 60. 3. Id. Martis ind. 13. i. e. 1075. K. ⁶⁷⁾ Desiderant haec epistolae in registro Gregorii; servatae sunt in via Gregorii Pauli Berniedensis 37. 38. et in codice Udalrici 142. 143. K.

et qui needum duzerant, tua interdicta non timerent. O impudentiam! O audaciam singularis! Videlicet episcopum sedis apostolicae de cetera convellere, praecpta sanctorum patrum contempnere, immo vero praecipiti contraria et fidei christiana repugnantia de superiori loco et de cathedra pontificali subiectis ingerere. Quapropter tibi apostolica auctoritate praecepimus, ut ad proximam synodum nostram prima ebdomada quadragesimae⁶⁸ te praesentem extreas, tam de hac inobedientia et sedis apostolicae contemptu, quam de omnibus quae tibi obiciuntur, canonice responsum.

Verum quia ille non solum apostolicae sedi contraria ausus fuit praecipere, sed et praecipiti eius repugnare nec adquiescere voluit, audiamus missam a papa Constantiensi clero et populo epistolam, in qua liquido continetur, quod qui apostolicae sedi inobedientis extiterit, nulla ei fidelitatis exhibito nec ex sacramentorum obligatione fiat:

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, clericis et laicis, maioribus et minoribus in Constantiensi episcopatu consistentibus, christianam legem diligentibus, salutem et apostolicam benedictionem. Misimus fratri nostro, episcopo vestro Ottoni, litteras communitorias, per quas pro nostri necessitate officii apostolica illi auctoritate iniunximus, ut synoniacam heresim de ecclesia sua penitus excluderet, et castitatem clericorum studiose praedicandam suscipiat, et firmiter tenenda^{a)} episcopali vigilancia inculcare. Nam sic ea nobis euangelicae et apostolicae litterae et autenticarum synodorum decreta et eximiorum doctorum praeccepta insinuant, ut eam dissimulare et negligere sine magno animae nostrae et populi christiani detimento non possimus. Sed episcopus vester neque reverentia praecetti beati Petri neque officii sui sollicitudine attractus, ut nobis relatum est, quae patre suaseramus, perfidie curavit. Et ut non solum inobedientiae verum et rebellionis offensam contraheret, quemadmodum accepimus, palam clericis suis iussioni nostrae, immo beati Petri, contraria permisit; ita ut qui mulierculas habent retinerent, et qui non habebant illicita temeritate subintroducerent. Quod ut audiimus, molestie ferentes, secundam ei scripsimus epistolam, indignationis ei nostrae motus ostendentes, et idem iterato acris inculcantes; quin etiam ipsum ad synodum Romanam, quae prima proximae quadragesimae ebdomada futura est, advocavimus, ut pro se rationem reddat, et inobedientiae causas, si rationabiles haberet, in audiencia totius conventus exponat. Haec ideo, filii karissimi, vobis innotescimus, ut animae vestrae saluti consulamus. Si enim beato Petre et sanctae sedi apostolicae fronte aperta repugnans et contumax esse voluerit, liquido manifestum est, quia qui patrem et matrem in honore, nullam a fidelibus patris et matris filii iure obedientiam exigere aut querere debeat. Quapropter omnibus, sicut prediximus, maioribus et minoribus Deo et beato Petro adherentibus apostolica auctoritate praecepimus, si in obduratione sua persistere voluerit, nullam ei obedientiae reverentiam exhibeat, neque id animae vestrae perniciem esse putetis. Namque si, ut toties iam praediximus, praecipitis apostolicis valuerit esse contrarius, ab omni illius subiecione iugo beati Petri auctoritate vos absolvimus; ita ut si etiam sacramenti obligatione qualibet ei fuerit adstrictus, quamdiu Deo omnipotenti et sedi apostolicae rebellis extiterit, nulla ei fidelitatis obnoxius exhibitione fiat. Non enim cuiuslibet personae contra creatorum suum, qui cunctis praeponendum est, aliquis debet obedire; sed debemus contra Deum superbienti resistere, ut saltim hac necessitate compulsum, ad viam iustitiae discat redire. Quanti enim periculi quantaque christiana legis si alienationis, obedientiam maximè apostolicae sedi non exhibere, ex dictis beati Samuelis prophetae potestis cognoscere, quae sanctissimus papa Gregorius in libro Morarium procuravit explanare. Ut autem ea sint vobis in promptu, scripta transmisimus, quatinus indubitanter scitis, nos vobis nova non dicere, sed antiquam sanctorum patrum doctrinam propalare: „Hinc, Samuel ait, melior est obedientia quam victimae, et auscultare magis quam offerre adipem arietum; quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, et scelus idolatriae nolle adquiescere.“ Obedientia quippe iure victimis praeponitur, quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur. Tanto ergo quisque Deum citius placat, quanto ante eius oculos represia arbitrii sui superbia gladio praecepiti se immolat. Quo contra ariolandi peccatum inobedientia dicitur, ut quanta sit virtus obedientiae demonstretur. Ex adverse ergo melius ostenditur, quid de eius laude sentiatur. Si enim quasi ariolandi peccatum est repugnare, et quasi scelus idolatriae nolle adquiescere; sola est quae fidei meritum possidet, qua sine infidelis quisque convincitur, etiam si fidelis esse videatur.

a) ita c.

55 68) scilicet a. 1076. quo concilio Otto officio et communione privatus est, teste Bernoldo in apologia pro Gebhardo Constantiensi, Ussermann II, 379. K.

Item Roberto Flandrensi comiti. *Gregorius episcopus, servus servorum Dei, R. Flandrensi comiti salutem et apostolicam benedictionem. Ex parte omnipotentis Dei et auctoritate beati Petri apostolorum principis te rogamus, et omnino tibi precipimus, ut ubicunque potes fornicarii et symoniaci resistere et contradicere, nullius ratio vel gratia te possit retinqueret; quia ipsi non per ostium ingredientes in ovile ovium, sed aliunde ascendent, fures sunt 5 et latrones. Et post pauca: Plurimi enim eorum qui vocantur episcopi non solum iustitiam non defendunt, verum etiam ne clarescat multis modis obscurare mituntur. Tales ergo non episcopos, sed Dei habent inimicos.* Et sicut illi non curant apostolicae sedi obedire, ita et vos nullam eis obedientiam exhibete. Nam praepositus non obediens, scelus est idolatriae incurtere.⁵⁹

Item ad laicos pro exequendis superioribus statutis:

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo filiis, Berthaldo, Rodulpho, Welfoni ducibus⁶⁰ salutem et apostolicam benedictionem. Scimus quoniam prudentia vestra miserabilem christianae religionis desolationem perspicaci mente perpendit, quae pro peccatis nostris in ea nunc extremitatem est posita, ut infeliora tempora nemo viventium viderit, nec a tempore sancti Silvestri patris nostri scriptum reppererit. Verum huius tanti mali nos caput 15 et causa sumus, qui ad regendum populum praelati, pro lucrandisque animabus episcopi vocati et constituti sumus; ab eorum namque principibus velut a quibusdam iniis subditorum bona vel mala veniunt, qui aut mundanas dignitates aut magisterium spirituale suscepserunt, qui dum nichil aliud nisi gloriam et voluptates seculi quaerunt, sine sua et populi confusione vivere nequeunt, quoniam in malefactis prava sectantes desideria, et suae auctoritatis iura per 20 culpam ligant, et alii peccandi per exemplum frena relaxant. Neque enim per ignorantiam aut inprovidi delinquunt, sed praesumptuosa obstinatione Spiritui sancto resistentes, divinas quas cognoverunt leges abiciunt, et apostolica decretalia contempnunt. Scimus namque archiepiscopi et episcopi terrae vestrae, quod et omnibus fidelibus notum esse debet, quoniam in sacris canonibus prohibitum est, ut qui per symoniacam heresim, hoc est interventu preci, ad aliquem 25 sacrorum ordinum gradum vel officium promoti sint, nullum in sancta ecclesia ulterius locum ministrandi habeant, nec illi qui in criminis fornicationis iacent, missas celebrare aut secundum inferiores ordines ministrare altari debeant. Quae cum episcopos sancta et apostolica mater ecclesia iam a tempore beati Leonis papae sepe in concilis tum per legatos et epistolam in se et in commissis sibi plebis, utpote ab antiquioribus neglecta, renovare et observare commo- 30 nuerit, rogaverit, et accepta per beatum Petrum auctoritate iusserit; adhuc tamen inobedientes, exceptis paucis, tam execrandam consuetudinem nulla studuerunt prohibitione decidere, nulla restrictione punire, non attendentes quod scriptum est „quia ariolidi peccatum est repugnare, et quasi crimen idolatriae inesse adquiescere.“ Cum ergo illis apostolica, immo Spiritus sancti mandata spernitibus, et sclera subditorum criminosi foventibus patientia, divina 35 ministeria indigne tractari, populum seduci intelligimus, alio quolibet modo contra hec vigilare convenit, quibus cura dominici gregis prae cunctis incumbit. Multo enim nobis melius videtur iustitiam Dei vel novis reedificare consilii, quam animas hominum una cum legibus deprire neglectis. Quapropter ad vos, et ad omnes de quorum fide et dilectione confidimus: nunc convertimur, rogantes vos et apostolica auctoritate admonentes, ut quidquid deinceps episcopi lo- 40 quantur aut faciant, vos officium eorum quos symoniaci promotis aut ordinatis aut in criminis fornicationis iacentes cognoveritis, nullatenus recipiat; et haec eadem astrixi per obedientiam tam in curia regis quam et per alia loca et conventus regni notificantes, aut persuadentes quantum potestis, tales sacrosanctis deseruire mysterium etiam vi si oportuerit prohibeatis. Si qui autem contra vos, quasi istud non sit vestri officium, aliquid garrisce inceperint, hoc 45 illis respondete, ut vestram et populi salutem non impediendes, de iniuncta vobis obedientia ad 50 nos nobiscum veniant disputare⁶¹.

Item ad omnes clericos et laicos in regno Theuthonicorum constitutos de eadem r^{er};

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, omnibus clericis et laicis in reano Theuthonicorum constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Audivimus quod quidam episcoporum apud 50 vos commorantium, ut sacerdotes et diacones et subdiacones mulieribus commisceantur, aut

*60) Exordium et extrema pars epistole deest; Ian. ind. 13. i. e. 1075. K. 71) Extremam epistola est Romae 4. Idibus Nov. ind. 15. i. e. 1076. stolam auctor praetermisit. K. 72) In registro Registr. IV. 11. K. 70) Carinthiae et Sueviae; desideratur haec epistola; legitur apud Paulum Bern-Welfonis nomen desideratur in Registr. II. 45. et riedensem 41. K. 55
apud Paulum Bernriedensem 39; data Romae 3. Id.*

consentiant aut negligant: his praecipimus vos nullo modo obedire, vel illorum praeceptis consente, siue ipsi apostolicae sedis praeceps non obediunt, neque auctoritali sanctorum patrum consentiant, testante sancta scriptura, facientes et consentientes per pena complectitur. Omnipotens et misericors Deus, qui ultra spem, ultra meritum miseretur et consolatus nos in tribulatione nostra, operiat cor vestrum in lege sua, et confirmet vos in praeceptis suis, ut auctoritate beati Petri apostoli a cunctis peccatis absolutos ad celeste regnum perducat vos regnatores. Amen.

Quia ergo sunt quidam qui dicunt, inaudita haec domini papae praecepta, quatenus a secularibus potestatisbus, ut ab officio cesserent, vi coercerantur scismatici episcopi, et ut officium eorum non recipiatur: scrutemur gesta patrum, et videamus ad edificationem audiendum, si quid simile invenitur in serie scripturarum divinarum. Et certe nichil hic novi, non hec prima diaboli in sanctam aecclesiam temptatio, nec prima eius haec est medicinalis defensio. Pelagius papa vir magnae in Christo et in aecclesia gloriae, vir magnae auctoritatis et gratiae, videamus quid dicat de Paulino Aquilensi pseudoepiscopo a Mediolanensi contra morem canonicum ordinato. Ait itaque, sribens Iohanni patricio: Relegentes litteras excellentiae vestrae, de iniuria quidem, quam vobis iniquorum hominum praesumptione ingessit, valde doluimus. Sed quia scimus occulto Dei iudicio animam vestram, etsi per aliorum iniquitatem ac superbiam a contaminatione scismatis custoditam, egimus omnipotenti Deo gratias, qui etiam de malis hominum gestibus bona operari consuevit. Nec enim sine illius factum esse credimus, ut insensati et perversissimi homines ad hoc usque prosilirent, ut suam divisionem catholicam esse credentes aecclesiam, a sua vos pollutione prohiberent. Sic enim per misericordiam Dei etiam nescientibus illis factum est, ut a scismaticorum communione eruti, catholicae quam diligitis servari vos contigisset aecclesiae. Quamvis igitur vestra per illorum scelus utilitas facta sit, nolite tamen imputam praesumptionem iniquorum hominum crassari permittere. Si enim hoc, quod in vestram gloriam praesumpserunt, non fuerit vindicta compressum, quid in minoribus valeant ambigi ultra non debet. Exerceite igitur debitam in talibus auctoritatem, et ne eis amplius talia committendi crescat spiritus, coercionibus reprimantur. Ad hoc siquidem Dei nubu in vos talia praesumpserunt, ut vobis talia corridentibus, ab eorum scelere alios possitis Deo propiciente munire. Et post aliqua: Auferte tales ab illa provincia, ultimi oīlata vobis a Deo opprimendi perfidos occasione. Quod tunc plenius fieri poterit, si auctores scelerum ad clementissimum principem dirigantur, et maxime aecclesiae Aquileiensis invasor, qui et in scismate, et a scismatico maledictus, nec honorem episcopi potest optinere, nec meritum.

Pelagius Valeriano: Quod a vobis poposimus, et nunc iterum postulamus, ut Paulinum Aquileensem pseudoepiscopum et illum Mediolanensem episcopum ad clementissimum principem sub digna custodia dirigatis: ut iste, qui episcopus esse nullo modo potest, quia contra omnem canonican consuetudinem factus est, ultra alios non perdat; et ille, qui contra morem antiquum eum ordinare praesumpsit, debitas canonibus vindictae subiaceat. Item Pelagius Iohanni defensori: Eleutherius frater et coepiscopus noster queritur, clericos suos sibi contra canones superbire, et id quod nobis iubentibus facta in scrinio cautione promisit, ut cotidianis diebus vigiliae in eius celebrentur ecclesia, illis contempnentibus implere non posse. Et ideo experientia tua eos, quos tibi esse ostenderit contumaces, debita obiurgatione compesce, et modis omnibus vigilare compelle. Item Augustinus super Iohannem, omelia 11: Siquidem vult Deus concitare potestates adversus scismaticos, adversus dissipatores aecclesiae, adversus exsuffatores Christi, non marentur, quia Deus concitat ut a Sara verbetur Agar. Mirantur quidam, cum moventur potestates christiana contra detestandos dissipatores ecclesiae. Si non moverentur, quomodo redderent Deo rationem de imperio suo? Intendat karitas vestra quid dicam, quia hoc pertinet ad principes seculi, ut temporibus suis pacatam velint matrem suam ecclesiam, unde spirituadler natu sunt. Et paulo post: Nabuchodonosor rex decretiv dicens: „Quicumque dixerit blasphemiam in Deum Sydrac, Misac et Abdenago, in interitu erit et domus eius in dispersione.“ Ecce quomodo rex alienigena sevit, ne blasphemetur Deus Israel, qui potuit tres pueros de igne liberare. Et nolunt ut seviant reges christiani, quia Christus exsufflatur, a quo non tres pueri, sed orbis terrarum cum ipsis regibus a gehennae ignibus liberantur? Quis igitur reprehendet post huc si comprimantur a seculi potestatisbus scismatici, dissipatores ecclesiae, concudatores legis divinae, praevaricatores constitutionis canonicae?

Horum igitur et ceterorum sanctorum decretorum Heinricus contemptor factus est, iu- fol. 107.
venis animi impetus et appetitus non refrrens, sed stultorum malivolis consiliis nimium

Ripst. ad
Germ.

cr. Hor. Ep.
1,2, 68.

Prov. 21,

30.

Thren. 3,

15.

tol. 107.

Ioan. 8,

34.

Lnc. 10,

16.

fidem dans; qui corrupti et abominabiles facti in iniquitatibus suis, inreprehensibiliter vivere detrectantes, reprehendi non cerebant. Mittebatur⁷⁴ ei crebra domini papae legatio, tum litteris, tum etiam religiosis personis et utique fidelibus suis, quibus secrete vocabatur ad penitentiam de sceleribus suis, dictu quidem horrendis, et tamen pluribus notis et per loca plura divulgatis, pro quibus non solum excommunicati, sed absque spe recuperationis omni 5 deberet regni honore destitui, et ut excommunicatos, quorum consilio praeceps cerebatur ad sceleris, a sua divideret participatione, ne communicando quibus non licet, in eorum transiret consorium, quorum non abhorrebat communio sacramentum; sed servabat odorem testa quo recens erat imbuta. Qui quanti^a scripta aut verba per legatos missa, eius declarant facta, cum non solum a perpetuis criminibus ad emendationem revocari non potuit,¹⁰ sed furore conscientiae mordebat arreptus, non prius destitutus, donec omnes pene episcopos Italiae et Theuthonicarum partium, quotquot potuit, circa Christi fidem naufragare fecit, dum eos debitam beato Petro et apostolicae sedi obedientiam et honorem a domino Iesu concessum abnegare coegerit. Quia vero iustus diviti favere nescit, nec facit quidquam commen- dandi se causa, eum qui a vero devius superbiebat, potenter dominus papa redarguebat,¹⁵ sciens eam esse veritatis regulam, non accipere personam potentis in iudicio, ideoque quo- rum crimina agnoverat, libera in eorum increpatione cerebatur voce. At ille reprehendi a quoquam aut corrigi inique ferens, occasio[n]esque ab amico recedendi querens, quia non pot- est esse participatio iustitiae cum iniquitate, introitum eiusdem beatissimi papae Gregorii VII. culpare cepit, ut culpas symoniae, quae ab eodem in se puniri timebat, in illum reflecteret.²⁰ Ausus est etiam de expulsione ipsius Romani pontificis, quem, ut ait Symmachus papa, suo Deus sine questione reservavit arbitrio, stipatus factiosorum officio tractare, et cui concessum est peccatorum vincula solvere, criminum compedes frangere, hunc peccator superbiens conatus est, pro pudor! a sede iudicaria propellere, ut posset sibi consimilem de suis con- sentaneis in eius loco subrogare. Sed non est consilium contra Deum. Quem humana im- 25 probant iudicia, Deus approbat; et quem Deus tuerit et approbat, frustra impetrunt humana molimina. Sic igitur rex, non rex dicendus quis tyrannus, a Romana recessit ecclesia, factus infelix membrum illius, qui est rex super omnes filios superbiae. Impletum est sane in eo illud Iheremiae vaticinium, quo suscep[t]a in se totius humanae conversationis specie per lamentum queritur dicens: *Inebriavit me absinthio.* Ebrius enim quod patitur nescit.³⁰ Qui vero absinthio inebriatur, et hoc quod sumpsit amarum est, et tamen non intelligit amaritudinem qua repletur. Sic et hic dimissus voluptatibus suis et per eas spontaneis tribula- tionibus traditus, absinthio est ebrius, quia et amara pro mundi huius amore tolerat, et ean- dem amaritudinem caecitate cupiditatis et superbiae quasi ebrietatis insensibilitate ignorat. Stulti facti sunt consiliarii eius et ignobiles, quos ab eternae hereditatis consortio repellit³⁵ servitus mentis. Nam sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Ignobiles facti sunt, quia qui facit peccatum servus est peccati, semper in laqueis, semper in vinculis, numquam liber a compedibus, quia semper in criminibus. Qui quamvis iniquorum opera exerceant, occupant tamen loca iustorum; et eorum se filios estimant, quorum per honoris concupiscentiam officia exterius administrant. Sed non sunt eorum filii quorum loca tenent, sed quorum opera excent. Stulti itaque sunt quia veram sapientiam non intelligunt, ignobiles facti sunt quia nulla spiritus libertate renovantur. Hii positi ad superintendendum fidelibus premunt eos potius quam regant, quia sub nomine pastorum lucra de religione sectantur. Sub eorum ducatu Deus irridetur, fides est obprobrio, veritas in crimen, et tanto est quisque despectior quanto iustior, tanto abominabilis quanto laudandus. Qui cum in ecclesia esse videantur,⁴⁰ longe ab ea fugiunt, non passibus gressuum, sed qualitatibus morum. Qui autem sint hi malorum intentores, qui regiae iniquitatis fautores et complices, qui castitatis ecclesiasticae spurcissimi et temerarii corruptores, suis iam laboribus, tribulationibus, tortionibus et cala- mitatibus satis superque compertum habet mater ecclesia. Episcopi inquam, si tamen epi- scopi dicendi sunt qui inreprehensibiliter vivere nolentes et reprehendi a suis primoribus so refugientes, instituta canonica temerantes, et canonica invectione notari nolentes, ipsi etiam universorum matris ecclesiae et apostolicae sedi praesudicium fecerunt, procul dubio usque ad contemptum illius grassantes, qui discipulis suis et per eos sanctae ecclesiae rectoribus loquuntur, dicens: *Qui vos spernit, me spernit;* non recordantes decretorum Iulii papae quibus

a) *suppo fecerit.*

74) *Mittebatur — abnegare coegerit ex epistola ad Germanos.*

55

statutum est, ut vires non habeat quidquid apostolicae sedis auctorati obviaret, quoniam eadem sedes testante veritatis voce primum primatum optimuit, quae prima non diceretur, si aliam super se haberet; quae etiam caput est omnium ecclesiarum, a qua omnes sumpserunt originem. Primatum enim non synodalibus aut aliquibus commentariis meruit institutis, sed 5 Domino largiente, qui ait: *Tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam.*

Hec Iulius de primatu sedis apostolicae loquitur, cui omnium episcoporum finitiva iudicia et congregandarum synodorum dixit privilegia reservata. Verum novi dogmatistae iudicia apostolica spernunt, scripturas sanctas abiciunt, de corde suo profitentes et mercedem scelerum traditi desiderii cordium suorum in suum a Christo abiectione recipientes. Hui 10 igitur, concilio Warinianae habito, ubi omnis quam patimur calamitas exorta est, abiecerunt 1076.
a se ingum disciplinae, quum nullam adhuc in illos dominus papa anathematis destinasset Ien. 24.
sententiam, et sanctae obedientiae libellum repudi conscriperunt, praefatione sedis aposto- Leg. II. p. 41.
licae superba et repentina temeritate abrenunciantes. Primum hoc fermentum totam ecclesiae massam corrupit. Conventus hic inter nativitatem dominicam et sequentem quadrage- 15 simam habitus est, ita distantibus spaciis, ut quaecumque ibi gererentur Romanum tempore Nov. 30.
synodi referri possent. Die vero natalicio Andree apostoli, ante ipsam natalis Dei festi-
vitatem apud Bavemberg Heinrico posito, tanta adhuc inter regnum et summum sacerdo-
tium vigebat concordia, ut destitutio pontificis urbis ipsius, et substitutio alterius obedientiae
domini papae deputaretur. Ille igitur, qui ante nativitatem dominicam tantae in ecclesia- 20 magnificentiae erat, ut ad nutum illius mutationes ordinum fierent, paucis post nativitatem diebus inconveniens et inauditus proscriptus est, et quantum ad illos depositus. Ex die enim, 25 qua tanti ab omnibus habitus est, nullam eorum legationem accepit, usque dum illa veniret
qua dictum est: *Descende, descende, interdicimus tibi ius omne papatus.* Legg. II.
p. 47.

Audiat coelum et obstupescat, intelligat terra et contremiscat. Legatur ex quo est reli- 25 gio christiana, id ab aliquo praesumptum; dicatur quibus canonibus, quibus regulis, qua lectione, quo documento id sit adtemptatum. Auditum sub celo non legitur, omnino nec dicitur, quod possit aliquis papam deponere, et concessa sibi privare potestate. Romanus enim pontifex non modo deponi, sed nec ab aliquo potest dijudicari. Audiant tantae praesumptionis autores complices et factores, quid Symmachus papa de privilegio Romani 30 pontificis senserit. Ait enim in decretis suis capite 2: *Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminare, sedis apostolicae pontificem suo sine questione reservavit arbitrio. Voluit beati Petri successores coelo tantum debere innocentiam, et subtilissimae discussionis in- 35 dagini inviolatam exhibere conscientiam.* Et papa Gelasius: *Canones, inquit, sancti appellations totius ecclesiae ad huius sanctae sedis examen sanxere deferri, ipsam vero a nullo prorsus ap- 40 pellari debere, ac per hoc illam de tota ecclesia iudicare, ipsam vero ad nullius commeare iudicium, nec de eius umquam praeceperunt iudicio iudicari, sententiamque eius constituerunt non debere dissolvi, eius potius sequenda mandarunt decretum.* Et Anastasio imperatori scribens ait capitulo 3: *Impeti possunt humanis praesumptionibus quae divino sunt iudicio constituta, vinci autem non possunt. Atque utinam sic contranitentibus perniciosa non sit audacia, quem 45 admodum quod ab ipso sacrae religionis auctore praefizum est non potest illa virtute convelli. Destinant ergo queso te temporibus tuis quidam per occasionem perturbationis ecclesiasticae praeceptor ambi, quae non licet, ne illa quae male appetunt, nullatenus apprehendant, et modum suum apud Deum hominesque non teneant.* Melchiades quoque papa in epistola Hispaniae episcopis directa de privilegio beato Petro et successoribus eius vice Domini con- 50 cesso sic ait post aliqua: *Hoc privilegium Dominus beato Petro clavigero suo concessit et sua vice solummodo commisit, quod eius praerogativum cunctis successoribus suis hereditandum est atque tenendum futuris temporibus, quoniam et inter apostolos fuit quedam discretio potestatis. Et licet cunctorum par foret electio, beato tamen Petro concessum est, ut aliis praemineret et eorum quae ad querelam venirent causas et interrogations prudenter disponeret.*
Quod Dei ordinatione actum est, ne posteri eorum cuncta sibi vindicarent, sed ad unam beati Petri apostolorum principis sedem confluerent, ut inde suscipiant finem unde acceperunt initium institutionum, ne quandoque a suo di creparent capite. Adrianus quoque papa in decre- 55 tis suis: *Presul summinus a nemine iudicabitur. Scriptum est enim: „Non est discipulus super magistrum.“* Audiant etiam novae huius praesumptionis et praesumptuosaes novitatis inven- fol. 108c.
tores et machinatores ex verbis eiusdem Simmachi papae quid mereantur, ut confundantur,

et revereantur utinam ad penitentiam cap. 2: *Si quis presbiter diaconus aut clericus papa incolune et eo inconsolito subscriptionem pro Romano pontificatu commendare aut pittitia promittere, aut sacramentum praebere temptaverit, aut aliquod certe suffragium polliceri, vel de hac causa privatis conventiculis factis deliberare alque decernere praeiumpserit, loci sui dignitate et communione privatetur, pari sententia dampnando eum, qui hoc vivo sicut dictum est pontifice, quolibet modo fuerit ambisse convictus, aut certe temptasse. Quod vero aequitate Petri roborentur apostolica iudicia, ait Innocentius papa: *Manet Petri privilegium, ubicumque ex eius fertur aequitate iudicium. Gregorius quoque sic ait inter cetera in decreto suo cap. 10: Nulli fas est vel posse vel velle transgredi praecipe apostolicae sedis, nec eius dispositionis ministerium, quod omnium sequi oportet caritatem. Sit ergo ruinae suae dolore prostratus, nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, quisquis apostolicis voluerit contraire decretis, sed extorris a sancto ministerio fiat. Non de eius iudicio quisquam curam habeat, quoniam iam dampnatus a sancte et apostolicae ecclesiae et auctoritate suaque inobedientia atque presumptione a quoquam esse non dubitatur, quia maioris excommunicationis deiectione est exi- 10-15 gendus cui sanctae ecclesiae commissa fuerat disciplina, qui non solum praelati sanctae ecclesiae iussionibus parere debuit, sed etiam alios ne praeterirent insinuare. Sit ergo alienus a divinis et pontificalibus officiis, qui noluit obtemperare praecipitis apostolicis.**

Sylvester etiam papa de non iudicanda prima sede sic ait cap. 6: *Nemo iudicabit pri- 20-25 mat sedem, iustitiam temperari desiderantem. Neque enim ab augusto neque ab omni clero neque a regibus neque a populo iudex iudicabatur.*

Bonefacius papa de potestate Romanae ecclesiae et de his qui erga eam superbunt, sic ait scribens Eulalio Alexandriæ episcopo: *Olim et ab initio tantam percepimus a beato Petro apostolorum principe fiduciam, ut habeamus auctoritatem universalis ecclesiae auxiliante Domino subvenire, et quidquid nocuum est, auctoritate apostolica corrigeremus et emendare. Et quia non potest dominus nostri Iesu Christi praetermitti sententia dicentis: „Tu es Petrus, et super 25 hanc petram edificabo ecclesiam meam,“ et haec quae dicta sunt rerum probantur effectibus, quia in sede apostolica extra maculam semper est servata religio catholica. De qua spe et fide separari minima cupientes, et patrum constituta sequentes, anathematizamus omnes qui contra sanctam Romanam et apostolicam ecclesiam superbiendo suas erigunt cervices, sequentes in omnibus apostolicam sedem et praedicantes omnia eius instituta; et per omnia spero ut in una 30 communione vobiscum, quam sedes apostolica praedicat; esse merear, in qua est integra et vera christiana religionis et perfecta soliditas. Promittens sequestratos a communione catholicæ ecclesiae omnes non consentientes sedis apostolicae et eorum nomina inter sacra misteria non esse recitanda. Dampnans et antecessores et successores meos, et omnes qui sanctae Romanae et apostolicae ecclesiae privilegia cassare nituntur.*

^{fol. 109.} Et quod Romana ecclesia a nemine sit appellanda, Gelasius scribens omnibus episcopis cap. 4: *Cuncta per mundum novit ecclesia, quod sacrosanta Romana ecclesia fas de omnibus habeat iudicandi, neque cuiquam liceat de eius iudicare iudicium. Siquidem ad illam pertinet de quilibet mundi parte iudicare, ipsam autem nemo est appellare permisus. Sed nec illa praeterimus, quod apostolica sedes sine ulla synodo praecedente et solvendi quos synodus iniqua 40 dampnaverat, et dampnandi quos oportuerit habet potestatem, et hoc nimis pro sua principi patu quem beatus Petrus apostolus Domini voce et tenuit semper et tenebit. Et Kalistus papa in decretis cap. 1: Quidquid sine discretione iustitiae contra Romanas ecclesiae disciplinam actum fuerit, ratum habere ratio nulla permittit. Nicholaus quoque de contemptu sedis apostolicae universalis synodo praesidens dixit: Si quis contumeliam apostolicae mandata, interdicta, sanctiones vel decreta 45 pro catholicæ fide, pro ecclesiastice disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum vel interdictione imminentium vel futurorum malorum, a sedis apostolicae praesule salubriter promulgata contempserit, anathema. Si anathema est, qui contemnit decreta apostolica, quid meretur, qui in reverendam sanctis omnibus apostolici nominis maiestatem manum inicite non timet extendere? Et ut tandem invincibili Dei gladio feriamus^a, audiant impugnatores^b veritatis, propaginatores perversitatis^c, ex verbis beati Petri^d apostoli cui praeiudicium fecerunt quid mereantur. Si quis ait hunc, ad Clementem loquens, contrastat, Christum qui ei cathedralm docendi tradidit non recipit, et tamquam^e qui Christum non suscepit, nec Domini fratrem^f suscepisse iudicabitur, et ideo nec ipse suscipietur in regno coelorum. Qui supra^g de*

^{a)} - licite delatum. ^{a')} Dei gladio fe- ex coni. suppl. ^{b)} -atores delatum. ^{c)} pver- delatum. ^{d)} Petri delatum. ⁵⁵
^{e)} -mquam delatum. ^{e')} fra- ex coni. suppl. ^{f)} -pra delatum.

episcopis loquens: *Qui, inquit, episcopos verant, non annoovere vel dampnare nituntur, ipsum 1076.*
Dominum dampnare per prophetam videntur, et ideo usque ad satisfactionem dampnati sunt.
Et post pauca: Qui, inquit, his resistit, Deo resistit, et qui eiis iniuriam vel contumeliam facit,
Deo cuius legatione funguntur facit. Sufficiunt ista, an adhuc ad confutandam adversae partis
5 ineptiam pluriora de scripturis querimus testimonia? Accedat et Iheronimus, dicat et ipse
quid mereatur qui iudicium sedis apostolicae reprehenderit. Audiant malivoli ut instruantur,
iusti et benivoli ut rohorentur et in fide catholica confirmentur. Ait inter cetera scribens ad
Damasonum: *Hec est fides, beatissime papa, quam in ecclesia catholica didicimus, quamque semper*
10 *tenuimus, in qua si minus perite aut parum caute forte aliquid positum est, emendari cupimus*
a te, qui Petri et fidem et sedem tenes. Si autem hec nostra confessio apostolatus tui iudicio
corprobatur, quicumque me culpore voluerit, se imperitum vel malivolum, vel etiam non catho-
lico nomine hereticum comprobabit. Secundum hec ergo beatissimi Iheronimi dicta, que mul-
15 *lus fidelium ambigit veritate subinxia, quisquis iudicia reprehendit apostolica, heretica notatur*
infamia. Augustinus quoque dum tractaret de his, qui sunt inter hereticos computandi, vel
qui non, sic ait inter cetera: Dicit apostolus: „Hereticum hominem post primam et secundam ^{10.3.10.}
correptionem devita, sciens quia subversus est eiusmodi, et peccat in semelipo dampnatus.“ Sed
qui sententiam suam quamvis falsam atque perversam nulla pertinaci animositate defendunt,
praesertim quam non audacia suae praeiunctionis percepérunt, sed a seductis atque in errorem
20 *lassis parentibus acceperunt, querunt autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati cum*
invenierint, nequaquam sunt inter hereticos computandi. Qibus in verbis aperte ostenditur,
eos procul dubio inter hereticos computandos, qui sententiam suam falsam et perversam et
errorem infami mente concretum, audacia praeiunctionis adiumentum, pertinaci animositate
25 *defendere moluntur, veritatem respuentes, a gremio matris ecclesiae recedentes, unitatem*
scindentes, sanam doctrinam abientes, errorum spinis viscera materna scindentes, et praec-
ter id, quod euangelizatum est universali ecclesiae, quod tenet, quod docet, aliena docendo
anathematizans apostolici interminationem non verentur, quorum nisi resipiscant certus est in-
teritus. Qui si dixerint obediendum potestati quoniam non est potestas nisi a Deo, et qui resi-
30 *stit potestati Dei ordinationi resistit, audiant quid idem Augustinus ad hec respondens dicat:* ^{tol. 109.}
Qui, inquit, resistit potestati, Dei ordinationi resistit; sed quid, si illud iubeat, quod non debes
facere, hic sane contempne potestatem, timendo potestatem. Ipsos humanarum dignitatum gra-
dus adverte. Si aliquid iusserit procurator, nonne faciendum est? Tamen si contra proconsu-
35 *lem iubeat, non utique contempnis potestatem, sed eligi maiori servire. Non hinc debet minor*
irasci si maior paelata est. Rursum si aliquid proconsul iubeat, et aliud imperator, numquid
dubitatur illo contemptu illi esse serviendum? Ergo si aliud imperator, et aliud Deus, quid iudi-
40 *catis? Maior potestas audienda est. Da veniam, tu carcerem, illi gehennam minatur. Hinc iam*
tibi assumenda est fides tua tamquam scutum, in quo possis omnia iacula inimici ignita extingere.

Sed fortasse domini et utinam fratres nostri decreta apostolica et canonicas sanctiones
aut non legerant, aut lecta vel audita surda aure praeterierant, aut quod mage credendum
45 est, et legerant et audierant, et lecta vel audita tenaci memoriae commendarant, sed domino
suo imperatori fideles adiutores et cooperatores haberi volunt cui iuraverunt, cui per manus
et sacramenta hominum fecerunt. Attendant hii qui huiusmodi sunt, quid de sacramentis
episcoporum dicat Cornelius papa. Cornelius episcopus Rufo episcopo: *Sacramentum hacte-*
50 *nus a summis sacerdotibus vel reliquo fidelibus recta fide minime cognovimus, sed sponte eos*
iurasse conperimus. Sacramentum igitur episcopis nescimus oblatum, nec a quoquam fieri
debet. Pius quoque papa de multis modis iuramentis loquens: Qui, ait, per capillum Dei vel
caput iuraverit, vel alio modo blasphemia contra Deum confessus fuerit, si est ex aecclesiastico
ordine, deponatur, si laicus, anathematizetur. Et si quis per creaturas iuraverit, accerrimo
55 *castigetur, et iusta id quod synodus diadicaverit sustineat.* Et Cornelius papa in eodem: *Haec,*
ait, sunt sanctorum patrum instituta; quae si quis in vanum duixerit vel violare praeiunctionem,
hostis est animae sue, quia nemo contra prophetas, nemo contra apostolum, nemo contra
euan gelum facit aliquid abesse periculo. Audiant igitur ministri et provisores aecclesiasticum
qui Romanae ecclesiae praeiudicium fecerunt, quid Gelasius papa decernit de privilegio
imperatorum et omnium sanctae Dei aecclesiae sacerdotum. Si, inquit, *imperator catho-*

a) -ris delatum. b) bacillus delatum. c) fidelibus delatum. e) sed delatum. d) -mentum delatum. d') a quoqu-
55 55 delata. e) de delatum. e') Qui delatum. f) -verit delatum. g) Deum confusa delata. h) ord- delatum.
i) iuri- delatum. k) custiu- delatum. l) Hunc sit delata. m) prae- delatum. n) nem- delatum. o) facit delatum.

1076. *licus est, salvo pace ipsius dixerim, filius est, non praesul ecclesiae. Habet privilegia potestatis suae quae administrandis publicis rebus divinitus consequitus est, et eius beneficiis non ingratius contra dispositionem caelestis ordinis nichil usurpet. Ad sacerdotes enim Deus voluit quae ecclesiae disponenda sunt pertinere, non ad seculi potestates, quas, si fideles sunt, ecclesiae suae et sacerdotibus esse voluit subiectas. Non sibi vendicet imperator alienum ius, et ministerium quod alteri deputatum est, ne contra eum abrupte tendat a quo omnia constituta sunt, et contra illius beneficia pugnare videatur a quo propriam consequutus est potestatem. Non a legibus publicis, non a potestatibus seculi, sed a pontificibus et sacerdotibus omnipotens Deus christianae religionis clericos et sacerdotes voluit ordinari, et discipi et recipi de errore remeantes. Imperatores christiani subdere debent exequitiones suas aecclasticis praesulibus, non praeferre. Hec, inquit Gelasius, de privilegio imperatorum et omnium ait sanctae Dei ecclesiae sacerdotum.*

Possemus et de sacramentis iniustis minime observandis multam exemplorum copiam de scriptis patrum orthodoxorum Augustini, Ieronimi et ipsius Romanae eloquentiae fluvii, beati scilicet Ambrosii, deflorare, quod non semper solvenda sunt promissa omnia, contra eos qui dicunt obediendum regibus imperatoribus et dominis omnibus quibus juratum est, is quidlibet faciat, quidlibet iubeat; et hoc ad patrocinium sui erroris assumunt, quod in Petri 1. Pet. 2, 19. epistola positum est: *Servi subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis sed etiam discolis. Quibus breviter respondemus, quod et nos subiectionem competenter discimus non negamus, sed discilla iubentibus non obedimus. Quod vero dicitur in omni*

fol. 110. fol. 15, 1. Eccles. 15, 1. Ps. 110, 10. et: Beatus qui timet Dominum, in mandatis eius cupit nimis, et: In iustum sapientiae timor Domini.

3. Et Paulus in epistola ad Titum: *Admone, inquit, illos principibus et potestatibus subditos esse et obedire ad omne opus bonum. Quem locum disserens beatus Iheronimus ita conclusit: Si bonum est quod praecipit imperator et praeses, iubentis obsequere voluntati. Si vero malum est 5. 29. et contra Deum sapit, responde illud de Actibus apostolorum: „Obedire oportet Deo magis quam hominibus“, et super epistolam ad Titum: *Servi subditi sint dominis suis in omnibus quae non sunt contraria Deo, ut si dominus ea iubet quae non sunt adversus scripturis sanctis, subiciatur domino servus; si autem contraria praecipit, magis obediatur spiritus quam carnis domino. Item in eadem pulchre imperans servis uti obedient dominis, addidit: tamquam Christo, ut scilicet non audiat servus ad naturalem dominum; si contraria praecepitis 30. Domini voluerit imperare.**

Hec igitur contra illos qui adversus Deum tumide insani despiunt, qui clavigeri aetherei vicarium divinitus electum, ab omni christianitate susceptum, sanctitate conversationis per spicum, diuturnitate temporis confirmatum, quia viciis suis concinnare non vident, deicere, pro pudor! conati sunt, paucis dicta sint. Quorum conatus nefarios et impia molimina ipsa 35 destruit divinitas, quae regis Egypti significi dum virtute Dei patrata suis fallatis moluntur obscurare, dum in angelos lucis se transfigurant, dum speciem pietatis praetendunt et eius

Rom. 3, 13. virtutem abnegant, corrupti et aphominabiles facti in vanitatibus suis, sepulcrum patens est guttura eorum et venenum aspidum sub labio eorum. Ad nichil devinent tamquam aqua decurrent, quia ova aspidum ruperunt et telas araneae texerunt, quibus melius fuerat ma-

15. 59, 5. lignorum spirituum consilia non recipere aut intra cordium penetralia concepta abscondere, que figurantur per aspidum ova, quam pro huic mundi concupiscentia temporalia quelibet operari, nec sibi nec alii profutura, quia nulla stabilitate fundata, quod exprimitur per aranearum telas. Verum quia sibi nimium creduli, et scripturarum auctoritatibus increduli, fecerunt quod non oporebat, evenit eis quod decebat. Nam sequitur: qui comederit ab ovis 45 eorum morietur, quia qui eorum consilia receperit, vitam in se animae extingit. Et quod conditum est, erumpet in regulum, quia per suscepta et enutrita iniquitatis consilia in corpus antichristi ad crescere, qui per consilium malignitatis eorum corde tectum ad plenam iniquita-

16. 20, 16. tem enutritur, de quibus recte subicitur: Caput aspidum suserunt, quia videlicet latentes suggestiones immundorum spirituum parva prius persuasione suscepserunt, sed occidit eos iam lingua viperae, quia capti leni subceptione daemonum, veneno violentiae temptationis enecati sunt, et quid dicam enecati sunt? Iam sepulti, iam mole desperationis premuntur, iam pessime consuetudinis et consuetae nequitiae eorum fetore fideles gravantur, quatri-diani enim sunt. Iam non tantum sorores, affines et parentes, sed et mater ecclesia quae eos 55 parturivit et lacte fidei imbuiens enutritivit, utinam non ad pabulum ignis aeterni, fetorem eorum sustinet. Sed potens est Christi dextera et hos suscitare, et fidem in eis firmam redin-

ct. 10, 11, 30.

tegrare, quae potest de lapidibus suscitare filios Abrahae. Quorum damnationem quia ma- 1076.
ter aeccliea viscerum suorum tortiones et parricidae manus quondam filiorum non susti- fol. 110.
nens gemit, videamus iam quid amicus sponsi egerit, quomodo ab eorum communione et
societatis participatione filios prohibuerit, postremo qualiter nisi resipuerint gladio anathe-
matis ultionem noxiis intentaverit. Ac primo quidem signiferi ipsius et inceptoris malorum
feriendam iudicavit maliciam; et sic in corpus malorum acuendam gladii limati et evaginati
mucrone vindictam.

Heinricus igitur, cuius mentem torpor iniquitatis constrinxerat, causa dissensionis et se- 1076.

minarium malitiae et nequitiae, in Romana synodo pro suis iniquitatibus a beatissimo papa
excommunicatus cum complicibus suis atque fautoribus et a regno est depositus, ut sola Febr. 22.
vexatio intellectum daret auditui, et quorum oculos culpa clauerat, pena aperiret. Nescit
enim impietas mala quae fecit, nisi cum pro eisdem malis ceperit iam puniri. Omnes etiam,
qui ei iuraverant vel iuraturi erant, vinculo iuramenti sunt absoluti licentia et auctoritate
apostolicae libertatis. Hoc cur et qualiter actum sit ab apostolico, Agnes imperatrix, mater
ipsius Heinrici, interrogata respondeat. Ita enim dicit scribens Altmanno Pataviensi episcopo:

Agnes Dei gratia quidquid est, Altmanno Pataviensi episcopo salutem et carissimam dilectionem, Me sospitem Deo adiuante paternitati tuae innotescat, sed maximo afficio merore, quod maximum video aeccliae imminere periculum, filio meo nimium verbis stultorum credulo. Ea que modo gesta sunt in Romana synodo, quoniama ut tibi referrem mandasti, referam. Legati filii mei regis venerunt in synodum, et coram omnibus dixerunt apostolico ex parte filii mei, ut surgeret et dimitteret sedem apostolicam, quam non canonicę sed rapina adeptus esset. Qui statim a Rominis capti sunt. Similiter archiepiscopi, Mogontinus omnesque episcopi illius partis, miserunt per eosdem legatos litteras, se deinceps nullam obedientiam exhibitos apostolico; hoc idem Längobardorum episcopi iure iurando decreverunt. Quare dominus papa omnes qui sponte consenserunt, officio et communione privavit, eisque qui coacti assensum praebe- runt, usque ad festivitatem sancti Petri inducias dedit; filium vero meum regem ob haec et quia excommunicatis communicat, et quia de sceleribus suis penitentiam agere recusat, regia dignitate privavit et anathematis gladio percusgit, omnesque qui sibi iuraverant iuramento absolvit. Valete.

Ecce testimonium matris de praeumptione rebellioni et iniquitate filii, metus de per- 1076.
iculo ecclesiae imminenti, confutatio et exprobratio illorum quorum factiosis haec sunt machinata et attemptata consiliis; quid ad haec dicta, quid responsuri, quid obiecturi sunt catho- fol. 111.
licae partis adversarii? Ecce iam regem suum, quem super altitudinem nubium extollere, immo quem contra Dominum et Christum insurgere docuerunt, iam non regem sed tyran-
num affectatae superbia potestatis suscepérunt. Ut enim ait Ysidorus in libro sententiarum,
rex a recte agendo vocatus est. Si pie, iuste et misericorditer regit, merito rex appellatur.
Si his caruerit non rex sed tyranus est. Et ut idem scribit in libro ethimologiarum: *Antiqui omnes reges tyranos vocabant; sed postea pie iuste et misericorditer regendo regis sunt nomen adepti. Impie vero, iniuste et crudeliter principiantibus non regis sed tyrannicum aptatum est nomen.* Rex igitur iure vocatur qui tam se ipsum quam et subiectos bene regere novit et regendo pacificare, qui cultum regiae dignitatis sanctas subicit religioni, qui magis in timore servire Domino quam in tumore delectatam dominari populo, in quo lenitas iracundiam mitigat, potestatem benignitas ornat, qui subiectis salubriter consulti, qui se magis diligendū quam metuendum exibet, qui sic iustitiam tenet ut misericordiam non relinquat, qui se praे omnibus ita sanctae ecclesiae catholicae filium meminit, ut eius paci atque tranquilitati per universum mundum suum prodesse faciat principatum. Quomodo enim reges serviunt Domino in timore, nisi ea quae contra Domini iussa fuerint religiosa severitate prohibendo atque plectendo? Alter enim iuxta Augustinum servit quia homo est, alter quia rex est. Quia homo est, servit vivendo fideliter. Qui rex est, servit leges iusta praeципientes et contraria prohibentes convenienti vigori sanciendo. *Omnes enim res, ait Leo papa scribens Pulcheriae augustae cap. 10, aliter tutae esse non possunt, nisi quae ad divinam confessionem pertinent, et regia potestas, et sacerdotalis defendat auctoritas.* Si igitur imperator aut cognoscit se ovem esse gregis dominici; si inter sacra altaris cum veneratione se subicit manibus sacerdotum; si beatae trinitatis cultum fide quidem sua sed sacerdos prædicatione servat; si non tam dominari se mundo, quam dominari sibi Christum gloriat; si meminerit a

1076. quo factus est, et quo invitatur, quantum sibi praestitum sit, et quanti beneficii Deo debitor est; si misericors terrori mansuetudinem, si temperat spe minas; si sursum semper respicit; si Deo misericordiam fenerat; dico cum Iohanne Crisostomo Christo conregnat, immo in Christi regno quae sunt humana dispensat. Regale ergo est ministerium Dei populum gubernare et in iustitia et equitate regere; defensorem esse ecclesiarum, tutorem pupillorum 5 et viduarum, liberare pauperem a potente et inopem cui non est adiutor; et cum beato Iob molas iniqui conterere, et dendentibus illius praedam auferre; patrem esse pauperum, oculum caecorum et pedem claudorum. Hec qui fecerit, auris audiens beatificabit eum, et in eo consolabitur cor viduae.

*T. e. ac-
quo.* Invenit itaque tyrannus hic foveam dejectionis, dum se plus equo sustulit in culmine 10 pomptiae potestatis. Nam ut ait mitissimus doctor Gregorius: *Apostatae angelo similis efficitur, dum homo homini esse similis deginatur.* Neque hoc dicentes impugnamus regiam potentiam, quae quidem ordine suo bona est, sed cauta regentis indiget vita. Bonâ est, si sciat quis sumere ex illa quod adiuvat, expugnare quod temptat. Semper autem est amica potestati impatientia et ei male subiectae etiam imperat, quia quod ipsa sentit, potestas 15 exequitur. Et utinam potestas ista ita perversa egisset, ut alii non propinasset; utinam mors illi sua sufficisset, et non virulentis persuasionibus etiam aliorum vitam necasset. Ipsam tamen eius perversitatem dominus papa studio rectae emulationis, non zelo furoris

6. 29. insectatus est. Sed iuxta Iheremiam frustra conflavit conflator; malicie enim impiorum non sunt consumptae. Ecce enim ignis excommunicationis apostolicae exterius confians durae in-

fol. 111. unctionis admovit penam, et tamen erroris non excoxit culpam. Adustus est igne anathematis, segregatus est a consortio christianae communionis, sed nisi redeat ad unitatem matris ecclesiae, a qua errore scismatis deviaverat, comburi potest, mundari non potest; quia auro locus est in quo conficiatur, a quo quisquis recesserit, etsi luceat, aurum tamen esse desiit,

lob. 31. 25. nec clarescit fulgore pulcritudinis, nisi redintegratus et incorporatus ecclesiae, hic prius arserit in officina caritatis. Sed noluit Dominus opera impiorum, et idcirco inducit noctem et conterentur. In nocte enim iniqui conteruntur, cum peccatorum praecedentium confusionem dampnificant. Quod expponens beatus Gregorius: *Omne, ait, peccatum quod tamen cito penitendo non tergitur, aut peccatum est et causa peccati, aut peccatum et pena peccati. Peccatum enim quod penitentia non diluit, ipso suo pondere mox ad aliud peccatum trahit. Unde fit ut 30 non solum peccatum sit, sed et peccatum et causa peccati. Ex illo enim vicio culpa subsequens oritur, ex quo mens caeca ducitur, ut peius ex alia ligetur. Sed peccatum quod ex peccato oritur, non iam peccatum tantummodo, sed peccatum est et pena peccati, quia iusto iudicio omnipotens Deus cor peccantis obnubilat, ut praecedentis peccati merito etiam in aliis cadat. Quod videlicet agitur superius dispositiones ordinata, inferius iniquitate confusa, ut culpa pra- 35 cedens sit causa subsequentis, et rursum culpa subsequens sit pena praecedentis.* Quod totum in hoc iniquorum omnium capitum membro et complicibus eius advertere possumus, qui quia cognoscentes Deum, peccatum superbiae intelligendo commiserunt, caeci sunt ne intelligent quod committunt; traditi in reprobum sensum, ut putent se posse divinae auctoritatis iura convellere, traditas ab ipso Domino sanctiones destruere, inaudita a seculis uti prae- 40 sumptione, divinum illud quidquid est sacramentum prophanare subvertere et deicere. In quibus profecto hoc agitur, ut culpis culpa feratur, quatinus supplicia fiant peccantium, ipsa incrementa viciorum. Hinc de Domino per psalmistam dicitur: *Immissiones per angelos ma- 45 los, viam fecit semiae irae suea.* Corda enim eorum prioribus meritis adgravata, iuste permissa sunt subsequentibus malignorum spirituum persuasionibus falli, quae dum digne in culpan trahuntur, reatus earum in pena cunulatur.

Separato ergo Heinrico a communione corporis ecclesiae et regia dignitate privato, quod semper catholica aecclesia tenuit, quod ab inicio ceptae christianitatis usque ad monstruosa haec tempora stabile et inconclusum perstitit, scilicet non esse communicandum excommu-

nicatis, fautoribus et complicibus suis sibimet similibus violatum est, et impletum est quod 50 13. 5. in Damihelis volumine scriptum est, *quia egressa iniquitas a senioribus et iudicibus, qui videbantur regere populum.* Hii enim qui veritatis dicuntur praecones, quibus credita sunt eloqua Dei ad euangelizandum populo, inauditam contritionem aecclesiae adinvenierunt, communicando regi scelerato et pro sceleribus excommunicato, contra decreta sanctorum canonum et instituta patrum praecedentium, et non abstinentem docendo, et tali se praeincipitatione 55 voragini eidem immergendo, non intelligentes quod qui a capite, id est a sede beati Petri,

excommunicatis adhaerendo dissenserint, iuxta sanctiones patrum orthodoxorum pari cum 1076.
eis damnatione teneantur adstricti, iuxta illud Niceni concilii: *Quodsi quis de episcopis,
presbiteris, diaconibus seu quilibet ex clero deprehensus fuerit excommunicatus communicare,
etiam iste communione privetur, tamquam qui regulam confundit ecclesiae; Fabiani quoque
5 cap. 1: Quodsi quis cum excommunicato avertendo regulas scientia saltim in domo loquutus
fuerit vel oraverit, ille communione privetur; non reverentes illud Augustini quia quisquis a
catholica fuerit separatus ecclesia, quantum laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere
quod a Christi veritate disiunctus est, non habet in se vitam, set ira Dei manet super eum.*

Hec igitur est Heinrici quondam regis depositio, haec est ipsius tyranni fautorumque
10 eius excommunicatio. Et quia secundum dicta prophetica non erat virga Dei ad correctionem ^{Isa. 21, 9}
super illos, dirigebatur in manu eorum dolus, sicut et de capite omnium scriptura testatur
quia faciet et prosperabitur Qui quanto amplius malis adhaerebant, tanto minus intellige- ^{Gen. 8, 12}
bant bona quae perdebant. Lux enim veritatis quo habita negligitur, eo permittit Deus ut
nec amissa requiratur, et pravi quique tanto se inani laetitia extollunt, quanto magis ad
15 peiora convalescant, quemadmodum scriptum est: *Peccator cum venerii in profundum mar- ^{Prov. 18, 3}
lorum, contempnet. Perversae enim mentis est gaudere in iniquitatibus quas flere debuerat.*
Nam bonae mentis est vulnus sentire peccati. Qui autem gaudent ad scelera, trahunt quos
20 valent ad perditionem suam, et sub peccatis esse, vel culpis culpas addere, credunt se vir-^{10b. 30, 7}
tutum opulentia cumulare, de quibus bene per prophetam dicitur, quod esse sub sentibus de-
licias deputant, quia inde perversam mentem ad gaudia sublevant, unde spinas peccatorum
portant. Contempnentes^{a)} enim Deum, minime hic sentiunt quantum sit mali quod agunt.
Manere sub sentibus delicias deputant, quia et dura ex praesentis vitae amore tolerant, et
tamen affectu nimiae cupiditatis obligati, labore eiusdem tolerantiae voluptatem putant.

Fautoribus igitur tyranni Heinrici ipsa eius depositio et excommunicatio versa est in
25 canticum, et donnus papa factus est illis in proverbium. Qui cum audirent excommunicatum
regem, piae admiratione se ipsoe non capiebant, impossible hoc esse proclamabant, a seculo
inauditum pronunciabant. Audiamus ergo et nos ab eis illud tantum sacramentum, quod aut
30 regem corrigi prohibeat, aut contumacem canonice notari non consentiat. Quid inverecunde
servis Dei opponunt regni fastum? Quod utique si iustitia caruerit, a sanctis patribus etiam
latrocinium est appellatum. Ait quippe beatus Augustinus in libro quarto de civitate Dei:
Bonus si serviat liber est; malus etiam si regnet servus est. Et beatus Ambrosius: *Misera, ait,
servitus est seruire peccatis, et servile est omne peccatum, libera est innocentia.* Et beatus Au-^{fol. 112.}
gustinus in eodem libro post pauca: *Remota, ait, iustitia, quid sunt regna, nisi magna latro-
cinia? quia et latrocinia quid sunt nisi prava regna?* Manus et ipsa hominum est, imperio
35 principis regitur, pacto societas astringitur, placiti lege praeda dividitur. Hoc malum si in
tantum perditorum hominum accessibus crescat, ut et loca teneat, sedem constituat, civitates
occupet, populos subiuget, evidenter regni nomen assumit. Quod etiam in manifesto con-
fert, non dempta cupiditas, sed addita inpunitas. Coercenda igitur quis neget latrocinia?
Si remota iustitia nichil aliud sunt regna nisi magna latrocinia, et manus ipsa latrocinantium
40 videtur regi quasi imperio principis praesidentis ad scelera; ergo coercendus est latrocinantium
princeps, coercenda ipsa latrocinia, ut accidente iustitia disponant regnorum iura
et cessent latrocinia. Sed et numquid reges excepti sunt, quando ipse rex regum de disci-
plina aecclesiastica agens ait principi apostolorum: *Quodcumque ligaveris super terram erit ^{Mat. 16, 19}
ligatum et in celis et reliqua. Vereantur ergo et reges ab his ligari in terris quorum senten-
tiā Deus confirmat in coelis.* Meminerint se esse non supra aecclesiam sed intra aecclesiam,
si tamen non ex eo quod reges dicuntur in gurgitem viciorum aut in tyrannidem effronantur,
sed ex eo quod christiani appellantur per vitae puritatem et regnantis mansuetudinem Chri-
stum imitantur; quem utique, sicut ait beatus Augustinus, *non sequitur, qui non secundum
veram fidem et catholicam disciplinam christianus vocatur.* Si vero subsanante nos contra-
50 riae partis adversarii requisierint quisnam episcoporum reges redarguerit, audient quid papa
Gelasius dicat in epistola quam scripsit Dardaniae episcopis: *Nathan, inquit, propheta palam
publiceque in facie regi David, et commissum denuncavit errorem, et ipsum commisso non
tauit, et confessione correctum consequenter absolvit. Beatae memoriae Ambrosius Mediola-
nensis ecclesiae sacerdos maiorem Theodosium imperatorem a communione publice palamque
55 suspendit, atque ad penitentiam redigit regiam potestatem. Beatae memoriae papa Leo impe-*

a) contempnentes c.

- fol. 107. *ratores Theodosium iunorem Ephesinae synodi latrocino libere coarctuit excedentem. Sanctae memoriae papa Hylarius Anthemium imperatorem, cum Filotheus Macedonianus eius familiaritate suffultus diversarum conciliabula sectarum in urbem vellet inducere, apud beatum Petrum apostolum palam ne id fieret clara voce constrictit, in tantum ut non ea facienda cum interpretatione sacramenti idem promitteret imperator. Sanctae memoriae quoque Simplicius, et post eum sanctae memoriae papa Felix non solum Basilicum tyrannum, sed etiam imperatorem Zenonem pro hisdem ipsis excessibus auctoritate libera sepius increpasse noscuntur, fletique potuisset, nisi Constantinopolitani praesulis accendebatur instinctus, qui particeps externae communionis effectus, necessario in quod inciderat iam fovebat, madens vi suaee praevaricationis obsistere, quam curandus ad salubria remeare, sicut ipse rerum probavit eventus. Sanctae 10*

memoriae quoque memoriae Innocentius papa Archiduchum imperatorem, quia consensit ut sanctus Iohannes Crisostomus de ecclesia pelleretur, excommunicavit. Ecce nuper Onorio Wandalorum regi vir magnus et egregius sacerdos Eugenius Carthaginensis episcopus, multique cum eodem catholici sacerdotes constanter restituere se videnti, cunctaque extrema tolerantes, hodieque persequitoribus resistere non omissunt. Nos quoque Odoacro barbaro heretico regnum Italiae tunc 15

tenenti, cum aliqua non facienda praecepiteret, Deo praestante nullatenus paruisse manifestum est. Hec Gelasius. Reliquum est, ut et nos exempla querentibus testimonia rei et temporis congrua ex decretis canonicis et scripturis autenticis proferamus, et in domo Dei, si aurum argentum lapides praetiosos non possumus, saltene quin sic nobiscum bene agitur, vel pilos caprarum offeramus. Ut ergo aliquanto superiora repetamus, beatae memoriae Fabianus papa Philip- 20

pum imperatorem, primum omnium imperatorum christianum, cum voluisset in paschalibus festis communicare vivificis mysteriis, inter penitentes stare praecepit, quoad culpas, quae de eo plurimae ferebantur, per penitentiae lamenta dilueret; quod et religiosissimus princeps gratanti anima suscepit. Cuius humilitas, ut iam alibi diximus, tanto mordacius tumorem regum nostrorum impedit, quanto religiosius ille disciplinari aecclesiasticam in tam rara 25

recentique christianitate suscepit, quam hic in iam matura et dilatata nec audire consentiunt. Beatus Ambrosius maximum imperatorem a communione segregavit, admonens ut effusi sanguinis domini sui penitentiam ageret. Eugenium quoque imperatorem quia de repetenda ar Victoriae se sacrilegio misericit, idem Ambrosius munera eius sprevit et ab ecclesia cum et complices eius abiecti. Sanctae memoriae quoque papa Gregorius III, removit Romam et 30

Italiam et omnia tam rei publicae quam aecclesiasticae iura in Hesperie partibus ab obedientia Leonis imperatoris et imperii sub eo constituti. Iohannes etiam, non ipsa aut episcopus sed monachus et presbiter Damascenus, doctor optimus, eundem Leonem cum Orientis episcopis anathemati subdidit. Beatae memoriae Zacharias papa Hildericum ultimum de stirpe Merovingorum regem a regno depositum, et in monasterium detrudi iussit, et Pippinum in 35

honore regni sublimari constitutus. Stephanus quoque Romanus pontifex, successor eius, cumdem Pippinum in regno constituit, et omnes Francigenas a iuramento fidelitatis absolvit. Ludovicus etiam Pius imperator in Elisatiam profectus, occurrentibus ei ibi filiis suis cum Gregorio IV. Romano pontifice, iudicio episcoporum arma depositum, et ad penitentiam agendum aliquanto tempore privatus aut sicut in gestis Francorum legitur inclusus victitavit. 40

Legat etiam in eodem volumine qui scire voluerit, quid a beato Nicholao papa adversus Lotharii regem et complices fautoresque eius actum sit pro Tietberga regina repudiata, et Waldraida adultera subintroducta. Sanctae memoriae quoque Germanus Parisiorum episcopus Aribertum regem, quia uxore legitimâ derelicta duas sibi in matrimonium iunxerat, excommunicavit; qui quia correctus non est, iudicio Dei percussus mortuus est. Niceforus quoque 45

patriarcha Constantinopolitanus, vir catholicus, considerata difficultate et incursione barbarorum intollerabili, Michaelensem imperatorem, quia aliquoties congressus cum barbaris sine trium- fol. 113. pho reversus fuerit et inglorius, depositum, et una cum Procozia augusta natisque suis monastico induit indumento. Et ut innumerabilia praetermittamus testimonia, dicant qui reges ab aecclesiastica disciplina et per hoc a Deo volunt alienare, utrum in omni divinarum scripturarum serie, in quibus diversarum sectarum heretici leguntur dampnati fuisse, imperatores videantur excepti; verbi gratia, ut cum Arriani dampnatur, Constantius imperator, aut Valentius, aut aliquis regum Arriano caeno sordentium excipiat? Sed iam ipse dominus papa, qui membra putrida et emortua praecedit ab unitate corporis, porrigit et obtendat contra obloquientes et subsannantes et maledicta iacentes clipeum defensionis. Ait itaque scribens fideli- 50

bus in Theutonicorum regno commorantibus et de excommunicatione regis dubitantibus:

*Gregorius⁷⁰ episcopus, servus servorum Dei, omnibus episcopis, ducibus, comitibus ceteris- 1076.
que fidelibus in regno Theuthonicorum christianam fidem diligentibus salutem et apostolicam
benedictionem. Audicimus quosdam inter vos de excommunicatione quam in regem fecimus
dubitare, et querere utrum iuste excommunicatus sit, et si nostra sententia ex auctoritate legalis
5 censoriae ea qua debuit deliberatione progressa sit. Quapropter qualiter^a ad excommunican-
dum illum adducti simus, prout verius possumus, teste conscientia nostra, oculis et intellectibus
omnium patet facere curavimus, non tam ut singulas causas quae heu! nimium notae sunt quasi
nostro clamore proiciamus in publicum, quam ut eorum opinionibus satisfaciamus, qui putant
nos spiritualem gladium temere et magis motu animi nostri quam divino metu et iustitiae zelo
10 corripuisse. Cum adhuc in diaconatus officio positi essemus, perlata ad nos de regis actionibus
sinistra et multum inhonesta fama, propter imperialem dignitatem et reverentiam patris et ma-
tris eius, necnon propter spem et desiderium correctionis suae sepe eum per litteras et nuncios
admonuimus, ut a pravitate sua desisteret, et memor clarissimi generis ac dignitatis suae vitam
15 suam moribus quibus regem et futurum Deo donante imperatorem deceret, institueret. Post-
quam vero ad pontificatum licet indigni venimus, et illius aetas crevit pariter et iniurias; intel-
ligentes Deum omnipotentem animam illius tanto districthus de manu nostra requisitorum,
quanto nobis ad increpandum illum prae cunctis libertas data fuisset et auctoritas; multo solli-
citus eum modis omnibus, arguendo, obsecrando, increpando, ad emendationem vitae suae
20hortati sumus. Qui cum sepe nobis devotas salutationes et litteras mitteret, excusans se tum ex
aetate, quod fluxa esset et fragilis, tum quod ab his in quorum manus curia erat multoties sibi
male suasum atque consultum sit, monita nostra se de die in diem promptissime suscepturum
verbis quidem promisit, ceterum re et aggreditione culparum penitus concudeavit. Inter hec quos-
dam familiares suos, quorum consilii et machinationibus episcopatus et nulla monasteria, in-
ductis per pretium lupis pro pastribus, symoniaca heresi fedaverat, ad penitentiam vocavimus,
25 quatinus et bona aeccliarum quae per interventum tam scelerati commercii sacrilega manu
suscepserant, venerabilibus locis ad quae pertinerent dum adhuc locus esset emendandi redde-
rent, et ipsi de perpetrata iniuritate per lamenta penititudinis Deo satisfacerent. Quos dum ad
haec exequenda datas inducias spernere, et in consueta nequitia pertinaciter stare cognovimus,
sicut dignum erat, sacrilegos et ministros ac membra diaboli a communione et corpore totius
30 ecclesiae separavimus, et regem ut eos a domo sua, a consiliis et omni communione sua sicut
excommunicatos repellere admonuimus. Interim vero ingravescente contra regem Saxonum
causa, cum vires et praesidia regni a se maxima ex parte deficere velle consiperet, iterum
direxit nobis epistolam supplicem et omni humilitate plenan, in qua omnipotenti Deo et beato
Petro et nobis se culpabilem reddens, preces etiam optulit, ut quod ex sua culpa in aecclia-
35 sticia causis contra canonicaem iustitiam et decreta sanctorum patrum delinquisset, nostra apo-
stolica providentia et auctoritate corrigeremus, atque in eo suam nobis obedientiam per
omnia, consensum et fidei promisit adiutorium. Hoc idem etiam postea a fratribus ac legatis
nostris H.⁷¹ Praenestino et G.⁷² Ostiensi episcopis, quos ad illum misimus, ad penitentiam sus-
ceptus, in illorum manus per sacras stolas quas in collo tenebant reprimendo confirmavit.
40 Deinde post aliquot tempus commisso cum Saxonibus paelio, res pro victoria quam adeptus
est tales Deo grates et victimas optulit, ut vota quae de emendatione sua fecerat omnino fran-
geret, et nichil eorum quae promiserat attendens, excommunicatos in suam familiaritatem et
communionem recuperet, et aecclias in ea qua consueverat confusione traheret. Qua de re
gravi dolore percussi, quamquam post contempta celestis regis beneficia pene omnis spes cor-
45 rectionis eius nobis ablata sit, adhuc tamen animum eius templandum fore decrevimus, magis
cupientes eum apostolicam mansuetudinem audire, quam experiri severitatem. Itaque misimus
et cemonitorias epistolas, ut meminerit quid et cui promiserit, ne credit se posse fallere Deum,
cuius quanto prolixior est patientia, tanto severior est, cum iudicare ceperit, ira, neve in honore
Deum honorantem se, nev potentiam suam ad Dei contemptum^b et apostolicam templet^c extendere
50 contumeliam, sciens quoniam superbis Deus resistit, humiliibus autem dat gratiam. Preterea
misimus ad eum tres religiosos viros, suos, utique fideles, per quos eum secrete montimus ul
penitentiam ageret de sceleribus suis, que quidem horrenda dictu sunt, plurimis autem nota et
in multis partibus divulgata, propter quae eum non solum excommunicari usque ad condignam*

a) vox deest. b) contemptum et teplet c.

55 70) Exstat et in codice Udalrici 146 et apud Bernriedensem c. 78. K. 77) Humberto. 78) Geraldo.

1076. satisfactionem, sed ab omni honore regni abeque spe recuperationis debere destitui, divinarum et humarum legum testatur et iubet auctoritas. Postremo nisi excommunicatos a sua communi-
cione divideret, nos nichil aliud de eo iudicare aut decernere posse, nisi ut separatus ab eccl-
esiia in excommunicatorum consortio stare*, cum quibus ipse potius quam cum Christo partem

fol. 114'. habere delegit. Sane si nostra monita suscipere et vitam suam corrigeremus, Deum testem s-
invocavimus et vocamus, quantum nos de eius honore et salute gaudemus, quanta caritate eum
in gremio sanctae ecclesiae amplectemur, utpote eum qui princeps populi constitutus et am-
plissimi regni gubernacula tenens, catholicae pacis et iustitiae defensor esse deberet. Verum
quanti ipse scripta aut verba per legatos nostros missa fecerit, eius facta declarant, qui in-
digne ferens a quoquam reprehendi aut corripi, non solum a perpetratris criminibus ad peniten-
tiam revocari non potuit, sed ampliori conscientiae suae furore arreptus non prius cessavit,
donec episcopos pene omnes in Italia, in Theuthonicis vero partibus quotquot potuit, circa fidem
Christi naufragare fecit. Cum igitur iniquitatem eius ad summum prodisse vidimus, pro his
videlicet causis quod ab eorum communione qui pro sacrilegio et reatu synomiacae heresis ex-
communicati sunt se abstinere noluit, deinde quod pro criminosis actibus vitae suaे penitentiam 15
non dico suscipere sed nec promittere voluit, mentita ea penitentia quam in manus legatorum
nostrorum promiserat, necnon quod corpus Christi, id est unitatem ecclesiae, scindere non ex-
pavit, pro his inquam culpis synodali eum iudicio excommunicavimus, ut quem mites non potui-
mus, vel severi ad viam salutis revocare valeamus, aut si quod abs^b distinctiones quidem sen-
tentiam vel censuram perlimur, soltim anima negligentiae aut timoris magnitudini non suc-
cumbat. Si quis igitur hanc sententiam iniuste vel irrationabiliter prolatam esse putaverit,
si talis est, ut sacris regulis intelligentiae sensum praebere velit, nobiscum agat, et non quid nos,
sed quid divina auctoritas doceat, quid decernat, quid consona sanctorum patrum voce iudice-
tur, patienter audiens adquiescat. Nos tamen non estimamus quemquam fidelium qui aecl-
esiastica instituta noverit hoc errore teneri, ut non hoc, etsi publice affirmare non audeat, vel in 25
corde suo recte factum esse perhibeat. Quamquam et si nos, quod Deus avertat, non satis de
gravi causa aut minus ordinata eum huiusmodi vinculo ligaverimus, sicut sancti patres asse-
runt, non idcirco spernenda esset sententia, sed absolutio cum humilitate querenda. Vos autem
dilectissimi, qui iustitiam Dei non pro regia indignatione nec pro aliquo periculo deserere volui-
stis, fatuitatem eorum, qui de execratione et mendacio annunciantur, execrantes, viriliter 30
state et confortamini in Domino, scientes quod partem eius defenditis qui est insuperabilis rex
et magnificus triumphator, iudicaturus vivos et mortuos, reddens unicuique secundum opus
suum. De cuius multinoda retributione et vos certi esse poteritis, si usque in finem fideles et
inconcussi in eius veritate persisteritis. Propter quod et nos incessanter rogamus Deum, ut det
vobis virtutem corroborari per Spiritum sanctum in nomine eius, et convertat cor eius ad peni-
tentiam, ut et ipse cognoscat aliquando nos et vos verius eum amare, quam qui nunc suis ini-
quitatibus obsequuntur et favent. Quodsi Deo inspirante voluerit resipiscere, quidquid contra
nos molitur, semper tamen nos ad recipiendum eum in sanctam communionem, prout vestra
nobis consuluerit caritas, paratos inventet.

fol. 115. Seripsit et aliam epistolam, intuitu discretionis, pietatis et misericordiae dulcedine ple-
nam, pro reconciliacione quorundam; ut si qui ad Deum reverti voluissent, haberent paratum
prae oculis medicamentum reconciliationis, ne aliqui egritudine praevento obesset, quod ad
sedem apostolicam occurrere non posset; et ut nulla haberetur communionis societas cum
excommunicatis:

fol. 25. *Gregorius^a episcopus, servus servorum Dei, omnibus in Christo fratribus, episcopis, abbati-
bus, sacerdotibus, ducibus et principibus atque militibus, omnibusque christianam fidem et beati
Petri honorem revera diligenteribus in Romano imperio habitantibus salutem et apostolicam bene-
ditionem. Gratias agimus omnipotenti Deo, qui propter nimiam caritatem qua dilexit nos pro-
prio filio non pepercit, sed pro nobis tradidit illum, quia ultra meritum, ultra spem etiam bono-
rum hominum, ecclesiam suam protegit gubernat atque defendit. Scitis enim, fratres karissimi, 50
quia hoc periculoso tempore, quando antichristus in membris suis operatur ubique, viz solet ali-
quis inveniri, qui revera Deum et honorem eius diligat et eius praecepta seculari commodo et
gratiae terrenorum principum praeponat. Sed ille qui non repellit pletem suam et cotidie pec-
catores a sinistra in dextram communal, vos proprio ac sereno vultu respexit, et contra suos
inimicos ad salutem multarum gentium erexit, ut magis vobis libertate in periculo vitae transito-
55*

^a sicut end.

^b lego abit ne distinctione q. s. v. c. p. nostro s. ut in cod. Udalrici.

79) Regist. Greg. IV. 1.

iae consistere, quam aeterni regis gloriam et honorem humanae gratiae praeponere. Hec 1077.
autem facientes, non aure surda apostolorum principem transitis dic item genus electum regale
sacerdotum, et: obedire oportet Deo magis quam hominibus. Nam vestra fraternitas non igno-
rat, quanto tempore sancta ecclesia inauditas pravitates et diversas iniquitates regis et utinam
christiani et vestri sustinuit, et quanta ruinae quantaeque calamitati ipso auctore hoste antiquo
praecedente patuit. Cui nos fraterna dilectione et amore patris et matris eius dueti, adhuc in
diaconatu positi admonitionis verba transmisimus; et postquam ad officium sacerdotii licet
indigni venimus, ut resipisceret summopere et frequenter per viros religiosos admonere curavi-
mus. Ipse vero quid e contra egerit, quomodo malum pro bono reddiderit, vel qualiter calca-
neum suum contra beatum Petrum erigendo, sanctam ecclesiam quam sibi omnipotens Deus
commisit scindere procuraverit, vestra novit karitas et per omnia iam mundi sonuit climata.
Se quia nostri est offici homines et non via diligere, et pravis ut resipiscant resistere, et im-
pietas non homines horrere: auctoritate beati Petri apostolorum principis monemus vos, et ut
carissimos fratres rogamus, omnimodo studeite illum de manu diaboli eruere, et ad veram peni-
tentiam provocare, ut possimus eum Deo favente ad sinum communis matris nostrae, quam fol. 115.
conatus est scindere, fraterna ducti caritate revocare. Ita tamen, ut nulle fraude possit recidiva
clade christianam religionem confundere et sanctam ecclesiam pedibus suis conculcare. Quod-
si vos non audierit et diabolum potius quam Christum sequi elegerit, et eorum qui pro synoniua
heresi iam per longa tempora excommunicati sunt consilium vobis praetulerit, divina potentia
20 inspirante simul inveniamus, simulque statuanus, ut Deum homini praeponentes, universali
ecclesiae iam pene labenti viriliter succurramus. Quicumque autem ex his respirat, qui pre-
dictum regem non erubuerit Deo omnipotenti praeponere, et christianam legem si non vere, ope-
ribus tamen ne are, sicut dicit apostolus: „Ore quidem fatentur Deum, factis autem negant“,
vos fratres mei et consacerdotes, illos beati Petri auctoritate suscipe et ad gremium matris
25 nostrae ecclesiae reducite, ut mereamini gaudium in celo angelis Dei innovare. In omnibus
tamen, sicut decet karissimos filios, honorem p̄i patris vestri apostolorum principis p̄e oculis
habete. Quicumque autem episcoporum vel laicorum timore vel gratia humana seducti, a com-
munione regis se non subtrazerint, sed ei faventes animas suas vel illius diabolo tradere non
timuerint, si non resipuerint et condignam penitentiam egerint, nullam cum eis communionem
30 vel amicital habeatis. Isti enim sunt qui animam suam et regis odio habent, et occidunt,
regnum et patriam christianamque religionem confundere non erubescunt. Sicut enim nobis
imminet quod per prophetam dicitur: „Si non annunciaris iniquo iniquitatem suam, animam
eius de manu tua requiram“, et: „Maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine“, id est
35 verbum praedicationis, ita imminet illis, si non obedierint, ira divini iudicii, et ultro sceleris ido-
latrae testante Samuеле. Testis enim nobis est Deus, quia nulla nos commoda secularis respec-
ctus contra pravos principes et impios sacerdotes impellit, sed consideratio nostri officii et potes-
tas quam cotidie angustamur sedis apostolicae. Melius enim est nobis debitam mortem carnis
per tyrannos si oportuerit tubire, quam nostro silentio timore vel commando christianae legis
destructioni consentire. Sanctos quidem patres nostros dixisse scimus: „Qui pravis hominibus
40 sui consideratione officii non contradicit, consentit, et qui resecanda non prohibet, committit.“
Omnipotens Deus a quo bona cuncta procedunt, meritis domine nostrae caelstis reginae et
beatorum apostolorum Petri et Pauli intercessione corda vestra confirmet et custodiat, et Spiritus
sancti gratiam semper infundat, ut quae placita sunt ei facientes, mereamini sponsam eius
matrem videlicet vestram de fauibus luporum eripere, atque ad supernam illius gloriam ab
45 omnibus peccatis absoluti pervenire. Amen.⁸⁰

Heu igitur pro reconciliatione regis et aliorum ab ecclesia alienatorum pius pater dabat
mandata fidelibus; cu tamtu^b inerat iustitiae splendor, ut suam postponeret salutem, quo
matri ecclesiae antiquam redderet libertatem Non enim eum movebant salutis pericula pro
iustitia suscepta vel suspicienda. Ita enim animum suum informaverat, ut neque dvitias, fol. 116.
50 neque voluptates, neque honores in maximis constitueret, neque in his studium suum omne
contereret; quin potius illud decorum et honestum ita sibi proposuerat, ut quidquid ei acci-
disset quo frangi homines solent, quasi superior non sentiret. Sollicitus etiam erat, iuxta
beatum Ambrosium, ne quid temere aut incuriose ageret, ex quo probabilem non posset
rationem reddere. Pretendebat animo ut bonus speculator, ut appetitus rationi lege naturae

⁵⁵ a) non - now cod. b) ita c.

⁸⁰) Data Laurenti S. Kal. Ang. ind. 14.

1077. subditus, neque praecurreret rationem neque desereret; ne praecurro perturbaret eam atque excluderet, et deserendo destitueret. Verum Heinrici perturbata mens effuso appetitu, tamquam efferto impetu frenos rationis non suscipiebat, nec sentiebat aurigae moderamina, ideoque flecti non poterat. Nec deearant qui missas papae epistolae ei referebant, sed quae facere despiciebat, etiam scire contempnebat, ex^a verbis tamen pietatis meditabatur venena 5 iniquitatis. Arrogantis enim est proprium de suis malis bona estimare, de alienis hominibus mala sentire, et bona pondus actionis vertere in maculam criminis. Dum ergo ex condescensione et compassionē caritatis meditaretur arma furoris, audiamus quomodo patris nostri virilis animus, astutia serpentis et columbina simplicitate praeditus, velut de specula mentis cogitatione provida obviaverit conatibus eius inquis. Ait itaque scribens fidelibus eisdem quibus¹⁰ et supra:

Aug. 29. *Gregorius episcopus, servus servorum Dei, eisdem omnibus salutem et apostolicam benedictionem. Postquam fraternitati vestrae epistolam direximus quae ita incipit: „Gratias agimus omnipotenti Deo“; a fidelibus sanctae ecclesiae accepimus, quod rex summopere procuret nos ab invicem sciungere, suaque fraude decipere, modo per spirituales modo per seculares personas. Proinde dubitamus ne forte ex nostris fratribus minus cauti pro licentia quam dedimus decipientur, et ideo ex parte beati Petri apostolorum principis praeceperimus, ut nullus eum presumat a vinculo anathematis absolvere, quoque illius satisfactio et penitentia per idoneos vestros nobis fuerit renunciala, ut simul decernentes per legatos nostros quod aequum fuerit ac Deo placitum, omni fraude remota, apostolica auctoritate statuamus. Vos autem diligenter stu-* 20 *dete eam promissionem eamque securitatem ab illo accipere, ut non videamur pro columbae simplicitate serpentis prudentiam negligere. Quodsi inter hec, quod non optamus, morte praeventus fuerit, non dubitet vestra fraternitas, quam vera penitentia veraque satisfactio prometur solutionis medicinam impendere. Data Triburis^c 4. Kal. Septembbris.*

Non mireris eum regem nominari licet depositum, cum et mortui pristino nominentur 25 vocabulo. Sic quoque sanctus Gregorius episcopum inrevocabiliter depositum usurpat nomine episcopi censebat nominari, cui tamen nichil depositae dignitatis restituere volebat. Quid etiam beatus papa ad legationem illam regis se minime regentis, pro qua etiam in Romana est synodo depositus, responderit, quomodo tota Spiritum sanctum mente consciens

fol. 116^b. intonuerit, subinfratur:
30

Gregorius⁸¹ episcopus, servus servorum Dei, omnibus qui cupiunt annumerari inter oves Christi, quas beato Petro commisit, salutem et apostolicam benedictionem. Audistis, fratres mei, novam et inauditam praeumptionem, audistis sceleratam scismaticorum et nomen Dei in beato Petro blasphemantium garrulitatem et audaciam, audistis superbiam ad iniuriam et contumeliam sanctae et apostolicae sedis elatam, qualem patres vestri nec viderunt nec audierunt um- 35 quam, nec scripturarum series aliquando a pagani vel hereticis docet emersam. Cuius mali et si umquam post fundatam ecclesiam et propagatam Christi fidem praecessisset exemplum, omnibus tamen fidelibus pro tanto contemptu et conculcatione apostolicae immo divinae auctoritatis dolendum foret et gemendum. Quapropter si beato Petro claves regni celorum a Deo traditas creditis et vobis per manum ipsius ad aeterna vitae gaudia introitum patere cupitis, 40 cogitandum est vobis, quantum nunc de illata sibi iniuria dolere debeatis. Nisi enim hic ubique per discrimina temptationum quibus vestra fides et corda parantur socii passionum efficiamini, procul dubio non estis digni, ut participes futurae consolationis et filii regni coelestem coronam et gloriam mereamini. Rogamus igitur caritatem vestram, ut instanter divinam misericordiam implorare studeatis, quatinus aut corda impiorum ad poenitentiam convertat, aut reprimendo 45 eorum consilia quoniam stulti et insipientes sint, qui petram a Christo fundatam revertantur et divina privilegia violare conantur, ostendat. Qualiter aut pro quibus causis beatus Petrus anathematis vinculo alligaverit praefatum regem Heinricum, in sequentibus litteris cognoscere potestis: „Gre-

gorius episcopus, servus servorum Dei. Audivimus quosdam inter vos,^a ut supra.

fol. 116. Anno ab inc. Dom. 1078. indictione 1, pontificatus eius anno 5, mense Martio, Grego- 50
1078. riis papa VII. Romanae synodo episcoporum centum praesidens, dixit post aliquo^b: *Ordi-*

nationes illorum, qui ab excommunicatis sunt ordinati, sanctorum patrum sequentes vestigia,

a) in supra positio vel ex cod. b) temptationum cod. c) lege: Tibure.

*81) Registr. Gregor. III, 6. 82) Vide in actis concilii apud Mansi XX, 503. cf. Bernriedensem p. 435.
lin. 38.*

irritus fieri censuimus. Sanctorum praedecessorum nostrorum statuta tenentes, eos qui excommunicatis iuraverunt, fidelitate aut sacramento absolvimus, et ne sibi fidelitatem obseruent modis omnibus prohibemus. Et quoniam multos peccatis nostris exigentibus pro causa excommunicationis cotidie perire cernimus, partim ignorantia, partim etiam nimia simplicitate, partim timore, partim etiam nimia necessitate, devicti misericordia, anathematis sententiam, prout possumus, ad tempus oportune temperamus. Apostolica itaque auctoritate ab anathematis vinculo substrahimus videlicet uxores, liberos, servos, ancillas, seu mancipia, necnon rusticos et servientes, et omnes alios qui non adeo curiales sunt, ut eorum consilio scelera perpetrentur, et illos qui ignoranter excommunicatis communicant, seu illos qui communicant cum eis qui 10 communicant excommunicatis. Quicunque autem orator sive peregrinus aut viator in terra fol. 117. excommunicatorum venerit, ubi non possit emere, aut non habet unde emat, ab excommunicatis accipiendi licentiam damus. Et si quis excommunicatis non sustentatione superbiae, sed humanitatis causa aliquid dare voluerit, non prohibemus. Actum in ecclesia domini Salvatoris, quae appellatur Constantiniiana, 5. Non. Marcii.

¹⁵ Anno ab incarnatione Domini 1078, mense Februario, indictione 2, pontificatus domini fol. 116. papae Gregorii VII. anno 6. convocatum est concilium ex diversis partibus orbis, et omnibus ^{Acta concil. 1079.} in ecclesia Salvatoris Romae congregatis, habitus est sermo de corpore et sanguine Domini^{82.}

Maxima siquidem pars panem et vinum per sacrae orationis verba et sacerdotis consecrationem Spiritu sancto invisibiliter operante converti substantialiter in corpus dominicum quod in 20 cruce pependit, et in sanguinem qui de eius latere fluxit, asserebat. Quidam vero caecitate nimia percorsi, figuram tantum astruebant. Verum ubi res cepit agi, priusquam tertia die ventum foret in synodus, defecit contra veritatem nisi pars altera. Denique Berengarius, huius erroris magister, post longo tempore dogmatizatam impietatem errasse se coram concilio confessus, veniam postulatam ex apostolica clementia meruit, iuravitque sic: *Ego Berengarius corde credo et ore confiteor, panem et vinum, quae in altari ponuntur, per mysterium sacrae orationis et verba nostri Redemptoris substantialiter converti in veram et propriam ac vivificantem carnem et sanguinem domini nostri Iesu Christi, et post consecrationem esse verum corpus Christi, quod natum est de virgine, et pro salute mundi oblatum in cruce pependit, et quod sedet ad dexteram Patris; et verum sanguinem Christi qui de eius latere fusus est, non tantum per signum et virtutem sacramenti, sed in proprietate naturae et unitate substantiae, sicut in hoc brevi continetur, et ego legi, et vos intelligitis, sic credo: nec contra hanc fidem ulterius docebo. Sic me Deus adiuvet, et haec sacrosancta euangelia. Tunc dominus papa praecepit Berengario auctoritate apostolica, ut de corpore et sanguine Domini numquam ulterius cum aliquo disputare vel docere praesumere, excepta causa reducendi ad fidem eos, qui per 35 eius doctrinam ab ea recesserant.*

Hoc anno obiit Grimoldus abbas sancti Vitoni, dum a Roma regredieretur, et sepultus fol. 117. est Mantuae in ecclesia sancti Andreae apostoli 14. Kalendas Iulii, cum iam ipsam ecclesiam tertio anno regereret donnus Rodulfus abbas, ipso Grimoldo de praelatione abbatiae excusato. Erat enim simplicis naturae.

⁴⁰ Hoc etiam anno, qui erat ab incarnatione Domini 1078, regimen praelationis apud Casam Dei Signinus quondam Lugdunensis canonicus, natalibus clarus, morum probitate coruscus. nunc felici beatus excessus^a. Sub quo ordinatus est abbas Fraxinensis⁸³ ecclesiae Pontius a domino papa Gregorio, qui post aliquot annos infestatio Heinrici dicti regis abbaciā dimisit, questia a domino Anselmo Lucensi episcopo licentia, et optenta per haec verba: *P. dilectissimo in Christo confratri, A. omnium episcoporum minimus, salutem in Christo. Tanto diligenter nos et sollicitiores vos erga salutem animarum tuarum convenit, quanto magis de nostra caritate fraternalis tua confidit; ne, quod absit, nostra negligentia sanctum desiderii tui fervorem extingual, et sanguinem tuum in districto suo iudicio omnipotens Dominus de manu mea requirat. Credidi domini abbatis et sanctae congregationis Casae Dei, necnon venerabilis patris nostri H. Lugdunensis archiepiscopi obedientiam, cum benedictione apostolica beatissimi patris nostri G. omnibus iniquitatibus maiorem esse, et non solum ad detergandam omnem maculam iniquarum cogitationum, verum etiam ad promerendam requiem aeternam posse sufficere, nisi tu non credendo indignum efficeres, et gratiam Dei in vacuum reciperes. Omne enim quod non est ex fide, peccatum est, ita ut in his etiam qui tradere videntur corpora sua propter Deum ad*

^{55 a) suscepit supple.}

^{82) Acta concilii apud Mansi XX, 523. 83) Frainet.}

1078. *supplicia, mors operetur, non vita, vim ex sua dissidentia quodammodo omnipotenti Deo difficultatem perficiendi ingrat, qui omnes salvos fieri desiderat, sicut ipse in evangelio dicit: „Calicem meum bibetis, sedere autem ad deserteram meam vel ad sinistram, non est meum dare vobis.“ Tibi itaque obedienti, tibi firmiter credenti, tibi omnem spem tuam in virtute sanctae ecclesiae collocanti promissa est venia, tibi vero aliud agenti, aliud simulanti, nulla relinquitur fiducia, si corpus tuum tradideris ita ut ardeat. Scis quia multoties in fide mea te suscepisti, hac tamen condicione, ut curam regiminis tibi iniunctam cum omni sollicitudine exhiberes, nec ulterius animae tuae, sicut tu male credebas, custodiam commissi tibi gregis necessitatibus praepones; non quae tua sunt, sed quae aliorum attenderes. Sed ut video, nulla ratione a sui propositi tramite animus tuus revocari potest. Propterea metuens ne in peius proficiant ea etiam quae bona videntur, melius nobis visum est ut cursum suum peragat bonae intentionis tuae fluvius, quam contra impetum currens perpetua ariditate dampnetur. Tolerabilius est enim ut tu solus pereas, quam tecum pariter sicut hactenus omnes tibi commissos in discrimen adducas. Sed tamen confidimus, quia tribuit tibi Dominus secundum cor tuum, quem non inventit idoneum ad regimen aliorum secundum cor suum. Si itaque alia via plus tibi placet, nostra licentia depone sarcinam, quam imposuit tibi sola sine caritate necessitas, et sanctis orationibus tuis adiuva me in alia navi laborantem. Saluto per te dominum Lugdunensem archiepiscopum, si tamen rationabilis necessitas a totius orbis internecione excusat. Si enim aut timore, aut negligientia, aut quietis noxiae amore matrem suam visitare, et liberare de manu mortis distulisti, reus erit iudicio, nisi sine mora venire et in omnibus auxiliari studuerit.*

fol. 117. Destinavit autem praefatus papa ad visitandos et corroborandos christiana fidei propagatores ad regnum Theuthonicorum descendere, quod et ab illis missis ad eum nunciis, quesitum erat, ut in sua praesentia magis magisque manifestaretur iustitiae regula, scribens ad omnes beati Petri fideles, in haec verba:

Gregorius⁸⁴ episcopus, servus servorum Dei, omnibus archiepiscopis, episcopis, abbatibus, 25 ducibus, marchionibus, comitibus omnibusque christianam et beati Petri fidem et doctrinam defendantibus et observantibus, in omni regno Theuthonicorum habitantibus, salutem et per beato rum Petri et Pauli benedictionem omnium peccatorum absolutionem. Ego qualisunque sacerdos apostolorum principis, contra voluntatem et consilium Romanorum confidens de misericordia omnipotentis Dei et de vestra fide catholica, venio ad vos paratus propter honorem Dei et 30 salutem animarum vestrarum mortem subire, sicut Christus pro nobis animam suam posuit. In hoc enim positi sumus, ut per multas tribulationes tendamus et perveniamus ad regnum Dei. Vos autem, fratres karissimi et desideratissimi, summopere curate, ut vos possim Deo adiuvante adire, vobisque in omnibus prodesse. Benedicat vos ex cuius parte dictum est mihi ad corpus beati Petri in die ordinationis meae: „Quodcumque benederis, benedictum erit, et quod solveris 35 super terram, solutum erit et in coelis.“

1076. Plures itaque illorum, quos in apostolici depositione despissus diximus, cognito peccato inobedientiae, penitentia ducti, ad Deum post errata reversi sunt, levantes ad Deum faciem cordis, a qua recesserant consentiendo iniuritati. Replebatur os eorum increpationibus, et dum contra se subtile iudicantis Dei examen contemplabantur, culpas suas lamentis insequebantur, seque penitendo increpabant quales fuerant, amara se penitentiae invective persequentes. Penitentis enim est proprium tunc culpas plangere, cum quid egerit coepit pensare, et tunc subtilius pensare, cum sollicitus ceperit plangere. Hui ergo absolutione quaesita et obtenta, consilium dederunt regi, ut sicut ipsi erant absoluti, ita et ipse studeret absolvere vinculis anathematibus; adicentes, quia si annus clauderetur antequam absolveretur, omni eorum servitio privaretur, et amplius pro rege non haberetur, quia in eius communione vel servitio certi erant de imminentia animae periculo. Sed qui foeditatem suae infirmitatis considerare negligebat, sed per elationis fastum potentiae sua gloriari attendebat, unde sibi gloriosior videbatur, inde descendebat, et unde se gloriosum iudicabat, inde in ima deterius correuebat. Ut enim ait idem ipse Heinricus in epistola Romanis directa, ubi cum omnia falsitatis et mendacii plena sint, in hoc uno veritati licet nolens favit, sub specie timoris divini, non in veritate catholicae pacis consiliis illorum adquiescere se fixit. Verum nos, quibus Christus fidea, Christus refugium, Christus est solatium, nemias eius diabolico ab ore ructatas, iniuritatis calamo dictatas, confusionis atramento signatas, a memoria bonorum omnium

84) legitur et in Bernriedensi c. 83. et in codice Udalrici 146.

repellentes, quid egerit, quomodo absolutionem, quantum ad exterioris hominis habitudinem, 1077. optimuerit, cum sacra scriptura testetur, quia qui sicut Deum querunt, numquam inventire merebuntur, ex verbis patris nostri sepe fati audiamus:

*Gregorius episcopus, servus servorum Dei, omnibus archiepiscopis, episcopis, ducibus, co-
5 mitibus ceterisque principibus regni Theuthonicorum christianam fidem defendantibus, salutem
et apostolicam benedictionem. Quoniam pro amore iustitiae commune nobiscum in agone chri-
stianae militiae studium et periculum suscepistis, qualiter rex humiliatus ad penitentiam absolu-
tionis veniam impetraverit, et quomodo tota causa post introitum eius in Italiam hucusque de-
ducta sit, vestrae dilectioni sincera caritate indicare curavimus. Sicut constitutum fuit cum
10 legatis, qui ad nos de vestris partibus missi, in Langobardiam venimus circiter dies 20 ante ter-
minum, in quo aliquis ducum ad clausas nobis occurrere debuit, expectantes adventum eorum,
quatinus ad partes illas transire possemus. Verum cum iam decurso termino hoc nobis nuncia-
retur, his temporibus, p[er] multis, quod et quidem credimus, difficultatibus ducatum nobis ob-
viam mitti non posse, nec aliunde copiam ad vos transeundi haberemus; non parva sollicitudine
15 quid potissimum nobis agendum foret, circumventi sumus. Interim vero regem adventare certe
cognovimus, qui etiam priusquam intrasset Italianam, supplices ad nos legatos praemittens, per
omnia se satisfactum Deo et sancto Petro et nobis optulit, et ad emendationem vitae suae
omnem se servaturum obedientiam reprobavit, dummodo apud nos absolutionis et apostolicae
benedictionis gratiam impetrare mereretur. Quod cum diu multis consultationibus differentes,
20 aeriter eum de suis excessibus per omnes qui intercurrebant nuncios redargueremus, tandem
per semetipsum nichil hostile aut temerarium ostentans, ad oppidum Canusi, in quo morati
sumus, advenit; ibique per triduum ante portam castri deposito omni regio cultu miserabiliter,
utpote discalciatus et laneis vestibus indutus, persistens, non prius cum multa fletu apostolicae
miserationis auxiliu et consolacionem implorare destitit, quam omnes qui aderant, et ad quos
25 ille rumor pervenit, ad tantam pietatem et compassionem misericordiam movit, ut pro eo multis
precibus et lacrimis intercedentes, insolitam mentis nostrae duritiam mirarentur; nonnulli vero in
nobis non apostolicae severitatis gravitatem, sed quasi tirannicae severitatis crudelitatem esse
mirarentur. Denique instantia compunctionis eius, et tanta omnium qui ibi aderant supplicia-
tione devicti, tandem eum relaxato anathematis vinculo in gratitudin[em] communionemque recipimus,
30 accepimus securitatibus quea inferius scriptae sunt, quarum etiam confirmationem per manus Clu-
niacensis abbatis, Mathildis, et comitissae Adheleidae, et aliorum principum, episcoporum, lai-
corum, qui nobis ad hoc utiles visi sunt, recepimus. His itaque peractis, ut ad pacem ecclesiae
et concordiam regni, sicut die desideravimus, omnia Deo adiuwante plenius cooptare possimus,
ad partes vestras data primum oportunitate transire cupimus. Hoc enim dilectionem vestram*

fol. 119.
Ian 29.
Legg. II. 50.

*35 indubitanter scire volumus, quoniam sicut in descripsitis securitatibus cognoscere potestis, ita
adhuc totius negotii causa suspensa est, ut et adventus noster et consiliorum vestrorum unani-
mitas permazime necessaria videatur. Quapropter in ea fide quam cepistis et amore iustitiae
omnes permanere studete, scientes nos non aliter regi obligatos esse, nisi puro sermone, sicut de
nobis mos est, in his eum sperare dixerimus, in quibus eum ad salutem et honorem suum, aut
40 cum iustitia aut cum misericordia, sine nostrae et animae illius periculo adiuware possimus.*

*Hec est autem iuratoria promissio regis: „Ego Heinricus rex de murmuratione et dissen-
sione, quam nunc habent contra me archiepiscopi, episcopi, duces et comites, et ceteri principes
regni Theuthonicorum, et alii qui eos in eadem dissensionis causa sequuntur, infra terminum
quem Gregorius papa constituerit, aut iustitiam secundum iudicium eius, aut concordiam secun-
dum consilium eius faciam: nisi certum impedimentum mihi vel sibi obsterit, quo transacto ad
peragendum idem paratus ero. Item si idem dominus papa Gregorius ultra montes vel ad alias
partes terrarum ire voluerit, securus ex mea parte erit, et eorum quos constringere potero, ab
omni lesione vitae et membrorum eius, seu captione, tam ipse quam qui ab illo militantur vel
ad eum de quibuscumque terrarum partibus venerint, in eundo et ibi morando et ibi redeundo;
50 neque aliud aliquid impedimentum habebit ex meo consensu, quod contra honorem suum sit, et
si quis ei fecerit, cum bona fide secundum meum posse adiuwabo illum.“*

Quod sacramentum quam parum rex attenderit, hec epistola notat:

*Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectissimus in Christo fratribus et filiis, archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus, ceterisque principibus, cum omni populo regni Theu-
thonicorum christianam fidem et religionem defendantibus, salutem et apostolicam bene-
dictionem. Sicut in prioribus litteris et legatorum verbis nobis significavimus, intelligentes quod*

1077. *digne Deo defensores iustitiae vos in vera oboedientia et apostolici principatus reverentia exhibitis, in vestra fide et consilii fiducialiter spem ponentes, contra voluntatem pene omnium fidelium nostrorum, excepta carissima et fidelissima beati Petri filia videlicet Mathilde, iter ad vos non solum inter multa incommoda, sed et pericula aggressi sumus, et pervenisse quidem potuissemus, si ducatum eo tempore, eo loco quo constitutum erat, ex vestra parte habuissemus. 5 Cum autem ex ipsa suspensione nostra profectionis regi in Italiam properanti ad nos pervenienti daretur occasio, vici eius humilitate et multimodae penitidinis exhibitione ab anathematis vinculo absolutum in gratiam communionis eum recepimus. De cetero nichil secum statuentes, nisi quod ad cautelam et honorem omnium vestrum fore putavimus. Cumque Langobardorum episcopi totius negotii sunnam ad communem conventum et prudentiae vestrae consulta-10 tionem reservatam esse cognoscerebant, nec de suis culpis ea quam sperabant impunitate absolutionem consequi potuissent, quantum superbius quantosque malicie conatus contra nos adorsi sint, ad dicendum quidem triste, ad audiendum est abominabile, cum illi, qui in aeclesia Dei columpnae esse debuerunt, non modo in compage corporis Christi nullum locum teneant, sed pertinaciter impugnatores, et quantum ad se destructores existant. De rege vero, ut in his quae 15 nobis promisit simpliciter aut obedienter ambulaverit, non mulsum letari possumus, praesertim cum ex eius praesentia pessimi quique contra nos et apostolicam sedem plus audaciae quam terroris pro perpetrata iniuste habeant. Inter hec vestra consilia expectantes, tandem per filium nostrum Rapotonem, quem ad vos misimus, hoc vos velle et postulare cognovimus, si quomo-20 do ad partes vestras transire possimus, aliquid ut cautius fieri possit, cum regis consilio et adiutorio agere studeamus. Nos itaque sicut vobis mandavimus, vestrae voluntati atque consiliis in omnibus secundum beneplacitum Dei satisfacere cupientes, id ipsum per nuncios nostros cum rege statuere atque coaptare operam damus. Verum quo animo ipse nobis et vobis in hac causa consentire debeat, ante missionem huius legationis, quoniam rex a nobis longe distabat, praenoscere non potuimus, sed mox ut cognoverimus, vobis intimare non tardabimus. Scitote 25 igitur, quoniam haec est voluntas et desiderium nostrum, ut vel consensu regis, vel si eo nolente fieri possit, ad vos pro communi utilitate et salute omnium vestrum pertranseamus. Quod si peccatis et pravorum studiis obstantibus fieri nequerit, absens, tamen omnipotentem Deum obnoxias semper orabo precibus, ut corda vestra et fidem in omni gratia et virtute confirmet, et ita in omnibus vestra consilia et facta dirigat, ut libertatem christiana religionis indefessa virtute 30 defendere, et ea quae ad statum et gloriam nobilissimi regni vestri Deo dignissimam et vobis utilissima sunt providere possitis et ezequi. Vos autem in proposito defendendae iustitiae, quod pro nomine Christi et aeterna retributione incepistis, ita persistite, ut ad coronam tam sancti, tam Deo placiti certaminis, Deo donante pertingere valeatis. Plura vobis per scripta missi-35 mus, nisi quod tales ad vos nuncios direximus, quibus indubitanter credere potestis, in quorum ore quidquid in epistola minus continetur, et pro vobis vel ad vos cor nostrum habet, posuimus. Amen.*

⁸⁵ Qui autem fuerint hui domini papae legati⁸⁵, ex verbis regis accepimus. Paduanus scilicet et Albanus episcopi⁸⁶, a quibus etiam in Wizeburge synodus est habita. Regi itaque praefato Heinrico, ut in verbis domini papae colligere possumus, sola est communionis gratia reddit⁸⁷, ⁴⁰ non tamen regno restitus, nec fidelitas omnium, qui ei vel iuraverant vel iuratur erant, ut sibi servaretur paeceptum est. Quod ideo retentum est, ut inter eum et principes ultramontanos, qui ei causa iussionis apostolicae restiterant, iustitia fieret vel pax componeretur, sicut ipse iuramento per duos episcopos promiserat. Verum praedicti episcopi et principes ultramontani audientes illum non servare quod promiserat, quasi de eo desperati, absque 45 Mart. 25. domini papae consilio elegerunt sibi Rodulfum ducem in regem.

Rodulfus igitur festinanter missis nuncio, indicavit se quidem coactum regni gubernacula suscepisse, tamen se paratum domino papae in omnibus obedire. Et eundem semper promittens sermonem, adiecit etiam, filio suo dato obside itemque fidelis sui ducis Bertaldi filio, quod promittebat sacramento firmare. Interea etiam Heinricus precabatur eum, ut contra 50 Rodulfum eum adiuaret. Cui dominus papa respondit se libenter facturum, audita utriusque partis ratione, ut sciret cui iustitia magis faveret. Quam responsionem contempsit inani elatus rumore, putans eum suis se viribus posse devincere. Mens enim eius quo procellosis

⁸⁵ fuerunt Bernhardus diaconus cardinalis et Bern- Bertholdi Ann. p. 318. ⁸⁷ sola est — possit de- hardus abbas Massiliensis; vide Reg. IV, 23. 24. vincere ex actis concilii Romani a. 1080. Mansi 55

⁸⁶ Hi anno decimuh 1079 ad Heinricum missi sunt. XX, 534.

actum motibus concitabatur, eo ab internae sapientiae quiete atque stabilitate disungebatur. Quia enim maliciam tegebat in corde, ore autem blandimenta exhibebat, quia cogitationes suas duplicitate obnubilabat, quia puritatis verba quasi fatuitatem iudicabat, et vias simplices innocentiae declinabat, idcirco sapientiae tranquillitate perfriu nequaquam poterat.

Igitur dominus papa quod cooperat ut perficeret omnimodis intendebat, querens ducatum qualiter ad Theuthonicorum regnum transiret, et eo magis anxiabatur, quo magis regni status turbabatur. Et quoniam fideles illo legatos destinaverat qui votorum eius non segnes excequutores essent, misit eis speciales pro hoc negocio litteras, scribens eis ab Italia:

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, Bernardo sanctae Romanae ecclesiae diacono ^{1077.}
et Bernardo Massiliensi abbatи salutem et apostolicam benedictionem. Fraternitati vestrae no-
Mai. 31.
tum esse non ambigimus, quia ideo ab Urbe, confisi de Dei misericordia et adiutorio beati Petri,
egressi sumus, ut ad Theuthonicorum partes, compositi inter eos ad honorem Dei et sanctae
ecclesiae utilitatem et pacem, transiremus. Sed quia defuerunt, qui nos ad id quod dispositum
erat conducerent, impediti adventu regis in Italiani, in Langobardia inter inimicos christianae
tol. 120.
15 religionis non sine magno periculo remansimus, et adhuc, sicut desideravimus, ultra montes
proficiisci nequivimus. Quocirca monemus vos, et ex parte beati Petri praecipimus, ut fulti
auctoritate huius nostri praecepti nostraque vice ab eodem principe apostolorum accincti,
ytrunque regem Heinricum atque Rodulfum quatinus viam nobis illuc secure transeundi ape-
rianter, et adiutorium atque ducatum per tales personas, de quibus vos bene confidatis, praec-
20 beant, ut iter nobis, Christo protegente, pateat. Desideramus enim cum consilio clericorum et
laicorum eiusdem regni, qui Deum timent et diligunt, causam inter eos Deo favente discutere,
et cuius parti ad regni gubernacula magis iustitia faveat, demonstrare. Scitis enim, quid nostri
officii et apostolicae sedis est providentiae, maiorum aecclesiarum regna discutere et dictante
iustitia diffinire. Hoc autem quod inter eos agitur negotium tantae gravitatis tantique periculi
tol. 120.
25 est, ut si nobis fuerit aliqua occasione neglectum, non solum illis et nobis, sed et universali
ecclesiae magnum et lamentabile pariat detrimentum. Quapropter, si alterius regum huic no-
strae voluntati et deliberationi parere, et ad vestra monita locum dare renuerit, suamque super-
biam cupiditatis face contra honorem Dei omnipotentis ascendens, ad desolationem totius Ro-
mani imperii anhelare temptaverit, omnibus modis omniq[ue] ingenio usque ad mortem, si opor-
tet, nostra vice, immo beati Petri auctoritate, ei resistite, et totius regni gubernacula contra-
dicendo, tam illum quam omnes sibi consentientes a participatione corporis et sanguinis do-
mini nostri Iesu Christi et a limibus sanctae aecclesiae separate, illud semper habentes in
memoria, quia scelus idolatriae incurrit; qui apostolicas sedi obedire contempnit, et quod Gre-
gorius doctor sanctus et humillimus decrevit reges a sua dignitate cadere, si temerario ausu
35 praesumerent contra sedis apostolicae iussa venire. Alteri autem, qui nostrae iussioni humiliiter
paruerit, et obedientiam, sicut deceat christianum regem, universali matris exhibuerit, convocato
concilio omnium clericorum et laicorum quos advocare poteritis, consilium et adiutorium in
omnibus praebete, et in regia dignitate per auctoritatem beatorum apostolorum Petri et Pauli
nostra vice confirmate, omnibusque episcopis, abbatibus, clericis et laicis in omni regno habi-
40 tantibus, ut sibi fidelerit, sicut oportet regi, obedient et deserviant, ex parte Dei omnipotentis
praecipite. ⁸⁸

Item ad reliquos fideles:

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, archiepiscopis, episcopis, ducibus, comitibus et
universis Christi fidelibus in regno Theuthonicorum consistentibus, salutem et apostolicam bene-
ditionem. Notum vobis fieri volumus, fratres karissimi, quia legatis nostris, Bernardo videli-
cet sanctae Romanae aecclesiae fideli filio et diacono, itemque Bernardo abbatи religioso Massi-
liensis monasterii praecipimus, ut utrumque regem Heinricum et Rodulfum aut per se aut per
idoneos legatos admoneant, quatinus nobis viam pro discutiendo negotio, quod peccatis facien-
tibus inter eos ortum est, ad vos Deo favente secure perveniendi praebant. In magna enim
50 tristitia et dolore cor nostrum fluctuat, si per unius hominis superbiam tot milia hominum chri-
stianorum temporali et aeternae morti traduntur, et christiana religio confunditur, Romanumque
imperium ad perditionem deducitur. Uterque, namque rex a nobis immo ab apostolica sede, cui
licet indigni praesidemus, adiutorium requirit. Et nos de misericordia omnipotentis Dei et adiu-
torio beati Petri confidentes, parati sumus cum vestro consilio, qui Deum timet et christianam
55 fidem diligitis, aequitatem cause utrinque diligenter decernere, et ei praebere auxilium, cui

⁸⁸⁾ Datū Carpinetae 2. Kal. Iunii; ind. 15. Registr. IV, 23. K.

iustitia ad regni gubernacula favere dinoscitur. Quapropter si alteruter eorum superbia infla-
fol. 120^a. tus aliquo ingenio, quominus ad vos venire possimus, obstiterit, et de sua iniustitia timens,
iudicium sancti Spiritus refugerit, inobediens factus resistendo sanctae et universalis ecclesiae,
hunc velut membrum antichristi et desolatorem christiana religionis contempnit, et senten-
tiam quam nostri legati contra eum dederint, conservate^a. Alteri autem, qui humiliiter se ha- 5
buerit, et iudicium decretum a Spiritu sancto, per vos autem prolatum, non contempserit —
indubitanter enim credimus, ubicumque duo vel tres congregati fuerint in nomine Domini, praes-
entia eius illuminantur — illi, inquam, servitium et reverentiam secundum quod praefati legati
nostri decreverint exhibe, annitentes et omnibus modis obsequentes, ut regiam dignitatem ho-
neste possit obtinere, et sanctae ecclesiae iam pena labanti succurrere. Non enim a corde 10
vestro debet excidere, quod iam apostolicae sedi obedire contempnit, scelus idolatriae incurrit;
et quod beatus Gregorius, sanctus et humillimus doctor, reges decrevit a suis dignitatibus ca-
dere, et participatione corporis et sanguinis Domini carere, si præsumerent apostolicae sedis
decreta contempnere. Si enim celestia et spiritualia sedes beati Petri solvit et iudicat, quanto
magis terrena et secularia? Scitis autem, fratres karissimi, quia ex quo ab Urbe exivimus, in 15
magno periculo inter inimicos christiana fidei mansimus, et tamen neutri praedictorum regum,
neque terrore neque amore flexi, aliquod contra iustitiam adiutoriorum promisimus. Magis enim
volumus mortem, si hoc oportet, subire, quam propria voluntate devici, ut aecclisia Dei ad
confusionem veniat consentire. Ad hoc enim nos ordinatos et in apostolica sede constitutos esse
cognoscimus, ut in hac vita non quae nostra, sed quae Iesu Christi sunt queramus, et per mul- 20
tos labores patrum sequentes vestigia, ad futuram et aeternam quietem Deo miserante tenda-
mus^b

Interea Heinricus, quia affectatis iniquitatibus eius subsequens favebat effectus, bella,
 cedes, homicidia per se suosque perpetrare non desistebat, aeccliarum destructionem et
 ovilis dominici perturbationem siciens, pastores ab aecclisia abigebat, lupos ad ovilis subin- 25
 duocens; et prosperitate sua decipiebatur, quia dirigebatur in manu eius dolus. Quia enim
 vitae viam deserens in peccatorum se tenebras diecerat, voragine iniquitatis demersus, et
 mole pravae consuetudinis obrutus, reprobo sensui est traditus, ut nesciret pensare mala
 quae faciebat: qui utinam vitam itinera quae noluit per innocentiam, teneret saltim per poe-
 nitentiam. Hic itaque contra Rodulphum tertio congressus, postquam persensit se quod spera- 30
 verat non posse peragere, duos episcopos de consentaneis suis, Virdunensem et Ohseburgensem
 1078. sem^a Romam misit, et dominum papam in synodo ut ei iustitiam faceret per eos rogavit;
 fol. 121. quod et nuncii Rodulphi, qui præsentes aderant, fieri laudaverunt. Statutum est itaque in ea-
 dem synodo, in partibus ultramontanis fieri colloquium, sicut ex verbis domini papae plenius
 quilibet potest advertere:

Mart. *Gregorius episcopus, servus servorum Dei, archiepiscopis, episcopis, ducibus, principibus,*
marchionibus, omnibusque maioribus atque minoribus in Theuthonico regno constitutis, exceptis
his qui canonica excommunicatione tenentur, salutem et apostolicam benedictionem. Notum
vobis fieri volumus, fratres karissimi, quod in ea synodo, quam nuper Romae celebravimus,
inter multa alia quae de statu sanctae ecclesiae Deo cooperante peregimus, de ruina et con- 40
fusione nobilissimi regni vestri diligenter tractantes, hoc salutiferum et oportunum pro reparatio-
nate pacis vestrae fore putavimus, ut religiosi legati sedis apostolicae ad partes vestras diri- 45
gantur, qui archiepiscopos, episcopos et religiosos clericos, necnon laicos ad id idoneos, in
loco qui utrique parti sit habilis et congruus convenire commoneant, ita ut pacem Deo auxi- 50
liante inter vos componant, aut cui parti iustitia faveat veraciter addiscant. Nam in eadem
synodo diffinitum est, ut nos contra eam partem, quae pacem fastu superbiae refutaverit, et
cui iustitia non faverit, omni conamine omni modo potestate Petri insurgamus. Et quoniام
nonnullos de regno vestro intelleximus magis iurgium et discordiam quam pacem diligere, ex
parte omnipotentis Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli interdicimus, ut nullus sit, qui
aliquo ingenio aut studio aut violentia impedit praedictos viros ad restaurandam regni 55
vestri concordiam convenire, ut convenientes iustum et legalem discordiae huic finem possint
imponere. Ad reprimenda etiam mala ingenia et illicitos conatus iudicio sancti Spiritus et
auctorii te sedis apostolicae anathematizamus et anathematizamus, quicunque, sive rex, sive

a) scientes quia Deus superbis resiste, humilibus autem dat gratiam additur in Registro IV, 24. et in codice Udalrici 149.

b) ita c.

89) Data ut supra.

archiepiscopus, sive episcopus, sive dux, sive marchio, sive aliquius dignitatis vel ordinis persona sit, praesumperit aliquo modo hanc salutiferam constitutionem perturbare, videlicet qui operam dederit ne praedictus conventus fiat aut concordia^a tanta perturbationis. Adiecumus etiam eidem anathemati, ut qui huius iniquitatis praeceptor fuerit, non solum in anima, sed et in corpore et in omnibus rebus suis vindictam Dei omnipotens sentiat, et in omni congresione belli nullas vires nullumque in vita sua triumphum optineat; sed duplaci contritione prostratus, semper vilescat et confundatur, ut sic saltim ad penitentiam redire addiscat. Presentium vero portitorum ad hoc vobis dirigimus, ut una cum venerabili fratre nostro Trevirensi archiepiscopo, qui Heinrico faveat, et altero qui utilis et religiosus ad hoc opus sit episcopo ex parte Rodulfi locum et tempus praedicti conventus statuant, quatinus legati nostri, quos praefati sumus, securius et certius ad vos venire, et quae Omnipotenti placeant ipso auxiliante vobiscaum valeant perficere. Amen^b.

Misit etiam pro hoc negocio speciales litteras Trevirensi archiepiscopo, quas hic etiam subnecere non pigebit: *Gregorius episcopus, servus servorum Dei, Udon Trevirensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem.* Quanta nobis sollicitudo, quantaque sit tristitia de perturbatione, immo de discidio regni olim clarissimi et potentissimi, in communibus litteris, quas hoc in anno ad vos misimus, satis vobis declaratum esse putamus. Verum quia res de die in diem perniciosius implicatur, nobis quoque cura cum nimia anxietate aliud infigitur. Proinde quidquid super hac re ad praesens melius nobis visum est, quod nostra providentia vel auctoritate intervenire potuissest maturare curavimus, quod tua fraternitas in litteris, quibus illud singulariter descriptum est, plenius cognoscet. Rogamus igitur et ammonemus prudentiam tuam, in qua multum confidimus, ut secundum tenorem earumdem litterarum sine omni dilatione de causa hac te intronitas, et omnibus tam minoribus quam maioribus, quoad potes, quod apud nos deliberatu, et qualiter tibi iniunctum sit, notum facias, ut miserante Deo, et adiuvantibus his qui Deum diligunt, tam feraleis discordiae furorem aut penitus compescere, et quod maxime optamus, ad plenam pacem reducere possimus, aut si illud peccatis impedientibus minime obvenire potuerit, saltem nos in tanto fratrum nostrorum periculo culpam negligentiae declinemus. Notificato autem consilio et decreto nostro, et requisitis utrimque responsionibus, ut eam certitudinem et consensem inveniatis, ne in mittendis legatis vobis dubitandum sit, ordinatis et confirmatis omnibus, quae ad prosequendum hoc negocium loco, tempore, vel ceteris convenientiis necessaria sunt, volumus ut tu, et ille frater qui huius rei mediator esse debuerit, confessim ad nos veniatis, quatinus cognitis securitatibus, et quae spes pacis esse debeat, legatos nostros fam sine periculo quam sine desperatione fructus laboris et fatigationis eorum vobiscum multere valeamus. Nec durum tibi sit, frater, subire quod imponimus; quoniam ex quo in ecclesia locum sacerdotii et officium suscepisti, nichil Deo dignius aut animae tuae salubrious fecisti, quam si in hac re nequitiam diabolicae fraudis elidere et saluti tot milium hominum, Deo opitulante, consulere potueris. Et si hoc fatigatio tuae pro voto non successerit, tibi tamen apud illum certa manet retributio, apud quem nichil infectum reputabitur omne bonum, quod perseveranti voluntate concipitur. Illud tamen a dilectione tua omnino nobis exhiberi volumus, ut etiensi illum alium, quem huius rei mediatorem te habere supra diximus, sicutum itineris habere non possis, tu tamen ad nos venire nullatenus praetermittas. Precipimus etiam tibi ex auctoritate beati Petri, ut cui iustitia faveat, tu omnino favas, et hoc idem facere clericos et laicos quos poteris ex nostra parte commoneas. Treva etiam a vobis provisa usque ad dies post conventus solutionem omnino servetur illesa. Volumus autem, ut apud regem diligenter procores, quatinus legati nostri qui in partibus illis sunt^c si voluerint licenter et secure ad nos redire valeant^d.

Udo igitur Trevirorum archiepiscopus non multo post beato fine quievit, et sic negotium apostolicae legationis intermissum est. Quamobrem dominus papa pro hoc eodem negotio exequendo alias legatos mittere statuit, scribens fidelibus omnibus in hec verba^e:

50 Gregorius episcopus, servus servorum Dei, omnibus archiepiscopis, episcopis, in Theuthonio regno commorantibus^f, si obedere voluerint, salutem et apostolicam benedictionem. Quo-

^a concordia. ^b Bernardus sellicet disconus sanctae Romanae ecclesiae et Bernardus Massiliensis abbas sublicitor in Registr. V, 16. et apud Paulum Bernried. 101. ^c atque in Saxonico addunt Ann. Sax. et Paul. Bernried. ^d omnibusque principibus cuicunque maioribus et minoribus qui non sunt excommunicati habent Ann. Saxo et Paul. Bernried.

^e 90) Data Romae 7. Id. Martii, ind. 1. Registr. V, 15. Paulus Bernried. 100. ^f 91) Data Romae 7. Idus Martii, ind. 1. ^g 92) extat et apud Annalist. Sax. et Paul. Bernried. 105.

1079. niam ex lite et dissensione, quae tam diu inter vos sunt, maximum in sancta ecclesia periculum, maximum inter vos undique detrimentum fieri cognoscimus, idcirco visum est nobis et fratribus nostris in concilio congregatis summo desiderio estuare, summa ope elaborare, quatinus idonei legati, tam religione quam scientia pollentes, e latere sedis apostolicae ad partes vestras mitterentur, qui religiosos episcopos, laicos etiam pacis amatores et iustitiae in partibus vestris commorantes, ad hoc opus idoneos congregarent; qui Domini gratia praeante die et loco ab illis statuto, tam ipsi quam quos eis adhuc coniungere debemus, aut pacem componant, aut veritate praeognita super illos, qui sunt tanti discidiū causa, canoniam censuram exerceant. Verum quoniam nonnullos diabolico instinctu confectos, iniurias suae facibus ignitos, cupiditate inductos, discordiam pocius quam pacem fieri et videre desiderantes fore 10 non ignoramus, statuimus in hac synodo ad eamdem formam sicut in praeterita, ut nulla unquam persona alicuius potentiae vel dignitatis, sive magna sive parva, sive princeps sive subiectus, aliqua praesunat legis nostris obsistere, et postquam ad vos pervenerint, de compo- 15 nenda pace contraire, nec postea contra interdictum illorum alter in alterum audeat insurgeare; sed usque ad diem ab illis statutam firmam pacem omnes sive contradictione et fraude obser- 15 vent. Quicunque autem hec nostra instituta ulla praesumptione violare templaverit, anathema vinculo non solin in spiritu, verum et in corpore et omni prosperitate huius vitae, apostolica auctoritate intromodamus, et victoriam eis in armis auferimus, ut sic saltum confundantur et duplice contritione conterantur.

Secundum ergo fidem dictorum missi sunt legati a latere sedis apostolicae, de quibus 20
93 cum aliqua sinistra referrentur, dominus papa has eis misit litteras⁹³ ab urbe Roma:

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis in Christo fratribus et coepiscopis, Petro

Albanensi et Odebrico Putaviensi, salutem et apostolicam benedictionem. Sunt multi, quibus tamen non credimus, qui de legatione vestra murmurare incipiunt, suspicantes vos aliter velle

incedere, quam a nobis praeceptum est; et alterum vestrum nimis simpliciter, alterum vero non 25

fol. 122. adeo simpliciter acturum esse causantur. Quapropter diligentissima circumspectione cavendum.

est vobis, ut utramque suspicionem possitis extinguere. Quod ita facile cum Dei adiutorio pro- 30

veniet, si praecepta nostra ante menis oculos semper tenatis, et nichil aliud praesumatis effi- 35

cere, nisi quod nos vobis noscimur non modo nudis verbis, verum etiam litteris inculcando mandasse. Volumus autem ut de causa regum vel regni sive etiam de Trevirensi vel Colo-

nensi et Augustensi electis, vel de omnibus istis qui investituram per manum laicam acceperunt,

nullum praesumatis exercere iudicium, sumnumque vobis studium sit, si rex adquieverit vobis

de statuendo colloquio et pace firmanda in regno, et de restituendis episcopis in sedibus suis;

et hec eadem cito ad nos aut per vos ipsos aut per certos legatos annunciare, ut tot et tales

personas possimus illuc ad constitutum tempus dirigere, qui ad tantum negotium determinan-

94 dum valeant una vobiscum Deo auxiliante sufficere. Interim vero sic⁹⁴ vos utrique parti com-

munes, et ab omni suspicionis nevo, quantum in vobis est, cum divinae gratiae adiutorio exhibete

immunes, ut iustitiae semper et nullo modo partibus faveatis, sicut habetis formam nostram;

qui videlicet, postquam iudicium tanti huius negotii in manu beati Petri commissum est, nichil

aliud vobis testibus intendimus, nisi ut per iustitiae semitam incedamus. Ad nullam partem sin-

ceritatem apostolicae discretionis infleximus, nullis promissionibus aut terroribus cessimus, nec

aliud unquam Deo protegente acturos nos esse confidimus. Preterea specialiter vobis ab abbate

Augiense iniungimus, qui nuper ad apostolorum limina veniens, non solum captus est, sed etiam

in loco eius quidam est tyrannice subrogatus, ut ea bona sua, quibus expoliatus est, expulso

invasore illo restitui faciat. Qui tamen postquam de his quae perdidit, fuerit pleniter investi-

95 tus, si quid contra illum habet aliquis, paratus erit in nostro iudicio respondere. Non enim

debet ab alio aliquo iudicari, qui in apostolica sede scitur et memet consecratus. Et certe gra-

vis fuit praeansatio, manum in eum ponere, qui tanto erat privilegio munitus. Quodsi invasor

ille contra interdictum nostrum praedicto fratri sua restituere contempserit, confessim in eum

velut in rebelle et invasorem ex auctoritate apostolica sententiam excommunicationis intendite.

Quidquid autem agitis, vel quidquid vobis contingit, litteris semper mandare et frequenter ad

nos mittere procurete. Omnipotens et misericors Deus, a quo bona cuncta procedunt, meritis

beatae Dei genitricis Mariae, dominae nostrae, et beatorum apostolorum suorum Petri et Pauli

ab omni malo vos defendere, et in omnem veritatem inducere dignetur, quatinus quidquid agi-

93) In registro desiderantur. K. 94) Sic vos—confidimus habet et Paul. Bernried. 103. K.

tis, secundum timorem Dei et utilitatem sanctae ecclesiae feliciter peragatis. Inter omnia stu- 1079.
diosissime Wormaciensis episcopi mementote, qui cum esset diu ab ecclesia sua expulsus, et
ob id Romanum veniret, ut auxilium apostolice sedis adquireret, non solum nichil sibi profuit, sed
modo etiam peius incurrit. Interim vos salutamus, et rogamus ut sitis memores nostri me-
s moris vestri apud Deum.

His acceptis litteris, quia corrupti muneribus a sententia et proposito gravitatis apostolicae deviaverunt, aliud quam quod eis impositum fuerat agentes, Heinricum, videlicet in regnum reformantes et Rodulfum pervasorem et invasorem regni, ab ecclesiis publice precidentes, quod omnino veritati adversabatur, episcopos quoque simoniacos confirmantes, qui manifeste Heinricianis communicabant: cum fideles rei veritate minus inspecta a sede hoc apostolica ita processisse crederent et dubitarent, et sermo titubationis illorum ad aures patris nostri venisset, litteras eis misit, in quibus et quod male actum fuerat reprehendit, quodque se ignorante factum esset edocuit, et ut in fide recta inconcessa spe perseverarent, evidenter ammonuit, scribens eis in haec verba:

15 *Gregorius episcopus, servus servorum Dei, omnibus fidelibus sancti Petri in Theuthonico Oct. 1.*
regno commorantibus salutem et apostolicam benedictionem. Pervenit ad nos, quod quidam ex
vobis de nobis dubitant, tamquam in instanti modo necessitate usus sim seculari levitate. Qua-
certe in causa nullus vestrum praeter instantiam praeliorum maiores me et patitur angustias,
et suffert iniurias. Quotquot enim laici sunt, omnes causam Heinrici praeter admodum paucos
laudant et defendunt, et perniciem duriciae ac impietatis in eum me redarguant. Quibus omni-
bus Dei gratia sic hactenus restitimus, ut in neutrā partem adhuc nisi secundum iustitiam et
equitatem secundum nostrum intellectum declinaremus. Nam si legati nostri aliquid contra quod
illis imposuimus egrent, dolemus; quod tamen ipsi, sicut comperimus, tum violenter coacti,
tum dolo decepti fecerunt^{a)}. Nos vero iniunximus eis, ut locum ac terminum communiter statue-
rent oportet, ad quem sapientes nostros et idoneos legatos propter discutiendam causam
vestram dirigeremus, atque ut in sedes suas episcopos restituerent, et abstinere ab excommuni-
catis docerent. Si quid contra hec vel coacti vel decepti fecerunt, non laudo. Scitis indubitan-
ter, quoniam Deo gubernante nemo hominum, sive amore, sive timore, aut per aliquam cupiditi-
atem potuit me umquam aut amodo poterit seducere a semita recta iustitiae. Vos itaque si
30 revera et in caritate non facta fideles Dei et sancti Petri estis, nolite in tribulationibus deficere;
verum ut boni emulatores incepto fideliter immobiles perseverate, quoniam qui perseveraverit
usque in finem, hic salvus erit. In praesentiarum nichil aliud vobis de praedicto negocio man-
dare possumus, quia nuncii vestri nondum sunt reversi, quibus utique venientibus, secundum
quod ab ipsis intellexerimus, vobis quantocius possimus veraciter indicabimus^{b)}.

35 Colloquium itaque illud qualiter vel a quibus personis fuerit impeditum, in verbis praecellentissimi patris nostri constat apertum. Quia enim Heinricus abiecto iugo obedientiae, ipsum colloquium impediendo, excommunicationem intentatam non est veritus incurtere, pro his, inquam, et alii innumarabilibus malis, homicidiis, periuris, adulteriis, fornicationibus, symonia, ecclesiistarum quoque destructione non minima, in Romana synodo anathematizatus^{1080.}
40 est et dampnatus, et a regno inrecuperabiliter depositus. Quam eius dampnationem hic sub- Mart. 7.

nectere dignum iudicavimus:

Beate Petre princeps apostolorum, et tu beate Paule doctor gentium, dignamini queso ^{1081.} 123.
45 aures vestras ad me inclinare, neque clementer exaudire. Quia veritatis estis apostoli et amatores, adiuvate ut veritatem dicam vobis, omni remota falsitate, quam omnino detestamini; ut
fratres mei mihi melius adquiescant, et sciant et intelligent, quia ex vestra fiducia post Deum et
matrem eius semper virginem Mariam pravis et iniquis resiste, vestris autem fidelibus auxilium
praesto. Vos autem scitis, quia non libenter ad sacrum ordinem accessi, et invitus ultra mon-
tes cum domino meo papa Gregorio abiui, sed magis invitus cum domino meo papa Leone ad
vestram speciem ecclesiam redii, in qua ultius vobis deservi. Deinde valde invitus cum
50 multo dolore et gemitu et planctu in throno vestro valde indignus sum collatus. Hec ideo
dico, quia non ego vos, sed vos elegistis me, et gravissimum pandus ecclesiae vestrae super me
posuistis; et quia super montem excelsum me iussistis ascendere, et clamare et annunciare po-
pulo Dei scelera eorum, et filii ecclesiae peccata eorum, membra diaboli contra me cooperant
insurgere, et usque ad sanguinem praesumpserent in me manus incire. Astierunt reges terrae

55 a) fuerunt c.

b) Data Romae Kalendis Octobris, ind. 3. Registr. VII. 3. K.

1080. et principes seculares et ecclesiastici, aulici et vulgares convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus vos christos eius dicentes: „Disrumpamus vincula eorum, et proiciamus a nobis iugum ipsorum.“ Et ut me omnino morte vel exilio confunderent, multis modis in me conati sunt insurgere. Inter quos specialiter Heinricus, quem dicunt regem, Heinrici imperatoris filius, contra vestram calcaneum erexit ecclesiam, facta cum multis episcopis ultramontanis et Italicis conspiratione, adiutens me deicendo eam sibi subiungare. Cuius superbae vestra restituit auctoritas, eumque vestra destruxit potestas. Qui confusus et humiliatus, ad me in Langobardiam venit, absolutionem ab excommunicatione quesivit. Quem ego videns humiliatum, multis ab eo promissionibus acceptis de vitae suae melioratione, solam ei communionem reddidi; non tamen eum in regno, a quo in Romana synodo deponeram, restauravi; nec fidelitatem omnium qui ei iuraverant vel iuratur erant, a qua omnes in eadem synodo absolvi, ut sibi servaretur preecepi. Et ideo hec detinui, ut inter eum et principes ultramontanos, qui ei causa iussionis ecclesiae vestrae restiterant, iustitiam facerem^a, vel pacem componerem, sicut et ipse Heinricus iuramento per duos episcopos mihi promisit. Predicti autem episcopi et principes ultramontani, audientes illum non servare quod promiserat, quasi desperati de eo, vobis testibus, elegerunt sibi Rodulfum ducem in regem. Qui res Rodulfus festinanter ad me missus nuncio, indicavit se coactus regni gubernacula suscepisse, tamen se paratum mihi modis omnibus obediens. Et ex eo tempore eundem mihi semper misit sermonem; adiens etiam, filio suo dato obside et fidelis sui ducis Bertaldi, quod promittebat sacramento firmare. Interea Heinricus cepit me precari, ut illum contra praedictum Rodulfum adiuwarem. Cui respondi, me libenter 20 facere, audita utriusque partis ratione, ut scirem cui iustitia magis favaret. Ille vero putans eum suis viribus posse devincere, mean contemptis responsorem. Postquam autem persensit se non posse sicut speravit agere, duo episcopi ex consentaneis suis, Virdunensis scilicet Teodericus, et Obseburgensis, Romam venerunt, et in synodo ex parte Heinrici me ut ei iustitiam facerem rogaverunt, quod et nuncii Rodolfi fieri laudaverunt. Tandem aspirante Deo, sicut 25 credo, statui in eadem synodo, in partibus ultramontanis fieri colloquium, ut illic aut pax statueretur, aut cui iustitia favaret amplius cognosceretur^b. Et quia putabam quod iniustior pars colloquium nollet fieri ubi iustitia locum suum servaret, excommunicavi et anathematice obligavi omnes personas sive regis, sive ducis, sive episcopi, aut alieius hominis, qui colloquium aliquo ingenio impedit ne fieret. Predictus autem Heinricus cum suis fautoribus non 30 timens periculum inobedientiae, quod est scelus idolatriae, colloquium impediendo excommunicationem incurrit, et se ipsum anathematis vinculo obligavit; magnamque multitudinem christianorum morti tradi, et aeccliasias fecit dissipari, et pene totum Theuthonicorum regnum desolatione dedit. Quapropter confidens de iudicio et misericordia Dei, eiusque puissimae matris semper virginis Mariae, vestra fultus auctoritate sepe nominatum Heinricum, quem dicunt regem, 35 omnesque fautores eius, excommunicatione subicie, et iterum regnum Theuthonicorum et Italiae ex omnipotentis Dei parte et vestra interdicere ei, omnem potestatem et dignitatem regiam illi tollo, et ut nullus christianus ei sicut regi obediat interdico^c. Ipse autem Heinricus cum suis fautoribus in omni congreessione belli nullas vires, nullaque in vita sua victoriam optineat. Ut autem Rodulfus regnum Theuthonicorum regat et defendat, quem Theuthonici elegerunt sibi 40 in regem, ad vestram fidelitatem ex parte vestra dono, largior et concedo, omnibusque sibi fideliter adherentibus absolutionem omnium peccatorum vestramque benedictionem in hac vita et in futura, vestra fretus fiducia, largior. Sicut enim Heinricus pro sua superbia et inobedientia et falsitate a regni dignitate iuste abicitur, ita Rodulfus^d pro sua humilitate obedientia et veritate, potestas et dignitas regni conceditur. Agite nunc queso, patres et rincipes sanctissimi, ut omnis mundus intelligat et cognoscat, quia si potestis in caelo ligare et solvere, potestis in terra regna, imperia, principatus, ducatus, marchias, comitatus, et omnium hominum possessiones pro meritis tollere et concedere. Vos patriarchatus, archiepiscopatus, primatus, episcopatus frequenter tulistis pravis et indignis, et religiosis viris deditis. Si enim spiritualia iudicatis, quid de secularibus potestis? Et si angelos dominantes omnibus superbis principibus, 50 quid de illorum servis facere potestis? Addiscant nunc reges terrae et omnes seculi principes, quanti vos estis, quid potestis, et timeant parvipendere iussionem ecclesiae vestrae, et in pree-

^{a)} facere c. ^{b)} Ego enim, sicut vos mihi testes estis, patres et domini, usque hodie nullam partem disponui adjuvare nisi eam cui plus iustitia favaret additur in actis concili Manii XX, 535, et apud Paulum Bernriedensem 107; desunt in codice Udalrici 150. ^{c)} omnesque qui ei iuraverunt aut iurabant de regni dominatione, a iuramenti promissione 55 absolvio. Acta conc. a. 1080. et Paul. Bernried. et cod. Udalr. l. l. ^{d)} ita c.

*dicto Heinrico tam citio iudicium vestrum exerceat, ut omnes sciunt, quia non fortuitu, sed vestra 1080.
potestate cadet et confundetur, utinam ad penitentiam! ut spiritus salvis sit in die Domini.*

1 da Romae Non. Martii.

Preerat tunc temporis⁹⁶ Mediomatricum urbi vir egregius, et inter praecepsos catholici tot. 124:
5 cae fidei propugnatores magnum patientiae religionis et iustitiae documentum, dominus Herimannus episcopus, Leodiensis aeccliae filius, piae memoriae Adalberonis episcopi Metten-
sis successor a Deo praedestinatus et donatus; qui in primevo iuuentutis flore, temporibus
Annonis venerabilis Coloniensium archiepiscopi, tutoris et moderatoris regni, palatii frequen-
tiam nanctus, regis illius pene universa noverat, in tantum ut etiam ante perceptam episco-
10 patus gratiam pro eius insolentia a curiae se plerumque administratione subtraheret, et magis
eligeret contemptus esse mediocritate sua, quam ex inquisitione societatis factiosorum spe-
rare maiora: maxime cum videtur praefatum reverendae memoriae virum Annonem dolere
et gemere frequenti contritione, desolatum sub tali principe statum regni, incurvatum ius
imperii, contritum cornu dominii, in quo esset sola spes deictionis aecclasticae, et pertur-
15 batio pacis catholicae, confusio et horror, vanitas et contrito, et omnia pessimumdans superba,
lubrica, vana, inconstans atque immunda presumptio. Ubi vero episcopatus officium adeptus
est, satis penitus de manu regis illius investituram pontificatus se suscepisse, adeo ut etiam
impositam paelationis sarcinam libens reiecerit, volens deposuerit, toto se ab ea nisi excu-
saverit, si assensum praestitisset auctoritas Romani pontificis, apud quem pro excessibus
20 suis, id est incaute usurpata eadem investitura, quae est contra instituta canonica, culpam
fateri non erubuit, satisque cavit in posterum a communione eius et sautorum eius, propter
quod et tanta passus est, ut et de illo dictum possit videri: *Ego ostendam illi quanta oporteat* Act. sp. 9, 16.
eum pro nomine meo pati. In primo sane congressu passus est quod fuit hominis, ut disceret
iam in secundo, qui ei fuit iugis et perpetuis, de Deo praesumere, non de se. Lapsus est
25 enim ut homo, titubavit ut homo, quia praeumpsit ut homo. Sed evacuatum est iam in illo
scandalum obprobrii, quia in bonitate vitae sue abscisum est quod conturbaverat illum, et
per illum bonos omnes, et obscuritate rarescente reluxit aurum, invaluit color optimus, re-
splenduit in diadema regi eterni lapis sanctuarii. Hic igitur in ipso primo suo ingressu,
30 apostolicae doctrinae exequitor factus, cum postmodum communicasset regi scelerato et pro
sceleribus excommunicato, a cuius se, ut dictum est, iam per aliquantum temporis commu-
nicione suspenderat, doluit ut praediximus se deceptum; viribusque resumptis, a domino papa
absolutionem quesivit errati. Qui etiam praecepit domino Diensi episcopo, ut eum vice sua
aut per se, aut si timore regis vereretur illo transire, per aliquem religiosum virum, de cuius
35 fide et magnanimitate confidaret, absolveret. At ille vicem obedientiae imponens abbati
Divisionis coenobii, Mettim eum direxit, a quo absolutus est ipsa vigilia natalis Domini.

Cum ergo totis medullis cordis adhereret praeceptis apostolicis, et e contrario omnia ei fol. 125.
intentaret adversa indignatio regis, et fallax adulantium ei lingua, conquerentium non posse
auctoritatem sanctae Romanae aeccliae regem imperatoris filium a Deo electum et honora-
tum, sanctam illam regiae maiestatis dignitatem a seculis honoratam deponere, et a gremio
40 matris ecclesiae segregare, et concessa privare potestate, cum non esset potestas nisi a
Deo, quae autem sunt a Deo, ordinata sunt: et ille a sede apostolica contra rabiem oblatan-
tium curationis experteret antidotum, ut erga eorum impetus scriptis apostolicis quasi clypeo
defensionis muniretur, hanc ei ab urbe mitissimus doctor misit epistolam per Rodulfum ab- 1081.
batem Virdunensis monasterii, ita auctoritatibus scripturarum divinarum munitam atque
45 refertam doctrinæque apostolicae sale conditam, ut hec sola sufficiat fidelibus ad confutan-
dam adversariorum ineptam stultitiam:

*Gregorius⁹⁷ episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo fratri^a Mettensi episcopo fol. 125.
salutem et apostolicam benedictionem. Quod ad perferendos labores et pericula pro defensione
veritatis te paratum intelligimus, divini munieris esse non dubitamus, cuius haec est mira et inef-
50 fabilis gratia, quod numquam electos suos penitus aberrare permittit, numquam funditus lahe-
factari aut deici sinit, dum eos persecutionis tempore quadam utili probatione discussos, etiam
post trepidationem aliquam semetipsis fortiores facit. Quoniam autem, sicut inter ignavos alium
quo turpius alio fugiat timor exanimat, ita etiam inter strenuos alium quo fortius alio agat,*

a) Herimanno supendum.

*55 96) obiit a. 1080. 97) extat in Regeato lib. VIII. ep. 21. et in cod. Udalrici N. 156. apud Eckh. SS.
II, 158 sqq. Apographum hoc V. Cl. Urlichs debemus.*

1081. quo ardenter prorumpat, virile pectus inflamat: hoc caritati tuae exhortationis vice curavimus intonare, ut eo magis in acie christiana religionis stare te delectet inter primos, quo eos non dubitas victori Deo proximos atque dignissimos. Quod autem postulasti, te quasi nostris scriptis iurari et praemuniri contra illorum insaniam qui nefando ore gariunt auctoritatem sanctae et apostolicae sedis non potuisse regem Heinricum, hominem christiana legis contemptorem 5 atque hereticorum auctorem et consentaneum, excommunicare, nec quenquam a sacramento fidelitatis eius absolvere: non adeo necessarium nobis videtur, cum huius rei tam multa ac certissima documenta in sacrarum scripturarum paginis repperiantur. Neque enim credimus eos qui ad cumulum suac^a dampnationis veritati impudenter detrahunt et contradicunt, haec ad suae defensionis audaciam tam ignorantia quam miserae desperationis verecundia coaptasse. Nec 10 mirum; mos est enim reproborum, ob suae nequitias protectionem nisi consimiles sibi defendere, quia pro nichilo habent mendacio perditionem incurrire. Nam ut de multis pauca dicamus, quis ignorat vocem Domini ac Salvatoris, dicens in evangelio: „Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam, et portae inferni non praevalebunt adversus eam, et tibi dabo claves regni caelorum, et quodcumque ligaveris^b super terram erit ligatum et in caelis, et quodcumque solveris super terram erit solutum et in caelis.“ Numquid hic sunt reges excepti, aut non sunt de oib^c, quas filius Dei beato Petro commisit? Quis rogo in hac universalis concessionē ligandi et solvendi a potestate Petri se exclusum esse existimat; nisi forte infelix ille qui iugum Domini portare nolens, diaboli se subicit oneri, et in numero oviū Christi esse recusat? Cui tamen hoc ad miseram libertatem minime sufficit, quod potestatem Petru divinitus concessam a superba 20 cervice excutit, quem quanto quisque eam per elationem ferre abnegat, tanto durius ad dampnationem suam in iudicio portat. Hanc itaque divinae voluntatis institutionem, hoc firmamentum dispensacionis ecclesiae, hoc privilegium beato Petro apostolorum principi celesti decreto principaliter traditum atque firmatum, sancti patres cum magna veneratione suscipientes atque servantes, sanctam Romanam ecclesiam tam in generalibus conciliis quam etiam ceteris scriptis et 25 gestis suis universalem matrem appellaverint; et sicut eius documenta in confirmatione fidei et eruditione sacrae religionis, ita etiam iudicia suscepserunt in hoc consentientes, et quasi uno spiritu et una voce concordantes, omnes maiores res et precipua negotia, nec non et omnium ecclesiasticarum iudicia ad eam quasi ad matrem et caput debere referri, eam nusquam appellari, iudicia eius a nemine retractari. Unde beatus Gelasius, papa Anastasio imperatori scribens, divina 30 fulsus auctoritate, quid et qualiter de principatu sanctae apostolice se dissentire deberet, hoc modo eum instruit: „Etsi, inquit, cunctis generaliter sacerdotibus recte divina tractantibus fidelium colla submitti convenit, quanto potius sedis illius praesuli consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus et divinitas summa voluit praeminere, et subsequens ecclesiae generalis iugiter pietas celebravit?“ Ubi prudentia tua evidenter adverbit, nullo quolibet penitus humano consilio 35 equare se quemquam posse illius privilegio vel confessionem, quem Christi vox praetulit universis, quem ecclesia veneranda confessa semper est et habet devata primatem. Item Iulius papa orientalibus episcopis scribens de potestate eiusdem sanctae et apostolicae sedis ait: „Decuerat vos, fratres, adversus sanctam et apostolicam Romanam ecclesiam limate et non hyronice loqui, quum et ipse dominus noster Iesus Christus eam decenter alloquitur dicens: „Tu es Petrus et 40 super hanc petram edificabo ecclesiam meam et portae inferni non praevalebunt adversus eam et tibi dabo claves regni caelorum.“ Habet enim potestatem singularem privilegio sibi concessam, aperire et claudere ianuas regni celestis quibus voluerit. Cui ergo aperiendi et claudendi caeli data est potestas, de terra iudicare non licet? Absit. Non retinetis quod ait beatissimus

¹ Cor. 6, 3. Paulus: „Nescitis quā niam angelos iudicabimus, quanto magis secularia?“ Beatus quoque Gregorius 45 papa reges a sua dignitate cadere statuit, qui apostolicae sedis decreta violare presumperint, scribens ad quendam Senatorem abbatem his verbis: „Si quis vero regum, sacerdotum, iudicium atque secularium personarum hanc constitutionem nostrae paginam agnosces, contra eam venire temptaverit, potestatis et honoris sui dignitate caret, reumque se divino iudicio existere de perpetrata iniuritate cognoscat; et nisi ea quae ab illo male sunt ablata, restituerit, 50 vel digna poenitentia male acta desleverit, a sacratissimo corpore et sanguine domini nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine districtae ultioni subiaceat.“ Quodsi beatus Gregorius, doctor utique mitissimus, reges qui statuta sua non modo^c super unum xenodochium volearent, non modo deponi, sed etiam excommunicari atque in aeterno examine dampnari decrevit, quis nos hunc non solum apostolicorum iudiciorum contemptorem, verum etiam ipsius matris 55

a) suse suee bis c. b) ligulū cod. c) u. m. desunt Reg.

ecclesiae quantum in ipso est conculturum, totiusque regni et ecclesiarum improbissimum prae- 1091.
 donem et atrocissimum destructorem deposuisse et excommunicasse reprehendat, nisi forte si-
 milis eius? Sicut beato Petro docente cognovimus in epistola de ordinatione Clementis in qua
 sic ait: „Si quis amicus fuerit his quibus ipse“ — de eodem Clemente dicens — „non loquitur:
 unus est, et ipse ex illis qui exterminare volunt Dei ecclesiam; et cum corpore nobiscum esse
 videatur, mente et animo contra nos est, et est multo nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt
 et sunt evidenter inimici. Hic enim per amicitiarum speciem quae inimica sunt gerit, et eccl-
 esiam dispergit et vastat.“ Nota ergo, karissime, si eum qui amicitia vel colloquio his quibus papa
 pro actibus suis aversus est sociatur tam graviter iudicat, quanta illum ipsum cui pro actibus
 suis aversus est animadversione dampnat? Sed ut ad rem redeamus, itane dignitas a secula-
 ribus^a inventa non subiectur ei dignitati quam omnipotens Dei providentia ad honorem suum in-
 venit, mundoque misericorditer tribuit? Cuius filius sicut Deus et homo indubitanter creditur^b,
 ita summus sacerdos caput omnium sacerdotum ad dexteram Patris sedens et pro nobis sem-
 per interpellans habetur, qui seculare regnum, unde filii seculi timent, despexit et ad sacerdo-
 tium crucis spontaneus venit. Quis nesciat reges^c ab his habuisse principium, qui Deum ignoran-
 tes, superbia, rapinis, perfidia, homicidiis, postremo universis pene sceleribus mundi principe
 diabolo agilante, super pares, homines scilicet, dominari caeca cupidine et intolerabilis praesum-
 ptione affectaverunt? qui videlicet dum sacerdotes Dei ad sua vestigia inclinare contendunt, cui
 rectius comparantur quam ei qui est caput super omnes filios superbiae? qui ipsum summum
 pontificem, sacerdotum caput, Altissimi scilicet filium temptans, et omnia regna mundi illi pro-
 mittens, ait: „Haec omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me.“ Quis dubitet sacerdotes Chri-
 sti, regum et principum omniunque fidelium padres et magistros censeri? Nonne miserabilis in-
 sanitae esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare, et iniquis
 obligationibus illum suae potestati subicere, a quo credit non solum in terra sed etiam in caelis
 se ligari posse et solvi? Haec, sicut beatus Gregorius in epistola ad Mauritium imperatorem
 directa commemorat, Constantinus imperator, omnium regum et principum fere totius orbis
 dominus, evidenter intelligens, in sancta Nicena synodo, post omnes episcopos ultimus residens,
 nullam iudicium sententiam super eos dare praesumpsit, sed illos etiam deos vocans, non suo eos
 debre subesse iudicio, verum se ad illorum pendere arbitrium iudicavit. Supradicto quoque
 Anastasio imperatori praelibatus papa Gelasius persuadens ne ille intimatam suis sensibus veri-
 tatem arbitraretur iniuriam, subtilitatem dicens: „Duo sunt quippe, imperator auguste, quibus
 principaliter hic mundus regitur, auctoritas sacra pontificum et regalis potestas, in quibus
 tanto gravius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis regibus hominum in divino sunt
 reddituri examine rationem.“ Et paucis interpositis inquit: „Nos itaque inter hec te ad illo-
 rum pendere iudicium, non illos ad tuam redigi voluntatem.“ Talibus ergo institutis talibusque
 fulti auctoritatibus plerique pontificum, alii reges, alii imperatores excommunicaverunt. Nam si
 speciale aliquid de personis principum requiratur exemplum, Innocentius papa Archadium im-
 peratorem, qui consensit ut sanctus Iohannes Crisostomus de ecclesia pelleretur, excommuni-
 cavit. Alius item Romanus pontifex Stephanus^d regem Francorum, non tam pro suis iniquitati-
 bus quam pro eo quod tantae potestatis non erat utilis, a regno depositit, et Pippinum Karoli
 Magni imperatoris patrem in eius loco substituit, omnesque Francigenas a iuramento fidelitatis
 illius absolvit. Quod etiam ex frequenti auctoritate sancta sepe agit ecclesia, cum milites ab-
 solvit a vinculo iuramenti; quod factum est his episcopis qui apostolica auctoritate a pontificali
 gradu deponuntur. Et beatus Ambrosius licet sanctus, non tamen universalis ecclesiae episco-
 pus, pro culpa quae ab aliis sacerdotibus non adeo gravis videbatur, Theodosium Magnum im-
 peratorem excommunicans ab ecclesia exclusit. Qui etiam in scriptis suis ostendit, quod aurum
 non tam preciosius sit plumbum, quam regia dignitate sit altior dignitas sacerdotalis, hoc modo
 circa principium pastoralis suae scribens: „Honor, fratres, et sublimitas episcopalis nullis poten-
 tit comparisonibus adaequare. Si regum fulgori compares et principum diademati, longe erit
 inferius, quam si plumbi metallum ad auri fulgores compares; quippe cum videoas regum colla
 et principum sublimiti manibus sacerdotum, et exosculata eorum dextra orationibus eorum se
 credant muniri.“ Et post pauca: „Hoc euncta, fratres, ideo nos praemisse debetis cognoscere,
 ut ostenderemus nihil in hoc seculo excellentius sacerdotibus, nichil sublimius episcopis repperiri
 Meminisse enim debet fraternitas tua, quia maior potestas exorcistae conceditur, cum spiritua-
 lis imperator ad abiendos demones constituitur, quam alicui laicorum causa secularis domi-

a) etiam Deum ignorantibus addit Reg. b) ei duces addit Reg. c) Zacharias Registr. cf. supra p. 326. 5. d) Cod.: meminisset, sed ibi correctum est. URL.

Matth. 1, 9.

Greg. XI.
ep. IV, 31.

1081. nationis tribui possit. *Omnibus quippe regibus et principibus terrae qui religiose non vivunt et in actibus suis Deum ut oportet non metuant, demones, heu propter dolorum dominantur et misera servitate confundunt. Tales enim non divino ducti amore sicut religiosi sacerdotes ad honorem Dei et animalium salutem praeesse cupiunt, sed ut intolerabilem suam superbiam ostendant animique libidinem expletant ceteris dominari affectant; de quibus beatus Augustinus in libro primo de doctrina christiana dicit: „Cum vero etiam ipsis qui sibi naturaliter pares sunt quilibet dominari affectat, intolerabilis omnino superbia est.“ Porro exorcistae ut diximus super demones a Deo imperium habent; quanto igitur amplius sacerdotes? Praeterea omnis rex christianus ad exitum veniens, ut inferni carcere evadat, ut de tenebris in lucem tendat, ut de peccatorum vinculo in Dei iudicio absolutus appareat, sacerdotis opem supplex 10 et miserandus requirat. Quis autem non modo sacerdotum verum etiam laicorum in extremis positus pro sua animae salute terreni regis imploravit auxilium? Quis vero regum vel imperatorum aliquem christianum ex imposito sibi officio valet sacro baptismate ex diaboli potestate eripere, et inter filios Dei connumerare, sacroque crismate praemunire? et quod maximum est in christiana religione, quis eorum valet christiano^a ore corpus et sanguinem Domini confidere, vel cui eorum data est potestas ligandi et solvendi in caelo et in terra? Ex quibus aperte colligitur, quanta potestate praecellat dignitas sacerdotum. Aut quis eorum potest aliquem clericum in sanctam ecclesiam ordinare, quanto minus pro aliqua culpe eum deponere? Namque in ecclesiasticis ordinibus maioris est potestatis deponere quam ordinare. Episcopi possunt alios episcopos ordinare, sed nullo modo sine auctoritate apostolicae sedis deponere. Quis 20 igitur tenuiter sciolus sacerdotes dubitet regibus anteferre? Quodsi reges pro peccatis suis a sacerdotibus sunt iudicandi, a quo rectius quam a Romano pontifice iudicari debent? Ad summam quoslibet bonos christianos multo convenientius quam malos principes reges intelligi decet. Isti enim gloriam Dei querendo se ipsos strenue regunt; at illi non quae Dei sunt sed sua querentes, sibimet hostes alios tyranne oppriment. Huius vero regis Christi, illi diaboli corpus sunt. 25 Isti ad hoc sibi imperant, ut cum summo imperatore eternaliter regent; illorum vero id agit potestas, ut cum tenebrarum principe, qui est rex super omnes filios superbiae, eterna damnatione dispereant. Nec valde sane mirandum, quod mali pontifices iniquo regi, quem male adeptis per eum honoribus diligunt metuuntque, consentiunt; qui symoniace quoslibet ordinando, Deum pro vili etiam precio vendunt. Nam sicut electi insolubiliter suo capiti uniuertur, ita et 30 reprobri maxime contra bonos ei qui est caput malicie pertinaciter foederantur. Contra quos profecto non tam disserendum quam pro eis est lacrimosis planctibus ingemendum, ut Deus omnipotens illos a laqueis satanae quibus captivi tenentur eripiat, et tandem aliquando vel post pericula ad agnitionem veritatis perducat.*

Hec de regibus et imperatoribus qui seculari gloria nimium tumidi, non Deo sed sibi regnant. 35 Sed quia nostri est officii unicuique secundum ordinem vel dignitatem qua videtur vigore exortationem distribuere, imperatoribus et regibus caeterisque principibus, ut elationes maris et superbiae fluctus comprimeremus valeant, arma humilitatis Deo auctore providere curamus. Scimus enim quia mundana gloria et secularis cura eos maxime qui praeasant ad elationem trahere solet, quia semper neglecta humilitate propriam querendam gloriam fratibus cupiunt praeminere. Proinde 40 inde videtur utile maxime imperatoribus et regibus, ut cum mens illorum se ad alta erigere et pro singulari vult gloria dilatare^b, inveniat quibus se modis humiliet, atque unde gaudebat sentiat plus timendum. Perspiciat ergo diligenter, quam periculosa quamvis sit turrida imperatoria vel regia dignitas, in qua paucissimi salvantur, et illi qui Deo miserante ad salutem veniunt, non equi ut multi pauperum iudicio sancti Spiritus clarificantur. A mundi enim principiis usque ad haec nostra tempora in tota autentica scriptura non invenimus septem imperatores, quorum vita adeo fuerit religione praecepita et virtute signorum decorata, sicut innumerabilis multitudo seculi contemptorum, licet illorum plures credantur apud omnipotentem Deum misericordiae salutem invenisse. Namque ut de apostolis et martyribus taceam, quis imperatorum vel regum aequi ut Martinus, Antonius et Benedictus miraculis claruit? Ecco Constantimum piae memoriae 50 imperatorem, Theodosium et Honorum, Karolum et Ludovicum iustitiae amatores, christiana religionis propagatores, ecclesiarum defensores, sancta quidem ecclesia laudat et veneratur, non tamen eos tanta fulsis miraculorum gloria indicat. Prereterea ad quae nomina regum vel imperatorum basilicas seu altaria dedicari, seu ad eorum honores sancta ecclesia missas statuit celebrari? Timeant reges aliisque principes, ne quanto se ceteris hominibus in hac vita praeserri 55

a) p^{ropter} cond. b) proprio Reg. c) oblectare Reg.

*gaudent, tanto amplius aeternis incendis subiciantur. Unde scriptum est: „Potentes potenter^a 1081.
tormenta patientur.“ De tot enim hominibus reddituri sunt Deo rationem, quod suae dominati
subditos habuerunt. Quodsi alicui religioso privato non parvus labor est, animam suam custo-
dire, quantus labor imminet principibus super multis milibus animarum? Praeterea si iudicium
sanctae ecclesiae valde constringit peccatorem pro unius hominis interfectionem, quid erit de his
qui multa milia morti tradunt pro huius mundi honore? Qui licet aliquando ore dicant „mea
culpa“ pro multorum occisione, corde tamen gaudent in sui quasi honoris extensione, noluntque
non fecisse quod egerunt, neque dolent quod fratres suos in Tartarum compulerunt. Cumque ex
toto corde eos non penitet, neque volunt humano sanguine adquisita omittere, illorum paeniten-
tia apud Deum sine digno fructu paenitentiae manet. Unde profecto valde est timendum atque
ad memoriam eorum crebro revocandum, quod sicut praefati sumus a mundi principio paucis-
simi per diversa terrarum regna sancti ex innumerabili eorum multitudo reperiuntur,
cum in una tantum Romanorum pontificum sede seriatim succendentium a tempore beati Petri
apostoli ferme centum inter sanctissimos computentur. Cur autem hoc non quia reges terrae et
principes vana gloria illecti, sicut praelibatum est, quae sua sunt spiritualibus preferunt, reli-
giosi autem pontifices vanam gloriam despicientes, quae Dei sunt carnalibus rebus p. aeponunt?
Illi in se delinquentes facile puniunt, in Deum peccantes aequo animo ferunt; isti in se peccanti-
bus facile ignoscunt, Deum offendientibus non leviter parcunt. Illi terrenis actibus nimium dediti
spiritualia parvipendunt; isti caelestia sedulo meditantes quae sunt terrena contempnunt. Anno-
nendi ergo sunt christiani omnes qui cum Christo regnare cupiunt, ne ambitione secularis pot-
estatis regnare affectent, sed potius p. oculis habeant quod beatus Gregorius papa sanctissi-
mus in libro pastorali admonet dicens: „Inter haec itaque quid sequendum est, quid tenendum,
nisi ut virtutibus pollens coactus ad regimen veniat, virtutibus vacuus nec coactus accedat?“
Quodsi ad apostolicam sedem in qua rite ordinati meritis beati Petri apostoli meliores efficiun-
tur, qui Deum timent coacti cum magno timore veniunt, ad regni solium cum quanto timore et
tremore accedendum est, in quo etiam boni et humiles sicut in Saul et David cognoscitur, dete-
riores fuit? Nam quod de apostolica sede praelibavimus, in decretis beati Simmachi papa
licet experimento sciamus, sic continetur: „Ille scilicet beatus Petrus perennem meritorum dotem
cum hereditate innocentiae misit ad posteros.“ Et post pauca: „Quis enim sanctum esse dubi-
tel, quem apex tantae dignitatis attollit?“ In quo si desunt bona adquisita per meritum, suffi-
cere possunt quae a loci praedecessore praestantur. Aut enim claros ad hec fastigia erigit, aut
eos qui eriguntur illustrat. Quapropter quos sancta ecclesia sua sponite ad regimen vel impe-
rium deliberato consilio advocat, non pro transitoria gloria sed pro multorum salute humiliter
obediant, et semper cavebit quod beatus Gregorius in eodem pastorali libro testatur: „Aposto-
tae angelò similis efficitur, dum homo homini similis esse dignatur.“ Sic Saul post humilitatem
meritum in tumorem superbiae culmine potestatis excrevit. Per humilitatem quippe praelatus est,
per superbiam reprobatus, Domino attestante qui ait: „Nonne cum essem parvulus in oculis tuis,^{1 Reg. 16,1}
caput te constitui in tribibus Israël?“ Et paulo inferius: „Miro autem modo cum apud se par-
vulus, apud Deum magnus, cum vero apud se magnus apparuit, apud Deum parvulus fuit.“ Vi-
gilanter quoque retineant, quod Dominus in euangelio dicit: „Qui vult inter eos primus esse, sit
omnium servus.“ Honorem Dei semper suo praeponant, iustitiam unicunque suum ius servando
amplectantur; non eant in consilio impiorum, sed religiosis semper adquiescendo corde adhæreant.
Sanctam ecclesiam non querant sibi sicut ancillam subictere vel subiugare; sed permaxime oculos
illius videlicet Domini sacerdotes magistros et patres recognoscendo, decenter studeant hono-
rare. Nam si carnales patres et matres honorare iubemur, quanto magis spirituales? Et si ille
qui carnali patri et matri maledixerit morte multandus est, quid ille qui maledicit patri et matri
spirituali meretur? Non carnali amore illecti studeant filium suum gregi pro quo Christus san-
guinem fudit praeponere, si meliorem illo et utiliorem possunt invenire, ne plus Deo diligendo
filium maximum sanctas ecclesiae inferant detrimentum. Patenter enim Deum et proximum
sicut oportet non amare convincitur, qui tantae utilitat tamque necessariae sanctae matris ec-
clesiae prout melius potest negligit providere. Hac namque virtute, id est caritate, neglecta,
quidquid boni aliquis fecerit, omni salutis fructu carebit. Hec itaque humiliter agendo, et amo-
rem Dei et proximi sicut oportet servando, praesumant de illius miseratione qui dicit: „Discite a*

^a potenter c.

1081. *me, quia mitis sum et humilis corde.* “*Quem si humiliiter imitati fuerint, de regno servi et transi-
turo ad regnum verae libertatis et aeternitatis transibunt*⁹⁶. Amen.”

fol. 128. Hanc igitur epistolam Mettensis episcopus suscipiens, plurimum confortatus est in Domi-
nino. Verum nos hac decursa ad historiae ordinem redeamus.

Ubi ad aures Heinrici regis et fautorum eius anathema a domino papa factum personavit, infremuit tyrannus, factiosorum strepitus in beati Petri vicarium turpia et nefanda concrepans intonuit, dicentium magum eum esse et impostorem, hereticum, homicidam, fornicarium, et si quid aliud aversatur sanae doctrinae. Non debere regem, imperatoris filium, qui non sine causa gladium portaret, qui Romanae rei publicae patricius tutor et defensor esse deberet, tantam pati sanctae Dei aeccliae conculationem, ut homo omnium peripsima, pro suis sceleribus iuste puniendus, et merito ab aeccliae exturbandus, summam illam regii nominis maiestatem impugnare. Maledictum frustra prolatum, in eum, a quo processerat, retorquentiu[m]: ut qui domino suo et regi foveam paraverat maledictionis, eo immuni remanente, ille, qui caput et causa mali erat, prior incideret in eam. Cum in hoc omnis perspreperet aula, decretum est communis consilio, ut ille qui reverendam a seculis regiam maiestatem ab eccl[esi]ia extorrem pronunciaverat, ab aeccliae corpore segregaretur, et Romanae aeccliae pontifex, qui supra omnes est, ab his qui ei subesse debebant, excommunicationi adiudicatus est. O dementia incomparabilis, furor inedibilis, insaniam mirabilis! Quis, rogo, imperatorum, quis regum ad tantam prosilire ausus est proterviam insaniam proterviam, ut clavigeri caelestis vicarium, cuius lingua clavis coeli est, canonice electum, ab omni christianitate suspectum, bene viventem, recta docentem, ab ecclesia alienandum pronunciaverit? Conventus hic apud Ulterius Traiectum habitus est, ubi contra Deum et Dominum disputatum est. Dies erat sabbati, et vespere sabbati ipsa nocte dominicae diei illucescente, in concilio malignantium constitutam est et deliberatum, ut in crastino ad missas in omnium audiencia papa excommunicaretur, quia ausus fuisset regem et dominum suum excommunicare; iustum hanc esse sententiam, ut in quo peccaverat, puniretur. Aderat in consesso illo iniqua gerentium Virdunensis Teodericus, et Pibo Tullensis, et plures alii, qui etsi favebant regis negotiis, hoc tamen, quia sanctorum patrum obviabat decretis et sanctionibus repugnabat canoniciis, aversati sunt. Et quidem Tullensi id officii impositum a rege fuit, eo quod esset mentis timidae et multae inconstitiae, ut negotium id exequeretur; sed ille dum pavet ad singula nec audet reniti, noctu cum Virdunensi assumptis sociis fugae se credit consilio; quamobrem et in crastinum aliquanto morosius prolongata est negotii huius exequatio⁹⁷. Solus Willelmus Traiectensis inventus est, qui dum hesternam ructat crapulam, posuit in coelum os suum, et lingua eius in dominum et magistrum suum maledictionis intorsit iaculum⁹⁸. Sed non impune. Nam cum hoc inter sacra missarum peregisset solemnia, et peracto scelere datus in reprobum sensum ad eadem perexpleida accingeretur, ne vel in hoc a Iudea proditoris consortio et merito separaretur, ubi corpus dominicum, in quod peccaverat, male sibi conscientius sumpsit, ultio divina manifestata est. Percussus est enim a Deo plaga insanabili, ita ut cum horrore et stupore mirabili clamaret: *Ardeo! ardeo!* quia corpus quod vivificat, incendium illi poemantem pariebat, quod exarserat in eo sicut ignis in spinis, ut manifesta in eo fieret ultio Domini. Nec datum est illi tempus ut peniteret, sed mox ut sensit ignem in se grassantem, in sede corpore reclinato, dum clamasset: *Sancte Maria!* miseram vitam miserabili morte

96) Nonnulla alia subiicit Udalricus p. 165; quibuscum partim et codex saeculi XI. Arundelianus N. 77. fol. 6. in Museo Britannico consentit; haec enim a Lappenbergio nostro exscripta addit: *His igitur armis rationis, quibus se reges ceterique principes contra superbiam et vanam gloriam muniant, comparatis; fraternitatem tuam et eorum qui predicationis locum in sancta ecclesia tenent paucis commone censuimus, ut inter alia que debentur veritatem fore ab omnibus neglectam, cuius propagatores et defensores viz paucissimi reperiuntur, firmiter tenero et constanter denuntiare studeatis, perpendentes, quod beatus Gregorius in libro moralium VII dicit, exponens capitulum illud „Qui timens pru[n]am, irret super eos n[on]c”;* „Sepe, inquit, nonnulli dum temporalia aduersa pertimescant, distinctioni se eterne animadeversionis obiciunt.”

Ex parte omnipotentis Dei et auctoritate beati Petri apostolorum principis, concedo et largior tibi potestatem frat[er] H. in omni regno Lotharii facienda ea que ad episcopatum pertinent in his episcopatibus, in quibus sunt episcopi excommunicati, participando Henrico quondam regi dicto quoque idem episcopi manserint in excommunicatione et non fuerint a nobis absoluti seu legali nostro successore. 97) Paulus ante scripta videtur epistola Gregorii III, 12, ad Udonem Trevirensim, Theodericum Virdunensem et Herimannum Mettensem, K. 98) Hoc a. 1076. paschali tempore factum esse narrat Lambertus; Hugonem Wormatiense concilium cum Moguntino a. 1080 confusisse monuit Stenzel I, 387. K.

finivit¹. De quo certum est, quia nobis ista vidit, nobis hoc monstratum est, ut prodesse in-
ciperet nobis pena eius. Grandis hinc inolevit terror omnibus, ita ut Virdunensis, quem clam
abscessisse notavimus, urbi suae appropinquans, exuntibus sibi obviam clericis suis cum cru-
cibus et cereis, ut moris est, processionem palam interdixerit, et excommunicatum se quia
5 ad horam cessisset pronunciaverit, satisque tunc penituerit in excommunicatione domini
papae se factiosis communicasse; ita ut palam protestaretur, quia nisi divina illi prospexit
misericordia et bonorum virorum oratio, penam quam Willelmus perpessus erat, ipse pertu-
lisset. Quamobrem etiam papae dimissis nunciis, abbate videlicet Rodulfo cum sociis, cum
10 se omnino pro communione illa excommunicatum affirmaret, et ob id ab officio cessasset, in
manu eius per litteras² stolam reddidit et anulum^{*}. Et cum se sic ipse dampnaret, parebat
tamen regi, quia hec erat hora eius, et potestas tenebrarum. Nam inveteratam eius maliciam,
quae obduruerat, non frangebant miracula; ut incrementa viciorum parerent ei etiam addi-
15 tamenta tormentorum. Unde et impletum est in eo quod scriptum est: *Multo labore sudatum* Ex. 21, 12
est, et non exiit de eo nimis rubigo eius nec per ignem. Ignis enim ei tribulationis circumstre-
pebat, qui viciorum rubiginem purgaret; sed nec per ignem rubiginem amisit, qui nec per
flagella correctus est, quia malicia eius a conflatore consumi non potuit.

Anno incarnationis 1087. obiit Willelmus Anglorum rex.

Anno igitur ab incarnatione Domini 1079. factum est praedium in Saxonia, in quo Rodul-
fus rex cecidit, et Heinricus fugiendo vicit¹⁰⁸⁰. Hoc eodem anno facta sunt tonitrua et ful-
20 gura in Ianuario, et luna nigra et sanguinolenta visa est 3. Kal. Febr. Et sequenti anno Wit-
bertus invasit sedem apostolicam, a dampnatis et excommunicatis suique similibus in aposto-
ticum, non apostolicum electus. Quae conspiratio primum facta est apud Brixiam, ubi con-
gregati aliqui episcoporum de sinagoga satanae, traditi in reprobum sensum, contra fidem,
25 quae est confessio Petri, et sanctam sedem eius Romanam aeccliesiam turpia et nefanda
iacientes, ad plenitudinem damnationis sua elegerunt Withbertum heresiarcham de sui simili-
bus, et desperata superbis apostolicum eum vocantes, apostamat, non apostolicum effe-
runt. Qui idcirco omnium fidelium odio dignior est, quia cum a principibus, Heinrico scilicet
30 rege deposito, et caeteris huius perditionis ministris, quesumt esset, quis ad impugnandum
sanctum virum, papam videlicet Gregorium, falsitatis vexillum suscepit, nemo omnium tam
audax, tam praesumptor, tam desperatus vel perditus inventus est, qui naufragium fidei sub-
ire deligeret, preter eum solum. Qui idcirco, credimus, antichristi negotium suscepit, ut rui-
nam archiepiscopatus Ravennensis, quem pro suis criminibus eodem Gregorio presidente
35 synodali iudicio perdididerat, susceptione oblati periculi compensaret. Aderat in conventu illo
malignantium multis numerus dampnatorum, quos ad persequendum amatorem iustitiae
communicatis criminum et amor principis illexerat, eum solum inventi diabolus promptio-
rem, cui malicie sue omniem principatum committeret. Suscepit itaque sedem satanae, et
40 in catedra pestilentiae sublimatus, impiorum mentes ad expugnandum nomen Domini ex-
cuebat, factus omnibus fovea peccandi. Quae autem fuerit eius promotio seu intronizatio,
quomodo ad hanc deiectionem et quam praeceperit ascenderit, et a quibus execratus sit,
45 quæve eorum fuerit vita vel conversatio, et quid de ordinato vel ordinatoribus eius sentien-
dum sit, Gevehardus Salzburgensis episcopus, cuius vita speculum erat honorum, interrogatu-
tus edicat. Ait enim scribens Hermanno Mettensi episcopo:

*G. Salzburgensis episcopus H. Mettensi episcopo salutem. Wibertus quondam Ravennas
archiepiscopus cum obedientiam, quam apostolicae sedi iuramento promiserat, non attendere,
45 sed contra ipsam omnimodis superbire studuisse, in Romana synodo inrecuperabiliter depositus
et anathematizatus est ab apostolica sede et ab episcopis totius aeccliae; nec hoc semel in
una synodo, sed in omnibus synodis, quotquot iam septennio Romae celebratae sunt. Hic igitur
ita in periuriis inveteratus et pro eisdem inrecuperabiliter depositus et anathematizatus, sedem
Romani pontificis, cui obedientiam iuravit, per manus anathematizatorum, utpote sui similium,
50 invasit, legitimo pastore adhuc eidem sedi praesidente. Ipsorum autem excommunicatorum nullus
eum consecrare, vel potius exercitare praesumpsit, praeter Mulinensem et Arithinum excep-
scopos, qui qmbo pro suis criminibus iam annis tribus officio et communione caruerant. Sed
hui etiam si officio et communionem haberent, et Romana sedes pastore vacaret, nullum tamen
eidem sedi pontificem ordinare possent. Huius enim ordinationis privilegium solis cardinalibus*

55 1) obiit a. 1076; cf. Bertholdum, Lambertum, Brunonem, Bernoldum. 2) In registro desiderantur.

episcopis Albanensi, Ostiensi, Portuensi, a sanctis patribus est concessum. Ergo Mutinensis et Arithinus episcopi iuxta testimoniorum sanctissimi papae Innocentii non benedictionem, sed damnationem quam haberunt suo Ravennati imponere potuerunt; nec illum in Romanum patriarcham; sed in perditissimum heresiarcham promoverunt. Caveat igitur omnis christianus, caput antichristo inclinare, statuam quam Nabuchodonosor erexit adorare, sicut se ipsius heresiae perniciosissimo anathemati innodare. Nam quicunque illi obedierit, qui dixit: „Ponam sedem meam ad aquilonem, et ero similis Altissimo,” certissime in aeternam damnationem ibit cum ipsis. Amen.

Hee sunt de Witberto Gevehardi Salzeburgensis, viri utique doctissimi et autentici, scripta verideta, quibus utique nullus cum iustitia obviare praevalet. Extant et alia eius scripta 10 auctoritate et veritate subnixa, quea pro viri merito reverenter fidelium honorat et amplexatur aecclesia. Ab hoc itaque Witberto, sale utique infatuato, Heinricus coronam suscepit imperii, factus infelix membrum illius qui est rex super omnes filios superbiae, suspiciens ab illo maledictionem pro benedictione; et quidem satis congrue. Nam dignus erat, et pro meritis acta res est, ut talis rex tam papam institueret, et ab eodem ipse coronam ignominiae 15 et sceptrum dedecoris susciperet.

^{fol. 129^r} ^{1082.} Defuncto per id temporis Lugdunensi archiepiscopo Gibuino³, cum varia quorumdam esset electio, dominus Hugo Diensi episcopus electione cleri et populi, auctoritate et praecerto Romani pontificis in archiepiscopatum Lugdunensem promotus est anno incarnationis Domini 1082⁴. Adhuc enim Romanae urbi dominus Gregorius praererat, quamquam Wiberti 20 starum iam esset facta conspiratio, non tamen promotio. Ubi vero et promotio eius execratione sua illa quasi auctorizata est, et iudicatum est ab impiis et periuris hostili manu Romanum aggrediendam, ut papa, qui populi obsequio et amore cum gratia Dei protegebatur, cum in 1083. iuria et dedecore a sede propelleretur: eousque res devenit, ut rex cum papa suo exercitu innumerabilis fultus Romanum tenderet, et in itinere quotquot poterat ad adorandam statuam, 25 et in ea imaginem bestiae compellebat. Sed modo mirabilis quo plus ad explendam profanae mentis vesaniam ferebatur, eo gravius deiciebatur et dishonestabatur. Aliquando enim magnum erat si quis regium osculum merebatur, gratum si quis vestigia papae oscularetur. Nunc versa vice rerum, quicumque inventus fuisset, tenebatur, nec ante dimittiebatur, nisi primo pedem paparelli illius oscularetur, et sic deum osculo regis potiebatur: ut esset in 30 ambobus equiparita iniuria, verum regis tanto gravior, quanto hic cuius pedibus inclinabatur, erat deterior. Quae enim maior esse potest insania, quam virum litteris adprime eruditum, disciplinis ecclesiasticis imbutum, sanctionis ecclesiasticae non ignoramus, tenentem in ecclesia magnae dignitatis et praelationis locum, ad tantam mentis devenire hebetudinem, ut contra Deum superbire incipiat, et locum celsitudinis non in ecclesia, sed extra ecclesiam 35 et supra ecclesiam contra ius et fas appetens, illi assimilari omnino studeat, qui dixit: Ponam sedem meam ad aquilonem, sedeo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo*

* Hoc loco proponere libet fragmentum in codice Musei Brittonici inter Arundelianos N. 390. manu saeculi XI. exentiis exaratum, quod in itinera Anglico a. 1084 exscripti. Legitur ibi fol. 132, et pactum Henrici IV. 40 cum Romanis a. 1083 mense Iunio ictum illustrat. Quidam qui dicuntur religiosi et sanctissimi, sicuti haecens soliti sunt faore, se posuerunt contra ius, et templaverunt Deum, et fecerunt quod facere non debuerunt; ob huc magnum dedecus habuerunt. Nam isti sunt illi qui fecerunt iudicium de regno et sacerdotio; set Deus qui est misericordissimus et piissimus praevidit quod iustum est. Nam abbas Cassini montis et cancellarius qui cardinalis est de 45 sancto Paulo, et episcopus Portuensis cum aliis copiscopis et Bernhardus diaconus, et Wimundus monachus qui alio nomine Christianus nuncupatur, et Gratianus, qui omnes ex praecerto papae fecerunt hanc legem quam audituri estis. Set prius dicam qui benedixi aquam, scilicet quidam vir qui est nimis religious, et nuncupatur Petrus Neopolitanus, et est monachus, qui prius presbiter fecit triduum ieiunium cum aliis clericis qui ibi fuerunt, et ipse 50 presbiter sanctissimus celebravit missam. Peracta vero missa, abiit ad aquam cum supradictis et benedixit aquam. Misit vero puerum quandam in aquam ex parte regis, ut Deus discerneret veritatem, si ipse rex haberet iusticiam. Mox ergo ut puer missus est in aquam,

3) 15. Kalend. Maii depositio d. Gebuini archiepiscopi Lugdunensis legitur in necrologio S. Benigni Divionensis. K. 4) In litteris Registr. IX. 18. 9. Kalend. Novemb. ad Hugonem datis innotet Gregorius ne regimen Lugdunensis ecclesiae accedere dubitet. Scripta est epistola a. 1082, si Hugo a. 1083 et inuenire quidem consecratus est archiepiscopus Lugdunensis, quod e veteri quadam charta recte collegisse videntur auctores Gall. christ. tom. IV. 109. K.

Reversus inter haec ab urbe Roma Rodulfus abbas venit Virdunum, et Virdunensi episcopo communionis gratiam a papa reportans, absolutionem eius domino Mettensi episcopo impositam, qui vices papae exequebatur, requirendam esse satisfactione praemissa insinuavit. Verum quia Wibertum execratum, et regem obstinato animo Romam tendere iam fama vul-
5 gaverat, intumuit animus hominis, et quidquid egerat, quidquid dampnaverat vilipendens, ad vomitum redit, culpari non solum fateri non erubuit, quin potius gravioribus se vinculis peccati et pertinacie innodare non pertimuit. Nam subito per semetipsum absolutus, pontifex in vestitu sacerdotali apparuit, missas celebravit, et quidquid illud est quod sacerdotali officio convenit, quod etenus caverat inplere non formidavit, in monasterio novo sanctae Mariae, quod ipse
10 summo studio et cura extruxerat, reliquias introducens, aquam benedicens et aspergens, et singula episcopi officia complens.

Exhinc orta suni mala in Israel. Anno enim ab incarnatione Domini 1084 Heinricus 1084.
Romam veniens urbem cepit, muros evertit, Gregorium papam in turre Crescentis muro clausit, suumque papam in ecclesia sancti Petri sedere constituit, ut impleretur quod scriptum
15 est: *Cum videritis idolum abominationis stantem ubi non debet, qui legit intelligat.* Inter haec Marc.13,14.
Virdunensis fera tota humanitatis facie eversa, hac illacue debachabatur, ita ut omnis in eo religionis species immutaretur, et obsequium quod prius viris religiosis, qui tunc a Leodio confluxerant et ab aliis undique partibus, atque sub habite monastico in coenobitis suburbanis degebant, exhibuerat, verteret in arma furoris. Totus illi sermo de imperio Heinrici, de pa-
20 patu Clementis erat, ita ut publice in aecclesis nomen illius heresiarchae nefandi in canone recitari praecepit. Quod etiam faciebant reliqui episcopi Lotharingiae et Langobardiae, exceptis perpaucis, qui magisterio Petri adhabantur; quorum vita cum esset sancta, pia, casta et catholica, publica notabatur infamia, insana dicebatur et heretica; non intelligentes illud Ysidori dictum, quod neverit se a communione totius orbis separari, quicumque nomen
25 apostolici pro qualcumque dissensione in canone non recitaverit. Admiranda prorsus Dei omnipotentis misericordia, qui electos suos etsi aliquando permittit concuti, non sinit tamen penitus labefactari. Non sufficiebat sacerdotibus vel solos peccare; facti erant laqueus iu-
30 venum omnes, ut etiam absque synagogis facerent eos qui non communicabant operibus eorum in communicando excommunicatis, in abiectioне Gregorii, in assertione Wiberti. Iam
35 vero si quis esset qui Gregorio communicaret, hic publice conviciis appetebatur, hic hereti-

abit iusum in fundo aquae. Ad hoc miraculum stupefacti fuerant omnes qui ibi aderant, et unus ilorum nomine Wimundus qui Christianus nuncupatur, cepit dicere contra Gratianum: *Certe tu impressisti puerum ut iret iusum in fundo aquae.* Set ipse Gratianus cepit detestare et dicere: *Quia nunquam feci tale quid.* Tunc ipse Wimundus nomine cum iracundia abiit ad papam, et dixit: *Quoniam Gratianus impressit puerum ut iret in fundo aquae.* Papa ut audivit, praecepit illi Wimundo et dixit: *Vade et dic illis ut iterum mittant puerum in aquam, ut videamus si verum est quod tu dicas.* Ad tale preceptum perrexit ipse Wimundus, et dixit omnibus illis qui ibi aderant ex parte papae, ut alia vice misissent puerum in aquam. Et ipsi ex precepto papae miserunt iterum puerum in aquam, et abiit puerulus iusum in fundo aquae sicut prius. Post haec eandem legem ipsi supradicti fecerunt propter papam, et miserunt puerulum in aquam, qui cepit naturae desuper. Misserunt et alia vice, qui supernatavit similiter. Ob hoc impulerunt subitus aquam ut iret in profundum aquae, set Deus non permittebat. Nam babuerunt eum suffocare in aqua. Ad tale miraculum sunt stupefacti, et nesciunt quid agere debeant. Sant modo consiliati, ac fidem inter se dederunt, si res ista in propatulo esset, regi per aliquem hominem, ut nec unus illorum audeat dicere sine compunctione et sine consilio papae. Nam ipsa accepit fidem a omnibus, ut nullus audiat dicere. Hoc factum est in Pallaria in monasterio sanctae Mariae, quae est capella ipsius abbatis Cassini montis. Hoc factum est ad confusione illorum qui fecerunt et ad salutem vestri imperii, et fuit factum in dominica die post missam de ad-
40 ventu Domini.

SACRAMENTUM.

Tibi dicimus, rex Heinricus^b, quia nos infra terminum illum quem tecum ponemus ad 15 dies postquam Romanam veneris facimus te coronare papam Gregorium si vivus est, vel si forte de Roma non fugerit. Si autem mortuus fuerit, vel si fugerit et reverti noluerit ad nostrum consilium ut te coronet infra constitutionem terminum, nos papam eligemus cum tuo consilio secundum canones, et ipsum papam studebimus per bonam fidem ut te coronet, et nos studebimus per bonam fidem ut Romani faciant tibi fidelitatem. Haec omnia observabimus tibi absque fraude et malo ingenio, nisi quantum communi consilio nostro et tuo ad-
50 datur vel minuatur.

60 a) aq. c.

b) H. c.

1084. cus, destructor regni, assertor mali, qui nec vita dignus esset, qui publicae indignationis offensam contraheret perirurus, et quodam adinventicio nomine Paterinus dicebatur. Advenient tempora periculosa, obnubilata erat facies aeccliae, non agnoscebat quos generat filios, quia patiebatur infestos, nec ipsi matrem agnoscebant, quam cum multis et miris modis affligerent et inseccarentur, vicem eius dolere non noverant. Beati qui in hac sanctae Dei ecclesiae conculatione non inquinaverunt vestimenta sua; ambulabunt in albis, quia digni sunt.

Nec mutabat pardus varietates suas, Heinricus scilicet nequicias suas, qui immo Romae positus, quotquot poterat minis, terroribus, blandimentis, promissis sibi conciliabat; bella, cedes, homicidia per se suosque faciens, et totis quibus poterat misib; iniuritati favens, veritati resistent, et insuper suis litteras mittens, quibus se Romanum optimus, papam deieccisse, et omnibus omnino praevaluuisse mendaciter configebat. At vero Mathildis comitissa, Romanae aeccliae filia, virilis animi constantiam tenens, tanto ei fortius resistebat, quanto magis huius astutias et papae innocentiam noverat. Sola enim tunc temporis inventa est inter feminas, quae regis potentiam aspernata sit, quae calliditatibus eius et potentiae etiam bellico certamine obviaverit, ut merito nominetur virago, quae virtute animi etiam viros praecipat. Adesto, summe Deus, et aeccliae tuae regnum et aecclasiasticae constitutionis robur, quod Spiritu sancto tuo ordinante firmaveras, non patiaris de culmine gloriae sua dilahi, nec sinas tantis subiacere periculis. Hec est mulier illa, de qua ab ottrectatoribus^a fidei et conculturibus^b veritatis crimen incestus sancto pontifici obiciebatur. Cui si deessent meritorum laudes, hoc solum satis eam commendabilem redderet, quod cum tali viro, dum exprobratur, dum convitia suscipit, dum improperiis audit, approbatur, honoratur, laudatur. Quae enim ut haec pro Romana decertavit aeccliae? Quot et quanta passa est, ut illa debita libertate frueretur? Extant ad eam plures epistolae papae; quarum hic unam non pigebit inserere, ut agnoscatur, quae sibi invicem unione connectantur, ut omne os loqui iniqua volentium obstruantur, et ut benivoli instruantur, et maliloqui erubescant et confundantur:

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectae in Christo filiae Mathildi salutem et apostolicam benedictionem. Quanta sit mihi cura, quantaque sollicitudo de te tuaque salute, ipse solus qui cordis archana rimatur intelligit, et multo melius me ipso cognoscit. Tu tamen si pensare non neglygis, ut reor animadveres, quia pro tantis me tui curam habere oportet, pro quantis te caritatis studiis detinui, ne illos desereres, ut tuae solius saluti anime invigilares. Karitas enim, ut sepe dixi et dicam, sequens celestem tubam, non querit quae sua sunt. Sed quia inter cetera quae tibi contra mundi principem, favente Deo, arma contuli, quod potissimum est, ut corpus dominicum acciperes, indicavi, et ut certae fiduciae matris Domini te omnino committeres praecepi, quid inde beatus Ambrosius, videlicet de sumendo corpore et sanguine Domini dicat, his in literis intimavi. Ait enim in libro 4. de sacramentis inter cetera: „Si mortem Domini annunciamus, annunciamus remissionem peccatorum. Si quotienscumque funditur sanguis Domini, in remissionem peccatorum funditur, debo illum semper accipere, ut semper mihi peccata dimittantur. Qui semper pecco, semper debo habere medicinam^b.“ Item in libro 5. de sacramentis^{b.5.}

fol. 130^r. Gregorius igitur in turre Crescentis muro clausus, legatos misit ad Robertum Apuliae ducem, qui tunc forte classe instructa mare transire parabat, ut veniret et obsidionem solveret. Erat tunc forte Romae abbas Divisionensis domino papae per omnia fidelissimus, quem pro ingenita sibi bonitate et obedientia debita beato Petro, dulcissimo amplectebatur affectu, adeo ut concaptivum suum eum vocaret; quia non eum movebant salutis pericula pro iustitia suscepta. Hunc ergo ad evocandum ducem cum quibusdam cardinalibus misit. Qui obedientiam non segniter exequutus, principem adduxit, et data Urbi obsidione, patefactoque ingressu, rege fugato, papa liberatur, et ad Lateranense palatium cum gloria reducitur. At quia Normannorum instabilitas Urbe capta et praedae data multa mala perpetravera, nobilium Romanorum filias stuprando, et nocentes pariter innocentesque pari poena affligendo, nullumque modum, uti victoribus mos est, in rapina, crudelitate, direptione habendo: veritus ne duce recedente infidelitas Romana exagitata recrudesceret, et quos antea habuerat quasi fidos amicos, pateretur infidos, cedendum tempori arbitratus, Salernum se contulit. Rex vero hoste adventante, fugae praesidium requirens, sigillum do-

a) ita c. b) locus vacat.

5) Desunt permulta. Data est epistola 15. Kalend. Mai. ind. 12. i. e. 1074. Registr. I, 47. Cod. Udal- rici 157. K.

mini papae, quem farto subripuerat, secum tulit; et Portuensem, quia olim familiaris papae ¹⁰⁸¹ fuerat, sibi conciliatum secum duxit. Witbertus vero et ipse aufugit. Quamobrem verita Mathildis, ne simplices quique astutia regis specie sigilli deciperentur, praevenit malitiam illius, mittens litteras fidelibus in hec verba:

Mathildis Dei gratia si quid est, omnibus in Theuthonicorum regno commorantibus, salutem. Notum vobis facimus, quod Heinricus falsus rex farto subripuit sigillum domini papae Gregorii. Unde si quid audieritis quod discordet a nostra legatione, falsum arbitramini, neque mendaciis eius adquiescatis. Preterea episcopum Portuensem secum ducit; quoniam olim fuit familiaris domini papae. Si igitur aliquid vobiscum vel contra vos per eum vult operari, eum falsum testem nolite dubitare. Nulli umquam credatis, qui aliter quam nos dicere audebit. Scitis dominum papam iam recuperasse Sutrium atque Nepe. Barrabas latro, id est Heinrici papa, ipse quoque aufugit. Valete, et de insidiis Heinrici cauti estote.

Igitur summo pontifice ab Urbe discedente, eius comitatus abbas Digionensis non defuit. Verum die quadam exercitu ultra quam speraverat summo diluculo progresso, cum ipse cum sociis celer subsequeretur, calonum turbam offendit, qui extrema hostium sequentes, mira agilitate currendi ignaros dolii et fraudis trucidabant. Quorum nequitiam abbas, ut expertus in talibus, agnoscens et praecavens, socios iter accelerare praemonuit. Verum illis propere abeuntibus, cum post terga subdole clamaretur ab impiis, non esse eam viam quae praeeunt vestigia sequeretur, se viam scire, et paratos ostendere si expectarentur, abbate ¹⁰⁹¹ contradicente et dolos eorum manifestante, frater qui comitabatur Walterius nomine substitut, et ultra votum omnium viam ab eis querebat. A quibus mox peremptus, viam universae carnis ingressurus erat. Quod et ita contigit. Cum enim accelerantem praestolatur ^{a)}, emissa lanceola in eum dirigitur; set dum tardie sibi providet, et ictum devitare gestit, vulnus letale suscepit. Et dum ex dolore ictus gradum accelerat, abbatem subsequitus, supra pectus eius capite reclinato, vitali spiritu deficiente corruit, et deficiens mortuus est. Cui illud obfusus creditus, quia partibus papae iustis et sanctis aversabatur, nec corrigi poterat cum sepius obiurgaretur. Parcat ei omnipotens Deus, et tribuat, ut ultio praesens et peccatorum veniam et aeternitatis ei pariat mansionem. Illo ergo ruente, non destitut malorum inprobitas a perseundo, donec bestia quae sarcinas ferebat remanente, inveniret Romana avaritia que cupiditatis ingenitae frena laxaret, sique malicia eorum propter sarcinas interrupta est. Intueamur nunc fluctuantem et estuanteum animum patris de morte filii, et cogitemus quae potuit consolatio dolori illius mederi. Apud exteris gentes positus, duobus tantum sociis et hoc tertio fultus quid putamus cordi eius accesserit? Qui cogitationum fluctus, qui perturbationum impetus, qui dolorum gemitus, quae suspiria, quae mentis anxietas; cum perderet socium socius, filium pater, magister discipulum, et non solum insalutatum dimitteret, quin etiam ruenterem, deficientem, morientem respicere non auderet, nec humanitati officia pia persolvere? O qui patres estis, qui affectum filiorum corde tenetis, attendite et videite, quis patris huius dolor extiterit, qui filium dum putat vivum et vegetum, innocentem ante se videt mactatum, in morte filii pater passus est. Qui habet amicum karissimum, et ^{fol. 131.} eum cogitat moritum, scit quid pater passus sit, licet maiora passus sit quam aliquis amicus de amico ex cogitare possit. Multum enim distat inter id quod somniamus, et quae oculis praesimaliter viderimus; sic per maxima est differentia inter cogitatum et actuum. Venit ergo tandem abbas ad socios, et osculato pede papae, cum vultus mentem indicaret, dolorem cordis aperuit. Papa vero directis militibus cum armorum apparatu, auctores tanti sceleris persequi, et corpus exanimati fratris ad se praecipit deportari. Quod inventum est omni veste spoliatum et in suo sanguine volutatum, sique a quadam clero de sociis in papae praesentia perlatum. Qui benigno ut erat animo compaciens, pluviali suo quo indutus erat, corpus fratris operiens, et absolutionem ei faciens, missam pro defuncto cecinit, et sic terrae quod suum erat restituit, multum consolatus abbatem, ut voluntati Dei sui concordaret, iudicia eius esse occulta, numquam tamen iniusta. Confortatus est autem spiritus illius in Domino, et cum omnia perdidisset, non ad iracundiam provocatus est, neque stultum quid contra Deum loquutus est. Cogitabat vero papa mitissimus eum penes se retinere diebus vitae sua, sed quia idem anxiabatur iam per annum integrum commissos sibi fratres et filios se non vidisse, licet doleret illos non ut decuerat eum a se dimisso: videns animum eius in hoc esse ut fratres visitaret, dimisit eum, imposita ei legatione Colimbrae, dans litteras ad

^{a)} ita codex: praestolamus Labbeus edidit.

1084. Sisenandum principem praefatae provinciae⁶, ut ei tamquam alteri sibi crederet. Misit etiam per eum, et per Petrum Igneum⁷, et per principem Salernitanum Gisulfum nomine, quos Cluniacum mittebat, litteras omnibus fidelibus, in quibus et calamitatis sanctae Romanae aeccliesiae causam, et cur tanta passus sit, quamobrem ad hec patienda adductus sit, breviter dilucidavit, et ut sui misererentur ammonuit in hec verba:

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, omnibus in Christo fidelibus, apostolicam sedem revera diligentibus, salutem et apostolicam benedictionem. Pervenit, fratres karissimi, pervenit ut estimamus ad notitiam vestram, quia nostro tempore innovatum est quod in psalmis inqui- rendo dicitur: „Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terrae, et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus christum eius.“ Prin- cipes enim gentium, et principes sacerdotum cum magna multitudine convenerunt in unum ad- versus Christum omnipotentis Dei filium, et adversus apostolum eius Petrum, ut christianam religionem extinguerent, et hereticam pravitatem propagarent. Sed Deo miserante, illos qui confidunt in Domino, nullo terrore nullaque credulitate vel mundanae gloriae promissione ad suam potuerunt deflectere impietatem. Pro nulla quippe alia qualibet ratione contra nos inique 15 conspirantes manus exererunt, nisi quia periculum sanctae ecclesiae noluimus silentio praeterire, et his qui eandem sponsam Dei non erubescunt in servitutem redigere. In omnibus enim terris licet etiam pauperculis mulierculis suae patriae lege suaque voluntate virum accipere legitime, sanctae vero aeccliesiae, quae est sponsa Dei et mater nostra, non licet, secundum im- piorum votum et detestabilem consuetudinem, divina lege propriaque voluntate suo sponso lega- 20 liter in terris adherere. Non enim pari debemus, ut filii sanctae ecclesiae hereticis, adulteris et invasoribus, quasi patribus subiciantur, atque ab eis velut adulterina infamia notentur. Hinc multa mala, diversa pericula, et inaudita crudelitatis scelerata sint exorta, a nostris le- gatis luce clarius veraque relatione potestis addiscere, et si revera doletis et contrastamini de ruina christiana religionis et confusione, eique vultis manum praebere adiutori, intrinsecus 25 certo tacti dolore, ab eisdem instruti satis potestis. Sunt enim beato Petro fidelissimi, et inter primos domus eius unusquisque in suo ordine adnumerati, qui nullo terrore nullaque temporalium rerum promissione potuerunt in aliquo ab eius fidelitate et defensione avelli et a gremio sanctae matris aeccliesiae separari. Sed quia, sicut novit vestra fraternitas, licet indigno et peccatori divinitus per prophetam dicitur: „Super montem excelsum“ et reliqua; et iterum, 30 „Clama, ne cesses“; velim nolim, omni postposita verecundia, timore quoque vel ahenus ter- reno amore, euangelizo, clamo, clamo, et iterum clamo, et advuncio vobis, quia christiana reli- gio et vera fides, quam filius Dei de coelo veniens per patres nostros nos docuit, in secularem versa pravam consuetudinem, heu! proh dolor! ad nichil pene devenit, et immutato antiquo colore cecidit non solum in diaboli verum etiam in Iudeorum, Sarracenorum atque paganorum 35 derisionem. Illi enim leges suas, licet hoc tempore ad nullam animarum salutem utiles, nullis que miraculis sicut lex nostra aeterni regis frequenti attestacione clarificatas et corroboratas, prout credunt, observant. Nos autem seculi inebriati amore, et vano decepti ambitione, omni religione et honestate cupiditati atque superbiae postpositis, exleges et quasi fatui videmur; quia praesentis vitae et futuras salutem et honorem sicut patres nostri non habemus, nec etiam sicut 40 oportet speramus. Et si sunt aliqui, licet rarissimi, qui Deum timeant, pro se utcumque, non pro communi fratrum salute decantant promta voluntate. Qui vel quot sunt, qui pro timore vel amore omnipotens Dei, in quo vivimus movemur et sumus, tantum desident, vel usque ad mortem laborent, quantum seculares milites pro dominis suis, vel etiam pro amicis et subditis?

fol. 131^v. *Ecce multa milia hominum secularum pro dominis suis cotidie currunt in mortem, pro caelesti 45 vero Deo et Redemptore nostro non solum in mortem non currunt, verum etiam quorundam hominum inimicitias subire contempnunt. Et si sunt aliqui, immo Deo miserante sunt, licet per- paucissimi, qui in faciem impii usque ad mortem resistere pro amore christianae legis conten- dunt; non solum a fratribus, ut dignum est, non adiuvantur, sed etiam imprudentes et minus discreti ut dementes habentur. Sed quia hec et his similia specialiter imminent nobis ut vobis 50 indicemus, quatenus Deo largiente via possimus a cordibus fratrum avellere et virtutes in eis plantare, rogamus et obsecramus in domino Iesu, qui nos sua morte redemit, ut tribulationes et angustias quas patimur ab inimicis christianae religionis, cur et qualiter patiamur, diligenter investigando intelligatis. Ex quo enim dispositione divina mater aeccliesia in trono apostolico me valde indignum et Deo teste invitum collocavi, summopere procuravi, ut sancta aeccliesia 55*

6) Neque haec neque sequentes Gregorii litterae in registro leguntur. K. 7) cardinalem.

*sponsa Dei, dominā et mater nostra, ad propriū rediens decus, libera casta et catholica per- 1084.
maneret. Sed quia hosti antiquo hec omnino displicerent, armavit contra nos membra sua, ut
omnia in contrarium verteret. Ideo in nos, immo in apostolicam sedem tanta fecit, quanta
facere a tempore Constantini Magni imperatoris nequivit. Nec valde mirum, quia quanto plus
5 antichristi tempus appropinquit, tanto amplius christianam religionem extinguere decerat.
Nunc autem, fratres mei karissimi, diligenter quae vobis dico audite. Omnes qui in toto orbe
christiano censentur nomine, et christianam fidem vere cognoscunt, sciunt et credunt, beatum
Petrum apostolorum principem esse omnium christianorum patrem, et primum post Christum
pastorem, sanctamque Romanam ecclesiam omnium ecclesiarum matrem et magistrum. Si
10 ergo hoc creditis et indubitanter tenetis, rogo vos et praecipio ego, qualisunque frater et in-
dignus magister vester, per omnipotentem Deum adiuvate et succurrите praedicto patri vestro
et mari, si per eos absolutionem omnium peccatorum et benedictionem atque gratiam in hoc
seculo et in futuro habere desideratis. Omnipotens Deus, a quo bona cuncta procedunt, men-
tem vestram semper illuminet, eamque sua dilectione ac proximi secundet, ut mereamini praec-
15 fatum patrem vestrum et matrem certa devotione debitores vobis facere, et ad eorum societa-
tem sine verecundia pervenire. Amen.*

Abbas igitur Divisionensis cum Petro Igneo et principe Salernitano apud Salernitanam
urbem mare ingressi, quia per terram ire propter discursantium hostium impetus pertine-
scebant, longa navigatione pertesi tamdem applicuerunt apud Sanctum Egidium^b, ubi diversis
20 curarum aestibus cepit mens eius anxiari, utrum sicut papa praeceperat iret recto tramite Co-
lumbriam, an visitaret filios quos iam emenso anno non viderat. Ei itaque fluctuanti providit
respectus pietatis divinae, inspirans cordi illius, ut postposita omni dubietate fratres et filios
visitaret; quod et fecit, nec eum fecisse penitus. Nam nisi hoc fecisset, fortasse rediens a
25 Columbria vix inveniisset quos visitaret. Perdidisset etiam tantam frugem filiationis, quantam
eo anno suscepit, cuius tanta exitit multiplicatio, ut merito debeat Divisionensis ecclesia an-
1085. num ipsum meliori numerare lapillo. Venit ergo Divisionem, et quos in discessu suo passus
fuerat infestos, inventit toto sibi corde substratos. Invenit etiam scissam in aliquibus cordi-
bus caritatem, quae sanavit prout potuit et Dominus dedit. Nondum multum temporis fluxerat,
30 cum audita dissensione inter Virdunens et episcopum et religiosos quosdam qui in
eadem urbe in cenoibus suburbanis degebant, quibus contrarium erat Witherto^a, et eis qui
Wibertistis^b communicabant, subesse Bertiniacum se contulit, praestolans et praecavens si
forte cum gratia Dei fratres illos posset venari, ut ad se confugerent, ubi in innocentia et
quiete modesti spiritus Deo libere servire valerent. Verum de his hec interim dicta sint.

Igitur papa Salernum veniens, ibidem remansit Deo devote serviens, et in tribulationi-
1084. bus quae increverunt super eum, gratias agens. Confortabatur autem in Domino, et prospe-
rabatur in spiritu; quia sicut omnia adversa habet qui sibi displiceret, ita et quem non remor-
det conscientia simplex pura et lucida, nullo bone indiget. Rememorabatur praedecessorum fol. 132.
suorum Romanorum pontificum, Gregorii, Leonis et aliorum, qui quanto perfectiores in via
Dei fuerunt, tanto a Romanis gravius insectati sunt, et ideo digni inventi sunt. Simplex
40 oculus corpus reddebat lucidissimum. Incedebat securus per iustitias semitas, cui testimoniu-
m perhibebat conscientia, quod pro defensione veritatis patiebatur; ideo non tribulabatur.
Videbat et sollicitus secum retractabat, quia si papa cum Deo esse vult, pauper et inops effi-
cietur; qui autem volet esse cum seculo, ut querat quae sua sunt, non quae Iesu, a symonia
manum non cohibeat, iniquitatim faveat, non aequitati, congregandis pecuniis iuhet: hic dita-
45 bitur opibus, et superabundabit. Ideo pauperiem Christi non habentis in corde pravorum
ubi caput reclinet, tanto magis appetebat, quanto mammonae furentis et illicientis fallaces
et non veras aspernabatur divitias. Astringebatur enim in utroque humero velamine super-
humeralis, qui contra adversa et prospera virtutum semper ornamento muniebatur, et ad
sola quae anteriora sunt nitens, in nullo delectationis infima laterē flectebatur^b.

50. Iam autem tempus adest, ut resolutionis eius series referatur, et quo fine ad Dominum fol. 132.
suum, pro quo tanta passus est, migraverit, oratio brevis nec tediosa prosequatur. Re enim
vera finis eius laus Domini est, quia si omnis laus in fine canitur, cum consummata vita eius
tota sit apud Deum gratiarum actio, ipsa eiusdem consummatio perennis est in laudibus
1085.

a) ita c. b) reliqua pagina vacat.

55 8) S. Gilles in Languedoc.

SS. T. VIII.

59

1085. Dei iubilatio. Sciens ergo imminere diem vocationis sue, longe ante convocatis cardinalibus episcopis et caeteris concapitivis, diem obitus sui praedixit; consummatisque omnibus Mai. 18. aecclesiasticae institutionis officiis, 15. Kal. Iunii praedictos fratres sub districti iudicij interminatione et sanctae obedientiae praeccepto constrinxit; ut si qua in se corrigenda apprehendissent, nullatenus tacere praesumarent. Quibus collaudantibus et vitae conversationem, 5 et disciplinam doctrinae sanctae morumque institutionem, et secundum scientiam sancti zeli fervorem, compulit eos apostolica auctoritate singillatim sibi dextras dare, promittentes quod hereticum illum invasorem sanctae et apostolicae aecclesiae numquam recipieren, nisi forte canonice resipiscens, puram confessionem cardinalibus episcopis offerret nudatus omni aecclesiastico ordinis dignitate; contestans et affirmans omnes simul in perpetuum condempnandos, quicunque communicare praesumpsissent Heinrico archipyrae, usurpatori imperii, nisi deposita dignitate regni secundum praeceptum eorum et reliquorum religiosorum in Theutonico regno commorantium condignam penitentiam ageret. Deinde confirmavit vicem suam potestatemque ligandi et solvendi omnibus vicariis suis, sicut ipse per orbem constituerat; ut quos ipse ligaverat, ipsi post condignam satisfactionem absolverent secundum apostolicae 15 fidei normam; non sicut quidam se ipsos fallentes, errantes, et alias in errorem trahentes configunt, quod omnes excommunicatos indiscrete absolvitur, at si posset vivificare eos qui non vivunt. Deinde quod vanitas ipsa per multa regna dissiparetur, divina inspiratione cognovit et praedixit. Demum absolvit omnes, qui in fide ista, quae per illum innotuit, usque ad finem perseveraverint, ab omnibus peccatis suis; et sic Creator^a spiritum tradens, anno 20 ab inc. Dom. 1085. obiit martyr et confessor. Eodem anno ventus, grando, fulgur et tonitra, 4. et 3. Kal. Iulii Galliam attriverunt.

fol. 130b. Dicit^b Urbanus papa in quadam epistola sua: *Dominus noster papa Gregorius beatae ac dignae memoriae cum apud Salernum gravi teneretur infirmitate, unde ipse postea obiit, conuenierunt ad eum episcopi et cardinales Romani qui ibidem aderant, rogantes eum et postulantes, ut quem sibi vellet subrogari successorem in pontificatu eis ostenderet.* At ille secum aliquantulum cogitans, hec illis verba dedit: „Quemcumque horum trium, Lucensem scilicet episcopum, Ostiensem, aut archiepiscopum Lugdunensem habere poteritis, in pontificem eligite.“ De excommunicatis autem similiter requisitus respondit: „Preter Heinricum regem dictum, et Ravennatem archiepiscopum, nisi forte ad vos prout vobis videbitur, ad dignam atque canoniam 30 venerint satisfactionem, et praeter omnes principales personas, quae aut consilio aut auxilio faveant nequiciae illorum et impietati, omnes absolvo et benedico, quicunque me hanc habere potestatem spiritualem in vice sancti Petri apostoli credunt indubitanter.“

fol. 132r. Post Gregorium Desiderius Cassinensis abbas pontificio Romanae urbis assumpto, Vicorem se nominavit. Cuius qualis fuerit electio promotio et consecratio, dominus Hugo Lugdunensis satis evidenter expressit, scribens comitissae Mathildi in haec verba:

Hugo sanctae Lügdunensis aecclesiae servus, dilectissimae in Christo sorori Mathildi divinae consolationis uberrimam gratiam. Quot et quantis sanctae Romanae ecclesiae litteris, et reverentissimae memoriae beati Anselmi, et vestris tam legionibus quam et litteris coactus, Roman venerim, quanto tempore in partibus Italiacarum circa officiū mei propositum moratus 40 sim, prudentia vestra doceri non indigit. Electionem vero Cassinensis abbatis antequam ego Roman venerim factam, sufficienter audistis, cui tam ego quam et ceteri fratres mei sanctae Romanae ecclesiae filii, diligentes magis gloriam hominum quam Dei, pro temporis infirmitate assensum praehuimus. Postquam autem ad montem Cassum, quo ipse iam praecesserat, Romae aliquamdiu morati, ipsius ducatu pervenimus, ex eiusdem familiaribus nobiscum collo- 45 quis, dum videlicet nefandissimos actus suos in auribus episcoporum et cardinalium iactanter recitare non erubesceret, copiosius necessario reprehendimus, quam intolerabiliter Deum in ipsius electione offenderimus. Quis enim, nisi ex ipsis ore audisset, umquam crederet, Heinrico dicto regi fidem eum dedisse, ut de optimenda Romani imperii corona fideliter eum adiuvaret? Aut cuius accusatio contra talen virum recuperetur, nisi ipse quasi ad cumulum gloriae 50 suae adscribendo nobis narrasset, praedictum regem ad invadendas terras beati Petri nunquam, nisi suo consilio et persuasione amaretur, Roman transisse? Numquid non delirans videretur, si quis Romanum electum post absolutionem a beatissimo papā Gregorio susceperat,

a) spm. C. spm. t. c.

9) cf. cod. Udalrici N. CLXVI. in SS. T. V. p. 563 l. 49 sqq.

excommunicatum garrire; nisi ipse Altonem cardinalem Mediolanensem electum a praedicto papa eodem abbatे subscribente publice excommunicatum, et sine penitentia defunctum, non solum beatum in communi nostra audiencia praedicare praesumeret, verum etiam se ipsum non in alia, nisi in qua ille est, gloria futurum oraret? In quibus omnibus dilectissimos fratres nostros He. et B. cardinales, quos vobiscum esse putamus, testes advocamus, qui vel ipsi de eius ore audierunt, vel bonis viris, quibus indubitanter credunt, referentibus, se audisse dixerunt. Quotiens decreta domini sui papae Gregorii aiorumque sanctorum patrum non solum verbo aperte inprobaverit, verum etiam manifestis operibus postea destruerit, in quo et quibus locis electionem suam non secundum Deum, sed tumultuarie factam asseverans, publice refutaverit, fol. 133.
 10 et numquam se adquievisse, vel in perpetuum adquieturum, sub terribili attestacione affirmaverit; quasve personas electionem reddendo aecclias idoneas eligi in Romanum pontificem dixerit, inter quas quendam vobis ex nomine, Mettensem scilicet Herimannum quorundam consilio scripsit, quoniam vobis magna ex parte manifesta sunt, et epistolaremodum scripta excederent, ex ordine scribere omitimus. Nunc vero, cum iam tandem post tantum laborem inaniter
 15 insumptum respirare videbamur, et electionem totiens refutatam, et aecclias redditam, divina gratia, et vestro fulti consilio et auxilio, in proximo libere facere sperabamus, sub occasione eligendi Romanum pontificem in Capua sicut illarum partium apostolicus vicarius congregavit. Ad quod ego et abbas Massiliensis atque archiepiscopus Aquensis apud Salernum commorantes, ab episcopo Ostiensi et principe Salernitano et Cenciano Romano ex parte vicarii
 20 et Romanas aecclias invitati, ut communis consilio Romanum pontificem eligeremus, veniendo obedivimus. Dux etiam quibusdam circumventionibus a Jordano principe iuueniliter illectus, illuc venit. Cum ergo de proposito negocio tractare disponeremus, abbas quibusdam mollibus et gestosis repulsionibus fautores suos episopos et principem ad compellendum se provocare coepit. Comporta autem versutia sua, cum praedicti ad restitutionem sui quasi invitum eum
 25 compellerent, nos prae nominati cum Ostiensi episcopo et Witmundo monacho et quibusdam aliis consilium habuimus, qualiter astutiae illius contrairemus. Postquam ergo ipse iam paratus erat insignia pontificatus resumere, et electionem etiam in ipso commento multoties refutatam iterum in se retrouere, praedictorum consilio, nos tantam hominis levitatem et propositi sui mutabilitatem inprobantes, in auditientia omnium nos nequaquam assensum praebituros diximus;
 30 nisi de quibusdam contra famam suam et tanti ordinis dignitatem, quae post electionem suam nobis de eo innotuerant, primum canonice examinatio fieret. Quod ipse indigne ferens, neque ad examinationem venturum, neque electionem unquam suspecturum se, publice affirnavit. Sicque data nobis iterum licentia ab eo quem velleum eligere, excutiens brachia sua, cepit a nobis recedere, cum Witmundus ex consilio Ostiensis episopi publice exclamavit, infamem per- 1087.
 35 sonam non debere in Romanum pontificem eligi vel ordinari, cum constaret eum indubitanter infamiam incurrisse, quoniam quidem excommunicationem domini papae Gregorii per annum integrum et continuum et eo plus sine canonica penitentia sustinuisse. Taliter itaque dissoluto conventu, et quia nox inimicabat, nobis recessentibus remansit dux cum eo, retento secum Ostiensi cum ceteris Romanis episopis et cardinalibus. Ubi cum diu rogando dux institisset,
 40 ut quendam Alfanum in Salernitanum episopum consecraret, sed Ostiensi contradicente abbas voluntatem ducis implere non auderet, quoniam de manifestissima ambitione Alfanus convictus fuerat, dux graviter indignatus recessit ab eis. Abbas igitur gratia destitutus, quoniam sine eo ad Romanum pontificatum aspirare desperabat, profunda iam nocte cunctis dormientibus legationem ad ducem misit, sicque duce ad abbatem redeunte, et abbas gratiam apud ducem ut
 45 papa fieret, et dux quod querebat optimin apud abbatem, ut Alfanus consecraretur sequenti die, videlicet dominica in palmis, ex paecepto abbatis id se cunctis facere respondentibus. Eadem itaque die cum post prandium abbas, dux et princeps, ulerque a somno meridianō surrexisserint, sole declinante ad inferiora, set vino optinente superiora, heu! proh dolor! abbas pro mercede nefandissimae consecrationis, fultus auctoritate ducis, pluviale sibi ipse imposuit, Ostiensi et Mart. 21.
 50 nobis inconsulitis, et prorsus ignorantibus. His ita gestis, cum Ostiensis episopus nobiscum bene per omnia cucurisset, ut vidi quod abbas per potentiam principis Jordani ad consecrandum se Roman ire intendebat, timens forte ne sui dignitate privaretur, si ab alio prima manus consecratio ei imponeretur, conversus est in die belli; et immemor factus propositi et factae nobis sponsionis, quod dicere pudet, cum abbate pacem faciens, reverentiam ei per omnia sicut papae
 55 persolvit. Qualiter autem vel quomodo Romanam ire disponat, quoniam præsentium lator et

^{1087.} *peregrini, quidquid postquam a nobis recesserunt per Capuam transeuntes de huiusmodi apparatu fieri viderunt, vel aliis referentibus didicerunt, plenius vobis referre poterunt, inutile iudicavimus scribere^{9).}*

^{Aug.} Hic igitur consecratus ab Ostiensi episcopo, cum missas apud Sanctum Petram diceret, infra actionem iudicio Dei percussus est. Et quamvis tarde, cognoscens se errasse, se ipse depositus, et accitis fratribus de monte Cassino qui secum aderant, preecepit se illo deferri, Sept. 16. et in capitulo non ut papam, sed ut abbatem sepeliri.

^{fol. 133v.} His ergo ita digestis, quia iam ad id locorum devenimus, ut de peregrinatione nostra nobis agendum sit, oremus Deum ut cordi nostro scientiam verbi infundat, sapientiae gratiam largiatur, ut verum dicentes non laboremus. Annus erat ab inc. Dom. 1085. et efferauit im-

^{1085.} petus Teoderici Virdunensis episcopi pro defendenda et attollenda parte Witberti Ravennatis heretici nullo iustitiae moderamine reprimebatur, quoniam illum sanctum iustum et catholicum pontificem Romanum annunciat, et annunciatum praeciperet: adeo ut solemnes pre eo in ecclesia orationes diceret, sub eo ordinationes faceret, et quidquid iuris sancto papae debetur, huic contra ius et fas ab omnibus exolveretur. Non potuit hoc diutius pati abbatis tis Rodulfi simplicitas, maxime cum in eum omnium praecipue desevirent omnia, quasi dolentium quod solus ab eis dissentiret, qui unus illorum et inter primos esse deberet, et nunc ad illorum contumeliam novas leges, novas institutiones contra principem regni et sacerdotes proponeret. Et quia tectum odium ad apertas iam inimicitias procedebat, cedendum tem-

pori ratus Flaviniacum se contulit, quae est villa ditioni ecclesiae sancti Vitoni subdita, in 20 territorio Tullensi sita: ut aliquantulum semotus a civitate, expectaret si quis daretur locus

remedii, ut illis aliquantisper sedatis ipse ad fratres posset regredi; sed incassum res age- batur. Tractaverat autem de his nuper cum abate Divionensi, et consilii illius haec fuit de-

determinatio, vanissimum esse, si cum fratribus, ut disposuerat, peregrinari vellet, cum

aperta esset via periculi, si fratres iuvenes et moderni, qui eotenus sub arta custodia Deo in 25 monasterio servierant, seculo exponerentur; id melius fore, ut pater simul cum filii, quia

in suo esse quieti nequibant, aliquem locum religione nominatum expeterent, in quo Deo cum

gratia et quiete servirent, donec decursu nubilo erroris eiusdem ad sua redire possent. Ad-

iecit etiam praedictus abbas se praesto esse qui haec illis non negaret, qui non sua eis darebant, sed quae illorum erant eis cum gaudio assignaret, quia bona aecclesiae omnibus filiis ecclesiae 30

sunt communia; Divionensem aecclesiam bonis omnibus assignatae, quae in ea essent bona

temporalia religiosis omnibus non defutura. Aderat et tunc ipse in proximo apud Bertiniam-

cum scilicet, fundum ipsius Divionensis aecclesiae in eodem Tullensi territorio situm, para-

tus fidem facere promisis, longa mora praestolans si veniret, et crebris nuncis admonens

ut veniret; quod et ita factum est. Videns enim abbas Rodulfus omnem reversionis sibi in- 35

tercludi aditum, malis undique multiplicatis, venit ad eum ad praedictam villam Bertiniacum,

^{Mart. 24.} ipsa vigilia annunciationis dominicae, et festum ipsum nocte eadem ibidem celebravimus.

In crastino Linguonas venimus, et sic die tercia Divionem peraccessimus, ubi honorifice et

caritate suscepti, congregati monasterii sociati sumus.

Delectat nos hic paulisper immorari meditationi memoriae mirabilium Domini, quae 40

fecit nobiscum dominus Deus, qui operatur magna in pauperes suos: ut confiteatur ei tota

substantia nostra, quia fecit nobiscum non secundum merita nostra, sed secundum beneficia

sua. Iuvat ergo memorari dulcedinis misericordiae eius, quoniam bonus est, quoniam dulcis

est, cuius gratia gratuita est, cuius pietas incomparabilis, misericordia inedibilis, qua salvat

eos etiam qui salutem qua salvari debeant refugint, quos tua, Domine, gratia ad salutem 45

trahit etiam invitatos. Tuum est, Domine, regnum, tua virtus, tua potentia; tibi soli cum Patre

et Spiritu sancto honor debetur et gloria, laus, et iubilatio et perennis gratiarum actio. Tu

me, Domine, huius tui munieris participem fecisti, tu me refugum et aliena magis querebant

et sub specie discendi seculo adherere volentem per servum tuum abbatem Rodulfum a va-

nitate seculi subripuisti, et peregrinationis huius comitem constituisti; multiplicans gratiam 50

tuam in me, ut non me taederet adolescentulum notos, affines, patriam, et nidum quo coa-

lueram relinquere; immo gauderem, et gratias agerem, quidquid tuae paternitati de me

libuisse, et corpus et animam totamque nostri substantiam tibi gaudens devoverem, et in tuo

⁹⁾ Aliam Hugonis epistolam post Urbani II. electionem ad Mathildam de eadem re scriptam ex char-

servitio quidquid virium esset iuvenilis corporis expendere praeoptarem. Addidisti insuper. fol. 134.
 infimo mihi et immerito gratiam et benivolentiam servi tui abbatii Divionensis, quia mox ¹⁰⁸⁵
 ut me viderit et agnoverit, totum in se, te volente, te favente, transfluit, sperans et cre-
 dens in reor, aliquid boni a te manaturum in nobis. Et utinam quod speravit, quod creditit,
 s quod quiescivit et queritur a te de nobis, fiat per gratiam tuam in nobis, ut gaudeat de profectu
 nostro, quem voluisti ut nos diligenter pro amore tuo. Quid enim erat in nobis, quod tantus
 vir tanto caritatis affectu diligenter, nisi tua, Domine, gratia quam sperabat et expectabat a
 te in nobis? Fiat, Domine, per gratiam tuam fructuosus devotionis eius affectus in nobis,
 ut laetetur dulcis eius anima super benignitatem tua, quae nos eius meritis, tua cooperante
 gratia confortare et regere dignetur, ut in illo et in nobis misericordia tua praedicetur et
 honorificetur. Nolo enim beneficis tuis ingratis esse, nolo patris huius beneficia, quae abs
 te sunt, tam longe proicere, ut extra conspectum sint. Volo ut frequens illa cogitatio exer-
 ceat et renovet, ut numquam memoriae subducantur, quae nichil perdit, nisi ad quod non
 sepe respexerit. In prima parte animi ponantur, ut semper occurrant. Delegi ergo propen-
 siori affectu et ferventiori studio servire, tibi, qui videbam redundantem in me misericor-
 diam tuam ad delendam iniquitatem meam et confortandam humilitatem meam. In omnibus
 tibi gratias agit exilis et iusta humilitas nostra, quia me a consortio malignorum expulsi,
 et a tribulationibus, quae increverunt super servos tuos fratres nostros, postquam e nobis
 discessum est, gratuita pietate liberasti. Capti enim, cum exprobratione et inproperio con-
 spectui Virdunensis illius bestiae praesentati sunt, quo totus senatus urbis convenerat, et
 quasi de fide agendo, quem papam haberent, quem regem venerarentur, inquisitus est.
 Quibus silentibus, ad inaudita mox perrectum est. Textus quangeli in mediis positus est,
 inde data sententia ut a maximo usque ad minimum omnes iurarent, W^obertum cognomento
 Clementem papam esse iustum et catholicum. Heinricum imperatorem a Deo electum et co-
 ronatum; quod qui non fecisset, cum dedecore et ignominia vestibus nudatus ab urbe pelle-
 retur. Factum est hoc, ut probati manifesti fierent. Noverat pietas tua, domine Deus, ser-
 vum tuum illum Rufum, latenter inter lapides margaritam Dei, qui spoliatus, cesus, fusi-
 gatus, quia iurare noluit, per medium urbis fugatus, ignominiam crucis tuae, Christe, in cor-
 pore portare non erubuit. Nudus ergo in sola staminia ¹⁰ per octo staminia miliaria, cum a ¹⁰
 quibusdam servis Dei aliquantula ueste donata esset, tandem venit Divionem, et cum gaudio
 susceptus, et de labore refocillatus est. Multiplicabatur interim numerus fratrum advenien-
 tiuum, et ut concordia et pacis unanimitas inter utrasque turmas artius servaretur, de promit-
 tenda stabilitate monebantur. Quod verbum ideo illis erat gravissimum, quia quasi abhorre-
 bat a recto, eo quod nec primam fidem infringere, nec secundam professionem facere se
 posse, salva prima quam fecerant, sanum ei videbatur. Timebant enim primum votum, pri-
 manam professionem violare, et ideo de secunda facienda nefas putabant vel sermonem audire,
 cum id ¹⁰ omnino intolerabile videretur, monasterium in quo stabilitatem Deo voverant, de-
 serere vel ad horam; quod omnino abnegarent, si secundam stabilitatem in aliena aecclisia
 firmarent. Quesierat super haec re-consilium abbas Rodulfus a quamplibus, et Lanfrancus

40 Cantuariorum archiepiscopus tale ei responsum reddiderat, scribens ad eum in haec verba:
*L. Cantuariae archiepiscopus Rodulfo abbatii salutem. Indicatum est mihi, quia de tuo
 monasterio recedere vis, de promissa stabilitate sollicitus es; ne unde Deum placare debes, inde
 offendas. De quo rationem talem ostendo, et in ostendendo me in exemplum sic do. Si ego L.
 manu propria me de aliquo monasterio non recessurum iurassem, viderem autem quod ibi ani-
 mam meam salvare non possem, exirem; nec perjurii crimen incurrerem. Qui enim Deo propter
 Deum alligatur, non solvit ab ipso, nisi contra ipsum solvatur. Porro ab ipso contra ipsum
 non solvit, qui propter amorem eius, et ut ei bene placeat, a filiis discordiae, superbiae, diffi-
 dentiae, et ut apertius dicam, a filiis diaboli migrat ad filios pacis, spei, humilitatis, immo filios
 Dei. Qui enim sic transit, nonne fugit a sede diaboli ad sedem Dei? Quis autem iudicet illum
 50 dampnandum, qui ut ad patrem, ut ad Deum et amicum, fugit ad ipsum? Preterea qui sic
 transit, non ab aecclisia ad aecclisiam transit. Non sunt plures aeccliae, sed una est toto
 orbe diffusa, et uni Deo ubique servitur, uni regi militatur. Postremo sanctus Benedictus, qui ^{fol. 134}
 stabilitatem praecepit firmare, monachum ab illo monasterio ad aliud venientem suscipi iubet,
 et si bona vita fuerit, ut stabilitatem firmet suadet.*

55 10) lanae camisia.

1085

His et aliis quampluribus probabilibus argumentis et rationibus muniti, praecetto patris sui obtemperantes, quidam stabilitatem ecclesiae Divisionensi in praesentia patris monasterii professi sunt et obdientiam; quidam autem dubitaverunt, et adquiescere ut profiterentur noluerunt. Ego eram, Iesu bone, de dubitantibus unus, cum tua pietas per servum tuum abbatem nostrum mihi iam praecipisset, ut fidei tuo, cui complacuerat sibi in me anima eius, cotidiana adhererem instantia: quamquam et hoc ipse timerem, quia viri modestiam, pietatem et dulcedinem non noveram: cuius licet nossem sanctitatem, reverebar. Et tamen adherebam ei de longe, et benignitatem eius multopere sitiebam, quia bonis coesse et coabitare desiderabam, quod totum abs te erat, dominus Iesu. Venabatur ille discretione praecipua, ut peritus auceps, animam meam, muneribus quibusdam et affectione multimoda, quae tamen religionis propositum non excederent, attrahendo et quasi inlaqueando devotionem meam, quae aliquanta erat erga illum; sed rursus timebam hominem quem non noveram, quamquam iam ei pectus nostrum aperuisse, et omnia animae secreta retexisse. Quid erat, domine Iesu, in corde illius fidelis tui? Quid erat, cum me ita dimitteret voluntati propriae, ut etiam publice prohiberet, quidquid facerem, quidquid dicerem, ne quis obiurgaret ne quis saltim in capitulo reclamaret? Quid erat, cum cotidie quasi pedibus eius procumbens, cum iam quasi venatus essem, orarem ut me reprehenderet et edoceret, et ipse me quasi repelleret, et optionem daret ut quidquid vellem facerem? Et iam professionem feceram, ad quam faciendam tali ratione ductus sum. Casu de claustro veniebam, cum ipse se deret in consistorio suo, et videns me, de professione monere cepit. Ego auditu quod nolebam, erubui, et gradum repressi; cum ecce columpnae ligneae appropians, columbrum offendispira sua inrotatum. Cui, cum nesciens quid esset, quia nichil tale verebar, pedem protendisse, ut quid esset agnoscerem, collo protenso hianti ore morsum minatus est. Cum clamasse, et gradum retro tulisse, iussu eius prior adveniens, pede capite columbi conquassato, mortuum proiecit, clamante eodem viro beato, et dicente: *Occide, sic moriatur ser- 25 pens qui insidiatur saluti fratris Hugonis!* me quoque in corde assentiente, et dicente: *Sic fiat, amen.* Statim, Iesu bone, ut hoc in corde meo deliberatum est et assensum, dulcedo tua in me pie convaluit, et sensi amorem tuum quasi extinxisse in me omnia venena serpentis, quae me ab implenda obedientia professionis implenda impediabant. Quid mora? die eodem sentiens vir praefatus cor nostrum immutatum, te ut credo inspirante solum me ag- 30 gressus est, et cum multa de simplicitate et modestia abbatis nostri perorasset, quedam etiam de irreverentia nostra et pertinacia, qua obediens patri spirituali refugiebamus, repli cuisset, deducta in medium auctoritate regulae, quae praecipit obedendum patri, etiamsi ipse, quod absit, alter agat, nec esse discutiendum de obedientia: vicit me, fateor, auctoritas viri, et vis verborum ratione et auctoritate subnixa, illud etiam, quia te praestante veritati repugnare nollebam. In omnibus tibi, bone Iesu, gratias ago, quia protexisti me; quia sub umbra alarum tuarum fovisti me, et gratia servorum tuorum fidelium donasti me. Itaque eo deducente, abbati nostro de pertinacia satisfeci, et in crastino praecipit eorum obediens. Per omnia benedictum nomen gloriae tuae, qui disponis omnia in tranquillitate. Precor, domine Iesu, non me seceras a numero et consortio servorum tuorum, qui dereliquerunt gloriam mundi cum suis oblationibus; quia et ego, cum tu inspirasses cordi meo, seculum et quae eius sunt voluntate promptissima postposui et postpono, animam et corpus meum tibi domino Deo, teste et mediatrice beata Maria, devovi et voveo, et in tuo servitu emori praecopto, quia tibi servire regnare est. Mortifica in me, Domine, quidquid illud est, quod neque cibis neque sacrificiis aptum est, et da patri nostro servo tuo abbati Divisionensi videre quae optat de nobis; ut lauderis in ipso et in nobis, qui es potens, gloriosus, admirabilis et benedictus in operibus tuis.

fol. 135.

Anno ab
inc. Dom.
1088fun-
datio ba-
silicae
Chinensis.

Igitur his qui residui erant ad obedendum inclinati, cum in pace et modestia quieti spiritus Deo ab omnibus serviretur, ecce repente de obitu papae Gregorii VII. nuncio ve- niente*, fratrum praecipue corda turbata sunt, dolentium desolationem sanctae Dei eccl- 50

*) *Haec de obitu Gregorii VII. leguntur in codice Musei Britannici inter Cottonianos Nero C. V. membr. saec. XI. exeuatis fol. 1:* „Volumus vos scire qui aecclesiasticae cure solliciti estis, quod apostolicus Hiltebrandus nunc in extremis suis ad se vocavit unum de duodecim cardinalibus quem multum dilgebat pre caeteris, et confessus est omnipotenti Deo et sancto Petro ac toti aecclesiæ valde peccasse in pastorali cura quea ei ad regendum erat commissa, suadente 55 diabolo contra humanum genus odium et iram incitasse. Postea vero sententiam quea

siae, quamquam congaudendum illi scirent; quem multus tribulationibus probatum suo iam 1083. Dominus gremio contoveret; pro animae tamen eius absolutione et requie consuetudinarium pensum promptissima voluntate persolverunt in officiis et celebratione missarum et largitione elemosinarum. Vigebat enim virtus caritatis in patre nostro abbe Divionensi, quae 5 tanta erat, ut quamquam eo anno ubique tempestatis violentia maturae segetes in spicis et vinum in racemis, omnia prostrata et prorsus dampnata essent, nichil tamen minus fieret in refectorio et elemosina, cum fratres centenarium fere excederent numerum, et his qui de terra fertili et plenissima venerant, et nichil minus noverant quam penuriam pati, abundans tissime in omnibus ministraretur, et tua pietas omnia supplebat, domine Iesu. Et quidem 10 iuste. Habenti enim caritatem, dabitur et abundabit. Quae autem maior potuit esse karitas, quam virum anno integro a monasterio semotum, inde ad sua redemptum omnia invenisse confusa et prorsus adnullata, cum omnia deessent, panis, vinum, substantia, 40 fratres cum gratiarum actione suscepisse; et qui suis nullo pacto quibat in necessariis sufficere, hunc pro his quos non noverat deducendis ad terras extraneas isse, et suis eos expensis ad suum 15 locum deduxisse? Hec sunt tua, Iesu, mirabilia, hec de tuo fonte procedunt. Noverat ille tuus famulus, te tuis non defore, qui conquesti cibos in deserto parare, et de paucis panibus multa milia hominum saciare. Hec etiam ei tua omnipotencia praevidiisti, qui et necessaria ei subministrasti, et insuper tanta in praedius est fundis ecclesiae eadem anno ipso et deinceps contulisti, ut duplicatus videretur census ecclesiae, et insuper te donante, benedictionem hereditatem possidebit, quia in modico inventus est fidelis.

Anno igitur sequenti, persecutione Heinrici tyranni Herimannus Mettum exiit, et sedem cathedrae eius Walo abbas sancti Arnulfi illicite usurpavit. Actum est illic miro Dei iudicio, ut cum ad execrationem eius crisma quereretur, et allatum esset crisma ab Herimanno confectum, episcopus Virdunensis reprobatum crisma quod sanctum erat, proiceret, et allato 25 suo, quod ipse contra ius et fas sacraverat, inde perficeret Walonis sacrationem, ne benedictionem patris filius impudens merceretur. Walo tamen, quia patris cubile ascendit, publicam penitentiam egit. Heinricus in loco eius Brunonem quendam exepiscopum creavit, qui postea ab urbe cum dedecore et ignominia pulsus est, et sic Herimannus post multa laboris et viae pericula a suis de Langobardia, quo cum Mathilde morabatur, revocatus, 4. anno egressionis sua Mettis recipitur cum omnium affectione, anno ab inc. Dom. 1089. Eodem anno 1089.
Odo Ostiensis episcopus in papam consecratus est, et Urbanus dictus est.

1089.
Mart. 12.

Nos igitur loquuturi de obitu domini Herimanni, videamus primo revelationem factam de translatione corporis beati Clementis, primi Mettensis ecclesiae apostoli et episcopi, et de obitu eius. Apparuit sanctus Clemens cuidam puero Hugoni nomine, innocentis et simplicis 35 vitae, et ostendens ei in ecclesia sancti Felicis locum sepulturae suae, praecipit, ut iret et diceret Herimanno Mettensi episcopo, ut elevaret inde ossa eius. Adiungens etiam quia die tertio post factam revelationem corporis sui ipse moreretur. Iniunxit etiam puerulo, ut mutaret vitam et ne quid puerile ageret, sed monasticum appetens indumentum, Deo servire studeret. Puer evigilans dominum advocabat — patre enim et matre orbatus apud eum qui 40 sororem suam habebat, morabatur, — et venienti visionem indicat. Petit ut ducatur ad episcopum. Sed dominus eius timens, duxit eum ad abbatem sancti Felicis, cui puer quae videbat referat. Ille religiosis personis omnia per ordinem pandit, inde iam omnes episcopum de translatione ammoneant. Puer vero sollicitus de inplenda obedientia, flebat quidem quia non praesentabatur episcopo. Illi vero Gallico laborantes coturno, abbatii sancti Felicis imponebant factam revelationem, quasi ut maioris esset auctoritatis, silentes de puer. Requisivit ^{fol. 435.} etiam monasticum habitum, sicut ei iniunctum fuerat, et cum a quibusdam in monasterio

50 in orbem terrarum effusa est, pro augmento christianitatis cepisse dicebat. Tunc demum misit, praedictum confessorem suum ad imperatorem et ad totam ecclesiam, ut optarent illi indulgentiam, quia finem vitae suae aspiciebat, et tam citu induchatur se angelicam vestem, et dimisit ac dissolvat vincula bannorum omnium suorum imperatori et omni populo christiano, vivis et defunctis, clericis ac laicis, et iussit suos abiire de domo Theoderici, et amicos Heinrici ascendere. Teste Mogontino archiepiscopo.

Narrationem in codice Catalaunensi (non Laudunensi, ut male scribitur) obviam supra SS. T. V. pag. 563 lin. 43 sqq. habes. Ibi et lin. 16 sqq. male expressa leguntur, quae hic a nobis exscripta dedimus.

sancti Clementis iudicaretur ponit debere, sua ipsius voluntate, quia duos fratres in monasterio sancti Vitoni habuerat, qui iam seculo excesserant, illuc ductus est et susceptus. De illi Dominus vitam in omni sanctitate et religione perfectam meritis et intercessione sancti Clementis, ut videat bona Domini in terra viventium.

Igitur venerabilis Herimannus in urbe sua susceptus, in quadragesima infirmari cepit, 5 et tamen ab episcopali officio multis infirmitatem eius admirantibus, non destitit. Et quia multis iam praecedentibus annis a quibusdam religiosis personis ammonitus fuerat de translatione beati Clementis, urbis Romae patricii, postea discipuli et legati beati Petri, qui ab eodem missus primus Mettensis aeccliae apostolus et episcopus exiit, quibusdam etiam asserentibus per revelationem satis probabilem, hoc esse reservatum a Deo implendum diebus eius, orationes et ieunium, ut erat pius, pio ordinavit, et post pascha translationem distulit, et diem determinavit. Abbas autem sancti Felicis revelationem sibi a pueri relatam partum aperuit, partim dissimulavit. Tacuit enim diem obitus eius eadem revelatione determinatum die tertio post translationem eiusdem beati Clementis. In cena Domini quanto affectu penitentes reconciliaverit, quam devotum se in consecrando crismate exhibuerit, quis satis narrare possit; cum magis angelus quam humana persona filius ecclesiae astantibus in ipso refusaret? Infirmitas licet gravis dignitatem vultus et oris constantia mentis in ipso turbare non potuit. Cum omnibus praedicaret publice, non tacebat in domino Deo suo confusus de vitandis Symoniacorum et Nicholaitarum sacrificiis, exponus Nicholaum ideo secundum beatum Augustinum ab apostolis hereticum iudicatum, quia in ordine diaconatus eum quem prius habuerat uxor usum apostolis arguentibus dimittere noluit. In pascha celebrato divino officio, se et oves sibi commissas sacramento corporis et sanguinis Dei munivit. Eadem die ad vesperam gravius infirmari cepit. Appropinquare vero die determinato ad transferendas venerabiles reliquias, vires tenues Domino annuente recepit, et in transferendo beato Clemente Kal. Mai cum summa cleri plebisque devotione divina gratia desiderium eius inplevit, et tota urbe, 25 immo tota regione ad verbum praelectionis eius astante, et de ore eius rore supernae dulcedinis distillante, omnibus absolutis, et ab omnibus quasi ab ipso Deo absolutione petita, tandem in auribus omnium desideravit, dicens: *Sufficit mihi! O utinam respiciat Deus, et finiat labores meos, et suscipiat in pace spiritum meum per intercessionem sancti Clementis, cuius sacratissimum corpus hodie videre, palpare, et transference magnifica munere nobis de 30 coelo donatum est!* Sub hac voce populus ingemuit, et fracto finemque laborum imploranti condoluit. Duobus diebus intercedentibus quasi praeagris vicinis transitus, fidelibus ecclesiae fieri epistolas iussit, orans et adiurans per viventem in secula seculorum, ut sine dolo, sine simulatione tractarent negocia ecclesiae in simplici et nuda veritate, et omnibus ultimum vale dixit, cum mirabili verborum et vultus affectione. Die tertio circa horam nonam intellegens suum transitum imminere, convocari fratres iussit, et filios astantes ne dolerent voce et manu compescuit. A quibus cum interrogaretur, cui eos desolator relinqueret, quid eis praeciperet: *Commando vos, ait, Deo; state in fide et doctrina beati Petri, sicut a successoribus eius et vidistis et audistis.* Et post hec omnes benedicens, signo crucis se munivit, et invocata sancta Trinitate, sanctae Mariae se commendans, commune patrocinium sanctorum implorans, 40 oculis et manibus in coelum elevatis, sine ullo strepitu vocis et motu corporis, quasi obdormiens spiritum emisit. Sequenti nocte apparuit cuidam dilecto suo, quem in filium adoptaverat, qui cum psalmi cantarentur, prae tristitia obdormierat, et ait illi: *Moli mestus esse, salutis sum.* Iterum apparuit cuidam venerabili viro, et ait: *Mortuum me dicunt, sed vivo.* Hec abbatibus referentibus, et aliis personis non levibus, cognitum est. Obiit autem Non. 45 Maii venerabilis antistes Herimannus, cruce mitra et pallio decoratus, et his sepultus insigniis in ecclesia sancti Petri anno ab inc. Dom. 1090.

Anno praeterito Teodoricus Virdunensis defunctus erat 4. Non. Mai, qui tamen in infirmitate de cœlum unione Witberti et de expulsione fratrum penitentiam egit, culpam professus est; et a quodam fratre Gerardo nomine quondam canonico et archidiacoно Virdunensis 50 aeccliae, tunc autem monacho sancti Vitoni, quem Rodulfus abbas pia sollicitudine pro hoc illo miserat, praecepto eiusdem abbatis, qui potestatem absolvens eos, qui ab excommunicatis redibant, ab apostolica sede optimuerat, absolutus est. Ex tunc abbas Rodulfus cum fratribus ad coenobium sibi commissum revocatus est, cum post discessum eius intrassent in

illud lupi^a rapaces, loco non parcentes, et Deum et hominem non reverentes, a quibus ita 1090 omnia confusa sunt et delecta, ut memoria confusionis et pessitudinis illius hodieque obliterari non valeat. Quo in facto admirari libet prudentiam et caritatem patris nostri abbatis Divisionensis, qui tales et tantos fratres cum suscepit, letatus est, cum remisit loco, gratu- 5 latus est. Utique solus temporibus nostris inventus est, qui fratres quos tempore necessitatis retinuerat, pacis tempore dimitteret, nec dolebat. Quod enim eos suscepit, et congregatio- 10 nem congregationi sociavit, signum fuit cui contradicturnum est, adeo ut omnes rogarent in bonum monstra converti. Nam et Cluniacensis abbas dominus Hugo cum improbasset factum eius, dicens impossibile fore tres congregaciones invicem esse concordes, tale ei dedit consi- 15 lium, ut si vellet ecclesiae sibi commissae pacem adquirere, eos qui vellent ecclesiae Divisionensi perpetualiter stabilitatem firmare retineret, qui vero nollent a se omnino dimitteret. Altera tuta esse pax ecclesiae non posset, cum illi qui essent suscepti vel nutriti in ecclesia, dissidentiret ab illis qui suscipi refugerent, quod religione adversabatur. Attestans se id factu- 20 rum, si similis ei necessitas incumberet. Hoc ipse ab eius ore audivi, cum essem cum eodem patre nostro Cluniaci. Iam enim me secum ducebat, ut vidarem quae circa eum erant, et perfectioni operam darem; cum ipse humiliter requisitus a me, quare tanto tempore voluntati me propriae dimisisset, breviter respondit: *Volebam, inquiens, scire si terra tua semen verbi susciperet, si suscepto semine fructum faceret, ne incassum sementem iactarem, ne labor et impensa periret.* Quibus eius verbis ex devotione affectum, ex affectu devotionem colligens, 25 tibi, Christe, gratias agebam, et ut fructificaret in me gratia tua, ut letaretur in te de nobis multo affectu orabam, et adhuc in eodem maneo desiderio, supplicans ut adsit nobis dignatio tua, quae nos dignos faciat propitiacione tua: quatinus operante in nobis misericordia tua, alieni inveniamur ab omni iniuritate, ut letetur paternus eius affectus de filiatione nostra. O Deus, et o beata mater eius, suscipe clamores cordis eius pro nobis, et laetificate ani- 30 mam eius de nobis, ut simul inveniamur in sorte gloriae filiorum Dei. Ingratus enim patri beneficia danti esse nolo, nec remotis arbitris agere gratias. Et licet in adolescentiam collata pereant, quia ipsa numquam retractentur, ego qui beneficium iuveni impensum grate accipio, primam eius pensionem solvo, quod grata ad nos pervenerint effluis affectibus indi- hoc ubique testando. Et si referre gratiam non potero, illud certe non desinam 35 ubique confiteri, me referre non posse.

Frates igitur pater noster et gaudens suscepit gaudensque remisit, quia depositum Dei esse sciebat; et ideo in servando illo et remittendo voluntati Domini sui libens parebat. Ut enim ait beatus Ambrosius in libro de excessu fratris, *nichil interest, utrum abiures depositum, an doleas restitutum.* Non igitur doluit restitutum, quia sciebat Dominum; et voluntati illius contrarie nefas putabat. Reversus est autem ad coenobium suum cum fratribus suis dominus abbas Rodulfus anno ab inc. Dom. 1092. cum iam ecclesiae Virdunensi Richerus praefatus 1092. esset, in aecclias sancti Stephani Mettensis decani functus officio. Mettenses vero domino Herimanno viduati, elegerunt quendam clericum Trevirensen Popponem nomine, fratrem Heinrici comitis palatini, et absque regio dono sola electione praeponentes eum aeccliasiae, 40 de consecratione tractare cooperant. Et quia Trevirensis episcopus Wibertistarum communione contaminatus erat, a domino Lugdunensi archiepiscopo consecrari eum expetierunt, imposito negotio hoc strenuitati domini abbatis Divisionensis, de cuius industria confidebant. Qui nichil cunctatus, dominum Lugdunensem cum duobus suis suffraganeis, Matisconense scilicet et Linguonense, per bella et gladios, cum omnia mortem intentare vidarentur, Met- 45 tim usque deduxit; a quo et consecratus est prima ebdomada quadragesimae cum gloria, et sic dominus Lugdunensis cum sv's reversus est ad propria. Sequenti anno Richerius^b pro consecratione sua Lugdunum veniens, cum sacramento se de simonia purgasset, in die sancto paschae consecratus est ab eodem, praesentibus episcopis Matisconensi, Cabilonensi, Augustensi, Tullensi, cum filiis Virdunensis aeccliasiae, et litteris domini Mettensis de eius 50 electione concincentibus.

Anno ab inc. Dom. 1094. concilium habitum est apud Eduam 32 episcoporum a 1094. domino Hugone Lugdunensi¹¹, cui etiam interfuerunt abbates quamplurimi et viri religiosi. 04.15

Anno ab inc. Dom. 1095. feria 4, luna 25. 2. Non. Aprilis, a noctis medio usque ad au- 1095.

a) rapt. c. b) da. c.

55 11) cf. litteras Hugonis ad Lambertum Atrebatensem, Mansi XX, 801. K.

1095. roram stellae de celo cadere visae sunt, et eadem nocte Gyraldus abbas Silvae maioris¹² mi-
tol. 1096. gravit ad Dominum. Eo quoque die dominus Lugdunensis archiepiscopus iter arripuit ad
13 Sanctum Iacobum¹³, honesto clericorum et laycorum comitatu decoratus, et apud Anicum¹⁴
tribus diebus remoratus, cum maxima difficultate ab eisdem avulsus est, cum convenienter
ibi quamplures religiosi ad retinendum eum. Venit autem ad Sanctum Iacobum imminente⁵
vigilia diei sancti pentecostes, et in die sancto missarum sollempnia ad altare sancti publica
celebravit, astante episcopo et clero populoque infinito. In crastinum accepta a sancto
licentia, destinavit ad sua redire, et venit Lugdunum die 3. ante nativitatem sancti Iohannis
baptistae, ubi cum favore et laude et gudio omnium susceptus, nuncios habuit papae Ur-
bani* de Apulia venientis et ad Galliam festinantis.
10

Nov. 18. Hic habuit concilium apud Clarammontem, cui praererat Durannus episcopus, cuius
deiectionem cum meditata esset Cluniacensium devotio, Christus eum exaltavit, et quod ei
placuerit, modo mirabiliter manifestavit. Cum enim suscepisset legationem, ut papam hospicio
reciperet et necessaria subministraret, ei ipse ad hoc cum gratia accingeretur, grayiter infir-
mari cepit, quibusdam eam ipsius infirmitatem male interpretantibus, cuius meritum Christus 15
proxime populis erat ostensurus. Insidiabantur autem ei quidam fratrum Cluniacensium, pro
eo quod Moysiencense cenobium, quod erat iuris ecclesiae Arvernensis, quod etiam pro re-
stauratione ordinis Cluniaci contulerat, salva obediencia et reverentia ecclesiae Arvernensis
in subiectione sua habere vellet, et ob id eum apud papam accusaverant, et depositionem
eius attemptabant¹⁵. Adveniente igitur papa, visitatus ab eo, et absolutus, cum iam extre- 20
num spiritum traheret, nocte sequenti spiritum Creatori reddidit¹⁶, lotus et curatus summa
filiorum, id est abbatis Divisionis, abbatis Casae Dei, episcopi Gratianopolitani et aliorum
diligentia. Et sic antequam concilium inciperet, toto orbe ad eius exequias occurrente,
ab ipso papa et episcopis terrae est mandatum cum gloria, et sedem eius Willelmus de Bafia
adephtus est laude cleri et populi, praecceptor eiusdem apostolici. Obiit quoque ultra spatiū 25
temporis eiusdem concilii Desiderius Cavellicensis episcopus, et abbas Geimpeticensis coeno-
biī. Anno ipso confirmata est via christianorum euntium cum armis in Hierusalem. Obit
etiam anno eodem Rainaldus Remensis archiepiscopus, Hildebertus Bituricensis archiepisco-
pus, Landricus Matisonensis¹⁷. Iudeorum quoque exterminium ipso anno multis in locis
factum est a viris Iherosolimitanis. Quod certe mirum videri potest, quod una die pluribus 30
in locis uno spiritus fervore exterminatio illa facta est, quamquam a multis improbetur factum,
et religioni adversari iudicetur. Scimus tamen, quia non potuit immutari quin fieret, cum
multi sacerdotes data excommunicationis sententia, multi principes terrore comminationis
id perturbare conati sint.

1096. Tunc temporis pro componenda inter fratres Willelmi regis filios concordia, Willelmum 35
videlicet regem Anglorum et Robertum comitem Normannorum, abbas Divisionis ex pra-
cepto papae mare transierat, et ut praescriptum regem ammoneret de multis quae illicite

*¹) *De gestis paparum in Italia haec habet codex Musei Britannici inter Hartmannos 3014. signatus saec. XII. mbr. manu Germ. aut Gall.* Anno dom. inc. 1095. ind. 3. Kal. Mart. caelebrata est Placentiae synodus praesidente domino Urbano papa cum episcopis et abbatibus tam Galliarum quam et 40
Longobardiae et Tusciae. Facta est autem magna consultatio de his qui a ecclesiis vel praehendas emerant, sed et de his qui in scismate Wipertino fuerant ordinati. Primo itaque
die etc. usque capellarum officiis ipsa provideat. quae alio loco dubitamus. Sequitur:

Anno dom. incarnationis 1095. indictione tercia: 4. Idus April. veniente domino papa Urbano
Cremonam, rex Chouenradus II. obviam procedens, stratoris officio usus est. Deinde 17. Kal. 45
Maii fecit sacramento securitatem ei de vita, de membris, de captione, de papatu Romano,
et regalibus sancti Petri tam intra Romanam quam extra Romanam acquirendis, tenendis ac de-
fendendis contra omnes homines, bona fide, sine fraude et malo ingenio. Tunc papa eum
in filium Romanae ecclesiae assumpsit, et si rex ista sicut promisit observaret, coram po-
pulo pollicitus est eum adiuvare ad acquirendum et tenendum et defendendum regnum. 50
Et quando ei Deus Romanam pro corona venire concesserit, coronam imperii dare, et eum in
caeteris negotiis adiuvare, ad honorem Dei ac sancti Petri et Romanae ecclesiae, salva sci-
licet ipsius ecclesiae iusticia, et decretis apostolicis, maxime de investituris.

12) la Saulve-Majeure dioce. Burdegalensis. 13) Com- quod compositum epitaphio testatur Baldricus Bur-
postellensem. 14) le Puy. 15) De alia Du- galiensis. K. 17) 15. Kal. Nov. a. 1096. Urba- 55
ranni cum Cluniacensibus licet existat epistola Urbani
nus papa Cluniaci bullam ad Landricum dederat.
ad eum a. 1094. scripta ap. Mabillon. annal. Be-
Gallia christ. Instrum. IV, 285. K.
nedict. V, 314. K. 16) 13. Kal. Nov. in duplo

siebant ab eo, de episcopatibus videlicet et abbatiis quas sibi retinebat, nec eis pastores pro-¹⁰⁹⁶ videbat, et redditus proventusque omnium sibi assumebat, de symonia, de fornicatione clericorum; et qui conventionem fecerat cum eo Albanensis episcopus, quem primum illo misericordia papa, ne legatus Romanus ad Angliam mitteretur nisi quem rex praeciperet, et qui adeo⁵ anchoritas Romana apud Anglos avaritia et cupiditate legatorum viluerat, ut eodem Albanense praesente et consentiente nec contradicente, immo praecipiente, Cantuariensis archiepiscopus fidelitatem beato Petro et papae iuraverat salva fidelitate domini sui regis. Quares instantum adoleverat, ut nullus ex parte papae veniens honore debito exciperetur, nullus¹⁰ esset in Anglia archiepiscopus, episcopus, abbas, nedum monachus aut clericus, qui litteras apostolicas suscipere auderet, nedum obediens, nisi rex iuberet. Qui veniens tanta libertate usus est, ut rex, integrata eius inspecta et inadulata mentis constantia, se consiliis et votis eius adquieturum promitteret, ut omnes fideles gratularentur eum advenisse, ad cuius adventum quasi respiraret et resurgeret decus et vigor ecclesiae Anglicae et libertas Romanae¹³⁷ auctoritatis. Sed quid perturbatum relinquunt inexplebilis gurges Romanae^a avaritiae? Rex^b suspectam habens viri auctoritatem, quem iam diu venturum audierat, legatum papae praemiserat, et in manu eius auri probati et purissimi^c 10 marchas. Hoc sisus praenuncio, responderem praedicto abbati differebat, et interim eum in pascha secum retentum reverenter et honorifice tractabat: cum ecce legatus rediens, inducias regi de omnibus usque ad nativitatem Domini reportavit, per quendam papae nepotulum seu vernaculum, si debita beato Petro^d caritas in suo discessu maturius ut credebat futuro, ei per eundem tantae auctoritatis legatum, ut est papae sororis filius, et si non tota, saltim ex parte mitteretur. Quo responso accepto, rex letus factus, praefato viro apostolicas praetendit inducias; quamquam privatim et publice hoc ipsum papae improbare factum, qui tantum virum fama ubique celebratum, privilegiis auctoritatis sua munitus, ita inhoneste tractasset, ut legationem eius unius lay-^e cae personae, nec litteris apostolicis nec secularis scientiae seu dignitatis honore munitus, rescinderet. Sic re infecta, fama tamen sua, integrata, honestate, sapientia omnibus oppido commendata, ab eodem viro recessum est; et tamen pro componenda inter fratres pacis concordia in Normannia substitut, donec pace facta, decem milium marcarum pensione accepta, terram suam comes Normanniae regi Anglorum usque ad trium annorum spacium^f 30 custodiendam traderet, et sic Iherosolimam prefectus, ab eodem abbatे usque ad vicum qui Sept. dicitur Pons Arliae¹⁸, comitatu eius Stephano comite Franciae et Roberto comite Flandriæ¹⁸ adherentibus, deductus est.

Verum cum adhuc in Normannia essemus, congregatis ad exequias Matisconensis episcopi domino Lugdunensi archiepiscopo, Eduensi quoque et Cabilonensi episcopis, electus³⁵ archidiaconus Lugdunensis Berardus consecratur in episcopum Matisconensem¹⁹. Ibi quoque dominus Eduensis episcopus Hagano conquestus plurimum desolationem Flaviniacensis ecclesiae, cum iam post obitum domini Raynaldi, fratrī ducis, septem annis ecclesia eadem pastore viduata mansisset²⁰, me eo quod quasi essem notus archiepiscopo, quod etiam per-²⁰ saepe fecerat, requisivit ab eo in abbatem; quod etiam vix optimuisset, nisi canonicorum et²⁵ laycorum suffragia ad id expetendum sibi adhibuisse. Optimu-tamen, et missus est Cabilonensis episcopus, qui dominum Divionensem apostolica auctoritate ut assentiret, me etiam ut obediens vice sua constringeret, quod et factum est ubi redivimus. Confirmata vero electione, et consecrationis determinato die, archiepiscopum adi; quae eius super hoc esset sententia requisivi. Apse anxietatem nostram plurimum consolatus, ad exequendum quod³⁰ iubebatur ratione induxit, auctoritate munivit; et sic dimissum, litteris suis honestavit, quas misit Eduensi episcopo in hec verba:

Venerabili in Christo fratri, Haganoni^b Eduensi episcopo, Hugo Lugdunensis ecclesiae servus salutem. Quotiens humilitatem nostram dilectio vestra adierit, quotiens nos pro restauratione Flaviniacensis ecclesiae rogaverit, benignitas vestra satis recolit. Quesisti a nobis multa se-³⁵ dulitate et instantia karissimum fratrem nostrum Divionensis ecclesiae monachum Hugonem, quem nobis assumpseramus, cuius nos sedulitati credebamus; immo cuius lingua vox nostra erat; et quod quesisti, ab invito et nolente quasi extorsisti. Electionem igitur eius a nobis^c

^{a)} Codex; at Leiden editi humanæ. ^{b)} Ha. c. ^{c)} nobis c.

18) Pontarlier ad fontes Dubis. 19) 4. Idib. Dec. gente Aganone episcopo Eduensi et Rainaldo abbate^d 1096. donationem quendam firmavit; Gallia Christ. monasterii possessiones confirmaverat anno 1085. K. IV. 1067. K. 20) Philippus rex Francorum^e

^{1096.} factam apostolica auctoritate confirmantes, consecrationem ipsius pro debito vestro vobis impomimus, certum habentes, quia eti corpore absentes sumus, spiritu praesentes ad honorem Dei per Christum in Spiritu sancto consecrationi eidem intererimus, et fideles vobis cooperatores erimus. Nunc igitur praedictum fratrem et filium nostrum, quem tanto subicimus oneri, vestrae specialiter tuitioni contradentes, committimus eum fidei vestrae. Quem quidem semper penes nos volueramus retinere, sed cessimus instantiae vestrae. Nostis que eum teneamus affectu; hoc ipso vobis eum committimus. Ei autem consilium et auxilium nostrum non deerit; qui non solum Flaviniacensi aecclesiae, verum quoquot sunt in dioecesi vestra pro eius amore parati sumus pro debito subvenire. Ita ergo agite, ut idem frater pro adiutorio et consolatione sibi impensa gratias nobis habeat referre, ut habeatis gratiam super gratiam. 10

^{fol. 137v.} Anno itaque dom. inc. 1097.²¹ ind. 5. anno aetatis 32. die 10. Kal. Decembris, qui est dies festus sanctae Ceciliae, 7. sabbati, Flaviniacum nobis ingressis, in crastinum consecratio peracta, de prefecto ecclesiae tractatum est; et sic post dies paucos a domino episcopo et domino Divisione ceterisque discessum est.

Eodem anno Aymo reddidit 3 solidos censuales de castro quod Sacriba dicitur, et de 15 terris in circuitu castri ad ius aecclesiae Flaviniacensis pertinentibus, in festivitate sancti Petri in plenaria curia, quos refinuerat multis retro annis, et pro retentione culpam fecit, et absolutus est. Actum die festo apostolorum.

Quidam etiam Folcuius acceptis a nobis 15 solidis, calumpniam quam habebat in manu de Galiaco, quod Waldinus dederat, surpivit praesentibus his consanguineo 20 suo, qui frenum^a trium solidorum pro concessione habuit.

Pro equabus quas ceperat et abduxerat Wido Luciniacensis 100 solidos dedi.

Odoni vicecomiti Rubemontis, cum noster factus est, pro quibusdam compositionibus 30 solidos dedi.

Gyardo de Duisino 11 solidos pro quadam nostro serviente de Galiaco, Artaldo de 25 Sancto Baudelio 20 solidos.

Hagano etiam de Roca noster factus, vidente Raynaldo avunculo suo, calumpniam 22 faedi^b sui Finium Deo et sancto Preiecto et nobis dimisit; acceptis a nobis 20 solidis. Actum Flaviniaci.

^{1097.} Febr. 6. Hildegarus etiam de Gurziaco noster factus, quod non fuerat antecessorum nostrorum, 30 auxit elemosinam quam avus suis fecerat, dans ecclesiae nostrae Eremburgem filiam Helieradum filiae Whelelini, et omnem posteritatem eorum, acceptis a nobis solidis 58 pro caritate. Actum mensé Febr. 6. feria, 8. Idus Febr.

²³ Avnus etiam Lovels lius^c homo noster omnem alodium suum Deo et sancto Petro sanctoque Preiecto tribuens, torturas quas in casamento nostro faciebat, surpivit, enarratis coram omnibus rectis consuetudinibus casamenti, de capite mansi 2 sextarios avenae, et 4 vini in salvamento.

Feci etiam pacem cum Walone Sarmaciensi, et ei nostro facto 100 solidos. equum 1, canem 1 dedi.

In redēptione aecclesiae de Fontanis 35 solidos dedi. In caldaria Salimensi 40 solidos pro equo.

In redēptione terrae et vinearum, quas praedecessor nōster abba Raynaldus Walterio Frossardo homini ducis promiserat, 30 solidos dedi, et terram rētinui.

Teberto praeposito pro quibusdam placitis 25 solidos dedi, et pro compositione cervi quem canes sui moverant, et homines nostri ceperant meque nolente divisorant, solidos 30. 45 Bernardo de Montbar in captione sua solidos 30.

In redēptione fanoni deaurati et capsae argenteae 60 solidos dedi, et in cappa 7.

Dedit aecclesiae nostrae quidam miles nunc conversus Arnulfus de Monasterio mansum 1 apud Prusiliacum.

Dedit etiam Gislebertus de Luciniaco mansum 1 apud Darciacum pro filio suo Pontio 50 nomine, cum omnibus appendiciis, et homines tres cum eorum posteritate.

Dedit itidem Hugo de Draciaco mansum unum cum appendiciis in eadem villa pro filio suo. Actum apud Colchas.

^{a) ita c. b) fedi c.}

²¹⁾ dies sanctae Ceciliae anno 1096 in sabbatum incidit. anno 1097 in dominicam; indictio 5. anno 55 1097 congruit. ²²⁾ i. e. fendi. ²³⁾ i. e. ligius.

Brutinus etiam dominus castri, quod olim Sedunum, nunc Blismurus dicitur, reddidit ¹⁰⁹⁷ nobis ecclesiam castri eiusdem cum appendicis et cum omnibus quae olim possederat vel tunc possidebat. Et quia de suo proprio quaedam ad victimum fratrum addidit, 20 ei solidos pro caritate dedi.

5 Aymo miles eiusdem castri, avunculus ipsius, ad conversionem in infirmitate veniens, reddidit Deo et sancto Petro et sancto Preiecto terras et homines quas nobis vi auferebat, et calumpniam dimisit.

In redemptione cappae et pallii solidos 110 dedi.

Prefatus etiam Hildegarius Gurziensis quia Bellum Locum nobis auferens iniustitiam ¹⁰⁹⁹, nobis fecerat, multo tempore a nobis excommunicatus, tandem culpam fecit apud Conedam, ^{Apr. 14.} et absolutus a nobis est. Hominium recognovit et resiravit, et ex toto cellam eandem vespivit. Obsides dedit, quorum haec sunt nomina: Hugo frater eius, Rainaldus de Roca, Deodatus, Girardus de Roura, et frater eius, Waldricus, Gaufredus de Masiaco; cui ego 20 solidos dedi. Actum 5. feria paschae 18. Kal. Maii Conedae.

15 Pontius quoque Grimensis comes pro homicidio quod fecerat de Pontio serviente nostro, natalem et neptem eius nobis reddidit 110 solidis acceptis, et absolutus est 16. Kal. Maii. Postea eum cepit, et pro redempione 50 solidos habuit.

Ioffredum de Prumiaco, et fratrem eius cum uxoris et filiis, uxore quoque Odonis ^{fol. 138.} Tuat. et uxorem Heinrici cum filiis, uxorem etiam Iohannis de Poliniaco cum filiis et totam eorum progeniem, que latissima et optima est, mediante Raynaldo de Roca, datis solidis 30 Odoni vicecomiti Rubei montis, sancto Petro quietam feci. Testes horum, qui infra: Gislebertus iuvenis, Teubodus Mant, Rainaldus Roca, Gislebertus de Turre, Hagano Roc, Hugo Misticus, Goslenus, Gerardus Duis, Bruniardus, Rainaldus Fla, Rainaldus.

Willelmo de Turrabot 30 solidos pro quibusdam compositionibus; Gisleberto solidos 30 pro redempione equi illius de Grosbœf quem cepit et mihi reddidit.

Anno eodem ab incarn. Domini 1098. obiit Agano Eduensis ^{fol. 137.} episcopus 7. Kal. Iulii²⁴, et sequenti obiit abbas Rodulfus 5. Kal. Aprilis. Regimen ecclesiae Eduensis post venerabilem Aganonem Norgaudus suscepit, in eadem ecclesia praecensoris functus officio²⁵. Hic sub 1099. 30 contentione electus est. Pro qua tamen electione cum multoties Eduam issem, quin vox nostra prima esse debebat in electione; tandem in ascensione Domini invitatus, cum essem in exteris partibus, occurrere nequivi. Quendam tamen e nostris misi, qui vicem nostram suppleret; et ego postmodum exoccupatus, Lugdunum euentum ad consecrationem solus de abbatis sum prosequutus: et hec faciens furem animi eius, quem conceperat ex absentia nostra stra, sedare non potui, cum etiam in redeundo duobus ei diebus apud Colicas²⁶ et toto comitatui eius servierim satis superque. Hic Flaviniacum veniens honeste a nobis susceptus est; et in eadem nocte dominicae diei, cum ei honeste servissem, in treua-Dei bancos et scarritiones²⁷ mercati homines eius fregerunt et tulerunt, quia erant ante dominum episcopalem, et terra ipsa, antequam domus ibi fuisse, censita erat hominibus pro mercato eorum; et requiri 40 siti ab hominibus quorum iuris erant, redditi non fuerunt. Et cum redditi non essent, interim emit quidam homo eorum carnem bovinam ad opus episcopi: cum homines nostri pro reverentia episcopi alibi eum vellent occidere, ille coegit eos ante præfatam domum mactare, nostrique parati sunt affirmare, quod defensionem eis et tuitionem promiserit. Oéciso bove, homines ^{fol. 138.} nostri iussu nostro pro honore episcopi alibi eum traxerunt. Videntes homines quorum erat 45 terra censita, quia ego eis primus, qui defendere debebam, de consuetudine et usu eorum defiebam, ipsimet in terra censuali sua scarritiones firmaverunt, et carnes reposuerunt. Propter baculos qui allati sunt, et quia congregati sunt homines ad tuendum usum censualitatis suae, malum fuit episcopo, et dixit se assallitum; tamen hominem non percusserunt, quia nullus eos assallivit, et ipsi neminem. Ubi vidi molestum id esse episcopo, ego ipse cum quibusdam fratribus et nobilibus viris et servientibus ivi ad eum, et cum consilio optuli ei, quod tantum ei inde facerem in erastino, quantum congrueret iusto et honori, et quantum possem et deberem. Et mox ascendens, casatos requisivi et nobiles quos potui, ad faciendum quod optuleram. Interim ipse christianitatem mihi abstulit²⁸, ita ut nuptiales qui aliunde

24) 6. Kal. Iul. habet necrologium. S. Benigni. K. 26) Couchy. 27) bänke und scharren teutonice.

55 25) Paschalis papa litteris 18. Kal. Mai. 1100. datis 28) i. e. sacris mihi interdixit.

Norgaudi electionem confirmavit. Mansi XX, 1017. K.

1099. veniebant missam perdidere, et corpus sepulturam. Ego tamen quod promiseram munitus consilio implere volui, et in me non remansit, nec sic missam habui. Diem constituit mihi apud Eduam; suscepit. Cumque vellet ut homines illo ducerem, dixi non factum; non enim poteram, quia nec usus erat aecclesiae. Quesivi christianitatem; nec habui. Videns quia non haberem, de casatis ecclesiae salvam firmantiam ei optuli quatuor milia solidorum, Walo- 5 nem de Sarmatia, Gislebertum de Luciniaco, Rainaldum de Roca, Milonem de Frollone, Gos- lenum Sinemuro, Rainaldum, et Hugonem praepositorum, videntibus canonici suis, Walterio, Stephano, Duranno, et laycis Aymone et Iosberto; et hec faciens missam quesivi, et non habui. Eduam ivi, et in placito, quia ita egeram, missam ante alia quesivi, et hoc per iudi- cium curiae. Et quoniam de testimonis nostris laycos nominavi et ostendi, et quia de suis 10 laycis Bernardus mariscalcus noster nominavit Aymonem et Iosbertum, iudicium factum est per clericos et laycos. Firmantiam autem hanc ita fuisse oblatam affirmare voluerunt nostra- tes, ut iudicatum fuisse etiam per ignis aut aquae iudicium. De his factum est huiusmodi iudicium:

Quoniam abbas et sui Iosbertum non noninavit ad placitum accipendum, hoc debet esse 15 in respectu quod abbas requirit de missa recipienda, et propter hoc ipse non debet habere re- spectum de iustitia hominum facienda.

Auditio hoc iudicio obstupui, et consilium aecclesiae quod antea habueram requisivi, nec habui. Cumque adhuc morarer in consilio placiti et iudicii, rupit placitum, et abiit pransurus. Misi ad eum, et respectum quesivi, et non habui, nisi iudicium laudarem. 20

Quantum pro huiusmodi placito gravaverit ecclesiam, hinc colligi potest, quod hac ea- dem septimana, qua hoc factum est, centum equos absque servientibus 2^a, 3^a, 4^a, 5^a, 6^a feriis Eduae me tenere fecit; et communiam Eduensis et Cabilonensis parochiae super nos postea Flaviniacum iuratam adducere voluit, quod tamen infectum remansit. Voluit etiam interdicere omnes cellas et loca ad nos pertinentia; sed obstitit votis eius integritas capituli 25 Eduensis; fecisset tamen, nisi obstatisset. Tandem cum multociens pro hac causa Eduam venisset, iustitiam praesentans, et aliquando misericordiam quaerens, et nec iustitiam ha- buisse nec misericordiam, consilio et hortata eius quidam fratrum nostrorum insurrexerunt in me, dicentes me conscient fuisse seditionis illius pro qua haec agebantur. Et ob id vocatus Eduam proficisci ceperam, vallatus consilio monachorum nobilium et servientium, ut crede- 30 bam, quod tamen amisi instinctu eius. Nam Bernardum de Montfort, quia suus erat de foedo sancti Petri, cui promiseram solidos 30 et bonum nostrum tenebat. ipse ne mecum iret prohi- buit. Quod ceteri videntes, cum essessem 25, omnes recesserunt a nobis. Ego solus cum solo monacho et 3 servientibus capitulo me praesentavi. Ecce circa horam terciam advenerunt, concio eo, quidam nostrorum, accusantes me in capitulo, quod conscient fuisse, et alia 35 quedam obientes, quae probare non poterant, maxime cum essent infames personae. Qui- dam etiam eorum Helinannus me relicto in concessu etiam canonicorum sedebat, cum eo manducans bibens et equitans. Ego cum essem paratus canonicę respondere et iudicari, monachum ipsum nostrum, quem mihi episcopus tulerat, canonicę requisivi, nec habui. In- super vidi eos me accusantes, et compulsum sum, ne quasi culpabilis viderer, ipse eis praeci- 40 pere, ut erga me loquerentur. Abbatem ibi aliquem non vidi; iudicium quoque ceptum factum non fuit, quia talis quedam nos concordia sociavit, mediante episcopo Cabilonensi et Anserico praeposito, ut redderem hominem, qui probaret sacramento me conscient non fuisse; et sic amicitiam episcopi recuperem, et in gratiam redirem: feci, nec gratiam, nec missam habui. Insuper prohibuit sub anathemate, ne fratribus ipsis pro hac de causa inimicarer, et omnino 45 eos a nostra dispositione removit; ne vel saltim eos ab oboedientiis, quibus praeyerant, re- moverem.

Dec. 6. Septies propter hoc placitum a festo apostolorum usque ad festum sancti Nicholai Eduam ivi, nec iustitiam, nec gratiam, nec missam habui, maxime cum ad satisfaciendum ei quos- 50 dam laycorum, qui impetebantur, illo duxerim contra usum aecclesiae. Quos qualiter ipse tractaverit, pudet reminisci, maxime cum nulla esset occasio pro qua haec agi deberent.

fol. 138r. Fratres quoque nostros Divionenses, qui mihi ad solitum laboris et ordinis custodiam dati fuerant, mihi abstulit, praecipiens auctoritate qua poterat et debebat, ut infra dies tres Divio- nem nisi eos remissem, et eos qui projecti fuerant revocarem, nullum in ecclesia divinum officium fieret; et sic in crastinum mane facto Romanus prefectus est, ut nullus esset de missa 55 recipienda vel fratribus retinendis deprecationis locus.

Ego, qui tanto constrictus articulo vellem etiam maiora promittere — nimio enim tedium 1099 angebar, quod tantis iniuriabar tribulationibus; siquidem a festo apostolorum Petri et Pauli usque ad diem ipsum beati Nicholai natale insignem, quo hec gesta sunt, nulla mea culpa existente, divino officio Flaviniacus vacayerat et sepultura — decrevi omni ei, etiam in contrariis et noxiis, subdi obedientia, ut vel sic leniretur et pacaretur animi eius pertinacia; et dum ruinam quasi vitare volui, immanis praecepiti^a haratrūm incurri. Hoc enim in factō nec eius amicitiam recuperavi, quam nūquā habui, nec monachorum nostrorum caritatem; quin potius, quod ipsi querebant, ad quod intendebant, patris nostri Divionensis et fratum nostrorum unanimitatem offendit. Et quidem satis digne. Nam pro meritis acta rē est, ut 10 qui malum feceram — quod certum est malum mihi esse, bonos a me mittendo, ut veniret bonum, cuius venturi nullam habebam confidentiam, sed plenariam diffidentiam —, ut im- praeſentiarum patet, ipse nēc bonum haberem quod non credebam, et quod habebam perde- rem, ut sola vexatio intellectum daret auditum. Recepī postmodum absolutionem Lugduno, non tamē per eum, quia per archiepiscopum, et interim dum absens fuit quievi, nisi quod 15 omnia in peius ruere videbam pro destitutioñe ordinis, et emendare nequivi, quia solus eram. Tunc cepi sentire quid cogitaverant, quid attemptaverant, quid machinati fuerant, cum iam emendare non poteram.

Interim feci pacem cum Rainaldo de Granciacō, qui frequentibus irruptionibus et de- praedationibus omnia nostra perturbabat, et quia iustum causam habebat, 60 ei solidos com- 20 posui. Pacem etiam cum Widone de Luciniaco fratre eius, et de fedo quod calumpniabatur duos ei modios et octo sextarios reddidi, dum tutor esset filiorum Tebaldi Rufi; quartum mihi laude uxoris suae et filiorum donavit, hominum fecit, et fidelitatem iuravit.

His, qui graviores erant, ita pacatis, pro Walterio de Insulis, quem calumpniabatur Gis- 25 lebertus Mischius, 35 solidos dedi, et pro filio sororis eius 7 solidos et totam eorum progeniem quietam sancto Petro et sancto Preiecto feci. Actum Flaviniaco.

Ducem pro salvamento²⁹, quod homines nostri de Gallico contra ius et usum ei dare²⁹ volebant, Flaviniacum venire feci; et per iudicium curiae nostrae et suae, quia foedum no- strum habebat, salvamentum ipsum surpivit. Cui ego equum centum solidorum pro honore dedi.

Arnulfus etiam de Grosboes, accepta a nobis societate, et 15 solidis pro caritate, duas 30 familias de foedo sancti Petri in Cleriacō et Agerniaco nobis reddidit, et tertiam nobis contra Aymonem Lovel militē nostrum conquisit. Reddidit et mansum unum in Cavanniacō de terra sancti Petri de fedo suō Flaviniaci. vidente R. maiore, et filio eiusdem Arnulfi. Actum 4. feria ieunii mensis Septembri.

Aymo quoque de Griniaco hominum recognovit, et noster factus est. Walterius neqnon 35 de Grinione pro filio suo monacho terram magnam et pratum indominicatum iuxta Corticelas multi precii sancto Preiecto dedit. Actum die festo S. Petri ad vincula.

Raynerio de Diusmo, pro quibusdam compositionibus, quibus terra de Empiliaco vasta- batur, 30 solidos dedit.

Hugo de Asiaco accepta a nobis societate et 7 solidis pro caritate dedit sancto Petro 40 feminam Walonis sacratae, laudante filio suo, et alias quasdam de progenie eius, feminam scilicet Cristiani.

Quedam sanctimonialis sancti Iohannis Eduensis, soror Aymonis Lovel, eodem fratre suo vidente faciente et laudante, hereditatem suam in Agerniaco sitam in terris cultis et in- cultis, mancipiis utriusque sexus, sancto Petro contradens super altare posuit, ea conditione 45 ut neptis eius soror Hugonis de Curenciacō, ea obeunte illa potiretur, et post eius obitum dominio aeccliae Flaviniacensis eadem proveniret. Defunctis utrisque, de haereditate nos vestivimus. Et cum calumpniaretur praedictus Hugo, iudicio dato, duos legitimos homines produximus, praedicti fundi servum qui pariter datus est, et ministralem eiusdem fundi nostri qui interfuit, et probare voluerunt donum ita factum. Expectatum tamen est ut audiretur idem iudicium in maiori curia. Actum Agerniaco. Sic terram habuimus.

Redemi etiam duos mansos, 1 intra curiam Laliaci, alium extra curiam, solventes quoque anno 12 denarios, 2 solidis, cum iret Hispaniam Folcuinus. Actum Flaviniaco.

Adelelmum quoque et progeniem eius optimi ab eodem Folcuino 12 solidis. Actum Gallico. Tapetiolum etiam, quod Carlet dicitur, redemi 5 solidis.

^{25 a) p̄cipit c.}

^{29) schutzgeld.}

l. 139. Duci equum 1 dedi 10 librarium pro insolentia unius servientis nostri, et ipse laudavit nobis donum quod quilibet miles eius de fedo suo faceret Flaviniacensi ecclesiae.

Walterio de Tilio iu adiutorium ecclesiae de Prisciaco equum unum 50 solidorum dedi.

Erleio et Widoni dominis Colticarum 40 solidos dedi, et ipsi vrpiverunt omnes malas consuetudines in Colticas.

In thesauro ecclesiae hec addita sunt, filacterium 1 quod dedit Walterius monachus de Grin., cum mappula pretiosa et alba parata. Cortina 1 quam dedit Teubodus cum mantili. Albae 5 quas Hugo monachus de Belloloco moriens mihi misit cum calice argenteo, qui est apud Bellumlocum. Calices 2, unus in toto deauratus, quos Walo monachus de Rocca fecit, cum cappa 1 de pallio et casula et stolis 2 et albis 4. Albae 2 quas fecit Gyrrardus de Colticis. Alba 1 in capella nostra, quam mihi dedit uxor Gozelini de Besua. Alba quam mihi dedit Bovo de Bar, Baldrici filius super Albam, quando noster factus est. Supersedium 1. Redemi Etiam paliolum unum 30 solidis et de eo limbum in pallio, quo corpus sancti Preiecti involutum fuit 300 et eo amplius annis, feci.

Bovoni praedicto de Bar, cum apud Flaviniacum requireret a me foedum suum, quia 15 haberet filiam Folcuini, de sorore abbatis Odonis, qui idem fecerat casamentum, id est salvamentum hominum sancti Petri, qui sunt in castro illo vel in villis in circuitu castri, nolui ei ad plenum reddere, quia legeram cartam quandam factam hominibus castri Blesensis, qui sunt sancti Petri, et verebar ne idem essent aut de eisdem. Tamen cum multi testes accessissent, quod Folcuinus idem salvamentum habuisset, ita concessi, ut si ego per nosros, 20 missis nuncio et re explorata, aut ipsi homines per se ipsos probare potuissent quod numquam fuissent in salvamento, nichil ei dabam, quia magis aecclesiam quam eum diligarem. Si alter, haberet quod sui iuris esset. Et ita noster factus est, sacrauentum tamen non accepi ea pro causa. Actum Flavinacio in clastro. Testes: Gerardus prior, Achadeus, Helinandus monachi; layci: Hugo praepositus, Raynaldus, et servientes, Raynaldus filius praepositi, Gislerius. Ab hoc casamento illos de Arvico subtraxi, de quibus censum habebam, caseos scilicet, et illos quibus fuit carta facta. Omnes quoque, si probare potuissent, ut dixi. Quod et ipse laudavit.

His interim omissis superiora repetamus. Non tamen praetermittamus feminam illam, quam Deodatus tenebat de Noeirs, quae nostra erat, et pater dimidiis, quorum erant 6 filii, 30 quos ita cum abbate sancti Valerii Hugone partivimus, in parte matris 3 filios, in patris vero unum et alterum dimidium, et censem capitis mihi primum misit mater. Partem etiam in Berengerio et fratribus eius, quam acceptis 10 solidis Rainaldus de Colpeo nobis dimisit.

Igitur reverso a Roma episcopo, occurri ei apud Sedelocum, et benigne susceptus, osculo donatus sum et gratiis. Altera vice ab eo ibidem evocatus, post multas iniurias finem de 35 omnibus pro 10 libris feci. Quesivit iturus ad regem, ut mulam sibi praestarem. Ego, qui eius amorem sitiebam, quem et sciebam difficultem in adquirendo, optuli ei optimam mulam, quam manu ad manum emeram 150 solidis et dedi ei. Et sic veniens ad festum sancti Nazarii, honeste ei servivi, et gratis redii. Pro placito et fine illo Stephano dedi 20 solidos, Hubaldo 20, Hugoni Spiriac. 40, Rainaldo 40, Teubodo 10, Hugoni Misem 5, Gosleno 10. 40

Pro equo Gyrardi monachi dedi pro compositione Miloni constabulo 10 solidos.

Iam prope oblitus eram, quod furnum villaे calumpniabatur quidam Erembertus de Massivaco, et praebendam et campum sancti Clementis, quia pro his 300 solidos dederat pater suus Odoni, abbatii, excepto quod praebendam pro sepultura sua donasset. Unde cum me multis placitis gravasset, et ob gravamen homo ducis et praepositi Sinemurensis factus esset, et 45 testes quosdam et fratribus, qui hoc viderant, produxisset, eis omnino illi deficientibus, iudicium habuimus, quod pacem nobis in posterum contulit.

Ibi praepositus Sinemurensis mansum 1 vestitum in Massiniaco nostro sancto Petro et sancto Preiecto dedit pro amore nostro, quietum ab omni exactione, qui nobis debet omnes consuetudines. Actum Flavinacio. 50

Sunt in summa quae dedi in proficuo aecclesiae in 3 annis, 2 mensibus minus, solidi duo milia, exceptis quod datum est in pane et vino et vestitu fratrum, in procuratione hospitum, in bobus et equis et vineis et in omni nostro apparatu et expensis.

Ab incarnatione Domini 1099. Abhinc multiplicata sunt mala in terra nostra, sed hec 1099. interum.

Eo anno, prima hora noctis, a parte aquilonis lux ingens quasi ignis ardentis emissa, usque prope diluculum noctem prope convertit in diem. Quo etiam anno hiems solito asperior 5 octo continuus ebdomadibus inhorruit, ita ut bestias, aves, homines quoque plerosque vis algoris existeter^a. Fuerunt qui dicerent, lucem illam datam a Deo in necem et deiectionem Saracenorum, ferente eo adiutorium et vires praebente Hierosolimitanis ad sternendam et omnino consumendam multitudinem principis Babiloniae, qui venerat ad proterendos eos qui Hierosolimam ceperant, quorum numerus erat ut arena maris, et ob id lucem divinitus directam; ne christianis, qui eo die praeliabantur praelia Domini, etiam in nocte lux deesset ad contritionem gentis adversae. Utrum ita sit, an igneus ille splendor qui apparuit, et igneae illae acies portenderint effusionem humani sanguinis, quea eo die et sequenti facta est, sicut legimus factum cum imminaret bellum illud lacrimabile inter filios Ludovici Pii imperatoris; an immineat aliqua mundo tribulatio, ut legitur factum eo anno quo Ludovicus rex a Hugonis 15 Magni procuraione separatus est, quando idem signum apparuit, portendens Hungarorum pestem, quea mox acriter invaluit, viderint quorum opis^b est id experiri et cognoscere. Visa est autem lux in parte aquilonari versus solis occasum, et nocte declinante respicendo porrigebatur in ortum, sed antelucanum aliquantum delituit.

Hoc anno obiit Urbanus papa, Paschalis successor. Obiit dominus Rodulfus abbas Virdu- ^{tot. 29.}
20 nensis 5. Kal. Aprilis, et Hugo abbas Eduensis^c.

Verum consideranti mihi dispensationem admirandae et ineffabilis patientiae tuae et misericordiae, cuius non est numerus in me, libet inherere considerationi miserationis tuae, quamquam super me sint haec, Christe: quomodo raptum ab umeribus ditasti donis superhabundantis pietatis tuae, tradens me contubernio servorum tuorum, et repletis gratia te diligenter^{tot. 141.}
25 tium; quomodo ab ineunte aetate, cum iam irem per devia et lubrica, et praeceps praestantem aetatem sequerer, confessionis antidoto cor lubricum medendo respirare sinebas, et fugientem te quadam blanda et inopinata nec cognita mihi revocabas dulcedine; quoque modo. ubi iugi confessionis remedio aliquantulum tractus didici illecebrosa cavere, quamquam nondum tederet me ad integrum perversitatibus meae, ita ut scirem intellectu et opere, quod perdis ^{Past. 72, 27.}
30 omnes qui fornicantur ab te, remotum et segregatum a consortio eorum quorum in medio coaueram, ad exterias terras nolentem et repugnantem et quasi nescientem eduxisti; ubi positum benedictione insperata et multiplici ditasti, gratia scilicet servorum tuorum admirabili, qui in me diligebant quod nesciebam. Licet in his tua, Deus, dona, etsi refugis et deseritor mei ipsius, intelligebam. Invat, inquam, memorari nihili in me dulcedinis tuae, qua misericordia omnium, salvans homines et iumenta; id est et illos salvans, qui rationabiliter viventes non obliviscuntur dignitatis in qua et pro qua creati sunt, - et eos, qui iumentorum more viventes facti sunt ut equus et mulus, quibus non est intellectus, per penitentiam supra primae originis reparans dignitatem; inter quos et me gibbo peccatorum deformem, vanitatis et levitatis horrore sordentem, ad deponendam malitiam et inclinandam cervicem cordis Hugo ser-
40 vitutis tuae edomandam per tuos evocabas, et me mihi ipsi sordere intuitu miserationis tuae faciebas. O miseriam meam, quae ad tot vocationis ingeminationes non evigilabat! utique nimia rubigo mea per ignem excoquenda erat, et ideo etsi surgere conabar, scoria voluptatis inolitae pravae consuetudinis aggravabatur. Proieceram post tergum peccata mea; denigrata enim erat facies mea, et tamen tu in servis tuis diligens, non feditatem meam, sed curationem
45 in me quae a te gratia tua futura es^d; sinebas me ire et prosperari, ut cum haec reciperes a diligente non te, sed illa data tua vel permissa in quibus prosperabar, adurerer igne tribulationis, et saltim tunc intelligerer impietas mea mala sua, cum pro eisdem malis inciperet iam puniri. Quid referam, quibus me nuncis ad meliorationem in mari navigatione nostra procelloso spiritu maris et quassatione navis, quae per se infirma piscium impulsu quatichabatur,
50 adgravata praemonisti, et stertentem somno teporis et negligentiae excitare conatus es; cum gubernaculo fracto, velo vi ventorum ad medium usque sciso, nautis timore dissolutis, praesentem intentarent omnia mortem, nave solo tibi relicta, et quandam in vertiginem rotante? O qualis illa tunc hora eram! quam bene credulus, quam vel devotus, quam penitens, quam in promittenda correptione sedulus constans et benivolus! quam peccatorum meorum

55 a) ita codex; lege extingueret. b) ita c. operis? c) Verte II folia et lege secundum determinationem litterarum A. in marg. c.

1099. accusator et iudex fidissimus! quam in conversione morum et emendatione vitae paratissimus! Vidisti haec, Domine, et liberasti me; exaudiasti me; et consolatus es me, et quamquam desperatum, quamquam novissimum, cum primi movissemus a portu, illesa nave cum omnibus quae in ea erant, terrae reddidisti me. Sed ut pedem terrae appuli, illa dudum devota inter fluctus fervoris et emendationis promissio aliquantulum friguit, quam tamen reductus 5 menti terror ex toto tepescere, ut assolet, non sivit.

Subsequuta est evestigio alia vocationis compellentis iteratio mox ut Baiocas veni, infirmitas scilicet, qua omnino desperatus sum, et quasi con clamatus, de qua suscitasti me, iuste rerum arbiter, idem sanctus Iesus. Quid in me operata sint hec tua magnalia, Deus, aut in quo miseram animam lethargico somno oppressam, ad te timendum, te diligendum, exurgere 10 et evigilare docuerunt; testis est repatriatio nostra, testis subsequens vita mea, quae pium Dominum de placato reddere possit iratum, non quae offensum dare sufficiat conciliatum.

fol. 141v. Et nunc hec qualiacumque nostra legat qui volet, irrideat ut volet, dummodo libeat et concedatur immorari memoriae dulcedinis tuae, qui peccantem sustines ad penitentiam, et parcendo invitatis ad conciliandam sustinentis patientiam. Inde evestigio illa nostra promotione, quae nunc nobis horro est, promotus, utrum gratis tua an permisso vel iudicio nescio, perparvo temporis spacio assumpta praelationis gravitas, cum in me durasset, superducta eius species multis modis ita oblitterata est, ut non iam qualis essem, verum qualis fuerim rememorari difficile esset, vel quia honores mutant mores, vel quia id merebatur insolentia morum, nondum, ut decebat, satisfactionis verbere castigata et emendationis antidoto curata. 20 Hinc iterum infirmitatis commonitio, privatae et publicae inquietudinis animadversio, illa de dormitorii solariorum plancis deficientibus vel sublatius ruina, immo propulsatio, qua ita affectus sum, ut vita me carere crederem. Nam et sanguis ab auribus eliciebatur, cum misericordia tua ad invocationem nominis Preicti martiris, et boni studii exequatio, in qua inventi me casus ipse — nam circum³⁰ matutinis exactis faciebam, — a mortis faucibus eripuerit. Et 25 quidem eo ipso tempore, mense quoque eodem, in Collicensi cella nostra a dormitorio per praecipitum; item in Melundensi coenobio aequae duo monachi lapsi, non tamen satis de tam imminentia altitudine ut ego, confessiones et communione caruerant: mihi pietas tua vitam induxit, qui etsi gravatus, non tamen aliqua corporis parte sum pessum datus, quamquam cum difficultate sanitarum redditus, adhuc casum doleam. Quam tantis beneficiis gratiarum actionem, die qua iacens in lecto signo sanctissimi clavi tui sanctarumque reliquiarum munimine signatus sum, et ablutione virtutifera potatus, post decursam ebdomadariam mei ipsius alienationem, rependerim, rememorans erubesco, erubescens confundor, et quod tunc non feci iam facio, supplicans ut accepta tibi sit confessionis et laudis oblation et inter flagella misericordiae tuae ipsa erratus mei tuaeque pietatis rememoratio. Et quia omnia adversa habet qui 35 sibi displicet, in hoc tibi placere appeto, quod mihi te donante, te faciente, displico.

Sunt adhuc plura dulcedinis tuae monumenta ingratu adhibita, usque ad haec in quibus fol. 30, 31. nunc versatur anima mea, in quibus quia faciem tuam reveritus non sum, iuste versa est in luctum cithara mea, et organum meum in voce flentium. Itaque proclamat tibi tota substantia nostri in voce exultationis et confessionis: omnia quae fecisti nobis in vero iudicio fecisti. Proclamat, inquam, tibi vita mea tota, ante promotionem peccatrix, post promotionem irritatrix: tibi peccavimus, et mandatis tuis non obdiximus. Condempnet se totam iudicio suo, iam quasi condemnata iudicio humano; et non spe recuperandae secularitatis, sed amore provocandae in se iuste exortae, et magis magisque exercendae divinae animadversionis, quoniam ego in flagella paratus, qui fragilitate deliqui, unde merito ad penam videar debere aptari, et dolor meus ante me est semper, quia a mandatis tuis declinavi. Quid enim referam tam evidens tuae pietatis indicium, quod rarus invenitur aut pene nullus qui ignoret Flavinacensium, cum redirem a Sinemuro septus comitatu monachorum et laycorum, inter choruscchos et turbines tempestatis inundantis, fulmen ante conspectus nostros cecidisse, ita ut bestia cui sedebam igne ipso ustulata caput pectus et crura, per 40 dies vi stabulo extrahi posset, et me clementia tua immunem a lesione servavit, cum ante me non longe cubito uno fulmen ipsum ceciderit? Quod in crastino quesitum et inventum est, omnibus admirantibus quomodo vivus evaserim, aut immunis a laesione, quamplurimis quoque sinistro id omni interpretantibus, maleficum me et morte dignum, quem Deus ipsa sua animadversione mon-

30) circa teutonica die runde.

straret merito puniendum. Forte autem mihi iunctus equitabat ante me eques armatus, et ¹⁰⁹⁹ toto corpore pluviae expositus, clipeo se recurvo et supra se protento munierat, qui dum equo calcaribus acto gressum accelerat, in ipsa fulminis iaculatione lanceam aversam ferebat; cuius mihi acies, dum pavet et ad tantam visionem hebescit, ipso suo timore gressu retardato, ⁵ acceleranti mihi gutturi inlisa, nisi tu, Deus, bestiam cui insedebam a suo impetu refraenasses, et socii conclamatum illum ad anterius compulissent, vitae me extorrem dedisset. Quae duplex nostri salvatio his qui viderunt, et qui auiderunt, facta est miraculo. Iam praepterierat illa nostra superius relata impetitio; iam multa alia, quae enumerare perlongum est, tua beneficia mihi ingrade, sed non usquequa impensa, docebant te amandum, tibi adherendum, ¹⁰ si invenissent cor docile, benivolum et humile. Quid est, Deus piissime, quomodo procella venti inundantis secularitatis grassantis rapuit me ad te? Abstrahebat et videbam, rapietur et sentiebam: furabar mihi ipsi a me ipso, et dolebam, et in conspectu tuo gemebam, et curationem sitiebam, et a te vindicari et consumi peccata mea cupiebam, quae iam ipse tibi confitens in me puniebam, quamquam non usque ad dignam poenitentiam. Licet enim me pecare dolerem, et aliquando compungerer, non tamen in fine compungebar, ut peccare desisterem, quod est summa penitentiae. Ei mihi! quomodo perturbatur animus praesidentium favore adulantium? Quomodo qui beati dicuntur, decipiuntur, et viae gressuum eorum dissipantur! Et quidem nervi testicularum Beedmot perplexi, ossa eius velut fistulae aeris^{10b10, 12a}, cartilago eius laminae ferreæ: quia argumenta diaboli inexplicabilia, consilia sonora quidem per ¹⁵ dulcedinem sed enervia per delectationem, vitia specie virtutum palliata. Absorbet Leviathan ^{10b. 40, 18} hic fluvium, et non miratur, et habet fiduciam quod influat Iordanis in os eius; sed perforata ²⁰ fol. 142. maxilla eius hamo passionis dominicae, electa tenere nequit, etsi ultro aliquando influant, traicere non praevalet quin effluent.

Dies erat dominicas resurrectionis honore insignis, missarum sollempnia agebantur, ad ^{Apr. 10.}
²⁵ eramus omnes. Forte pōrcus discurrens invisibilis, sed sensibilis, chorum peragrande sentiri datus est, et sensus est a cunctis, a me ipso quoque, cum iam alii vicissim sibi id nutu significantibus perdidicisset, moxque sensisset, et quid portenderet intelligerem; iterato a me sentitur iam stomachante, et vere dolente, et in me primo pro hoc ipso indignante adeo, ut in ³⁰ eum conculcatione qua poteram deseirem, qua actus in fugam cum grunnuit quodam, qui et audiri potuit, ultra sentiri non potuit. Ingemisceram dolore continuo, et tibi soli flebam, cybus in lacrimis, potus erat in suspiris: et ut me purgares, qui alii purgandis institutus eram, tacito conscientiae gemitu supplicabam, quia tanto videbam me invalidum peccatis meis exigentibus ad corrigenda quaedam gravia, quae solo tamen auditu didiceram, quanto videbatur mihi id ex incuriae meae et negligentiae desidia procedere. Sed quid dico gravia, ³⁵ cum ne minuta quidem corrigerem praevalebam? Ita a me omnis virtus, omnis iustitia, omnis rigor, postrema quidquid illud est quod praelatum decet, a me recesserat, quasi factis ipsis mihi loquereris, et dices, me primo curandum. Quis enim ego tunc, vel qualis eram? Utique homo, cui omnia ad votum suppetebant, singula pro voto erant, ut mihi ipsi palam daretur intelligi, si tibi adhesisset, nee vitae remissori frena laxasse, succendentibus utrumque ⁴⁰ prosperis rex essem, et vere rex. Qui enim dominatur animo suo, melior est expugnatore urbium; quia vero regia mihi ipsi viluerat dignitas, et nomen quod merito honoratur sorduerat, scordes meae foetere fecerunt odorem meum, ut fructus penitentiae darent odorem suum, te illuminante tenebras meas, et emundante conscientiam nostram. Unde non in longum prosperitate malorum. meorum fructus sum. Non enim multi fluxerant dies, et visitasti me ⁴⁵ gratia pietatis tuae, ut discerem sperare in te, non in incerto huius vitae; decreverat enim facere hoc manus omnipotentiae tuae. Hora celebrabatur tercia, intereram ipse choris psaltilium. Subrepserat mihi illa cogitatio, quam te permittente et donante habet qui sibi displicet: me arborem infructuosam, terram inutiliter occupantem, fructus boni operis afferre fastidientem, dignam succidi et succendi. Non esse filios sanctorum qui tenent loca eorum, ⁵⁰ sed qui exercent opera eorum, me omni lacrimarum fonte plangendum, quo nemo magis noceret in ecclesia, quoniam et perverse vivebam, speciemque religionis et locum praelectionis habere videbar. Clamabam non parvo affectu, interno tantum cordis gemitu, ore silenti, quod tu dabas, quod cordi aspiraveras, usque ad oris suffusionem, et credo quod exaudieris vocem meam. Ostendisti enim servo tuo quale oportebat fieri cito, loquens voce tua interna et myistica, multa esse peccata mea, pro quibus expiandis trium mihi daretur optio, aut famem venturam, qua populo dilabente et in mortem ruente tota pessum daret abbatia, aut impugna-

109. tionem diripientium vicinorum pati populum, qua ita dilapidaretur ut mons ipse rarissimo incoleretur habitatore, aut me fugere inimicos meos tempore praefixo, illos invalescere, me omnino deficere, ut omnino non esset qui me amicum agnosceret et ut amico benefacceret, et tamen infamia mea in omni-tripertito hoc purgationis genere non lateret: esse autem in voluntate mea, ut abbreviaretur mali tempus exaggeratione vindictae acrius inundantis, an prolongaretur morositate alicuius delinationis. Obstupui ad vocem loquentis, et cum artarer responsis, recogitans quia ego sum qui peccavi, ego qui inique egī, subdidi me iustitiae Dei, quoniam bonus, et in seculum misericordia eius. Timens vero ne deficerem in tribulationibus, cum orarem reservari mihi aliquos amicorum, quorum consilii protegerer, non optimus nisi gratiam patris nostri, quem etiam novissime habiturus non essem, et audivi quod domus 10 ducis maxime infamiam dilataret et amplificaret. Precatus sum, ut patientiae virtute munirer, ne subcumberem, et ammonitus sum in tribulatione semper gratias agere, vera eius iudicia laudare, et mea malefacta accusare: hoc addito, quod quotiens hoc fecisset, mali molem levigandam consolatione propinquante. Futurum autem ut infamia cessaret, gratia rediret, tribulatio evanesceret, consolatio succresceret: tunc non oblivisceret Domini, qui percutit et 15 sanat, deicit et allevat; cuius flagella miserationes sunt, verbera propiciations sunt. Plura praetereo quae inplebuntur tempore suo.

fol. 139^r
109.
Sept.

Tercius igitur agebatur annus, et ipsius anni mensis nonus ex quo Flaviniacum veneram, cum repetitis ea quae solebat domestica malicia me est aggressa calumpniis, et maioribus, Deo utique permittente, quem solum repperit turbavit iniuriis. Ac primum clanculo fide sibi 20 invicem data, fratres et filii nostri operis huius conscienti sibi consicidunt, complices advocant, fautores promissi et munieribus sibi conciliant, inde ipsi idem accusatores et testes procedunt, et ad lacerandam famam nostram et improbadam vitam nostram quaeque possunt maligna concinnant, accusantes me apud omne hominum genus criminibus mortiferis, et quae ipsae 25 audire aures expavescerent. Quod cum ego minus curarem, et cessisse eos atque ab iniuria nostra cessasse, pro eo quod conatus eorum iam secundo irritus factus erat, crederem, et maxime pro iugi eorum obsequio, qui tamen non satis aptus et ideo parum erat acceptus, ita ut etiam referentibus non crederem, sensi tandem et expertus sum quem vix potui sperare dolorem. Avertat Deus furiam hanc ab aecclasia sua; in me finiatur tanta malicia; huc eam venisse sufficiat. Hec Vigilium diaconem in Silverii papae beatissimi armavit deiectionem, et 30 dum eius concupivit sedem, adeptus est anathematis damnationem; quam postmodum pari sorte multatus expiavit. Haec pestis, ut de speciali, quia innumera occurunt, interim taceamus, generali tage omnia fere nostri temporis corrupti monasteria; et ignitus ille serpens obmurmurationis malum a populo Iudaico migravit in turbas monachorum, ut iam pene ab eis quis filius patris benedictionem mereatur prorsus ignoretur; a quibus non tantum patrum 35 pudenda revelantur, non tantum fratribus, verum extraneis irrisoribus, sed etiam ipsa paterna viscera scinduntur, dum pax aecclasiistica, glutine caritatis recesso, dirimitur. Ubi ergo privatis consilii factiosorum, non filiorum sibi ipsi visa est processisse calumpnia, ex occultis insidias ad apertas prorupit inimicitias, et quod per socios disperserant, mihi ipsi inerubide³¹ 40 palam protestati sunt. Fateor, erubui, et ad me ipsum reversus, cogitans quia *iudicia tua*, Deus, *abyssus multa*, cum solum me invenirem de amicis, obiurgatis eis assurrexi, et multa volvens quae audieram nec credideram, foveam mihi paratam, dolos aptatos intellexi, decre- 45 que tamde experiri fortunam, si saltim in his quos ceteris praefeceram, fidem invenirem. Et licet pluribus experimenti unam eorum voluntatem scirem, cogitavi tamen eo mihi illos vinciri posse modo, si auctoritatem eorum illis opponerem, et conatus illorum illicitos horum 50 gravitate coercerem; qua tamen molitione nichil profeci. Dederunt enim mihi verba, non consilia, ut Collicas irem, quo iam exacto anno et eo amplius non fueram, quasi ad ibi pausandum post laborem messis et vindemiarum, ipsis interim laboraturis pro pace et quiete nostra, re autem vera ad quod intendebant oportunitatem et ocium absentia nostra adepturis ut perficerent. Feci, et hoc minus astute, et paratis quae necessaria erant, benedictione accepta, 55 die 5. Kal. Octobr. pransum ivimus, quibusdam ex fratribus, quamplurimis ex laycis nobiscum accumbentibus, et post solito accuratius nobiscum progredientibus, nosque deducentibus, tota plebe quod non sperabam ingeminante, me scilicet non ad praesens reversurum discedere. Notabam singula, et admirans inopinatos voti eorum proventus, sentiens etiam in me multa

Psal. 35.7
Sept. 27.

31) i. e. non erubentes.

et pene innumeras verbere et correptione dignissima, subdebar animo iudicis divinae misericordiae, rememorans iudicia Dei occulta et numquam iniusta. Et nunc adhuc hec scribens supplico tibi, pater misericordiarum et Deus totius consolationis, da peccatori supplici tuo animum patientem, in tribulatione gratias agentem, errata sua agnoscere et sub flagellis 5 pietatis tuae humiliter ad te suspirare. Ab illo die neminem Flaviniacensium vidi, manifesta cogitata Dei virtute, qui disponit omnia in tranquillitate, quia recesserunt omnes a me, qui et cum mecum essent, longe erant a me, et si qui adheserunt mihi in tribulatione, violentes quod defeccerat Flaviniacus a me, ipsi quoque abierte. Et quia abusus sum potentia et honore seculari, dum licuit, donis tuis, Christe, quia totum erat abs te, nec ut debui et potui reveritus 10 sum datorem illorum te: ecce solus sum, et non sum solus, quia nec solus patior; compatuntur enim quotquot sunt patres, quotquot se viscera paterna habere memorantur. Sed cui averteras faciem tuam, iuste factus est conturbatus. In omnibus ore et corde benedico te solum meum refugium, qui et conturbatum non deseruisti, sed miris et variis modis cor meum visitasti, ut scirem quae patior, a te esse; quia etsi peccavi, et peccata mea multa sunt et in 15 numeris, arenae maris numero et pondere incomparabilia, non tamen qualia et quanta impinguuerunt, mihi sunt. Et ecce porto pondus^{a)} ignominiae impositae, obtenebratur mihi sol ve- spere, mane et meridie, benedicta dispensatio tua in me.

Veni ergo Divionem ultra spem et votum fratrum et filiorum nostrorum; sed et ibi turbata erant omnia nimietate infirmitatis quae invaserat patrem nostrum, quem tu sanasti orationibus filiorum suorum fidelium tuorum. Attamen infirmitas eiusdem patris mea fuit infirmitas, quia nec ei loquutus sum, ad quem veneram accepturus de tanta tribulatione consilium. Aliis rem non iudicavi propalandom, quod adhuc agebatur ut credebam in clanculo; sed Colticas abii, quia prioris eiusdem loci satis me credebam strenuati, cuius tamen honestate non in longum fructus sum: et in crastino eundem cum fratre qui nobiscum advenierat, ^{f. 140.} Flaviniacum misi, ut ipse stultorum comprimeret insolentiam et edomaret superbiam. Quo venientes, nuncios episcopi invenerunt; et simul villam ingressi sunt, sed intentione diversa. Mox enim ut ego Flaviniaco exivi, contrariae partis filii non segnes in exequitione sui propositi, Sedelocum ierunt pontifici nostro prima gaudia perlaturi, quod abbas Flaviniacensis, suus et aeccliesiae hostis apertus, a quo tanta passus pontifex foret, aeccliesiam dimiserat, 30 fugae praesidium latituras non reversurus elegerit; aeccliesia iam sine pastore, locus sine rectore, castrum sine tute. Videret cuius hoc erat prospicere, ne quod dampnum inferretur matri aeccliesiae, neve ille rediret qui recesserat, quia omnia constaret amodo periclitari in eius praesentia. Audiuit episcopus, et letatus est, et auditum omnibus protestatus est. Et qui debuerat vecordium coercere praeumptionem, et perterritre exemplo Cham, qui quia patris 35 verenda detexit, maledictionem hereditate possedit, in memori fidei et pacis pactae gavisus est, quod invenisset locum optatum quasi suas injurias ulciscendi; et infamiam nostram, antequam me conveniret legatis aut litteris, omnibus in curia et extra curiam publicandam curavit. Nec mora; Hubaldum de suis, illis fratribus infarnatoribus nostris sociatum, Flaviniacum misit, et e diverso venientes legati sui, et nostri, coenobium ingrediuntur. Nostri conventu 40 adunato, salute data, pauca pro tempore et re loquuti, cum redarguissent eos verbis iuvenum esse nimium credulos, optulerunt ei ex nostra parte purgationem illatorum, ne dissentirent a subiectione nostra et obedientia; nec suscepti sunt. Ingressis et illis, qui expectabantur omnium fere votis et assensu, revolvuntur in nos mille convicia, effunduntur obprobria, impropria dilatantur, quae dum recolo horreo, dum horreo stupeo, et lux ipsa mihi est fastidio. 45 Nec est inventus ex omnibus quibus benefeceram, qui vicem nostram dolusset, et saltim verbum pro patre quamquam peccatore dedisset. In conciliabulo illo fratres et filii nostri sanctae obedientiae libellum repudii conscripserunt, domino episcopo filiationem per legatos eius offerentes, ei villam servari promittentes, et in omnibus mihi abrenunciantes. Decreverat hoc facere manus tua, Deus, et peccata mea etiam maiora promeruerant, quia possederant nos, Domine, absque te, nec indignabitur humilitas nostra pati quaecumque decreveris, intuitu misericordiae tuae. Tunc primum legatis nostris ad nos sine fructu reversis, didici satius esse Deo absque Flaviniaco servire, quam propter Flaviniacum Deum offendere, quod ego feceram, cum fastu superbiae turgidus et obsequantium cuneis delinitus, Deum non ut debui respexi, nec timorem eius animo circumdedi. Fateor, sensi quod, non dicam credere, sed nec sperare potui: quia vidi me omnino sine amicis, qui, ex quo potui, ad hoc semper laboravi ut

a) vox erasa e.

1099. congregarem mihi amicos. Sed licet ipsum fluvium Romanae eloquentiae beatum Ambrosium Oct. legisset in libris de officiis tuba sancti Spiritus intonantem et eructuantem vires amicitiae, nondum tamen ad plenum didiceram quis esset fructus eiusdem amicitiae, quod omnimodis nescit qui unicuique personae actum cougruum dare non novit. Unde fit ut plerunque noxio velimus assentarie gratificari, et innocentem amico non vereamur insidiari, quod extra officium est. Quod dum stultus agit, violantur foedera pacis, ut nec dicenda sit amicitia quae nulla est, quia in nullo congruit ei qui huiusmodi est. Sit igitur benedictum nomen Domini, cuius iudicium concessa vel permissa dedit, et misericordia abstulit.

Sed quis potest investigare vias hominis? Quanquam persuaderet mihi mens et ratio, iudicio Dei id actitari, deliberavi tamen animo adire Lugdunum, vel quia intercepto nullum 10 est consilium, vel quia tot sibi adversi succedentibus, bonum est a multorum maxime sapientum querere caritate consilium. Videbam enim mea praegravari a proprio episcopo, et ideo recurrente mihi videbatur ad metropolitanum, secundum scita canonum, tum propter antiquam familiaritatem et, ut rebar, indissolubile vinculum amicitiae, quo ingi obsequio me peculiari ipsius famulitio devinxerat sedula nostri devotionis, quod utique vinculum nullus mihi 15 videbatur posse rescindere, nec ipsa manus referta munere: tum propter obstinatam dicti episcopi proterviam, et protervam obstinationem, qua nemini umquam inimico ignovit, nec noxio aut innocentio pepercit, quod furor animi eius animatus in nos nullo nisi magni censura iudicii foret medendus antidoto. Ivi itaque, et invenisse utique quod speraveram, nisi pluris constaret apud archiepiscopum numquam vacua a munere amicitia episcopi servitio nostro. 20 Attamen remissus sum a te pro defendenda et tuenda parte nostra ad illum, a cuius alarum patrocinio rapuerat me, dominum scilicet Divionensem; ut ipse conveniret episcopum, quem inconvenitum, indiscutibilem, inauditum me bonis ecclesiae spoliasset, quod canonicis omnino sanctionibus aversabatur. Veni itaque ebdomada ipsa ante festum Sancti Benigni; cum in omni terra adversus me hostis clamaret, et non iam extra synagogam, sed extra com- 25 munem omnium habitationem ab inimicis pelli debere iudicarer. Audierant et ipsi malum meum; nam quis locus esset, quo bona fama nostri praecesserat, ad quem tanti infortunii rumor non accessisset? sed eum plus dolor angebat qui plus dilexerat, quia plus laboraverat. Ei mihi! quid refero? Vide, Domine, quia tribulor, vulneratum est cor meum caritate, quia a filiis viscera materna quatuntur et scinduntur. Inveni offensos animos omnium, quia eo ipso 30 quo eos offenderam, scilicet in dimissione fratrum, memet destruxeram; unde et compassionem pro his et aliis iudicio eorum merito carere debebam. Verum ubi adveni, a patre susceptus benivole, contuli cum illo incommoda hominis utriusque, et consiliator mihi factus est bonus, iuxta quod eum decebat dare, et melius quam me decuisset accipere. Nam quia dixeram episcopo, me ad eum venturum cum a Lugduno regredere, qui me, ut audieram et per me ipsum 35 probaveram, omnibus bonis spoliaverat, fuit consilium, ut prius Flaviniacum irem, loquuturus fratribus, casatis et servantibus nostris, et temptaturus quem erga me gererent affectum, quo uterentur animo; qui mihi ubi ab eis discesseram vale fecerant, et redditum nostrum maturius impleri rogaverant. Ivi itaque, et nuncio praemisso, priorem, quem amoto eo qui mecum erat priore Collicensi, in locum eius substitueram, ad me apud Vidiliacum, et cum eo 40 31. quos dignum duxi venire mandavi. Venerunt satis protrahendo, et immutata erat facies eorum, et cor eorum recesserat a me, nec agnoscebar ab illis quibus bona feceram, et obstupesceram, quia fugiebat a me vox et sensus. Dixi me venisse ad festivitatem dedicationis, quae postera die futura erat; non receperunt, quia villam episcopo reddiderant, et me non suscepturos promiserant. Loquutus sum de infamia mihi imposta, pro qua defendenda 45 Eduam proficisci paratus eram. Cum monuissem ut mecum irent, nec hoc audierunt, episcopum ut dicebant verentes. Videns, quia omni eorum qui mihi iuraverant destitutus eram solatio et amminiculum, et solus relictus, cum omnia quae offerebam, derisui haberentur, destinavi per me ipsum ad nostrum reverti monasterium, satis et super satis experita fidelitate, ubi ipsi idem qui mecum erant a me in crastina, nec expectata festivitate sancti Benigni re- 50 cesserunt. Benedictus Deus, qui misertus est nostri, ipse iudicabit causam meam, cum liberam fecerit a peccatis, quae increverunt super nos, animam meam.

Misi ergo episcopo litteras, ut quod per me ipsum non poteram, litteris implerem, quorum textus iste est: *Reverentissimo patri et domino suo N. Eduorum episcopo frater Hugo Flaviniensis ecclesiae servus salutem. A Lugduno regressus, nobis ut nuper apud 55 Eduam condizeram, occurgere debui, sed quia dominus Lugdunensis cognita causa nostra spe-*

*cigli me patris nostri Divionensis patrocino, a cuius me alarum tuitione rapuerat, commisit, 1099.
ut eius consilio omnis ipsa causa nostra muniretur et protegeretur, Divionem peraccessit. Vo-
lens vero Flaviniacum ire, quosdam de fratribus, quosdam etiam de nobilibus et servientibus,
ad me apud Vidilacum venire feci, ut mecum irent, qui neque se mecum ituros, neque intra
5 Flaviniacum recepturos dizerunt, timore vestro, ut asserebant, acti. Monui ut mecum Eduam
proficierentur, noluerunt. Ita omni nostrorum amminiculorum destitutus et spoliatus, Divioni me
recepit; et quod solum potui litteras has vestras paternitatis direxi, expiationis indices, restau-
rationis supplices, defensionis et purgationis meae praesentatrices. Rogo itaque ne erga me ali-
ter quam sancti canones praecipiant, agere velitis, quia et ego in nostro capitulo Eduensi, quod
10 iustitia dictaverit paratus sum exequi. Adverte, queso, quid debetis nobis, ut et nos faciatis
adverte quid debeamus vobis. Valete.*

Has ipsas litteras apertas direxi capitulo, et extunc usque nunc Divioni maneo, tuum,
Christe. praestolando auxilium, non ut abbas, sed quasi unus e fratribus, quod mihi est tutius.

Episcopus autem consilio a se ipso accepto, per nuncium diem mihi constituit apud
15 Eduam, dicens me non esse spoliatum, et inde dandum iudicium si revestiri deberem. Ego
communicato consilio respondi eis litteris directis in hec verba: *Domino N. Eduensi epi-
scopo frater Hugo Flaviniacensis ecclesiae servus salutem. Miratur humilitas nostra, quo-
modo discretio paternitatis vestrae diem mihi constituirit, Eduam quasi ad iudicium profici-
scendi. Dicitis etiam, quod magis mirarum, me non esse spoliatum. Nonne mox ut ad aures
20 vestras rumor infamiae nostrae pervenit, qui debueratis laborare ad liberandas, non infam-
andas, personas, Flaviniacum misistis, villam vobis servari mandastis, fratres nostros et filios;
nostro abiecto nomine, in filiationem recepitis, me indiscuso, inaudito, et nichil minus quam
proscribi verente? Nonne apud Eduam in illo vestre honorabili consilio, cum Lugdunum me
prefecturum dixisset, promittere me fecistis, ut de bonis ecclesiae non me intromitterem, neque
25 aliquid cuipiam darem, quasi ad tuendam et defendendam nequitiam meam? Ubi sunt abba-
tes, decanus, archidiaconus et meliores in clero, per quos talis persona, qualis Flaviniacensis
abbas esse debet, conventus est? Et ecce ad iudicium vocor, non restorationis, non redinte-
grationis, sed ad iudicium iudicii, si debeam investiri. Ubi sunt queso decreta apostolica, ubi
constituta canonica, quae censem neminem spoliatum vocandum ad iudicium, cum non sit unde
30 iudicari debeat iam nudatus? Sed heu misero mihi! Cui soli vigor et integritas canonum de-
perit. Diem igitur constitutam attendere nequeo, quia non debo. Data die competenti, para-
tus sum occurrere. Sin alias, in Lugdunensi capitulo paratus sum me praesentare. Si ad
altiora tenditis, et quae dixi nichili penditis, Romanum appello iudicium, et interim ex parte Dei
et beati Petri eiusque Vicarii, domini quoque Lugdunensis et nostri capituli Aeduensis interdico,
35 ne mihi abbatiam Flaviniacensem auferatis, neve in ea aliquem subintromittatis.*

Exemplar earum capitulo quoque missum est; cuius cum fuisse voluntas et definitio ut
investirer, noluit episcopus. Attamen postmodum mandavit; ut secunda feria primae ebdo-
madae in adventu Eduani irem investiturus, aut tertia feria ante nativitatem Domini media
via iustitiam ei facerem, et ipse mihi. Dixi me iturum, si mitteret monachos et servientes
40 qui mecum irent, et in eo remansit. Et interim publica et privata satisfactione conciliavi mihi ^{fol. 141.}
animos fratum, subdendo me illis et corpore et voluntate, quia sic mihi noveram expedire,
cum quo bene agebatur, si saltim inter infimos privato concedebar vivere.

Anno ab incarnatione Domini 1100 apud Ansam convenerunt archiepiscopi Lugdunen- ^{1100.}
sis, Cantuariensis, Senonensis, Turoneisis, Bituricensis, et episcopi numero novem, Eduensis,
Matisconensis, Cabilonensis, Autissiodorensis, Parisiacensis, Diensis et alii duo, et pace sta-
tuta, de via Iherosolimitana loquuti sunt, eos qui voventur, et voti exequutores non fuerant,
a communione segregantes, quoadusque vota completerent. Miserautorem Lugdunensis lega-
tos Romanos, per quos velle suum papae ostenderat de via eadem, ut cum sua benedictione et
50 absolutione illo deberet ire; et Romanus pontifex annuerat, ammonens ut per se iret, ut le-
gationem suam ei committeret in Asia, quam bene rexerat in Burgundia, et interim legatos
a latere suo mittendos pro posse instrueret, qui vices papae exequerentur: et ideo illud collo-
quium quam maxime statutum fuerat, ut reversis missis suis cum litteris absolucionis, ibi quo-
que a suffraganeis et diocesi sua viaticum acciperet.

55 Hoc anno obiit Philippus Catalaunensis episcopus: quo etiam anno magna fuit annonae
penuria, et multi fame periclitati sunt.

fol. 142.
1100.
Sept. 30. *Igitur anno incarnationis Domini, 1100 advenerunt missi ad Gallias legati sanctae Romanae ecclesiae, Iohannes et Benedictus, a quibus concilium primo apud Eduam designatum, apud urbem Valentinam institutum est. 2. Kal. Octobris, ad quod convenerunt archiepiscopi, episcopi et abbates numero 24, occurrentibus legatis domini Lugdunensis archiepiscopi, quia ipse insinuabatur, quamquam episcopi dioeceseos eius, Linguonensis et Cabilonensis — Mati- 5 sconensis enim in redeundo a Roma captus a Wiberto in custodia detinebatur — non interfuerint, prohibiti, ut dicebatur, ab eodem Lugdunensi. Eduensis autem interfuit, quia accusabatur a canonicis suis de symonia et aliis quibusdam; pro cuius defensione maxime illo con- 10 venerant Lugdunenses. Ibi ego in primo aditu concilii purgationem illatorum offerens, accusatoribus tacentibus et deficientibus, iudicio concilii ad primatum abbatis Divionensis vocem de 10 abbatia investitus, astantibus canoniciis Eduensis et laudantibus, cappa et baculo donatus, in circa residere iussus, post solito concilio ad propria sum remissus. litteris apostolicis mu- 15 fol. 142. nitus in haec verba: *Iohannes et Benedictus, sanctae Romanae ecclesiae cardinales et legati, monachis, clericis et laicis ad abbatiam Flaviniensem pertinentibus, obedientibus, salutem. Fratrem nostrum abbatem vestrum Hugonem, nobis karissimum, quem sancta synodus iudicio 15 concilii de abbatia investitum, dilectione vestrae commendantes remittimus, praecipientes ex parte Dei et beati Petri, ut Divionem venientes cum ut abbatem vestrum requiratis, et in manu karissimi fratris nostri, sanctae Romanae ecclesiae filii, Divionensis abbatis, promittentes, vos 20 eum secure et paterne tractaturos, cum honore debito ad monasterium eum reducatis. Obedientes benedictionibus multiplicemini; inobedientes vero iram Dei in posterum sentietis, et a nobis 20 pro contumacia sententiam dignam excipietis. Et quia nostrum est, obedire nolentibus aut dif- ferentibus praecavere vel obviare, interdicimus omnibus vobis in villa Flaviniensi et in omni- bus omnino locis ad eandem abbatiam pertinentibus divinum officium, donec praeceptis nostris quae sancta synodus firmavit, obediat.**

Aug. *Imminente vero eodem concilio, ante mensem unum et eo amplius missae fuerant a me 25 litterae Flaviniacum, quarum textus iste est: Frater Hugo Flaviniensis expulsus abbas, Girardo^a priori et omnibus qui se profissent filios ecclesiae Flaviniensis monachis, clericis, laycis, casatis, servientibus, nobilibus et ignobilibus, cuiuscumque aetatis aut conditionis. Audi- 30 vimus, fratres, et scimus concilium celebrandum a cardinalibus sanctae Romanae ecclesiae 2. Kal. Octobris apud urbem Valentinam, ad quod convocati sunt archiepiscopi, episcopi et ab- bates. Ad hoc vos invitamus ex parte Dei et beati Petri eiusque vicarii domini papae Paschalis et cardinalium Iohannis atque Benedicti, qui ad vices eiusdem papae exequendas directi sunt. Nos enim concilio nos praesentabimus, Deo protectore, si vita come- 35 fuerit, parati cum Dei audiitorio audire, respondere et iudicari canonice. Veniant igitur accusatores, criminatores et testes, quicumque erga nos causam habent, qui expulsione et spoliacione nostrae consensisti, 35 qui inauditum, indemnum abieciunt, et ammoniti despiciere despexisisti. Venite; ibi enim dabitur locus audiendi vos, ubi omnia Deo favente iuste tractabuntur et canonice.*

His acceptis litteris, consilio dato quendam de suis contra me conspiratores illi miserunt, hominem qui in scolis puerum occiderat, et Christum eiusque genitricem baptismumque abnegans, servum se diaboli propria confessione fecerat, et absque penitentia monachus ordi- 40 natus fuerat; postea maligno spiritui traditus, et orationibus fratrum curatus, publicani inde confessionem fecerat, et quater professione violata, tandem pro fornicatione et immundicia a populo de monasterio cum sociis suis, eis scilicet qui contra me conspiraverant — sex au- tem erant —, proiectus fuerat, et extra aecclesiam suam presbiter ordinatus erat, cum ante hec omnia in cella Colteensi archa fracta, pecunia sublata, dalmatica furata et in proprios usus aptata, sacrilegium perpetrasset, et alia quedam, quae referre-pudet, commisisset. In 45 episcopi sociorumque tamen praesentia purgationem illatorum ante alia in omnium audiencia optuli; quod deficientibus accusatoribus prosequi necesse non fuit; et sic in eorum praesentia abbatia iudicio concilii mihi reddita est, et sedi restitutus sum. Litterae quoque missae rece- ptae non sunt, quamvis a quibusdam lectae sint. Die autem festivitatis exceptionis corporis 50 sancti Preieeti, quae celebratur 8. Idus Novembbris, venerunt Divionem duo ex fratribus Flaviniensibus missi ab eis, mandantes ut redirem, ipsi obedirent nobis. Consilium vero fratrum nostrorum fuit, quia dicebant pro timore Sarmatiae et Sombornonis, quorum castro- rum habitatores ecclesiam Flaviniensem impugnabant, se non posse ut decebat ad nos ve- 55 nire, si hui qui praesentes aderant, litteris obedirent, culpam clamando et securitatem et obe- dientiam in manu prioris. quia dominus abbas aberat, ut patrere ab eis tractaret promittendo,

^{a) Girg.}

Nov. 6. *sanceti Preieeti, quae celebratur 8. Idus Novembbris, venerunt Divionem duo ex fratribus Flaviniensibus missi ab eis, mandantes ut redirem, ipsi obedirent nobis. Consilium vero fratrum nostrorum fuit, quia dicebant pro timore Sarmatiae et Sombornonis, quorum castro- rum habitatores ecclesiam Flaviniensem impugnabant, se non posse ut decebat ad nos ve- 55 nire, si hui qui praesentes aderant, litteris obedirent, culpam clamando et securitatem et obe- dientiam in manu prioris. quia dominus abbas aberat, ut patrere ab eis tractaret promittendo,*

et eos qui domi erant idemtide facturos spondendo, ut Sarmatiam item, suscepturus ab eis. 1100.
iuxta tenorem litterarum. Ivi, et nichil eorum factum est, cum ad me quidam venissent, di-
centes honestius id se facturos in capitulo Flaviniacensi. Credidi acclamationibus omnium, et
in susceptione nostra nullum honorem, nullum affectum, nullam reverentiam expertus, quin
5 potius dedecus contumeliam et omnem inveni irreverentiam, ita ut etiam his qui mecum
erant, panis negaretur, et equus servienti, quem solum mecum adduxeram, et ipsa omnis re-
verentia etiam a minimis non mihi redderetur, immo ipsi qui diligebant nos, vocati a me ipso
ante me venire non auderent, sicut protestati sunt, prohibiti ab inimicis nostris, et insuper
nisi citius monitus cameram exisse, iturus cum eis ad concilium, quia retardabar pro equo
10 famuli nostri, minae et opprobrii et tumultuantis turbae turbatio mihi intentaretur.

Mane diei ipsius in capitulo litteras cardinalium lectas omnibus exposui, et expositis eis, ^{fol. 143.}
utrum obdiren, requisivi. In verbis vero eorum et factis nulla inventa est humilitas, aut
erga statuta concilii obedientia. Sic in nulla re honoratus, ad concilium Pictavense proxima
15 elbdornata futurum accelerantes, apud Colicas usque in diem quartum remorati, retrogradum
iter arripiimus sub ea occasione, quia noluerunt ire eo quod de investitura sermo ageretur,
cum etiam me coram eis professus essem bene investitum: ut vel sic duceret ab eis, qui
nec unum saltim fratrem amicum nobis et per necessarium comitatu nostro, qui pro libitu
eorum agebatur, adiungere volebant, cum ipsi omnes essent inimici, re autem vera ob id ire
noluerunt, quia parti suea minus credentes, concilii iustitiam et domini abbatis Divionensis
20 nostramque verebantur praesentiam. Quod hinc liquido conici potest; quia cum me ita remo-
rato quemdam de suis illo misissent cum litteris, et hoc me inscio, nec concilio interfuit, nec
cardinalibus loquutus, ut venit, sic rediit. Hic autem illius superioris, quem Valentino concilio
clandestina fuga se subduxisse memoravimus, in perpetratione sacrilegii pecuniae et dalmati-
25 cae sublatae et in expulsione pro fornicatione sanctimonialium, maritatarum et puerorum
particeps et socius fuit, causa caputque mali abba designatus a sibi similibus, qui mortem ab-
batis Sancti Germani Autissiodorensis, a quo de monasterio fuga lapsus susceptus fuerat et
honeste habitus, tercia manu iuraverat, et ob id ad Cellam pulsus habitum dimiserat, et ite-
rum post ignominiosam eius expulsionem a me receptus, in honeste et omnino perdite vixerat,
30 ad hoc inhiens detectioni nostrae, ut ipse subrogaretur.

Verum, quid mirum, si inventilia pectora a vero et iusto exorbitare cogit dominandi cu-
pido, nullo religionis humilitatis caritatis radicata plantamine? cum et ipsas mentes senii
albescens canicie venerandas, et quae a primis annis religionem praelulerint, ab ipsa quo-
que tam diuturna monachilis gravitatis imaginatione desuescere, et in patres armari faciat?
Priorem ibi dictus episcopus constituerat grandevum, honoratum, et qui primo mecum semper
35 fuerat. Hic ubi me Flaviniacum introduxit; cum me in sua praesentia passus fuisset dehone-
stari irrogatis contumeliis, et virginem pastorela in ipso ingressu nostro latenter vi et aperta
rapina tulisset, illam nostram Valentinenis investituram concilii, in crastinum, cum omnia
nobis perturbata relinqueret, exivit, et per dies 10. quibus inibi moratus sum, tanta sum arta-
tus custodia, ut omnis mihi negaretur ad publicum processus, omnium ad me vetaretur acces-
sus; et non solum nulla investiture melioratio, verum omnis erga me omnium rerum proce-
deret deterioratio, illis privatim et publice per devia et facinorosa impune gradientibus, et in
nullo religionis statuta servantibus, adeo ut propter eorum incorrigibilem et pudendam con-
versationem, et maxime quia inobedientes erant preceptis apostolicis, compelleret egredi,
donec finito concilio Pictavensi, ubi de causa Eduensis invasoris, cuius tuitione eorum factio
45 protegebatur, diffinitio synodalit et canonica expectabatur, legatorum consilio et iudicio ne-
gocium aeccliae ventilaretur: tum praecepit, quia ad propulsandam illius malivoli infan-
tiam praelationem, maiores in aecclie Eduensi, quorum erat istud nostri discidii genus di-
rimere, Pictavis abierant, sine quibus recordium praesumptio non poterat cohæceri. Mise a-
bilis et prorsus desperata huiusmodi hominum praesumptio, qui nec Deum reverentur nec
50 homines, dum intemerata a seculo praecepta spernunt apostolica, et interdictum usurpare
non metunt divinum officium. Non dubium, quin eos ad hunc finem duxerit digna necessitas,
ut quia contemporantes Deum, nec attendentes se ipsos, in patres armantur, et publicantes pu-
denda eorum pietatis paternae iura violant; quae etiamsi publicata, nec tamen a se, irridere
solum voluiscent, maledictionis Cham hereditarii possessores forent. Fiat illis, ut peccatum
55 eorum, quod penitendo correctum non est, sit et peccatum et causa peccati, et idem pecca-
tum quod ex peccato oritur, sit non iam peccatum tantummodo, sed peccatum et poena pec-

1100. cati, ut putent se divinae legis statuta impune rescindere, dum attractant inhibita altaris sacrosancta mysteria; non intelligentes quid sanctus Leo dicat in epistola sua: quodsi quis contra canonum instituta venire temptaverit, et prohibita admittere ausus fuerit, a suo se noverit officio submovendum, nec communionis nostrae futurum esse consortem, qui socius esse noluit disciplinae. Quanta vero in eis et coessentibus sibi sit obcaecatio, hinc datur intelligi, 5 quod ipsi qui pro vita sua dampnabili et pudenda, omnibusque nota, a monasterio pulsi sunt manu layca, hii in hac fece temporis praelati rectores et domini constituntur: quondam ab eis a quibus nunc honorantur, publico obprobrio habiti, publica despectione, abiectione reprobati, verberibus et vinculis dedecoroso scemate dehonestati, et qui publica notatus confessione a clero reprobandus, et solum in fine vitae suaee communione donandus esset, hic celerarius 10 monasterii, pater congregationis, ut curam gerat de omnibus promotus est; quique post abnegationem Christi Dei et Domini sine penitentia ordinatus diaconus fuit, nunc post homicidii sic. et abnegationis publicam penitentiam, sacerdos et princes institutus est.

Hec autem fuit occasio modernae dissensionis, quia videbatur eis propter promissionem praeceptam in litteris faciendam in manu abbatis Divionensis, velle me Flaviniacensem aec- 15 clesiam subdere dictio Divionensis; quod ego nec speraveram, nec volebam.

fol. 143.
In spacio igitur temporis quo Valentinense celebratum est concilium, obiit Wibertus, 20.
Sept. anno ex quo sedem invasit apostolicam, cum haberet in captione Matisconensem episcopum et alios quamplures clericalis ordinis, quos omnes pro absolutione sua in egressu suo per se absolvit, monens episcopum, ut Romanum remeans apud papam pro sua laboraret 20. Qui papam adiens, repperit ibi legatos ecclesiae Eduensis super suo episcopo conquirentes, et gesta concilii referentes modumque accusationis:

Quod promiserit Walterio archidiacono praesente Stephano cantore in dormitorio Eduensi, si ipse adiuvaret eum, ne mater eius vel frater, penes quos magnum erat posse, nocerent ei de episcopatu adipiscendo, haberet quidquid vellet in aecclasia, et quod pro hac accusacione, cuius erant auctores omnes fere canonici, illi quam maxime qui concilio interfuerunt missi ab aliis numero 13 de primoribus aeccliae, et in ea meliores archidiaconi duo, praepositus, cantor, et alii nobilitate et scientia honestateque praezellentes, ego quoque ipse qui ad querimoniam capituli Eduensis iudicio concilii in sedem et locum restitutus eram; quod pro hac, inquam, accusatione, quam eo enixius dominus abbas Chuniensis per legatos suos, 30 dominus quoque Divionensis per se efferebant, quo clementius tyrannidem ipsius qui impetebar, experti erant, controversia in concilio orta fuerit; dicentibus his qui partes accusati defendebant, non esse idoneas ad accusandum personas, pro eo quod oviles pastorem reprehendere aut accusare non habent, hii maxime qui electioni eius consenserant, et faverant consecrationi. Audierant quoque anathema inventum in eos, qui eam reprobando scirent nec 35 manifestarent, et rem ipsam ante consecrationem actam constabat, quodque post consecrationem accusator ipse diaconi officium locumque promotionis ab eo suscepit, et testis accusationis officium cantoris, et uterque ei hominum fecerint, non esse sufficientem accusationem, in qua alter accusator, alter esset testis idemque accusator. Legatis e contra respondentibus, in causa symoniae nullum omnino, quamquam infamem, quamquam subditam personam, removeri ab accusatione, cum dominus papa Gregorius VII. in concilio Romano ad accusationem cuiusdam abbatis symoniacum quemdam deposuerit episcopum, eodem abbe primo pro eadem symonia, cuius ipse particeps et consentaneus fuerat, deposito, sufficientem esse in uno accusatore et uno teste accusationem. Illis quoque qui impetebar obincidentibus, et sacramento probare volentibus, quia iuniores erant et non adeo in canonibus exercitati, ignorasse quod esset in promisso illo pestis symoniae, et mox ut resciverunt prodidisse, sique a se iaculum excommunicationis repellentibus, adicientibus etiam quod electio eius in ipso exordio infrimata et omnino reprobata fuerit a metropolitano, pro eo quod anno et die in excommunicatione manserit, archidiaconi officium in aecclasia Languonensi optinendo, itemque archidiaconi et cantoris — cum non esset diaconus — in aecclasia Eduensi, contra vetitum 50 eiusdem metropolitani et legati, et in ipsis praelaturis symoniace vivendo; quodque postea quam infrimata est, absque conscientia capituli Lugduni diaconus ordinatus sit. Referebant etiam idem legati, ubi ad iudicium ventum est, dissensionem accrevisse, dicentibus episcopis, pro usu Gallicanae aeccliae, qui quasi confirmatus erat in concilio Clarimontensi pro praesentia Urbani papae, itemque in concilii habitis a domino Lugdunensi, purgationem imponendam ipsi qui impetebar, quamvis hoc canonum auctoritatibus firmare non sufficerent.

Legatis e diverso respondentibus, et canonica assertione firmantibus, accusatorum esse probare 1100.
 quod obiecerint, si legitimi sunt, vel in causa symoniae ubi nulla requiritur legalitas, eo quoque qui accusabatur Romanam sedem appellante, cui appellationi non assensum sit ab eis: eo quod curam, quam alii in parte sollicitudinis, ipsi habent in plenitudine potestatis, qui 5 Romana aecclisia, et iudices in eadem essent aecclisia. Cumque tardantibus episcopis iudicium dare, nox imminent et expectatio episcoporum conventum solvisset, dilatione data, sententia suspensa, in crastinum eadem re diutius ventilata, agitata, nec terminata — potentibus omnibus episcopis de iudicio dissidentibus — inducuae datae sunt usque ad Pictavense concilium, quo pars utraque vocata est; eo tamen a pontificali et sacerdotali suspenso officio, cum 10 idem per se et suos munera quaedam episcopis nocte eadem misisset, quae a quibusdam suscepta, a quibusdam sunt reprobata: quod etiam cardinales non latuerit, adeo ut in plenario conventu gratiae circumsedentibus redditiae ab eis sint, quod sacerdotalia pectora auri sacra fames etsi temptasset, non irrupisset.

Hec quidem, cum praesens esset Matisconensis, in audiencia domni papae referebantur. 15 Aderant et litterae cardinalium sedi apostolicae directae pro eadem causa; ne quod factum erat ad honorem Romanae aeccliae cardinales sinerent infringere. Et cum rogaret pro confratre episcopo, dimissus est ab eo, acceptis mandatis ut iustitiae faverent cardinales, apud se ratum fore iudicium aequitatem Petri prolatum. Sicque rediit, et Pictavensi concilio interfuit.

20 Quod aggregatum est in aeclesia sancti Petri, die octavarum sancti Martini⁶², episco- Nov. 18.
 porum et abbatum numero 80. Affuit et Eduensis cum Cabilonensi, Diensis quoque episcopus, quem illo miserat dominus Lugdunensis, ut partes Augustudunensis sua vice tueretur. Advererunt et canonici adversus eum numero 35. Reputuntur quae iam in priori concilio super accusatione eius obiecta fuerant; quibus miro modo, multo documento, set non 25 probabili, ab alia parte resistitur. Manet controversia praefata; et fere a toto concilio repugnat superioris dictis cardinalium responsionibus pro usu Gallicanae aeccliae, illis suam auctoritatem in nullo infringere volentibus, nec appellationi assentientibus. Datur tamen ei locus se purgandi cum idoneis personis, sicut voluerat concilium, et hoc impraesentiarum, fol. 144.
 30 non concessa dilatione induciarum quae quaerabantur, nec admissis ad purgationem Cabilonensi, quem secum adduxerat, et Diensi, quem archiepiscopus miserat. Quod cum factum non fuisset, indicio dato, eis frustra sedem apostolicam appellantibus, rogabatur stolam reddere et anulum. Et interim ipse retro altare sedecens cum suis, nec iudicio parere voluit, nec ad consessum remeare, ut praecipiebatur, assensit. Quamobrem ab episcopali et sacerdotali est officio omnino depositus, et nisi obediret, a liminibus sanctae aeccliae segregatus; omnesque qui ei ulterius ut episcopo obedient vel reverenterunt, aeterna maledictione multantur, vel qui ei openi ferrent in pertinacia persistendi. Quid autem intercesserit, quod cum Turonensis archiepiscopus, et Redonensis, et alii quamplures cooperatores se primo optulerint defensionis et adiutores purgationis, quia erant de provincia Lugdunensi, in tempore se necessitatis substrinxerint, reticere non debemus. Ubi audierunt canonici nostri, id ab eis 35 praesentari personae illi cuius ignorabant vitam et mores, solliciti ad eos conveniunt, privatim contestantes et publice, ne attaminarentur communione illius nec dicendi sacramenti, immo periurii, quorum purgatione eadem certissimum erat periculum, si tamen purgatio dicenda esset criminis exaggeratio; asserentes si non adquievissent, se quotquot erant canonici, periurium eorum ratione et sacramento declaratueros, et iudicio ignis probaturos. Quod 40 dictum ab incepto eos prohibuit, maxime quia videbant viros tantae auctoritatis et nobilitatis rationem suam evidenti assertione et documento probabili astruere. Et de ea quidem ita series habet. Ipsa vero quamquam depositus, quamquam a consortio et communione aeccliae sequestratus, stolam retinuit et anulum; bona tamen episcopii clerici providebant et disponebant, quod et nunc usque faciunt, omnimodis id egre ferente archiepiscopo, quod extra voluntatem suam et accusatus et iudicatus depositusque fore a se sacratus episcopus, querimonia extra provinciam ventilata per manus legatorum, nec ad se, qui metropolitanus et primas erat provinciae, infra provinciam relata secundum scita canonica. Ad quod tamen exequendum, et ita ut actum est peragendum, iustae eos rationis evidens adduxit necessitas. Etenim 45 cum in ipso primordio scandali cardinales advenissent, hortatu et precibus eiusdem pseudos⁵⁵ cf. epistolam legatorum ad Lambertum Atrebatensem, Mansi XX, 1125. Vide ibidem acta concilii a. 1100. non integra. K.

100. episcopi ad componendam pacem aeccliae, quae foeda dilaceratione sed necessaria scindebatur, Aeduam in festo sancti Nazarii venerunt, et audit a partis utriusque sententia tanto favore prosequuti sunt, et tuebantur vices illius, quamquam iustitia canonieorum parti favaret, ut de maxima dissensione ad pacis unionem rediretur, et talis eos concordia sociaret, cui quavis egra a canonicis assensum esset. Quae cum tandem obstinatione eius in iritum de ducta fuisset, ab eisdem post capitulo abnegata in iustitiam, ad audienciam metropolitani et iudicium eius, de communitatibus dilapidatione unde agebatur, vocatus est. Quod respuit, et de priori benignitate cardinalium confidens, ad designatum Valentinense concilium eos ibidem responsurus et satisfacturus invitavit, et nolentes ite coegerit invitatione sua, illis et pro publico dampno communitatibus eorum illato et pro privatis inuriis hominum eius reincidentibus, 10 et apertos se inimicos ex hoc maxime, quia de rebus domesticis ad concilium et extra provinciam vocabantur, protestantibus. Dolenda hominis miseria, qui nullum umquam dilexit, a nemine dilectus est, nulli in se peccanti ignovit, nulli post iram remissionem tribuit, in sola pecuniae aggregatione spem suam omnem constituens. Non credatur nobis, si non in hoc vox una consonat omnium. Nec nostrum est, etsi lesi sumus, lesionis maledicto talionem 15 rependere, qui scimus in nos peccantibus nos debere ignoscere; sed nec congruit veritati et pietati aecclasticae, de his quibus in se peccantibus ignoverit, falsa pro veris concinnare, quia vera dilectio a fide veri nescit deviare. Tribuat illi Dominus, ut quia ceptis suis omnia adversa responderi videt, non adiciat ut similem principio finem faciat, sed speret in nomine Domini, non in incerto divitiarum, et innitatur super domino Deo suo. Amen. 20

Et quoniam viros virtutis memoriae commendare gratissimum omnibus et utile arbitramur, non ab re videtur nobis, si zelum horum legatorum contra impudicissimum Philippi regis Francorum adulterium, secundae Ihezabelis beneficis a vero et iusto, utili et honesto depravati, paucis explicemus. Nec indignetur erga nos quispiam, quod quasi regia a nobis carpatur vita, aut laceretur tantae maiestatis vel nominis excellens auctoritas. Non est nostra voluntatis aut studii, in his vel tempus expendere vel studium atterere; sed virorum facta fortia, quae sine illis, quorum comparatione fortia sunt, et cum quibus decertatum est, memorari aut vix aut nullatenus possunt, a nostro non patimur alienari labore, ut si fortia audere nequimus, saltim fortium bene acta rimemur. Si sileat scedula, tota conclamabit Francia, immo totus Occidens una intonabit fama, quod rex legitimo abdicato matrimonio, 30 regiae stirpis uxore repudiata, thori fide violata, regii cubilis decorre obnubilato, regii germinis splendore obfuscato, comiti suo Andegavensi uxorem subripuit, militi utique suo cui fidem promiserat, et carnis consanguinitate propinquum: adeo ut ex una parte in tertio, ex alia in quarto propinquitatibus sanguine necterentur, et federa conjugii, que ne dirimerentur regalis gladius ultor hactenus inhibuit, impudica et incontinentis regis dissolvit lascivia, impudica et 35 irreverens, scindenda et dirimenda tot annis violat obstinatio. Verum quid mirum, si in fluvio seculi, in torrente fluoris regii, Leviathan antiquus quem absorbeat invenit; qui in descensu Iordanis preciosa et electa rapit, in ordine episcoporum qui praeesse debent ipsos praesidentes sibi substernit? Rex regiae castitatis osor, regii thori violentus effractor, dia- 40 dentis regii procax conculator, etsi potuit reginam a thoro et corona indebitate deicere, non poterat adulteram in solo regni benedictione firmare, nisi in ordine episcoporum complices sibi invenisset, vel sibi ipse miserabilis desperatione promovere fecisset, qui voluntatis eius executores, et reginae novae novi forent sacrae. O impudentia! o miserabilis dispersio 1092. lapidum sanctuarii in capite platearum! si regina immerito abicitur, quid est quod adultera, quod cognato iuncta, marito reclamante vimque passo, subintroducitur? Si vis regia ins 45 1093. 144. abnegat, fas subruit, nefas attollit, quid rogo est, quod nefas benedicuntur, et in templo sacrilegium attollit, adulterium sacatur, impudicia promovetur, et hoc per manus episcoporum? Nequius hic aliquid video, quam in tempore beati papae Nicholai in Tietberga regina repudiata et Waldrada adultera subintroducta a Lothario, Lotharii imperatoris qui monachus factus est filio, quia etsi ibi fallax episcoporum iudicium, si reginae innocentia deiectio, si 50 legitimis thori divortium, si pelicis exaltatae intra regales aulas prostibulum, non illa tamen viro iuncta, non a latere viri, consanguinei et militis rapta, non in ea nuptiarum utrimque sunt federa violata, sed-concubinariae oblectationis antique gurges inexplicabilis intemperanter memoriae reductus, dum concupiscentiae querves laxat habenas, nec scit revocar solu-
a) exaltatam primo scriptum fuisse videtur. 55

tas, sibi mortem, regno horrorem, episcopis calamitatem, optimatibus miserabilem induxit necem et confusione. Hic omnia confusa; omnia horrentia, unum diabolico astu et malignitate corrupta. Invenit, inquam, rex iste in episcopis, quos sibi sociaret, quos tanti sacrilegi ministros efficeret, Philippum Trecensem episcopum, et Walterium Meldensem; cui ob hoc episcopatum dedit, ut sacrationi, cuius Trecensis esset operator, hic foret consentaneus et minister. Sed quid succenssemus episcopos, quibus pietas apostolica errati tribuit remissionem? Multa hii a domino episcopo Lugdunensi tunc temporis legato Romanae ecclesiae coerciti invectione, multa nisi ipsi sibi praecavissent multati fuissent severitate. Sed, ut praefati sumus, Romana pietas et errata donavit et remissione sua infamiam superavit. Adeo ut compelleretur archiepiscopus datus a Roma sibi litteris, utrumque in communione susciperet et osculo. Quod ex quo pietatis fonte manaverit, querat qui volet, et si potest intelligat. Regem quoque ipsum pelicis suae prostitutione superbum, a reprobatione eiusdem coniunctione sequestrare temptavit, interdicta illi corona nisi obediret. Sed nescit impietas mala ^{1094.} quae fecit, nisi cum pro eisdem peccatis caepitur iam puniri. Dic de his tractatum est, sed ^{1095.}

renuit apostolico mederi antidoto, cui veritas et iudicium ad arbitrium pendet feminine; usquequo Urbano papa decadente Paschalis succederet, et has aeccliae columnas de quibus agitur, ad Gallias destinaret, quos iure columnae aeccliae dictos ex ipsa sui firmitate et inconcussa animi virtute, qui opera eorum solerter intuetur, colligere potest. Hui post concilium Valentipum per se ipsos rege convento, cum nullam in verbis vel actibus eius correptionem vel penitentiam, fodiendo circa arborem infructuosam et cophinum stercoris aggregando, repperissent; non passi tantam videre in aeccliae catholica ignominiam et conculationem, membrum putridum in concilio Pictavensi a compage corporis Christi gladio anathematis praecidere non metuerunt. Aderat ibi comes Pictavensis, summa prece eos depescens, ne dominum suum excōmunicarent. Aderant et episcopi identidem facientes, et cum non impetrarent quod volabant, a consesso et loco concilii, idem comes et sui minas intendendo, aliqui quoque ex episcopis, multi ex clericis, innumerabiles ex laycis exierunt. Sic ordine turbato, pace in tumultu versa, illi remanserunt qui Finees zelum imitari gestabant; et sicut ille scortum Zaaniae cum Chorami Madianita gladio pupugit, furoremque Domini placavit, sic et isti, non veriti fremitum perstrepentium, adulterante regem cum adultera quem corrigerre nequerunt, pugione excommunicationis perfossum, vitae, quae in Christo est, extorrem reddiderunt. Hoc autem actum est, quando iam erat solvendum concilium. Iamque laus Christi in ore eorum qui astabant pro dimissione concilii, ut moris est, resonabat, et aestus turbae tumultuantis ut fervor maris incandescebat pro domini sui regis excommunicatione insanientis, cum quidam et populo in superioribus consistens aeccliae lapidem iecit, cardinales ferire volens, cuius ictu clericus quidam qui astabat capite illiso prostermitur. Sanguine manent^a pavimenta, clamore confuso domus impletur, furore et insania intus et extra ministri satanae debachantur. Manent columnae Christi immobiles, mortem si Dominus iubeat intrepidi opperientes, et ad saxa volantia mithris ablatis capite nuda retengentes, nec aliquando a laude Dei et praedicatione veritatis reticentes, quod voce prosequuntur erant, sanguine confirmare, si sit necesse, gestientes. Quorum constantia devota et devotione constantissima furentium facta est repressione et ad penitentiam cordium inclinatio. Adeo ut comites et quotquot antea grassabantur in confusione eorum humiliati sint in conspectu illorum satisfactione praemissa et praetenta obedientia.

Tractatum est in concilio eodem de expulsione abbatis sancti Remigii iniusta et Burghardi substitutione illicita, et cum diu re ventilata conversatio eius sancta, introitus legitimus, promotio atque sacratio inventa fuisse autentica et canonica, quae etiam litteris domni papae Urbani robورابatur, quibus merito fides adhiberetur, cum iam ipsa etiam pars inimica restorationem eius non reprobaret: pro quibusdam litteris confictis, quasi a sede apostolica directis, in quibus cardinales nec stilum Romanum nec pergamenum Romanum agnoscabant, maxime cum in fine earum subscriptum foret: *Valete;* quod Rouana non habet auctoritas, pro illis inquam confutandis iudicatum est ad sedem eundem apostolicam, quibusdam qui primo appellaverant, nec concessum erat eis, id egre fermentibus; quibus tamen evidenti ratione responsum est, etsi satisfactum non est.

Quantam autem fidei frugem virilis illa propugnationis coelestis seges attulerit, hinc colligi potest, quod postea cum apud urbem Senonum rex cum regina sua per 15 fere dies ^{a) ita c. loco mansut.}

³³ remoratus fuisset, clavis tota urbe aecclieis, nulla facta est ei christianitas³³, in tantum ut Ihezabelis furor usus novitate profana manus impias in Deum extendens, missis apparitoribus aecclieis frangeret, et in ea sibi missam a sui similibus dici cogeret. Ve humanae impudentiae! Inerubide servilis et non regii animi cavillatio, Romana usa levitate, nunc usque reginam suam tuerit, et dedecrosis amplexibus erroris et impudicitiae estibus succensa, 5 corona dignitatem dedecorat; et cum olim ad exorandum Deum gentiles reges, et absque iugo leges dederint, et blasphematoribus seu contemptoribus Dei vindictam intentaverint, hic regni Francorum propagator, christianae legis propugnator, contraria praeceptis praedecessorum peragit, legis sanctae et Romanorum pontificum statuta convellit; et quod peius est, eisdem patriconiatis, si dici licet quod pudet, ignominiae sue defendit causas, excusationes praetendit, et a quibus cogi debuerat ut respiceret, eisdem faventibus admonetur, ut iniquitate perdure. *Agi hoc Romaque** avariae gurges inexplebiles, qui dum nequit expleri, novit resecanda tueri. Verum de his ista sufficiant.

fol. 145.
1161. Anno inc. dom. 1101. Iohannes Tuscolanus episcopus a papa in Angliam missus est propter censem beati Petri. Hic canonicus Sancti Quintini Belvacensis regularis, professione 15 violata, habitu deposito, ad seculum reddit; et cum improperium ferre requiret, Becci monachus factus, cum esset natione Romanus, papa Urbano ad Gallias veniente, familiaritatem eius adeptus est, Romamque reductus, et defuncto Laviano episcopo, cum iam de abbatia quadam muneratus esset, denum de abbate in episcopum promotus est. Iam Romam cardinales redierunt, sententiam depositionis factam in Eduensem invasorem palam confirmantes, et 20 testimonio authenticis canonicanam eam pronunciantes, cum a domino Lugdunense hoc eorum factum improbaretur palam et publice. Hunc Ierosolinam euntem praedictus Tuscolanus

³⁴ sive Labicanus episcopus invenit in itinere³⁴ cum Cabilonense et ipso Eduensis ecclesiae invasore, et absentibus accusatoribus extra provinciam purgationem Eduensis suscepit, Lugdunensi prosequente, et iuramentum eius ita confirmante: *Credo Norigaudum istum Eduensem episcopum vera iurasse sicut me Deus adiuvet*, Cabilonensi quoque in id consentiente, et idem iurante. Ego miror, gravitatem tanti viri, pro ingenita sibi bonitate et honestate fama ubique celebrati, cuius inadulatam constantiam Gallicana veneratur aecclieis, ita ab uno homine potuisse decipi, ut nunc usque partes illius manu teneat tueatur et protegat, et fere solus sit in nostro orbe, qui de illo homine bona et recta sentiat, cum sententiae eius huic 30 omnium fere etiam absentum et ignororum repugnet generalitas et generalis unanimitas. Additur et hoc miraculo, quia cum ante ordinationem illius infastam venissent ad eum bona memoriae dominus Hugo abbas Sancti Martini Eduensis, praepositus quoque eiusdem Eduensis ecclesiae, et archidiaconus Signius, et electionem illam symoniace factam approbassent, decania, archidiaconia, praecentura et aliis quibusdam aecclieasticis officiis pro 35 missis et datis, ut nunc potis est apparere, verba dixit esse ex odio fonte manantia, coegitque viros ab incepto interim silere, dum voci illorum renuit aurem accommodare. Adeo ut eos etiam fecerit eidem ordinato professionem facere, quem culpabant de tam manifesta ambitione; promittens, si symonia illa effectui manciparetur, se aliter loquuturum; nunc de occultis alieni cordis non debere temere iudicari. Et ne aliquis esset, qui ordinationem illam 40 a se factam improbaret, eandem professionem, quam illi fecerant, omnes canonicos qui convernunt promittere fecit, et eos qui domi remanserant idem agere mandavit, cum in primordio electione eidem omnino obstitisset, qui semper canonici repugnasset decretis, in duabus aecclieis praelationem optinendo, scilicet archidiaconias duas, cum non esset diaconus, nec esse vellet, et cantoris officium.

43

Ea igitur suscepta purgatione, praefatus Iohannes Aeduensem secum reduxit, Lugdunense Romam tendente, ubi et canonicorum Eduensium aliquos invenit causam suam agentes. Excommunicaverat enim eos idem post discessum cardinalium, quia se dimisso apud Romanos iudices accusationem retulerant, et quia bona aecclieiae pro hac dissensione, dum quod ceperant ad perfectum elaborant deducere, aliquantulum distraxerant, et quia de his votati ad 50 iudicium, audientiam eius, quem sibi inimicari cognoscebant, non receperant, et quia dominum episcopalem sibi reddere solebant. Unde Romae questione habita, et ipsi a papa absoluti pronuntiati sunt, et domum cum litteris apostolicis remissi, Lugdunensi cum Dieni

a) vox a Labbeo praetermissa.

33) i. e. missa. 34) Hugonem post 4. Id. Mart. anno 1101. iter ingressum esse docet charta Gall. 55 christ. IV, 107. K.

Iherosolimam proficidente. Norigaudus vero Eduam veniens cum Iohanne, apud Sanctum ¹¹⁰¹ Martinum hospitatus, a canonicis susceptus non est; in eodem tamen coenobio missas celebrabat, crisma fecit, et ministerium sacerdotale attempare non timuit, parvipendens quid cardinales in eum intentaverant, et de tuitione archiepiscopi et pietate apostolici et sua liberalitate confidens. At vero cardinales in sua sententia permanentes, quod factum erat publice reprehendebant, quod non esset canonicum, sed ab aequitate Petri alienum; et ob id a familiaritate et consilio papae se subtraxerunt, ita ut Iohannes, Roma relicta, Papiae etiam nunc remoretur, regulariter degens cum fratribus in ecclesia, de qua ad palatium raptus erat. Benedictus vero in titulo suo remoratur, a curiae consilio se removens, et quod dampnabit improbans. Ita turbata Eduenae ecclesia, Norigaudus Flaviniacum ivit, et Gyrdum aliquando priorem Coliceensem contra interdictum capitulo Eduensis ibi abbatem constituit, mercede pertinaciae suae in hoc etiam consequutus, ut omnia diebus suis in pennis vergi videret, sicut et de ecclesia sancti Martini religione exturbavit, et secularitatem introduxit eum ibi ordinans, quem nomine tenus dominus archiepiscopus interdixit: sic et in hac summa infelicitatem de dispersione et destructione ordinis consequutus, non intelligens quod dicitur in Sardicense concilio cap. 4: *Cum aliquis episcopus depositus fuerit eorum episcoporum iudicio, qui in vicinis locis commorantur, et proclamaverit agendum sibi negotium in urbe Roma, episcopus in eius cathedra post appellationem eius qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit iudicio Romani episcopi terminata.* Ita Norigaudus indiscretus, inauditum, indempnatum me, Eduensis capitulo audienciam et Lugdunensis appellantem, et cum ad hec non admitterer, Romanum etiam appellantem, et ex parte Dei et beati Petri et papae ordinationi illi contradicentem, quantum in se fuit deiecit, et ipse quod quesivit invenit. Nunc igitur si iuste, si canonice egit, letetur in pastore quem constituit, et in grege cui tam idoneum pastorem providit; sin aliter, egrediatur ignis de Norigaudo, et devoret eum cum suis; egrediatur ignis de Gyrido et sibi commissis, et consumat Norigaudum cum ordinationibus suis.

Post hoc missus est legatus in Franciam Milo ex monasterio sancti Albini³⁵ ^{a) 35} episcopus. Hic fecit, ut infra civitatem Norgaudus recipereatur, et quandam concordiam inter eum et canonicos fecit; fecit etiam ut in capitulo Cluniacensi suscipieretur, et episcopus accusato clamaretur, facta in eodem capitulo cessione quarundam ecclesiastiarum numero ^{b)} absque laude canonorum, et eorum qui erant cum eodem Norgaudo, et eorum qui contra eum venerant causas acturi in praesentia legati.

Anno inc. dom. 1099. obiit Urbanus papa, successit Paschalis. Obiit etiam Willelmus ^{fol. 145^c} junior rex Anglorum. Quo etiam anno in Anglia fons verum sanguinem oolidum et putentem ^{1099, Aug. 2.} manare visus est. Ad quod spectaculum cum fere tota insula cucurisset, insolita rei novitate stupefacta, rex praefatus advenit, et vidit, nec tamen ei profuit vidisse. Autumabat vulgus promiscuum, portentum istud mortem regis portendere, quod etiam ei dicebatur a referentibus; sed homo secularis, et in quem timor Dei non ceciderat, voluptatibus carnis et superbiae deditus, divinorum paeceptorum contemptor et adversarius, qui tamen satis regni fuisset animi, si non Deum postposuisse fastu regni inflatus, nec cogitabat se moriturum. Ideo cum temporibus eius miranda in Anglia contigissent, Domini recordatior non est, immo nec sui ipsius, cum etiam quibusdam revelationibus, quae tamen ei non profuerunt, ad Deum converti moneretur, quibus nec obedivit, pena quae ei iudicio divino intentabatur perterritus. Impletum enim erat in illo quod dictum est: *Peccator cum venerit in profundum malorum, et Prox. 4^{14, 3.} contempnet.* Et quia Deum deseruit, sanctam ecclesiam opprimens et eam sibi ancillari constituens, a Deo quoque derelictus est; in silva, quae adiacet Wintoniae³⁶ civitati, dum venerationem exercet, sagitta a quodam percussus, quo lethali vulnera decidit, et examinatus est. penitentia et communione carens, et apud eandem urbem sepultus. Temporibus eius ventus vehemens de flumine Tamisia exurgens edifica plura destruxit, nec aliquando tantus turbo ventorum sevientium illo auditus est. Hic irruens monasterio sanctae Mariae in civitate Londoniae constituto, ubi hec acta sunt, tectum omne deiecit, trahes novem numero uti erant compactae, distantibus inter se spaciis insimul arripiens, longius asportavit usque ad forum

^{a)} *cathedrae locus vacuus.* ^{b)} *numerus vacat.* ^{c)} *reliqua paginae vacant.*

³⁵⁾ scilicet Audegavensis. ³⁶⁾ Winchester.

1100. passus fere 50, et in eodem foro, quod dictu quoque incredibile est, ita distantibus equaliter spaciis ut erant compactae, terrae capitibus in ima demersis, infixit, ut vix cubitus unus de tanta earum longitudine foris appareret, quod et permanet usque in hodiernum diem. Quadra tamen super muri altitudinem sitos, supra quos tectum stabilitum erat, usque ad septem miliaria evolare fecit, quod nunc usque cernere possibile est; fuit autem circa horam diei 5 nonam. In eadem etiam aeclesia iacebat quidam editus cum alio quodam in lecto uno, et inter medium eorum, cum iacerent distante inter se spacio, una trabium vento acta per medium lecti terram intravit, ut vix summitas eius appareret, nec lesit iacentes, nisi quod timore pene examinati sunt.

In eadem civitate sparsa et populosa, cum essent multi canes ad observandas domos, to qui quanto breviores sunt corpore, tanto sunt acrior et ferocioris naturae, nocte obtenebrante ante domum maioris aeccliae sancti Pauli congregabantur, ita insistentes transeuntibus, si quem forte offendissent solum aut impotentem aut sine baculo, ut nullus auderet absque comitate vel defensione per locum illum transire, praesertim cum iam plurimos moribus attricassent; et singulis noctibus ad huiusmodi excursus ferebantur. Iam prope nullus 15 per illud iter agebatur, et si cui forte incumberet necessitas itineris, diverticula querebantur, cum congregati Londenenses in banno placito suo clamorem super hoc bis terque fecerunt, et cum praeceptione data, ut unusquisque canes suos includeret noctibus et custodiret, nec sic revocari ab incepto potuerint, data sententia adiudicatum est omnes debere occidi, die quoque constituta qua id deberet fieri. Quae cum instaret nocte ipsa quae diem praecedebat, 20 ita omnis multitudo canum illorum fere usque ad quatuor milia diffugiens, non comparuit, incertum an in mare se iecerint, ut nullus inveniretur qui diceret quo abiérint, vel quid facti fuerint; et ita civitas liberata est.

Pudet referre illud inauditum seculis omnibus monstrum, quod tunc temporis in eadem insula contigit; sed reticendum non est, ut quicunque audierit, timiant aures eius, et obstruunt pescat, et erubescat talibus involvi, quibus nullus unquam irretitus est, nisi qui a Deo derelictus in reprobrom sensum traditus est, hominem dico masculum a masculis impregnatum, et monstrum illud cum dedecora concretione usque ad quaedam linimenta corporis humani perductum, et hominem illum, quod detestabilis est, clericum de capella regis, Petrum dictum, per annum integrum et eo amplius hoc portentuoso et ignominioso onere dehonesta- 30 tum, et usque ad mortem perductum, cum ille palam et publico confiteretur peccatum suum, quod si vellet, celare non posset, et aperiri sibi uterum ad detrahendam et eruendam informis prodigii sarcinam deprecaretur, nec impetraret, ad hoc usque ingravescente et recrudescente insania, cum feminis pati cogeretur, et natura repugnaret, perductus est, ut mori ei necesse esset, ignominiosam mortem de ignominiosa vita consequutus, et extra cimitium absque officio christianis debito, suo tamen iussu et petitione, sepultura asini sepultus. Cuius cadaver apertum, ita in se habere inventum est, sicut relatum est. Frater hic erat Girardi, cui post rex praefatus Eboracensem dedit archiepiscopatum; cuius vita cum satis superque esset notabilis, etiam diabolus sacrificasse impetrabatur. Fuisse nimia in omnes magnates eius et amicos demonum oppressio, et in omnes ei obsequentes, nisi camerarius 40 eius, cui porcum parare et sibi clanculo afferri mandaverat, ammiratus quid vellet facere, in locis abditiioribus se oculuisset, cum rogatus fuisse egredi, illis tamen locis de quibus liber esset videndi quae ab illo operabantur accessus; et cum eum cum demone loquentem audisset, cuius tamen vocem audiens formam non vidisset, et post cum illum per necessarias translatum iussu demonis ab illo vidisset, et post ab eo adoratum, infanda etiam quaedam in 45 conciliabulo illo audisset, cum post evocato ei praeceptum fuisse instruere convivium, convocare omnes quotquot posset ad epulum, et de illo porco omnibus omnino praelibationem quandam parare, ut nullus esset qui non gustaret, ille porcum terrae infodisset, et de alio quod praeceptum fuerat implere studisset: illo ita ut praeceperat factum fuisse putante et credente, nisi a daemone instructus fuisse, a quo, quidquid camerarius fecerat, publicatum 50 ei est. Qua de re cum camerarius impeteretur, et capi mandaretur, ille qui hoc timens sibi praeccaverat, gladio educto sese defendendo dominum venit, et consenso equo quem paraverat, ad regem Heinricum Willelmum successorem confugit, cui omnia retulit, paratus quod dicebat ut iudicatum fuisse approbare. Hec et alia quaedam monstruosa ferebantur hoc anno de eo per totam insulam, quando ibi fuimus, et dies quo de his et aliis disceptatio haberetur, 55 et iudicium darebatur, constitutus erat, quem tamen non expectavimus. Hoc tamen de eo omni-

bus notum erat, esse eum malae vitae et omnino episcopi officio indignae, quae a puero 1100.
impura exitisset, nec aliquando emendationem suscepisset. Quo etiam anno inundatio san-
guinis a praefato fonte manare dicta est, quam tamen non vidimus. In capella autem omni-
bus diebus dominicis sive festis sodomitae excommunicantur. Alibi quoque enixa est vacca fol. 146.
5 fetum informem bicipitem, quadricornem, admirari quis posset tantam rerum novitatem,
nisi, quod mirabile, Dei pacientiam tanta hominum crimina et peccata tanta patientia susti-
nere, ut iam pene carus sit qui credat Deum aut rea humanas curare, aut in malefactores
vindictam exercere; ita cernimur omnes in iniquitatibus effundere. Quid enim nunc in mundo,
nisi omnis iustitiae exinanito, omnis iniquitatis et abominationis inundatio? Sed nos inte-
10 rim hec tristia seponentes, paulo superiora repetamus et quod dulcescat spiritu Preferamus.

Non autem praetermittendus a nobis est dominus Hugo abbas Sancti Martini Eduensis,
qui ad eandem ecclesiam in pristinum statum ordinis et religionis restituendam de ecclesia
Divionensi raptus, et inibi pastor institutus, cum multa adversa passus fuisset, et nec nocte
nec die requiesceret, cum etiam de monasterio expelli ad horam quos secum adduxerat a
15 Divione vidisset, et post securi percussus pene cerebro vacuatus esset, indefessus perstinxit,
et novissime, ut dicitur, veneno vitam finivit, bravium beatae perennitatis adeptus. In cuius
obitu omnis illa religiositas cepta deperit. Quis autem eius successor institutus sit, referre
supersedeo, quia ad iniuriam domini Lugdunensis referri potest, nec sine eius nota dici; cum
ille, quem ipse nomine tenus, ne intronizaretur adhuc abbate vivente, interdixerat, ut dicitur,
20 hic eo sciente, eo suscipiente, eo annuente ordinatus est. Sed hec interim.

Anno igitur praefato ab inc. Dom. 1099. dominus et pater noster Rodulphus abba post 1099.
multa peregrinationis et laborum pericula, cum ad eternae repausationis vocaretur gaudia Mart.
repromissa, in quadragesima infirmari cepit. Morabatur tunc apud Flaviniacum villam, hone-
stam et optimam monasterii cellam, vel propter incursum occupationum vitandas mole-
25 stias, vel ut liberius spiritualibus intenderet theoris et filiorum utilitatibus. Et quamvis gra-
vissimas infirmitatis corporeae artaretur anxietatibus, pernox tamen in orationibus et vigiliis,
divinis intererat officiis, diurnale seu nocturnale officium ante se religiosa devotione cele-
brare faciens, et ad missam semper in oratorio sustentatione obsequuntum fultus iens; ubi
vero immensitate doloris et infirmitatis lecto in totum decubuit, quod solum poterat, affectu,
30 desiderio, manibus protensis, et oculis totus ad Deum vigilabat, nec de rigore propositi, ani-
mo et fide constans, quidquam minui patiebatur. Et iam fama infirmitatis eius vicinos et
absentes, longe etiam positos perterruerat fideles, et certatim confluebant omnes, mediores,
divites, comites, duces, ipsi etiam praesulem, ut tanti viri solarentur alloquio et caritate;
damnum enim sibi maximum reputabant, si insalutatus ab eis recederet. Quibus ipse tanta
35 sedulitate, dapsilitate, industria, et caritate servire ammonebat, ut cum pene innumerabiles
cotidie confluenter, mirum videretur etiam his qui suscipiebantur, unde tanta abundantia,
tanta largitas, tanta in omni apparatu hylaris et non deficiens exuberaret caritas. Nec recu-
sabat, ut plerisque infirmis moris est, intrantium et exeuntium devotorum frequentiam; quin
potius tanto affectu et officiositate qua poterat, et gestu corporis suscipiebat, ut nullus esset
40 qui non se refectum, qui non consolatum, qui non adiutum, dum solum videre liceret, profi-
teretur. Direxerat iam Virdunum epistolam infirmitatis suae nunciaticem, et ipsi circumqua-
que miserant ad congregandos fratres qui possent venire, et qui non possent, ut sanitatem
eius a Domino experient, aut exitum eius orationibus praemunirent.

Cum igitur ad eum visendum certatim undique concurreretur, ipse omnes commonefa-
ciebat, omnibus fidem quam tenuerat et pro qua exulaverat tenendam inculcabat; dicens
45 hanc esse veram fidem, hanc catholicam et apostolicam, pro qua nullus dubitare deberet
pati adversa, immo nec ipsam mortem subire; asserens se, si vellent et oportunum fuisset,
in tam tremenda hora, cum ad Dei iudicium festinaret anima, se paratum esse quod dicebat
sacramento firmare, et pro fide eadem milies, si Deus iuberet, velle occidi. Et cum iam totus Mart. 28.
50 ad sui dissolutionem laboraret, inde tamen totus ei sermo, totum desiderium, tota affectio,
ut haec fides servaretur, haec tota virtute, tota anima custodiretur; nec aliquis ante eum
venit, qui non ad hoc commonebatur: dicens omnino dampnatos esse, quorum mens ab hac
observantia per se repelleretur, si contigeret eos absque poenitentia defungi, ut non per
penitentiam unitati corporis aecclesiae redintegrarentur. Aliquis ergo diebus interceden-
55 tibus, quasi presagias vicini sui transitus, fratres et filios quos Christo adquisierat, ante se

a) 14 lineae eraze.

1099. venire fecit, et ammirabili vultus et oris gratia de salute sua eos commonefaciens, et in Domine sperare ammonens, confitebatur, quod non bene eos rexerit, non ita paterno erga eos affectu egisset ut debuerit, quia homo esset, qui numquam in eodem statu permanet. Et cum eos satis paterne ammonisset, ut in fide recta firmi persisterent, sicut eum viderant constantes et firmiter perdurasse, et omnes stantes ne flerent manu et voce que poterat compesceret: *Ego, ait, qui patris vice et officio, licet immeritus fungor, primus vos absolvam auctoritate Dei et sanctorum et officii mihi commissi, et vos post haec patrem karissimum, sicut filii amantissimi et desiderantissimi; et sic separabitur corpore, non autem spirituali affectione. Vos praemittetis patrem, et ipso affectu deducetis ad Dominum; ego, si Deus misericordiam animae meae fecerit, quod credo et expecto, adiutor et corroborator ero fidei vestrae omnibus diebus, et mei memorum menor ero per auxilium gratiae Dei.* Hec dicens, stolam sibi fecit affiri, et cum eam collo eius imposuissent, iacentis tanta gratia et decore resplenduit facies eius, et ita aptabatur ei, ut omnes mirarentur, et nunc usque protestentur, quod numquam ita ei in tota vita sua habitudo vestimenti illius in gratia coaptata sit sicut tunc, cum omnibus diebus usque ad id tempus et horam vix inventa sit persona aliqua, cui sic conveniret ornatus et appositio sacrarum vestium sicut ei, in gratia, in honestate, in proceritate, in vultus et pronunciationis et habitudinis dignitate. Prostratis ergo omnibus, absolvit cunctos, et absolutus ab eis est. Inde sociatus omnibus in osculo sancto, cum vidisset aliquos nobilium astantes, viros religiosos et qui Deum pluris haberant quam seculum, ipsos etiam ad se evocavit et osculatus est. Stabant in partem alteram et nobiles feminae, et ipsae à seculo conversae, soror scilicet Richardi Albanensis episcopi, et alia quedam non ignobilis familie; quas cum ad se similiter evocasset, et pio patris affectu eas filias et sorores suas protestatus fuisset, dicens debere et ipsas patri ultimum vale dicere, manum eis porrexit ut eam oscularentur, hanc designans ipsarum esse deber ad eum socialem unionem, quod non sit licitum mulieres sacerdotibus iungi in osculo, et maxime religiosas religiosis. Cum igitur et ipsas ammonitas, ut his quae alii dicta erant intenderent, et scirent eadem dicta esse et sibi, a se dimissas gratiae Dei assignasset, corpus dominicum sumpsit, et totus ad Deum conversus, se et omnes pietati eius commisit, praecipiens omnibus, ut quem nominaret dominus Godezo, qui sibi assistebat, vir utique boni testimonii et religiosae conversationis, ipsum sibi ipso die tumulacionis sua per obedientiam successorem eligerent, et illi obedirent; et si alter illo neglecto et repulso eligeretur, nullo modo ei obedirent. Dicebat enim, nolle, ut quod ipse aedificaverat, aliis destrueret. Cui praecepto cum omnes se assensuros promisissent, omnes manu protensa benedixit, et clausis oculis, praeparabat se ad horam Domini venientis, ut aperiret ei, intraturus cum eo, et per eum ad noptias agni. Legebantur ante eum passiones dominicae ab eo quem voluit, et cui praecepit³⁷⁾, et cum recitaret lector quae et quanta fecerunt ei, totus in se fremebat, adeo ut crebre audiretur vox dicentis: *Inimici Dei quare hoc fecerunt? Non agnoscebant Deum vera dicentem, mira facientem? Ah! quales penas modo luunt!* Venit ergo hora quam semper optaverat, et cum paululum siluisset, oculis clausis veluti dormiens spiritum efflavit. Corpus eius lotum et curatum pia filiorum diligentia, vestibus sacratissimis ex more indutum est, et ante altare sancti Firmini piis suorum humeris delatum est, et excubii debitus, quas dictavit et potuit amor filiorum, honoratum est. In crastinum missa cum nimio luctu et ululatu omnium celebrata, ad monasterium iter aggredi maturarunt, quo se sepeliri mandaverat, quia inter filios in humili loco, sicut et praecepit et voluit, tumulari disposuerat. Ideo autem egredi acceleratum est, ne veniente duce vel comite ceteris patriae primoribus, a quibus nimio diligebatur affectu, corpus eius retineretur, et ad monasterium perferri vetatur; quod et contigisset, nisi ab his, quorum studii id erat prospicere, anticipatum esset, ut a villa elatum iam partem viae peregrisset, quae dicit illo quo erat tendendum. Occurrerat corpori honorifico turba populi diversi sexus et aetatis, et ubicumque per villas intrasset, signa pulsabantur, populus a vicis et agris conveniens venientes opperiebatur cum crucibus, thuribulis et luminaribus. Illud autem mirabilius, quod cum a longe videnter venientes funeris obsequatores, hii qui erant in agris vel in pascuis equorum, rustici boves relinquebant, equites equos ascendebant, et funus iniussi prosequabantur, et ne saltem oneri viderentur esse bautilis exequiarum, quae necessaria erant ipsi sibi praeparabant, et cum offerretur, non accipiebant. Cum tali igitur triumpho Tullum venerunt, et ab episcopo et abbe Sancti Man-

37) scriptor horum fuisse videtur.

sueti parata sollempniter processione, tota congregazione albis induita, crucibus vexillis et 1099
 diverso gloriae apparatu elatis, corpus sanctum excipitur, ante altare deponitur, et exequis
 sollempnibus honoratur. Itaque ibi pernoctatum est. Ubi illuxit, ad inissam devota fratribus Mart. 30.
 caritas accingitur, et occurrentibus certatim fidelibus, cum summa devotione in laude Dei et
 fidelium oblatione percelebratur. Expectabant ecclesiae maioris sancti Stephani canonici
 deferrri sibi glebam corporis, ut et ab ipsis exequis debitis honoraretur, et per monasteria
 civitatis deportaretur; sed ab his, quorum erat iter accelerare, permisum non est, quod satis
 egre ab episcopo et canonicis acceptum. Ea die longo ordine praecedentem et subsequen- fol. 147.
 tium, ventum est ad monasterium sancti Michaelis³⁸ super Mosam fluvium, uti tunc et
 nunc praesidet abbatis officio dominus O.³⁹ bona simplicitatis vir, innocentiae et religionis³⁹
 domicilium, de eodem cenobio, ubi vir Dei de quo agitur monachicum scema suscepserat,
 raptus ad regimen animarum! Qui etiam tanta se invicem caritate dilexerant, ut intelligeres
 quandam in eis caritatis et benivolentiae communionem et similem innocentiae et religionis
 concordiam, unde et iste illum patri debito reverebatur honore, et istum ille quadam tener-
 rima et irreprehensibili amplexabatur filiatione, utpote qui honae vitae, honae famae, honae
 conversationis erant et gratiae. Hic ut audivit patris defuncti adesse corpusculum, quasi qui
 suscepturus esset preciosissima pignora sanctorum, sic institut processione officium cruci-
 bus, vexillis, timiamatherii, ceroferariis et omni gloriae apparatu, et sic decoratis omnibus
 sericis auroque textis vestibus obvius procedit corpori totus festivus, excepto quod cum
 lacrimis et gemitu; quamquam et hoc sit festivum esse, exequias religiosorum, eorum
 maxime qui laboraverunt in verbo et opere, et de quorum vita non dubitatur, in quorum
 estimatione laus nostra non periclitatur, celebrare sollempniter in gemitu et animi con-
 tritione. Volebant aliqui reprimere impetum viri, sed qui noverat defuncti innocentiam,
 nichil nimis facturum se credebat ad eius pro Deo reverentiam. Fecit ergo nocte illa, quod Mart. 31.
 potuit et dictavit aestuantis affectus animi, et locata nave et nautis baiulis funeris per Mosam
 fluvium, ipse praesens cum fratribus, quoadusque navi impositum aspectui subducetur,
 dirigit Virdunum, omnibus trito calle gradientibus, et psalmodie officium non deserentibus.
 Ventum est igitur ad quandam villam Giniscort nomine populosam, supra praefatum alveum
 sitam, tribus leugis ab urbe longe positam, et illis remorantibus aliquantulum qui per sinuo-
 sos et reflexos fluminis anfractus corpus deducebant, cum illi iam venissent qui exequias
 deducebant, et remigantes expectarent, vellent etiam et ammonerent clericos villae, trium
 scilicet aeccliarum, ut corpori obviam euntis funebria iusta persolverent, sicuti et alii fece-
 rant etiam non ammoniti: maligna quedam et indigna obientes sacerdotes, numquam ad
 id cogi potuerunt, ut consueto iure humanitatis orationem progredientes darent; sed ma-
 lignum eum asseverantes, eum esse, qui erga episcopos rebellione uteretur, ipsos sacerdotio,
 imperatorem regno quasi detrudere moliretur, conclamabant beatam esse horam funeris eius,
 in quo omnis rebellionis et dissensionis occasio desperisset. His ita garrulitate rusticana per-
 strepientibus, corpus pertransit, prosequentum turba ceptum iter prosequuta est, rusticano-
 rum vesaniam ultione divina evestigio, consequente. Cum enim hec se fecisse gaudent, et
 quadam superba levitate recte se fecisse applaudunt sibi palam et publice, impenitentes ignis
 ulti invasit, et totam villam incendio ab integro concrematam necdum mense exacto fuisse
 constat. Non credent his, qui non credunt Deum vindictam retribuere in hostes populi sui,
 sanguinem servorum suorum paratum ulcisci. Iam ad monasterium nuncius adventantium
 exequiarum praecucurrerat, iam grex filiorum patri pie devotus in occursum corporis appro-
 pinquantis longo processu se proriperat, et praetergressa civitate ad suburbium ultramura-
 neum opperiens venientes in aecclia sancti Victoris conseedebat. Erat in eadem congrega-
 tione frater aliquantae utilitatis, si scisset reprimere motus animi indignantis, et appetitus
 frangere carnis male blandientis, ut quod plerumque male cepera bene nosset dimittere;
 qui et ordinatione eius in initio, in medio et in fine semper exitit contrarius, et omnibus
 prope factis eius et praecceptis seu constitutionibus erat adversarius; sed quod destruere non
 poterat, quia aliter nequibat, egre videbatur assentaneus. Erat etiam, ut videbatur, et ut
 dererat, infirmitatibus carnis aliquantulum praepeditus, sicut plerumque assolet ex indignatione
 et adversa habitudine seu passionibus hominis interiori exteriore corrupti et in-
 dignari; dum non est qui medicamentum adhibeat, aut malagma plague liveni imponat,

55 38) S. Mihel. 39) Odelricus.

^{1099.} Mart. quod illi quam maxime contingit, qui passiones animae patri spirituali differt confiteri. Hie, dum alii accinguntur expeditioni, qua patri obviam eant, operam dare dum conantur et necessaria praeparant, ad priorem accedens causas infirmitatis enunciat: non posse se iter illud confidere autum, ut remittat exorat. Prior tergiversationis eius non ignarus; quo pede claudicaret bene sciolus, nec concessit nec abnuit, sed ei totum imposuit, ut ipse videt ret quid ageret, negotium istud dicens inter Deum et ipsum constare, qui cordis videtur occulta; praecaveret ipse sibi, si vera esset impossibilitas quam praetendebat. Deum paratum ulisci, omnem dolositatem inobedientiam et mendacium; se super se nichil horum accipere, sed Deo et ipsi totum imponere. Itum ergo est, illo remanente, et omnem illum pro mortuo apparatum quasi graviter ferente. Sed qui ad patris ire distulit exequias, ipse eo qui sibi confessionem daret, viaticum porrigeret, morienti exequias faceret, obsequio caruit: subita et inopinata morte defunctus, ut etiam post mortis eius maximum intervallum vix adveniret qui funeris eius iusta persolveret, Deo in hoc etiam servi sui iniurias ulciscere. Fratribus igitur, ut ad rem redeamus, in aecclisia sancti Victoris corpus patris operientibus, episcopo vero cum clericis et diverso, ut in talibus assolet, apparatu ripae fluminis astantibus, nautae adveniunt cum corpore; et tota urbe certatim occurrente, ut ex concertatione affectum omnium erga mortuum intelligeres, funus excipitur; et congregatiibus praecedentibus, ut moris est, crucibus et reliquo apparatu circa corpus remanentibus, ad aeccliam maiorem sanctae Mariæ iter protenditur, tota urbe signis pulsantibus. Videre erat suburbanos homines, et etiam rusticanos, compati doloribus monachorum pro sua destitutione merentium; et ex compassionie in vocem cum lacrimis erumpere, et dicere: *Boni monachi, non amplius recuperabis patrem tam piū, tam amantissimum; merito doletis, merito tristamini.* Quod ideo erat mirabilis et ad divinitatis laudem honorabilis, quia qui aliquando ab ineptis et minus sapientibus subversor legum et patriae pro dissensione regis, quia nolebat communicare destructoribus sanctarum constitutione divinae legis, appellabatur, hic nunc ab omnibus in commune et absque detractione pater civitatis et patriæ, et qui non amplius recuperari posset, vir consilii, murus et scutum domus Domini pronunciabatur, ut lacrimae et gemitus dictorum fidem astruere videretur.

Sic deductum corpus a filii et ab omni fere populo civitatis, a canonicis occurrentibus infra monasterium sanctae Mariae excipitur, et post exequias de more celebratas missa generalis cum oblationibus celebratur. Dehinc ad monasterium sancti Vitoni processio dirigitur.

Præcesserant autem fratres eiusdem coenobii, postquam corpus patris a canonicis susceptum est, et quasi patrem recepturi quem eternaliter essent habituri, sic se competenti more adornaverant, et ita caverant, ut canonicis egredientibus portam urbis, ipsi in suo suburbio occurrent, et corpus honore condebito suscipientes, eisdem comitantibus cenobio inferrent. Post quod a canonicis discessum est, et a filii quae iusta sunt corpori propensius exhibita sunt. Ita omnia ordinata et composite provenientes, ut palam dareetur intelligi, quod quia ipse, cuius erat funus, ordinata vixerat, honesta et ordinata se habuerat, omnia quae ei competebant, ordinata et composita a Deo ei providerentur. Nam et cum de petra qua claudi debebat ageretur, et vix inveniri posse videretur, ad locum ubi inveniri putabatur artifices directi, prima irruptione seu aditu terrae quinque petras excavatas invenerunt cum operculis, quarum quae dignior et maior et habilius visa est, receptui corporis beati aptata est. Dicebant aliqui, ut iuxta dominum Berengarium episcopum, qui institutor fuit cenobii, ante altare scilicet sancti Firmini sepeliretur, pro eo quod monasterio, ubi preciosum corpus eius quiescit, vita excesserat; sed quia locus ille a conspectu congregationis nimium remotus erat, ante altare sancti Benedicti, iuxta dominum Dadonem episcopum, ubi etiam dominus Humbertus primus eius loci abba requiescere dicebatur, sepultura eius iniciata est. Qua ope-

Apr. 1. rose accelerata, in crastinum congregata est omnis civitas ad sepeliendum eum; et missa dicta, sermone dato, terrae redditus est, resurgendus in gloria et nobiscum semper spiritualiter conversatus; quod et ipse promiserat, dum suos, qui praesentes aderant, ad Deum iturus, Deo, cuius erant, qui sibi eos commiserat, assignaret. Cui et hoc digne potest in meritis ascribi, quod apud Deum vivens optimuerit, ut inter sepultra episcoporum 25 sepeliretur, ubi praeter dominum abbatem Richardum, et praefatum Humbertum Ermenricum quoque aequo abbates, dominum quoque Bernerium urbis præpositum, cui pro suae sanctitatis merito sepultura illa concessa est, nullus sepultus invenitur, cum locus ille ducum, marchionum, comitum aliorumque procerum sepultura insignis habeatur.

Apr. 2.

Expleta igitur sepultura, ad consolando fratres in capitulum venit episcopus cum abbatis et cleri primoribus; et cum habita tractatione de morte patris, ad eligendum successorem qui esset idoneus commonerentur, cuius protelatio religionis et honoris esset diminutio, maxime cum constaret defunctum paecepsisse, ut die eodem sepulture sua successor sibi eligeretur, de capitulo egressus est episcopus dans oportunitum locum fratribus, ut de patre sibi paeponendo licentius ab eis tractaretur. Et cum omnes exissent, et hii solum ad quos pertinebat electio, remansissent, et terrae prostrati 7 psalmos, cum orationibus, quarum initium est: *Adsumus, sancte Spiritus, peccati quideam immanitate detenti, sed in tuo nomine congregati, decantassent, ubi assurgentess resederunt, et a priore ammoniti essent, ut quem idoneum iudicarent eligerent; se si idoneum nosset electum, paratum electioni assentire: assurgens suprascriptus frater bonaee vitae et testimonii ante conversionem et post conversionem, f. 148* fideles orationes toto conventui ex parte domini abbatis Rodulfi peroravit. Quibus admirantibus, et salutationem illam genibus terrae deflexis grate et cum lacrimis excipientibus, ille adiecit: iubere dominum abbatem Rodulfum per obedientiam, ut successorem sibi quem ipse nominasset, quem elegisset, cui onus suum imponendum decrevisset, eligerent. Qui cum stupentes obedientiam exceperint, ille subiungens priorem nominavit, et pro eadem obedientia, quae sibi sicut et alii iniuncta fuerat, ne inobedienti esset, eum cum nominasset elegit. Assensum est ei a cunctis, sed ab eo, qui nominabatur; non est: *Ego, inquiens, dixeram, si idonea persona eligeretur, me consensurum electioni; nunc, quia video vos infirmum et hebetem elegisse, et cuius infirmitas desidiae vobis fomentum sit, non assentio, maxime cum et electio vestra canonum repugnet institutis;* *Et ob hoc infirma sit, quod non licet paelatum ecclesiae successorem sibi eligere.* Dicebat hec et alia multa, cum ille frater id solum omnibus obiceret: *Domnus abbas Rodulfus per obedientiam precipit. Quid multa? Electio facta ad laycos relata est, et paeceptum atque consilium paeefati patrii illis relatum est, in quo omnis assentiret congregatio.* Quam electionem illis suscipientibus, et in ea una voce omnibus acclamantibus, ad capitulum revocatur episcopus. Et cum resedisset cum abbatibus et cleri capitaneis, assurgens sedepdictus frater idem, quod dixerat fratibus, recapitulavit episcopo ceteris primoribus, dominum videlicet abbatem Rodulfum et iubere ei precari, ut successor a se electus et nominatus sibi daretur. Electionem igitur quantum in se erat, laudat episcopus, et inquirit, utrum in hac consentiret conventus et populus. Quibus pariter acclamantibus, cum electus quae dixerat eadem et similia vellet repetere, et electionem in se factam niteretur improbare, a fratre cui paeceptum fuerat concurritur, arripitur, et cum sederet, ab eo et reliquis qui ad hoc ipsum opem suam paraverant, paeentiae episcopi sistitur, et ut baculum pastoralem suscipiat, ammonetur, cogitur, nec vincitur. Ubi inflexibilem eius animum vidit episcopus et qui aderant, inchoata antiphona *Conferma hoc Deus, in aeccliasiam a fratribus asportatur potius quam deducitur, et in loco abbatis sistitur, signa manibus vi imponuntur, nec ab eo pulsantur; et a conventu ut moris est iam non resisteris, quia non proficiebat, deosculatur, et sequenti dominica in abbatem benedicitur.* Actum est hoc anno ab inc. Dom. 1099. 4. Non. Aprilis, 4. feria, 5. die depositionis⁴⁰ bonaee memoriae patris Rodulfi. At vero sepulcrum patris paeediti diligenter clausum et bituminatum est, et ei tabula marmorea imposita est, et quia est in ingressu chori, ante altare scilicet sancti Benedicti, ut ibi a mandato cotidiano fratres redeentes prosterantur, et oratione finita memoriam patris imibi quiescentis faciant, constitutum est; et ne cui grave videretur, memoriae quae solita erat pro domino abate Richardo dici post matutinos, quae quasi ob gravamen fratrum ab eo intermissa est, quia id fratribus aliquibus, apud quos, ut dignum est, patris Richardi memoria celebris habetur, grave videbatur, repetita est, ne quasi causarentur memoriam illius intermissionem, et huius iniciatam. Sed et usque hodie bonus utrorumque patrum successor, ante sepulcrum transiens, oves sibi ab eo commissas illi reconsignat; et ut ab eo regantur et protegantur, et pastor et oves plerumque ore, semper autem animo ac devotione exorat. Tribuat illi Deus ut curam, quam invitus-suscepit, fideliter exequatur, ut ab auditu malo non timeat, sed *Euge dominicum audiat, et supra multa constitui mereatur.* Qui autem voluerit agnoscere, quid de patre nostro Richardo huic patri nostro Rodulfo ab angelo ostensus sit, ut ab eo fratribus relatum est, in vita paeefati venerabilis viri Richardi querat, et inveniet. Natus est autem isdem vir, qui sic ordinatus est, in episcopio Leodiensi, non

^{55 40)} scilicet primae, ante altare S. Firmini Flaviniaci, ipso die obitus.

1099. ignobilis familiae, et eodem tempore quo et dominus abbas Rodulfus seculo derelicto monachicum habitum suscepit, et in eodem cenobio quo et ipse; et illo promoto ad abbatiam cum prior esset, in locum eius substitutus est, et post cum Divonem commigrassemus, claustralibus ibi prior habitus est, et postmodum regressis fratribus ad cenobium, revocante eum praefato patre, sub eo et ab eo prior Virdunensis institutus est. Sic per singula monasteria et ministeria probatus, semper ascendens et proficiens, ad regimen animarum loco et voto patris assumptus est.
1101. Anno ab inc. Dom. 1101. die festivitatis sanctae Ceciliae, ventus vehemens Normanniam intravit, qui adeo vehemens fuit, ut quedam edifica straverit, silvas autem ita devastaverit, ut etiam annosas quercus non aliquibus ut assolet in locis, sed totam silvam, dum to hec eruta alteri innisa, eam cui innitur frangit et deicit, ab imis radicibus eruerit. Fuit autem circa medium noctem, et duravit fere usque ad diem medianam, nec aliquando temporibus nostris huiusmodi ventus auditus est, qui quocunque irruit, ita omnia pessum dederit.
1102. Anno ab inc. Dom. 1102. ordinatus est in episcopum Aniciensem Pontius Casae Dei abbas, et abbatiam Casae Dei procurandam suscepit Aymericus. Legatus quoque in Burgundiam et Franciam directus est Richardus Albanensis episcopus, primo sancti Stephani Metensis ecclesiae decanus.

SERIES ABBATUM FLAVINIACENSIVM.

755.^a Gayroinus episcopus successit, et in expeditione imperatoris obiit 2. Non. Iulii 20
755. indict. 13.
Manasses ordinatur abbas dono Pippini regis. Hic corpus sancti Praelecti a Volovic
789. relatum Flaviniaciensi ecclesiae intulit. Moritur anno 787. ind. 15. et post eum^b Adalbertus
ordinatus. Obiit anno 4. et Zacho successit, ordinatus Kal. Maii⁴¹, et hic quarto anno obiit 7.
793. Idus Maii. Alcuinus post hunc successit, 7. anno Apollinari sedem reliquit dono Karoli impe- 25
ratoris. Quantus hic, qualisve fuerit, publica continent gesta; obiit tempore Ludovici impera-
toris indict. 4. 826. et mortuo Vigilius successit. Huic anno 839. Adrevaldus successit, et
tertio anno obiit. Marianus successit 845. ind. 8. et Wifaldo sedem reliquit. Quo migrante,
Warinus comes dono imperatoris Karoli praeftit vice abbatis, et sub eo Sarulfus diaconus,
et post eum Gozserus abbas successit. Quo defuncto, Hugo successit 16. anno Karoli; et ei
successit sanctus Egyil, postmodum Senonensis archiepiscopus, qui corpus sanctae Reginae 30
transtulit. Huic etiam Sigardus succedit, et 5. anno Wolfardo, Ludovici II. imperatoris so-
rorio, dono eiusdem sedem reliquit. Cuius ordinationis anno 3. consecratio Flaviniaciensis
ecclesiae acta est a Iohanne papa et 18 episcopis, anno 878. ind. 11. Quo etiam anno mori-
ritur Ludovicus imperator, et Karlomannus successit. Post haec Adalarius episcopus Eduen- 45
sis a Karolo Simplice primo anno regni eius sub Odone abbatiam perquisivit et obtinuit, et ob hoc a papa Romam invitatus, in itinere obiit Trenortii, anno eodem, scilicet 893; et sub eo Aquinas praepositus fuit

Richardi ducis successore ordinari, quem ordi- 40
navit Argrimus a Iohanne papa de Lingonensi episcopatu depositus, sed a Formoso restau-
ratus in Lugdunensi, cum non haberet pallium, nec restitutam dignitatem qua posset episco-
pum consecrare, et contradiceret ordinationi ex parte papae Tetbaldus Lingonensis episco-
pus. Quamobrem Argrimum Formosus inrecuperabiliter depositus, et Walonem cum fauto-
ribus, id est Richardo, Manasse et reliquis, pro invasione ecclesiae Flaviniaciensis excom- 45
municavit. Walo tamen saeculari potentia fultus, episcopatum obtinuit, et abbas Flaviniaciensis
factus a se ipso casamentum sua manu retinuit, et sub se Othertum praepositum consti-

^a Qua procedunt, investigare nulla ratione valimus. Labbe. ^b p. apud Labbe.

41) 9. Kal. Mart. Ann. Flavin.

tuit. Sic per multa annorum curricula absque abbatte fuit Flaviniacensis ecclesia. Sic etiam casamenta ecclesiae, dum sibi vicissim succedunt, pontifices Eduenses in sua divisione obtinuerunt. Post Othertum praelatum, Girfredus de morte Adalgarii culpatus, sed iudicio episcoporum purgatus, praelationem obtinuit: cui successit Raingus magnae utilitatis et honestatis. Obit Idus Maii. Obit etiam Walo anno inc. Dom. 913. ind. 15. Herveus successit, et sic abbatiam sibi tenuit, et sub se Gausarium praelatum constituit. Herveo nihilominus decedente, Romundus substitutus est. Hic curam Flaviniacensis ecclesiae Rainoni abbatii Magabrensi commisit, tempore Rodulfi regis filii Richardi lustitiarii. Quo decedente, Wichardus succedit, et ei dominus Fulcherius tempore Ludovici filii Caroli Simplicis. Hic Hierosolymam profectus anno dom. inc. 944. indict. 2 partem clavi Domini et portiunculas crucis eius, zone et sudarii, baculi quoque apportavit sue ecclesiae. Rexit etiam Divisionensem ecclesiam. Sanctam quoque Paschasiam Flaviniacensi intulit ecclesiae, medium scilicet partem corporis eius. Obit quarto Kalendas Maii, anno 955. et successit ei Milo Magabrensis. Ro-
 15 mundo migrante anno 968. indict. 11. Gerardus successit. Milo abbas Romanam profectus, privilegium a Benedicto papa obtinuit. Gerardo pontifici Eduensi dominus Walterus successit anno 978. ind. 6. Hic defuncto Milone, Roberto Flaviniacensem tradidit ecclesiam; qui totam eam, nisi cautum esset, pessum dedisset ecclesiam. Expulsus enim de abbatia, quia erat propinquus Landrici comitis Nivernensis, commissus est ei prioratus cellae Corbiniaci, et Heldricus Cluniacensis monachus abbás subrogatus est. Robertus vero Corbiniacum veniens,
 20 de eo se abbatem vocari fecit. Ex eo Corbiniacus abbatia dicitur. Obit Heldricus anno dom. inc. 1010. et Amedeus successit, et cellam Corbinaci recuperavit. Collicensem et Sinemurensem et Bellilocensem cellas instituit, et multae authoritatis et dignitatis obiit, et Aymo successit, sed culpatus de simonia, in manu Leonis papae IX. virginem pastoralem dimisit, et Odo I. Aremari monasterii monachus successit, et post 2 annos Odoni II. sedem reli-
 25 quit, Elmuino sedem Eduensem procurante, qui etiam Corbiniacum, quia tunc non habebat, nostrae redditus ecclesiae; ubi cum processione facta suscepseretur a monachis, in proces-
 sione minus caute virginem pastoralem, quam Robertus diabolicus laqueus habuerat, suscepit, a fratribus nostris id omnino calumniantibus, et ob id de processionis statione recesserunt.
 Hac igitur de causa invalescentibus mandatis apostolicis, ne quis abbas duas obtineat abba-
 30 tias, accusatus ab eisdem in concilio Exoldunensi, quasi qui contra decreta apostolica duabus praeesset ecclesiis, virginem reddidit, et requisita iustitia de cella sua, id est fundo Flaviniacensis ecclesiae, nihil obtinuit. Errwino tandem episcopo decedente, cum in Aganonem communis processisset electio, curiam regis Francorum Heinricus abbas adiit, auribus regis querimoniam suam propalavit, et procedente iustitia coactus est episcopus sacramento firmare,
 35 ut mox post consecrationem suam ius suum reformatum Flaviniacensi ecclesiae. Et quia ab-
 batis Flaviniacensis est prima vox in electione episcopi, quam omnes debent confirmare, in capitulo Flaviniacensi veniens electus episcopus, fidem fecit in osculo sancto fratribus pusillis et magnis de redintegratione ecclesiae Flaviniacensis, id est de restitutione cellae Corbinia-
 censis. Sed quod promisit, delinxit obsequio Corbiniacensium non implevit, ius tamen suum
 40 esse semper protestatus est privatim et publice. Odone ergo decedente, Rainaldus ducis fea-
 ter, eiusdem loci monachus, substitutus est. Hic corpus sancti Praejecti recondidit in loculo aureo, gemmis et argento sub studio et labore composito, et ad transmutationem ipsam invitavit dominum Hugonem Cluniacensem abbatem. Ecclesiam quoque sibi creditam honestavit palliis et cappis et ornamentis diversis; strenuitatem tamen animi sui infirmitate prepe-
 45 diente, ut voluit, exequi non potuit: mortuus enim est in primaevō flore inventus, necdum septem annis in praelatione perepletis. Et post haec fere septem annis absque rectore fuit ecclesia, nisi quod Elmuinus solis duobus praeftuit mensibus.

VITA WICBERTI

ET

GESTA ABBATUM GEMBLACENSIVM

AUCTORIBUS

SIGEBERTO ET GODESCALCO GEMBLACENSIBUS.

5

Sigebertus, cuius librum de vita Deoderici¹ episcopi Mettensis et chronicon² supra edidimus, Mettis in monasterium suum reversus³ intra annos 1060 et 1070 ut videtur⁴ vitam Wicberti, fundatoris ecclesiae Gemblacensis, et gesta abbatum Gemblacensium composuit. Qua in re pio gratoque in conditores et patres monasterii animo satisfacturus, non solum quae ipse Olberti quondam¹⁰ discipulus praesens expertus fuerat aut a maioribus natu didicerat memoriae mandavit, sed antiqua monasterii monumenta, chartas praecepue rerum gestarum testes⁵ ab imperatoribus, pontificibus Romanis, episcopis Leodiensibus aliisque minoris conditionis personis coenobio Gemblacensi concessas in tabulario adseratas consuluit et maioris fidei conciliandae gratia libro inseruit.¹⁵ Narrationem ita digessit, ut virum doctrinae copia insignem et historicorum bene gnarum⁶ agnoscas, rerum seriem facile perspicias, orationem simplicem, perspicuam, elegantem comprobes. Utrumque opus eodem fere tempore compositum esse videtur, quem in codice autographo vitam Wicberti in eadem pagina gesta abbatum Gemblacensium eadem manu scripta excipient. Quibus id prae-²⁰ cipue egit auctor, ut gesta Erluini et Olberti abbatum explicaret. In Erluino se antiquorem Richarii monachi librum sequi profletur, qui sub Erluino Gemblaci constitutus vitam eius ad Nolgerum Leodiensem episcopum metrice descripsit; cuius libri pars quum dissipatis et intercisis scedula periusset, Sigebertus ipsis Richarii verbis usus reliquas particulas prosa oratione consurcina-²⁵ vit. Praecipua igitur libri pars vita Olberti habenda est, viri virtutibus et doctrina⁷ praecipui, quo abbe Sigebertus monasterium intravit, ad cuius exemplum et praecepta se conformavit, et cui usque ad mortem eius adhaesit. De successore eius Mysacho abate, quo superstite gesta conscripsit, non nisi

1) SS. T. IV. 461. 2) SS. T. VI. 3) Liber
de viris illustribus et Gesta cap. 41. 4) scilicet
ante obitum Mysachi abbatis a. 1071. 5) cf. Ge-
sta cap. 20. 6) Folquinus gesta abbatum Lobien-

sium (c. 13. Vitae Wicberti; c. 13. 14. Gestorum); 30
Liudprandum, Vitam Chrodegangi, Vitam Iohannis
Gorziensis iam tum legerat. 7) Gesta cap. 63.

pauca addidit, et in vita eius substituit; nec post obitum eius stilum resumuit. Monstrat id libri ipsius facies⁸, et alterum quendam scriptorem, monachum ⁹ Gemblacensem, reliqua¹⁰ vitae Mysachi et gesta sequentium abbatum¹¹ subiecisse probat. Qui quoniam nomen suum haud penitus intercidere voluerit, Godescalcum fuisse, aperte intelligimus¹². Fuit is, ut ab ipso comprimeris, Sigebertri discipulus, „unus ex paucis quos post se dimisit, quoniam multos ante se praemisisset¹³, et praceptoris defuncti opus ita suscepit, ut ei gesta Mysachi, Thietmari, Liethardi et Anselmi addenda constitueret. Primum igitur reliqua Mysachi et vitam Tietmari conscripsit, paulo post Liethardi vitam addidit; tum vero ultima Liethardi acta inde a capite 65 subiecit eodem fere tempore quo et Anselmi vitam anno 1136. defuncti scribendam suscepit; nec reliqua Anselmi quibus totum opus absolvit multo post addita, sed totum Godescalci opus intra annos fere 1130 et 1140. conscriptum fuisse censeam. Epytaphium domni Sygeberti litera initiali distichon cum nomine auctoris continet. Praceptoris sui ad exemplum scriptis quae ipse expertus fuerat vel ex documentis authenticis haurire poterat, eoque laudem haud minorem Sigeberto meretur, quamvis nulla praeter hunc librum memoria eius relecta sit, et ea hodie primum reviviscat. Extat egregius libri codex

1) membranaceus in fol. minore vel 8^{mo} longiori 78 foliorum; initio folium unum quod olim primum erat una cum ei adhaerente, scilicet olim inter folia 6 et 7 collocato, perit, in fine complura exciderunt, ita ut codicis primariae nonnisi fragmentum maius supersit. Sunt omnes fere quaterniones¹⁴ sed nullo vel numero vel littera signati, exceptis quinque foliis 7—15 atque 24—33 et duernione foll. 58—61 quo Panegyricus libellus continetur. Folium 25 ultimum 78 in fine titulum habet INCIPIT PROLOGUS OPERIS SUBSEQUENTIS, qui subsequens olim opus¹⁵ excidisse probat. In prima pagina vestigia chartae eiusdem cernuntur, manu saeculi XII. exaratae¹⁶, et titulus¹⁷ saeculo XIV. inscriptus codici iam tunc temporis anteriora abscissa fuisse prodit. Folio 1'—13' Vita Wicberti, fol. 13'—39' Gesta abbatum manu Sigebertri¹⁸ scripta sunt, Godescalci continuatio foll. 39—57. Panegyricus, quem quoniam eidem auctori tribuamus nihil obstare videtur, foll. 58—61 explet; foll. 62—78 vitam Maclovi¹⁹ Thietmari abbate rogante a Sigeberto scriptam praebent²⁰.

8) fol. 30⁴. 9) cap. 48 et reliqua. 10) Thietmari, Liethardi et Anselmi vitas ab eodem profectas esse, praeter scribentis manum quae ipse capp. 59. 68. dicit comprobant; contra Oberli vita Sigeberti tribuit c. 63. 11) Anselmum, Sigeberti et in chronicō continuatore esse vrinum suspicatus eram, sed codice perfecto iam certam rem 40 edicere licet. 12) foll. 1—6, 7—15, exciso folio inter fol. 13 et 14, 16—23, 34—41, 42 sqq. 50 sqq. 62 sqq. 70 sqq. 13) fortasse vitam Theodardi. 14) data est a Wilhelmo quodam cum coniuge et filio Hillino. 15) Vita sancti guberti edita a reverendo doctore sygeberto monacho monasterii gemblacensis. 16) qualis in SS. T. IV. tab. I. (Vita Brunonis manus correctoris) et T. VI. tab. III. IV. exhibetur. 17) Quoniam eodem fere tempore ac vita Wicberti et Gesta abbatum composita sit, lit- 50 teras Sigeberti hic sistimus:

INCIPIT EPISTOLA SIGEBERTI AD TIETMARUM ABBATEM. Vita plissimi confessoris Christi Maclovi, qui etiam Macutes dictus est, diligenter quantum ad veritatem historiae antiquorum silo

SS. T. VIII.

erat exarata; sed quia minus ordinate digesta, minus composite descripta, ad haec barbarismis et soloecismis nimis erat confusa, longo oblivionis et negligientiae situ adeo latebat obducta, ut quasi nullius auribus digna, nam ab omnium recesserit memoria. Sed considerate quia non omnino perdit estimationem precii preciosum metallum, quamvis inceat rudere terrae infossum, vel sebardine rubiginis decoloratum, placuit o venerabilis pater Tietmare tuae paternitati, ut iuberes meae pusilliati, ut inspecto historiae textu, et pro posse eraso viiiorum contractu, meliorarem illam quantulocunque sermonis cultu. Ego qui iussioni contraire non habui, opus iniunctum ejecutus sum non quidem ut volui, sed quomodo pro ingenii tenuitate valui. More enim rusticani fabri qui follibus sufflando et malleis tundendo elicet scoriam de rudi massa preciosi metalli, ut paratior reddatur operosi artificis manu, ostendo alius splendorem materie, ut si quis velit exercere vim sui artificii, inveniat materiam paratam suo usui. Ergo quod facile factu videtur faciem, scilicet ut superflua den. am, vitiosa

Ullinis vitae Wicberti capitibus in margine numeri I, II, III, IIII, V, VI, VII, VIII, lectionum scilicet, adscripti sunt, quas se competenti ordine in depositione Wicberti excerptisse Sigeberus scribit¹⁸. Correcturae, rasurae ab auctoris manu profectae curam libro impensam, e contra notae et correcturae recentes librum saeculo fortasse XVII. tractatum vel perlectum fuisse testantur, s Codex Gemblaci diu adservatus et incendio quo monasterium cum bibliotheca saeculo XVII. conflagravit, periisse visus, anno denum 1714 Hagaë Comilis¹⁹ sub hasta veniū, et ab Uffenbachio comparatus postea in bibliothecam Senatus Lipsiensis devenit, ubi eum a. 1825. evolvi; nunc autem favore Senatus amplissimi curante V. Cl. Naumann bibliothecario de re nostra bene merito mihi transmissum exscripsi. Iam igitur vita Wicberti authenticā et prima vice integrā Gesta prodeunt, quorum nonnisi excerpta vitiis fere incredibilibus dehonestata hucusque in Dacherii Spicilegio²⁰ legebantur. Et dum autographa Sigeberti et Godescalcis evolare licet, editionem accuratissime ad eorum normam exegi, praeter quod pauca casu omissa supplevi, e. g. accentum praepositioni a tam per Sigebertum quam per Godescalcum addi solitum²¹ et rarissime neglectum. Vocem praeter auctor uterque p̄ter, p̄t̄er et preter scribendo corripit. At in aliis ab initio discedunt, ita ut Sigebertus constanter Gemmelacum, -cunque, unquam, sed, Godescalcus Gemblacum, -cunque, unquam, s; scribat. Apud Godescalcum iam et lineolam partibus dissectae vocis iungendis saeculo XII. primum adhibilam reperias. Ceterum memoratu dignum, quod Sigebertus eandem vocem, Guibertus, Guibertus, Wicbertus, Wicbertus diverse scribit, quod ubique servandum duxi.

1) Apographa codicis nostri habentur in biblioth. Ambianensi Nro. 357. chart. saec. XVI. et in Bruxellensi Nro. 10292. chart. saec. XVI. vide Annales nostros T. IX. p. 398. 534.*

22 Vitae Wicberti, quae primum a Surio²² male edita, deinde a Lambecio²³ ope codicis Caesarei Vindobonensis chartacei emendata et nonnullis ad res Gemblacenses facientibus aucta, anno 1685. a Mabillonio²⁴ absque novis subsidiis et ab Henschenio²⁵ ope codicum Korsendoncani, Ultraiectini et Trevirensis edita fuit, haec praeterea subsidia adhibui:

2) Codicem bibl. Caesareae Vindobonensis inter Historicos eccles. N. 106, hodie N. 490 signatum, membranaceum in 8^{vo} maiore saeculi XII. quem anno 1843 evolvi, iam vero Wattensbachius noster quanta fieri potuit diligentia exscripsit. Olim vel saeculo XV. fuit codex Sancti Maximini Trevirensis. Continet vitam Wicberti absque capitum argumentis diligenter scriptam, deinde libellum de elevatione eiusdem, prologum Sigeberti in miraculis sancti Wicberti, visionem eiusdem Sigeberti cum miraculis Wicberti, Guiberti iunioris narrationem de combustione monasterii Gemblacensis, subiecto de priori conflagratione

corrigam, confusa ordini reddam, a veritate tamen historiae nullo modo recedam, ut nihil novi fecisse dicar, cum vetus tantum limando et fricando renovasse videar“.

Capitula 7, 8, 9. memoratu digna continent, scilicet quod Maclovius Brendani abbatis discipulus cum eo et ferme centum octoginta hominibus Felicitatis insulam quæsitus navigavit, qui demum septem annis in peregrinatione consumitis in patriam redeunt. 18) de viris illustribus. 19) in catalogo Christ. van Lom et Rutgeri Albers pag. 128. numero 660 signatus; manu Sigeberti exaratum praedicarunt, quod Wattensbachius sibi persuaderi haud

passus est (fol. 1. nota eius manu). 20) T. VI. 40 p. 505 sqq. et T. II. p. 759—769 fol. Editor codicem nunquam vidit, sed excerpta tantum illa natus, ne auctore quidem certus est, quem unum esse putat ideoque Sigebertum fuisse negat. Textus corruptionem iam p. 790 ex distichis discussis indicare licet. Et dimidia libri pars excidit. Apographum quo Dacherius usus est, hodie in biblioteca Parisiensi Résidu de St. Germain 90. Nr. 4. 3. adservatur; v. Archiv VIII, 315. 21) ut in chronico Sigeberti. 22) die 23. Maii. 23) Comitentur. II. 24) in Actis O. S. Benedicti saeculo V. 299. 25) Acta SS. Mai VI. p. 260.

textu continuationis Sigeberti Gemblacensis qualis in nostro Scriptorum Tomo VI. pag. 385 legitur. Sequitur fol. 19 Sigeberti vita S. Maclovii²¹. Miracula ope huius libri iam primum in lucem proferenda digna sunt quae legantur. Cum ipso congruere videtur

5) *C. Korsendoncanus ab Henschenio corrigendo Surii textu adhibitus, praeter quod epistolam Erluini vitae Wicberti subiectam omisit, et post historiam elevationis appendicis loco nonnisi caput 3. Miraculorum addit. Hodie latet.*

10) *C. Vindobonensis hist. ecclesiasticae Nr. 128 iam 3469 olim Ambrasianus, a monachis Gemblacensis Maximiliano I. imperatori oblatus²², chartaceus²³ in 4^{to} circa a. 1500. scriptus, cuius primam notitiam Lambecio debemus²⁴; vitam Wicberti omissa Erluini epistola, excerpta elevationis²⁵, Ottonis I. et Benedicti VII. diplomata²⁶ et fol. 21. narrationem de combustion²⁷ exhibet, addita fol. 24. nota²⁸ ex continuatione Sigeberti Gemblacensi. Librum Wattenbachius noster in usum nostrum convertit. Accedit ad eum*

15) *3^o) C. Ultraiectinus, qui elevationis historiam contrahit. Henschenio ad manus fuit, sed hodie latet.*

20) *4) C. S. Maximini Trevirensis ab Henschenio adhibitus vitam Wicberti absque epistola Erluini praebuit, et hodie in bibliotheca urbis Trevirensis Nro. 1151. Vol. II. magni legendarii membr. saec. XIII. habetur; cf. Annales nostros VIII, 600.*

25) *5) C. a Surio editioni sua adhibitus²⁹ hodie latet, nullo editionis nostrae³⁰ incommmodo, quam autographo inniti debere hand dubitatur. Quare et lectio-nes codicum reliquorum qui inde fluxerunt nonnisi raro adducendas duximus.*

VITA WICBERTI

25

AUCTORE SIGEBERTO

INCIPIUNT CAPITULA IN VITA SANCTI GUICBERTI.

1. *De generositate parentum sancti Guicberti.*
2. *Quod per gradus aetatum gradus virtutum ascenderit.*
3. *Quod seculo renuntians, cingulum militiae depositit.*
4. *Quod fundum proprietatis suaee Gemmelaeus Deo et sancto Petro ad fundandum coenobium delegavit.*
5. *Quod Gisila avia ipsius ei ad hoc amminiculata est.*
6. *Quod Erluinus ex canonico monachus familiaritate sua eum ad bonum magis incitavit.*
7. *Quod etiam sibi abrenuntians, monachicam vitam appetiit.*
8. *De nobilitate et religione Gorziensis monasterii, et quod ibi monachus factus sit*
9. *Quod Gemmelacenses fratres ad exemplar Gorziensem instituit.*
10. *Quod Erluinum Gemmelacensi coenobio abbatem praefecit.*
11. *Quod Otto imperator malitogorum malivolentia reiecta, Gemmelacense coenobium auctoritate imperiali munivit, eique in omnibus immunitatem attribuit.*
12. *Quod cartam de rebus aeccliae conscriptam primo imperiali deinde apostolicas sedis auctoritate legaliter roboravit.*

a) e regione huius capitis obelus rubro colore conspicitur — indicans hoc caput in textu excidisse.

27) Eodem tegumento hodie codex alias saeculi XIII. 32) p. 926. 33) p. 931. 34) alii codices vitam Vita sancti Germani Parisiorum episcopi habent. Wicberti Hersfeldensis vel Guicberti junioris exhibet et in Annalibus nostris indicati a ratione T. I. p. 933. 29) v. supra; nonnulla inde typis nostra alieni sunt.

45 28) teste epigrammate a Lambecio edito, Kollar. Anal. T. I. p. 933. 30) p. 917. 31) p. 920

64*

13. *Quod Heribrandus maritus Reinuidis sororis sancti Guiberti Gemmelacense coenobium usurpavit, eiusque iniustiam sanctus vir ad tempus mitigavit.*
 14. *Quod de gente Hungarorum multos ad Christum convertit.*
 15. *Quod ad fraternae haritatis collegium multos undecunque animavit.*
 16.^b *Quod post ad coenobium Gorziense regressus est.*
 17.^c *De obitu ipsius.*
 18. *Quod corpus ipsius Gemmelacense latum est.*
 19.^d *Quid Erluinus abba in epistola sua de eo scripsit.*

INCIPIT VITA SANCTI GUICBERTI^e EX LAICO MONACHI FUNDATORIS
GEMMELACENSIS COENOBI.

fol. 2. Capitulum 1. Iosignis pater Wicbertus, in pago Darnuensi^f feliciter natus, hominibus illius temporis ad exemplum creditur esse datus. Cuius avum Rodingum^g et aviam Gislam, patrem quoque Lietoldum et matrem Osburgam, omnes qui huius antiquitatis retineat notitiam, fatentur longam antiquae nobilitatis^h traxisse lineam. Porro mater eius Osburga abutensⁱ apostolica indulgentia qua dicitur: *Melius est nubere quam uri*, post mortem prioris^j 15 inariti Lietoldi de quo suscepérat dominum Wicbertum et Renuidem eius germanam, dum gaudens polygamia, secundi, tertii, et etiam quarti mariti non refutat copulam, ex multis inaritis prolem genuit numerosam, Hellinum scilicet, Oilbaldum^k, Raginardum, Dodam, preter eos quorum nomina oblitteravit oblivio. Quorum longe lateque pullulante prosapia, se paene totam repleri et nobilitari gaudet Lotharingia. Siquidem ex prosapia numerositate 20 accrescebat potestatis eminentia; ex possessionum multiplicitate rerum affluebat opulentia, per quas cumulari^l et provehi solet mundanae nobilitatis potentia. Hoc tamen in servo Dei Luc. 12, 18 nullus ducat satis praedicabile, cum secundum dominicam vocem non in abundantia cuiuscumque vita eius^m est ex his quae possidet, et secundum apostolum, non est personarum acceptio apud Deum. Sed hoc in eo nimis debet esse commendabile, quia cum Veritas dicat: 25 Mat. 10, 21. *Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem in regnum coelorum intrare,* fol. 2. hic tanquam gibbi sarcina super excrescenti terrena nobilitatis et facultatis deposito tumore, hoc hominum impossibile per pronam animi voluntatem rededit ad possibile.

2. ⁿ Hic ergo iustus plantatus et fidei firmitate radicatus in domo Domini, iam inde a teneris annis flores virtutum emittere coepit in atrisi domus Dei nostri; eminens ut palma 30 altitudine nobilitatis, utque cedrus Libani multiplicandus suaveolenti ubertate sanctitatis. At postquam de floribus bonae eius indolis pulchritudo et suavis odor pietatis se longe lateque effudit, et tempore primi^o Heinrici gloriosi et victoriosi regis in fructuum gemmas erupit, andem circa tempore Ottonis primi quasi oliva fructifera in domo Domini ubertim maturescere coepit. Qualis autem per prima aetatis incrementa eius vita fuerit, non est discutiendum nobis^p. Nam superfluo de arbore quaeritur qualis sit radix eius quae latet humo obruta, cum ex solo sapore fructus cognoscatur arboris natura. Veritatis etiam^q voce dicitur: *Una queque arbor ex fructu suo cognoscitur. Non enim de spinis colligunt ficus, neque de rubro vindemiant uvam.* Haec ergo arbor in agro Domini plantata, nec spina nec rubus fuit, de qua nulla punctionis asperitas, nulla amaritudinis acerbitas processit, sed tanta dulcedo fructus effluxit, ut proventus eius etiam nunc in aecclisia Dei fructificet. Siquidem fratribus eius de carnalis posteritatis proventu cogitantibus, solus sanctae memoriae Wicbertus^r spiritualis generationis heredes suspirabat; bene monitus ab apostolo: *Qui sine uxore est cogitat quae Domini sunt, quomodo placeat Deo.* Ideo de patrimonio suo non quesivit carnalis copulae fol. 3. sponsam dotare, sed matrem suam aeccliasiam unico affectu ditare, quae sibi non fratres 45 brevi viucturos aleret, immo coelestis filiationis prolem nunquam moritaram augeret, quam nec cum dolore pareret, nec cum dolore amitteret, sed quae cum aeternali gaudio filio Dei

a) *Hoc caput atramento nigriori insertum est, et textus eius initium in loco unde aliis textus abrasus fuerat habetur.*
 b: c. d) *haec atramento nigriori scripta sunt; et caput 19. aequo ac cap. 14. insertum esse apparet.* e) *Guiberti 2. 3.*
constanter usque ad cap. 8. f) ex l. m. desunt 2. 3. g) Germensi 5. h) rodigum 4. redingum 5. i) u. regi- 50
gu Austrasiae t. Rich. Wasseburg Antiq. Galiae Belgiae lib. III. k) gaudens 28. l) primi 3. m) oilbaldum 2.
2b. 3. orbaldum 4. n) aemulari 4. haec sufficient ad ostendendas codicum ab Henschenio adhibitorum et editionis Sancti
lectiones vel potius errores. o) deest 2. 3. p) Capitulum II. et ita porro 1. q) vox super adscripta in 1.
r) inter nobis et Nam linea erasa est 1. s) enim 2. 3. t) 1½ linea erasa ante spiritualis 1.

cohereditaret. Militabat interim mundo specientus, sed quantum patiebatur huic negotii usus, a militiae vitiis erat extraneus. Et ne curram per singula vitiorum genera à quibus Deo auxiliante destitit, aut per singula virtutum officia quibus diligenter institit: hoc in eo egregie preter caetera laudabile fuit, quod cum huic generis hominibus familiare sit res alienas et maxime pauperum et aeccliarum Dei insolenter rapere, hic profecto nescivit aliena violenter diripere, qui sua tam hilariter pauperibus et aeccliarum Christi novit distribuere.

3. Postquam ergo diu sub clamide militaris habitus latuit, quia lucerna sub modio posita diutius latere non debuit, nodum et impedimentum divini servitii a se quantotius dissolvit, et miliciae secularis cingulum depositus. Ita mundi veteranus terrena militiae rude donatus, 10 coepit esse novus Christi tyrunculus, et longevus mundi servus per vindictam divinae libertatis factus suus, effectus est Dei libertus. Igitur post multiformes spaciose viae amfractus ad angustam vitae portam directus, ut cantaret nudus viator coram hoibus mundi latronibus, deliberavit etiam à cunctis nocivae possessionis se expedire oneribus. Ne enim post plenam legalium praeceptorum observantiam cumulo sue perfectionis deesset illud unum dominicae 15 sententiae: *Vade et vende omnia que habes et da pauperibus et veni sequere me, et habebis* ^{Mat. 19, 21.}
thesaurum in celo: hic omnia sua non quidem vendidit, sed fideli debitori Christo ad usuram ^{fol. 3.} commodare studit, gaudens quod eius fenerator existeret, de quo non dubitet quin fideliter sibi usuram^a solveret. Ut enim esset unus illorum de quibus apostolus dicit: *tangam nihil* ^{2 Cor. 6, 10.}
habentes et omnia possidentes, volebat sua habere, et non habere. Habere bene dispensando, 20 non habere avare conservando. Fidelis namque et prudens servus constitutus à Domino super familiam suam, tam provide et lucroze sategit locare peculi sui summam, ut cum nihil sibi de summa decresceret, de mercede tamen fenoris sumptus eximeret, unde conservis suis in tempore tritici mensuram erogaret. Quid enim lucrosius fidelis echonomo quam sua in servis Domini profundere, quae ipse Dominus in se ipsum gratianer dignetur refundere? Praeterea 25 et alio dominicae vocis hortatu incitabatur, ut et alias^b exemplo et auxilio ad bene agendum illiceret, dum non neglegenter dictum a Domino recoleret: *Qui recipit prophetam vel iustum* ^{Mat. 10, 41.}
in nomine prophetae vel iusti, mercedem prophetae vel iusti accipit, et illud Danihelis: Qui ad ^{Dan. 12, 3.}
iustitiam erudiant multos, fulgebunt quasi stellae in perpetuas aeternitates. Unde ut mercedem iustitiae multorum acciperet, non satis esse visum est sibi si ipse solus ad iustitiam tenderet, 30 nisi et alios secum currere suo exemplo et hortatu moneret, et ipse causa salutis multorum fieret, et duplicum coronam remunerationis acciperet.

4. Hic fratrum amator qui ex alto cordis suspirio ad Deum clamare poterat cum Isaia: *A facie tua Domine concepimus et quasi parturivimus et peperimus, spiritum salutis tuae fecimus in terra* — quod cogitando conceperat et quasi longo deliberationis aestu parturiverat, 35 piam animi peperit benivolentiam, per quam Deo filios salutis faceret super terram. De proprietate siquidem hereditatis sua fundum Gemmelaus dictum delegit, et Deo et apostolorum principi Petro sanctoque Exuperio martyri glorioso ad construendum in eorum honore monasterium devotissime delegavit. Hic tabernacula dilecta Deo et delectabilis hominibus construens Domino virtutum, ut passer humilitatis volatu directus, invénit sibi domum, et ut ^{Ps. 63, 4.}
40 turtur zelo castitatis et gemitu compunctionis animatus posuit sibi nidum, ubi reponeret pullos suos, sub aliis matris aeccliae confovendos. Ibi monachorum collecta caterva, per eorum obsequium disponebat immolare Deo laudis sacrificia, et reddere Altissimo vota sua, qui seminantes ei spiritualia, sua meterent carnalia. Hos ad rectam morum informari volens regulam, ad apostolicae vitae dirigi fecit lineam, per quam in initio fidei fundatam primitivam 45 compererat aeccliam. In quibus illud praecepit erat, ut nullus eis propria, sed omnia essent communia, ut quorum conversatio iam erat in coelis, angelicam quodammodo vitam degenerent in terris. Porro ipse ad eorum tanquam ad apostolorum pedes ponens omnia quae habebat, ut usibus eorum ad omnem sufficientiam necessaria suppeterent, sollicita paternitate disponebat. Unde legali traditione tradidit eis villam superius nominatam Gemmelaus et 50 omnia ad eandem appendentia, et alia multa undecunque in partem vel sortem suam iure hereditatis cedentia^c.

5. Ad hoc opus felici auspicio inceptum animabatur non solum divinitatis gratia, sed etiam nobilissimae et christianissimae aviae suae Gislae pia coniventia, quae dulcissimum nepotem suum videns viam veritatis insistere, collaborabat magnopere, ut amoto omni impe-

55 a) ueretur litteris er erasis 2. b) a. et e. et a. initio 1. c) hinc 1^{1/4} linea erasa est 1.

fol. 4. dimento à cepto pietatis itinere, viam mandatorum Dei dilatato corde posset currere. Quia enim non ut Esau pilosus venationum vanis aut nocivis exercitiis inserviebat, sed ut lenis Iacob domi habitans simplicitati et innocentiae studebat, totam se in eius dilectionem transferat. Quippe quem exemplo fidelis Abrahae de terra et de cognatione sua iam dudum animo exisse cognoverat, ei terram recompensationis competere credebat, nec eum volebat suo destituere subsidio, quem perpendebat per omnia dirigere divino auxilio. Ideo salubri reperto consilio, omnes res hereditatis sueas quas sibi vir suus Rodingus dotis gratia impenderat, vel quas ipsi pari aequitatis industria addiderant patrimonio suo, ad praesidium Deo placitae constructionis contulit legaliter carissimo nepoti suo.

6. Ad haec omnia non parum solatii divinitas fideli suo Wicberto contulerat, quod in his omnibus doctorem et patronum quandam venerabilem virum Erluinum nomine praevidebat, qui et ipse canonicanam qua vivebat regulam, ad monachicam vitam converterat. Is pio patrono nostro in omnibus utilium rerum consilii exequendis, in aecclisia aedificanda et officiis claustris construendis, in fratribus ad ovile Dei convocandis et regendis, aderat adiutor oportunus et unanimis.¹⁵

7. Alii ad perfectionis culmen tendenti sufficere videretur à mala declinasse, mundi pompis abrenuntiasse, sua omnia pauperibus erogasse. At dominus Wicbertus quae retro sunt oblitus, in anteriora se extendere nitebatur, semetipsum arguens imperfectionis, nisi argumento dominicae manus ad unguem expoliretur. Audiens nempe Dominum dicentem: *Luc. 9. 23. Si quis vult venire ad me, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me,* totum ²⁰ hoc dominicum imperium traxit ad se, et^d abnegans^e semetipsum tulit crux mortificationis Iesu in corpore suo, castigans corpus suum et in servitatem redicens, ne forte alius prae-dicantis ipse reprobus inveniretur. Tulit crux etiam fraternae compassionis, quando ératus de cribro diabolicae temptationis, ipse aliquando conversus confirmabat fratres suos, pro quibus ipse Christus liberat^f calicem passionis. Igitur arrepto rationis clavo, post rerum sua-²⁵ rum iacturam nudus enavit^g de mundi huius naufragio, et tandem potitus monachicae quietis portu^h anchoram stabilitatis de alto pectoris sui iecit in claustralⁱ vita profundo. Videbat enim quod nusquam alibi tutius perfugium esset fugienti à mundi periculo, cum in claustris monasteriis^j heremani non desit solitudo, et si quem aliquo modo diabolicae incursionis titillaret inquietudo, presto adiut promta fraternae consolationis fortitudo. Videbat etiam quod non ³⁰ altius posset ascendere, si posset illum religionis gradum attingere, ad quem omni quidem ordini aecclasiastico omnique terrena potestati licet accedere, à quo nulli omnino nulla omnino^k occasione licet impune recedere. Praeterea vir prudens ante et retro oculatus, nihil temere et improinde sibi agendum esse attendebat diligentius. Ut enim athleta stadium ingressus sollicite qualitatem loci circumspicit, ne quod offendiculum sibi pugnanti vel cur-³⁵ renti ob sit, ita et hic noster athleta oportunitatem et qualitatem loci ubi propositum suum secure exqueretur caute dispergit, scilicet ubi nec indulgeret sibi disciplina remissior, nec pro intuitu notae nobilitatis male blandiret sibi honorificentia impensior. Timebat enim ne sibi diceretur à Domino: *Utinam calidus essem aut frigidus, sed quasi tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo.* Timebat etiam, ne sicut ille qui contra flantem ventum flores portat,⁴⁰ etiam ipse inanitate elationis inflatus, collectos virtutum flores perderet, et quasi pulvris squalore foeditate apostasiae sorderet et caecutiret.

8. Denique columba Christi nolens diutius involvi mundanis fluctuationibus, dum non inveniret ubi requiesceret pes eius, adiit archam paratam à Deo multorum saluti, scilicet claustrum Gorziensis coenobii. Id coenobium olim vir magni nominis Pippini^l regis ex sorore ⁴⁵ nepos Crodegandus Mettensis episcopus construxit, et ad aeternum sanctitatis suae monimentum opibus ditavit, et quod maius est religionis gratia decoravit. Sed processu temporis crebrescent bellorum malicia, et per haec crudescente malorum museria, et quia leges silent inter arma, ideo invalescente quaque terrarum iniustitia, etiam ibi per notam temporis et praelatorum incuriam disciplinae regularis coepit emolliri censura. Et haec coelestis irae ⁵⁰ permisso tandiu permanxit, donec tandem divinae miserationis oculus superinhabitantes terram prospexit; qui et infidelitatis tenebras amovit, et lumen veritatis revocavit. Ad hoc inter

^a) supra insertum 1. ^b) di supra insertum 1. ^c) 1½ linea erasæ 1. ^d) superscr. 1. 2. dessi 3. ^e) hic vox corr. clau- 1. ^f) bibebat corr. 1. ^g) in loco raso 1. ma supra erasum videtur. ^h) ½ linea erasæ 1. ⁱ) cau- corr. clau- 1. ^j) locus rarus 1. et inscribit 2. ^k) penitus 3. ^l) unanitate 2. 3. ^m) Pipini 2. 3. ⁿ) mona- 55

primos à Deo missus est Adelbero, primus huius nominis Mettevi episcopus, qui nobilium christianissimus et christianorum nobilissimus — erat quippe frater Fritherici dux — in hoc primum sui regiminis dedit exercitium, ut et seculari potentia et episcopali censura exturbaret à sua dioecesi irreligiositatis vicium. Huius bona intentionis oculum intendens primum super monasticam disciplinam, elaborabat eam ad apostolicae vitae redigere normam. Et incipiens à Gorzia quae caeteris monasteriis erat praestantior in sua parróchia, ubi institutae religionis ^{a) vix} fol. 6.
vix ipsa apparebat vestigia, non prius destitit, quam monachicae vitae professores à saeculi
vanitate retractos rectae viae reddidit, et ante omnia radicem malorum et malam monachorum novercam, scilicet proprietatum concupiscentiam, mucrone pastorali extinxit, et qui in
saeculi competit patebant luporum morsibus dominico ovili inclusit. Collaborabat sibi ad hoc
plus Gorziensis abbas Agenoldus, restaurandae sanctae religionis adiutor ^{b) opportunus}. Itaque
extirpatis nocivis radicibus de dominici horti areola, Adelberone episcopo plantante, Agenoldo rigante, Deo autem incrementum dante, crescebant solito uberior virtutum plantaria. Quicunque ergo abrenuntiantes seculo suave Christi iugum tollere volebant, quam mites et
humiles corde exemplo Christi esse deberent, hic ediscebant. Quicunque ex militari habitu
in timore Domini fortitudinem suam manifestabant, hic quasi in campo divini tyrocinii experimen-
tum sui capiebant. Quicunque ex clericali sorte ad altiorem humilitatis gradum optabant
ascendere, hic cum Iacob non in somnis sed reverse scalam coelos attingente merebantur
videre, per quam angelos ascendentis et descendentes possent videre. Cum ergo hic tantus
sanctae religionis fervor tam longe et tam late caloris sui diffundere flamas, hic ad disci-
plinam Domini omnis confluebat nobilitas, omnis dignitas, omnis sine personarum discretione
professio concurrebat et aetas. Nec quisquam vel initium conversionis se credebat arripuisse,
cui non contigerat Gorziensi regula initiatum esse. Hic inveniebatur lac quod parvulus sug-
ret^{c)}, hic solidus panis quem perfectus mandaret, et aliquando quasi nutrix in corpus suum ^{d) fol. 6.}
traiceret, ut et alios rudes vel infirmos inde pasceret. Inter eos hic noster patronus. Wicber-
tus^{e)} non ultimae nobilitatis immo non ultimae humilitatis et sanctitatis spiritu Dei agente est
adductus, ut qui iam dudum renuntiaverat suis omnibus, hic etiam sibimetipsi renuntiaret, ut
Christo perfectius adhereret. Se ipsum ergo et omnes quos Christo lucifecerat venerandi
patris Agenoldi committens manibus, adherebat ei studiosius, et ab ore eius pendebat inten-
tius, utpote qui ex doctrina eius non solus pasci habebat, sed et micas ex ea collectis per se
Christi pauperibus ferre satagebat. Et ut id ad quod venerat diligentius exequeretur, singu-
lorum gratias sollerter contemplabatur, et aliquod inde ad se ipsum traicere nitebatur. Eru-
diebatur illius patientia, accendebatur istius orandi instantia, alterius delectabatur obedientia.
Istius humilitatem, illius imitabatur sobrietatem. In hoc activae vitae labore, in illo contem-
plationis mirabatur ardorem. Fiebat perinde^{f)} miro modo, ut dum ipse de singulorum virtu-
tibus aliquid decerpit quod sibi sit pro exemplo, ipse solus omnibus esset exemplo. Ut enim
secundum Salomonis proverbium ferrum ferro acuitur, ita alter ab altero ad bene agendum
exacuebatur, et ut homo confundit faciem amici sui, ita et eos pia fraternalae aemulationis mo-
vebat confusio, nisi alter alterum quiret imitari.

40. 9. I.

10. Ipse ergo qui mundi renuntiaverat vanitatibus, timens ne iterum eius illiceretur vo-
luptatibus, dum sub obtentu disponendarum aecclasiasticarum rerum adhuc ei deserviret spe-
cietenus, ad hoc etiam timens ^{g)} illud apostolicum^{h)} doctorem non debere esse neophyti, ne ^{i) fol. 7.}
elatus incidat in iudicium diaboli, induxit in annum venienti morbo quantotius occurrendum.
11. Venerabilem cuius supra meminimus Erluinum, virum Deo placitum, hominibus acceptum,
in gymnasio sanctae religionis laudabiliter exercitum, lucrantis Deo animabus intentissimum,
amicitiis principum terrae et maiorum aeccliae gloriosum, exequendis rebus aecclasiasticis
per omnia idoneum, hunc talem virum utpote patrem et intimum suum convénit amicibili-
ter, in eum se reicit^{j)} quam familiariter; in eo quasi in reclinatorio animae sue totus incum-

50. a) suggeret 2. b) ita 1. 2. 3. c) proinde 3. ex corr. d) Ipse usque apostolicum in loco raso 1. Et exedit hoc
loco textus totius capituli „Quod Gemmelacenses fratres ad exemplar Gorziensem instituit.“ Quare abbine capitulorum
numeri manu saeculi XVII. adras sunt; ita ut loco primari XI iam habeatur X., et sic porro usque in finem, ubi iterum
numerus additur quo argumenti numeris satisfat. Quisnam priores tres capituli non lineaeraserit, et loco ei quatuor pri-
mas capituli decimam lineas inscriperit, non tique; nec Siebertum nec Godescalcum fuisse scriptura docere videtur. Cete-
rum hoc contigit antegquam codices reliqui hinc transcripti fuissent. Numeri in codd. 2. 3 continuū leguntur. e) hunc
numerum restitut; VIII codices, et sic porro nullā lacuna indicata. f) vox erasa 1. g) vices paucæ erasæ 1.
h) reicit 3.

bit^a fiducialiter. *Ei ex ordine velle suum aperiens, ei se ipsum magis quam sibi credens, communicato cum fratribus consilio eum abbatem sibi deligit, et fidelibus Christi amittitibus dominico civili praefici facit. Ille tanquam bonus pater familias doctus de thesauro suo proferre nova et vetera, sciens sic adimpleri legem Christi si alter alterius portet onera, supponit humiliter humerum ad suscipiendum onus, satis quidem grave, sed Deo sibi cooperante 5 portable, animatus illo proverbio quod per Sapientiam dicitur: Frater qui à fratre adiuwatur quasi civitas quae non expugnatur. Ita vir sanctus Wicbertus strenuo cooperatori suo Erluino Marthae ministerio delegato, ipse cum Maria sedens ad pedes Domini pro audiendo ipsius verbo, elegit optimam partem quae non auferretur ab eo. Nam ad alvearium monachorum, scilicet Gorziensem regressus, ieuniis vigiliis et orationibus intentus, contemplationis virtuti va- 10 cabat liberius.*

11.^b Iam in laude Dei novella plantatio fructificaverat, iam agricola preciosum fructum terrae expectans patienter ferebat, quia temporaneum et serotinum se acceptum non diffi- 15 debat. Iam crescebat Christi gloria, iam illorum per quos benedicebatur nomen Domini multiplicabatur gratia, quando de Gemmelaus novellae scilicet constructionis coenobio boni odo- 20 ris longe lateque exibat fragantia, quod ibi sanctae religionis fervente flamma, et iusti de virtute in virtutem in dies proficiebant, et iniusti ab erroris tortitudine conversi iam in direc- 25 tum ibant. Ex hac boni odoris suavitate repleta erat tota domus aeccliae, et attigerat iam ipsa culmina imperialis aulae, ubi cunctis palatinis in ore erat pia nobilissimi viri Wicberti ad Deum conversio, et de eius conversione non minima in tota Dei aecclisia aedificatio, quod eius exemplo multi renuntiantes seculo, sanctae religionis se subiciebant proposito. Sed in- 30 vidia ubi desit, quae nec in paradise deliciarum nec in ipso quoque coelo defuit? Quidam qui bona fidelis Christi Wicberti obliquo oculo limabant, aures caesaris adversus eum appellant, et invidiose ei derogantes, contra rem publicam eum egisse accusant, qui Gemmelaus rega- 35 lem fiscum maioribus ipsius munificentia imperiali loco beneficii attributum, in partem pro prietas sua usurpaverit, et iniussu regis fundato ibi coenobio, in sortem aecclastici iuris iniuste transfruderit, quod fieri null modo lex publica sinit. Pius constructor et sanctus provisor loci nostri ad causam dicendam edicto regis ad curiam invitatur^c, causa proponitur, de iniustitia expostulatur, in deliberanda sententia alius alii varie assentitur. Discipuli

Matt. 10,19. euangeli à Domino docti^d: Cum stabitis ante reges et praesides nolite cogitare qualiter aut 30 quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini — non sophisticam quaerunt argumentationem, sed simplicitatis christiana praetendunt humilitatem. Scientes enim quia

fol. 8. Rom. 13,2. periculoso est contra torrentem brachia tendere, nec ignorantes sententiam apostoli: Qui potestati resistit, resistit Dei ordinationi, pedibus imperatoris se humilietur provolvunt, et ne in se et in pauperes Christi terrena sua potentia abutatur suppliciter exposunt; dicentes gau- 35 dendum esse maiestati imperatoria, quod temporibus imperii sui divina miseratione ostium misericordiae suaे voluerit patefacere, dum tales aliquot viros dignatur mundo transmittere, qui digni sint exaudiri orantes pro statu rei publicae; posse imperatorem de alieno fundamento laudem mereri, si ab aliis in honorem Dei constructa loca, sua regali potentia velit tueri; alieno labore eum posse participare, si res ab aliis Deo iure hereditario legatas digne- 40 tur auctoritate imperialis manus corroborare; dignum esse ut apud imperatoriam censuram plus valeat Deo placita veritatis aequitas, quam susurronum et bilinguum calliditas, vel adulantium dolositas, de quibus Sapientia dicit: Susurro et bilinguis maledictus, multos turbavit pacem habentes, et lingua tertia, quae lingua adulantium intelligitur, multos commovit. Haec et alia in hunc modum locuti, à bona spe quam in Deo habebant non sunt frustrati, illud Sa- 45 pientis dictum esse verum experti: Beatus qui loquitur in curibus sapientis. Pius enim rex Otto, vere ad restaurandam rem publicam et reparandam Dei aeccliam directus à Deo, his salutis monitis aurem advertit grataenter, et petitionem fidelium Christi accepit dignanter. Annuit enim communis palatinorum consilio, et regali censuit edicto, ut rata et inconclusa permaneret novella Gemmelaensis coenobii constructio, et quicquid illi aeccliae ab ipso 50 domino Wieberto vel etiam aliorum venerabilium virorum largitione fuerat concessum, ut nullus infidelium vel aliquis heredum eius infringere audeat omnino est interdictum. Insuper permissa est eis potestas advocatum et regularem abbatem cum imperio regis eligendi, ca- 55 stellum construendi, mercatum, percussuram monetae, matheriam faciendi. Ipse locus ab omni omnium servitio immunis est redditus, in civitate, in castello, in villa, super aquas, in

a) incubuit 3. b) X iam 1. 2. 3. et ita porro. c) invitatur addito n. 1. decersitur 3. d) edicti 3.

pontibus, in omnibus imperii sui locis ab omni theloneo et tributo est absolutus, sub^a solo regiae defensionis munimine subiectus^b.

12. Omnis res iam composita videbatur, omnia iam in tuto esse credebantur, nihil ex aliqua parte metuebatur. De rebus aeccliae traditis et de libertate ipsius loci carta conscripta, imperiali edicto erat confirmata, et anuli imperialis impressione auctorizata. Quae auctorizatio facta est sollempniter Leodii, 12. Kal. Octobris, anno dominicae incarnationis 946, inductione 4, regni domini Ottonis I. anno 11, cathedralm Traiectensis aeccliae regente 946. Uhogone. Ad hanc confirmationem imperialis potestatis accessit etiam apostolicae sedis auctoritas, dum à Benedicto septimo huius nominis papa decretum est, ut rata esset in perpetuum Gemmelacensis coenobii praerogata immunitas. Decretum est etiam, ut de alio monasterio ibi abbas non constitutar, sed ipsi servi Dei secundum sancti Benedicti regulam viventes ex sua propria congregatione abbatem eligendi potestatem habeant, et ut abbas ipse privilegiis sedis apostolicae infulis decoretur, et ut ipsum monasterium sub iuris dictione sanctae Romanae apostolicae sedis constitutum, nullius alterius aeccliae iuris dicionibus submittatur; interminando ex auctoritate beati Petri apostolorum principis, sub divini obtestatione iudicii ac validis anathematis interdictionibus, ut nulla aliquando vel parva vel magna persona aliquid de rebus vel possessionibus ad idem monasterium pertinentibus auferre vel fol. 9. alienare praesumat. Hoc scriptum per manum Bonefacii notarii regionarii atque scrinarii sanctae Romanae aeccliae, datum est 8. Kal. Aprilis per manus Stephani episcopi ac bibliothecarii sanctae sedis apostolicae, anno pontificatus domini Benedicti VII. papae nono, impe- rante Ottone à Deo coronato magno ac pacifico imperatore, anno 16, qui est annus Domini 953.

13. Ita aliquandiu arridente sereno coelo prosperitatis, derepente inhorruit inopina immisso diabolicae tempestatis. Siquidem Heribrandus de vico Mainwolt^c, qui inter nobiles Bratuspantium^d genere et dvitiiis eminebat, cuius nobilitatem alia nobilitas augebat — ei quippe Reinuidis germana nobilissimi senioris nostri Wicberti nubserat — hic iniustitiae gladio accinctus, cupiditatis armis confisus, clamat Gemmelacensem fiscum hereditaria lege ex matrimonio uxoris sue Reinuidis^e sibi competere, affinem suum Wicbertum non legaliter egisse, qui sub optentu religionis uxorem suam, germanam scilicet illius, voluerit iniuste exheredare. Contempta ergo imperialis curiae auctoritate, contempto apostolicae censurae anathemate, iunctis sibi complicibus suea iniustitiae, non timet abbatiam insolenter invadere, et substantiam fratrum violenter diripere. In officinis claustris equi stabulantur, per loca monachicae solitudini competitentia saeculares personae inlicite vagantur; fratres per latibula sanctuariorum quomodocunque sese tutantur, et in tantae tribulationis articulo subsidium divinæ pietatis praestolantur. Videbatur nempe malevolis implenda*e* iniustitiae oportunum esse tempus; quia^f ipse sanctus vir Wicbertus mundo iam mortuus, et ab eis longe remotus, excusserat se à cunctis ratioinibus mundani tumultus; porro abbas Erluinus recente oculis privatus, restaurandis rebus perditis putabatur esse minus idoneus. Hic sinister rumor ut perculit aures sancti viri cuius conversatio iam erat in coelis, quid ei tunc fuerit animi; non opus est expromere^g verbis. Cui quamvis indignum videretur de stiva dominici aratri oculos retro convertere, et grave esset se émeritum militia bello mundanae sollicitudinis iterum involvere, non distulit tamen pro consolandis fratribus iter accelerare, qui pro illis paratus erat etiam animam ponere. Veniens ergo desideratus ad desideratum locum qui testimonium erat suea devotionis, tristes et desolatos fratres confirmat verbis consolatoriis, et quibus potuit armis humilitatis et modestiae occurrit adversariis, et feritatem et cupiditatem eorum mitigare laborabat monitis suasoris. Illi praesentiam sanctitatis eius aliquantulum reveriti, et aliud clausum in pectore aliud in lingua promptum habentes, cesserunt ad tempus eius voluntati, se intuitu affinitatis eius ab iniustitia ista cessaturos polliciti.

14. Se nominatus et se nominandus nobis dominus Wicbertus tam gratiosus fuit Deo, ut dignus fuerit etiam apostolicae praedicationis ministerio. Gens siquidem Ungarorum quae quibusdam munitissimis eluis remota, nec ad meridianam nec ad occidentalem plagam exundi habuerat facultatem, per Arnulfum imperatorem ruptis clisis emissis, mortuo Arnulfo imperatore, totam Italiam, totam Germaniam ut fera tempestas vario vastationis genere depopulata est per annos circiter quinquaginta. Haec gens etiam tempore primi Ottonis aggresa Lotharingiam, deducta est à duce Conrado usque ad silvam Carbonariam, et virtute fol. 10.

55 a) ac sub 3. b) m. est s. 3. c) R. et a. 2. d) Mainwolt 5. e) brabantensium 2^o. f) Reinuidis 2. 3.
g) naneque 3. h) quoniam 3. i) exprimere 3. k) reliqua usque ad finem paginae in loco raso 1. l) agressa 1.

et ^{er. Petrus} Dei apud Lobiense coenobium ostensa, prohibita ultra prodire, reddit impune. Ungaris ergo
^{er. Gesta abb.} et eundo et redeundo per vicum Gemmelacensem transeuntibus, occurrit vir Dei Wicbertus,
^{Lob. SS.}
^{IV. 66.}
^{954.} non clipeo^a aut galea materiali protectus, sed tantum gladio verbi Dei accinctus, paratus hi-
^{lob. 13. 13.} bere calicem passionis, et ponere animam suam propter^b salvandas fratrum animas^c, qua, ut
dicit Veritas, non est maior caritas. Et primo miles Christi secundum praeceptum euangelii^d
offerens illis verbum pacis, ingressus est viam praedicationis, et paulatim mitigata eorum
rabie, coepit iam agere de eorum salute. Nec destitut illis idolatriae spurcitia sordentibus
pandere fidei dogmata et regis aeterni mysteria, donec aliquos eorum a regno diaboli abstra-
xit, eosque abiurantes sacramenta diabolicae militiae, transscriptis in novum nomen christia-
nae militiae. Benedictus Deus per omnia, qui Wicberto sub signis suis militanti affuit, eique^e 10
civicam coronam tribuit.

15. Praevidens vir Deo plenus non esse paratum sibi à Deo patre, ut biberet primum
calicem passionis, animum appulit, ut mereretur bibere saltem secundum calicem confessio-
nis, et ideo totus in hoc ut consulendu sibi consuleret etiam aliis, excogitavit opus quod non
solum sibi sed etiam aliis prodesset. Nam amplectens super omnia caritatem, quae est vi-
colum dilectionis^f, et in qua^g est plenitudo legis, et ob hoc maxime quod hoc speciale man-
datum est Domini dicentis: *Mandatum novum do vobis ut vos invicem diligatis*, coepit agere
fol. 10. cum pluribus devotis et Dei fidelibus, ut per unum mutuae caritatis conglutinati amorem, fra-
ternalem inter se statuerent societatem, ut cum omnes unum in Christo essent, unum sa-
parent, unum diligenter, unum in Christo vellet, unum nollent, nichil^h diabolica emulatione 20
contractum odio dignum, vel contrarietate inventirentur diversum, ut vere pacifici, mererentur
beatitudinem filiorum Dei; ad hoc etiam ut secundum Iacobi praeceptum peccati sua alter-
lob. 13. 10. utrum confiterentur, et orando pro invicem salvarentur, et sicut Veritas ait: *Qui lotus est, non
indiget nisi u pedes lavel, sed est mundus totus*, ita loti baptismō alterutrae confessionis, lotis
pedibus quibus non potest sine labe terra calcariⁱ, id est expiati actibus humanae vitae, quae 25
vix aut nullatenus sine nevo peccati potest transigi, per fraternae orationis auxilium redde-
rentur toti mundi, elemosinis, ieuniis, psalmis, ymnis, canticis spiritualibus ad hoc consti-
tutis ab invicem expiati. Delectabat enim eos illud beati Augustini, qui in laudem karitatis
prorumpens ait: *Dulcis sonus karitas est, dulcis res et delectabilis caritas est quae praesentes
et absentes in unum colligit fratres*.
³⁰

16. Sic vir Dei tactus quodam praesagio futurorum, quod propedium tendendum sibi
asset ad supernae vocationis bravium, praevidiit sibi in futurum, ut quando deposito carnis
fol. 11. onere ingredieretur viam universae carnis, aciem huius fraternae societatis hinc inde locaret
in subsidiis, quae aerearum ceterarum incursus proturbaret orationum telis. Huius negotii
perficiendi secundas partes relinquens fideli vicario suo abbati Erluino, caveans sibi per omnia 35
ne sub obtenti alicuius rei exequenda quantulumcumque iterum implicaretur seculo, ultimum
vale dicens fratribus et amicis, et optabilem pacis et dilectionis memoriam relinquens eis, ma-
turiat viam ad amicam sibi quietem Gorziensis solitudinis. Sicut enim piscis extractus ab
aqua non potest vivere, ita ipse timebat de vita animae suea, quotiens à contemplationis ex-
trahebatur requie. Post tot et tantos labores dum iam ianque expectaret dari sibi à Deo^k de- 40
sideratam missionem militiae suea, tandem rex regum laetus militem suum diu pro castris
suorum viriliter stetisse, tempus esse duxit ei praemia laboris reddere, et capiti eius coronam
laudis imponere.

17. Et iam instante tempore resolutionis suea, coepit languescere. Summus enim arti-
fex qui semper inventit in opere suo quod adhuc tundat et poliat, electum suum tanquam au-
rum in fornace probabat, ut excoqueret ad purum scoriam peccatorum eius. Gemmelacen-
ses^l ut audierunt dominum et patrem suum ad mortem infirmari, non potuerunt suo tem-
pare dolori. Hunc eorum dolorem nimis exaggerabat, si eum in terra peregrinationis sua
ipsis absentibus contingere obire. Unde qui ex his maiuscili esse videbantur, sine mora
fol. 11. Gorziam tendunt, et dominum suum viventem inveniunt, et aliquantulum dissimulato dolore,⁵⁰
agunt cum eo de reportando eius corpore. Ille accersito ad se abbate suo cui nomen erat
Oilbaldus, aperit ei suum suorumque desiderium, et hoc ab eo ultimum expedit beneficium,
ut liceat suis defuncti corporis sui glebam referre ad Gemmelacense cenobium. Abbas ex
consilio, respondit ut pater filio: *Mi fili dulcissime, angustiae miti sunt undique Sanctitatem*

a) clipeo 2. clipeo galeave 3. b) pro 3. c) animabus 3. d) perfectionis 3. e) quo corr. qua 1. f) da hoc 55
loco 1. g) culcari 2. h) domino 3. i) G. autem ut 3.

tuam revereor, animam tuam ad Deum euntem scandalizare vereor; sed timeo ne illi^a super hoc scandalizentur, qui te ut patrem venerantur, et amorem quem exibuerunt^b tibi viventi, vel tent exibere praesentialiter etiam morienti. Ecce voluntatem meam postpono tuae voluntati, si aspiraverit tibi et tuis voluntas Dei. Si suppetit tuis facultas implendi desiderium suum, non nego meum assensum.

Tandem^c vir Dei consummatus in virtutum gratia, quod maius est quam si clariusset 962. miraculorum gloria — miraculis quippe nonnunquam virtutes offuscantur, miracula vero solis virtutibus commendantur — 10. Kal. Iunii reddidit spiritum fatigatum nec victum fructuosus laboribus; et ad patres suos adpositus, qui seminaverat in benedictionibus messuimus^d 2 Cor. 9, 6. etiam in benedictionibus, centuplum et vitam aeternam secundum Dominum^e promissionem Matt. 19, 29. indeptus.

18. Gemmelacenses laeti ab invitis corpus domini sui suscipiunt, et se votivo operi accingunt. Qui praecaventes ne aesti caloris nimietas faceret iniuriam sancto corpori, intralia corporis eiciunt, ibique terrae infodiunt^f; cadaver vero sale et variis^g pigmentorum odoribus fol. 12. conspurgunt, quae putredini corporeae corruptionis repugnare possunt. Unus autem eorum nomine Adecho, qui semper familiarius fuerat obsecutus sancto viro, ac per hoc etiam sancto corpori adhuc obsequebatur^h instantius, hic comparato c rro cum bobus, superponit sanctum corpus, non quo honore dominum decuit, sed quo amore ipse debuit. Iam praecesserant longiusculi, et ecce omnis Gorziensium populus exarsit in ira et furore, egre ferentes corpus illius asportari, cuius meritis se credebat a Deoⁱ adiuvari. Ergo facto grege, perstrepunt populari more, et paucos multi insequentes clamant. Ad clamorem concurrentium Gemmelacenses obstupescunt, et tacito cordis clamore auxilium Dei querunt. Et qui pro filiis Israel pugnavit contra insequentes Aegyptios, pugnavit etiam pro istis. Subito enim^k orta tempesta aer inhorruit, et clara die nocturna aliena incubuit. Concrepant tonitrua, micant fulgura, cadunt fulmina. Illos tenebrae palpabiles ab itinere revocant, illi^l uno itinere gradientes nec ad dexteram nec ad sinistram declinabant. Ita illi divinitus exterriti retrocedunt, isti adiuti divinitus libere incedunt. Tam praedicibili miraculo sanctus Dei Wichbertus illustratus, cum multa omnium veneratione ad Gemmelacense coenobium est relatus, et cum honore debito in aecclisia sancti Salvatoris sanctique Petri apostoli sepultus, se cum Deo vivere fol. 12. ostendit se invocantibus. Credunt enim se eius tuitione protegendos perpetualiter, omnes qui eum invocant praesentialiter. Obiit autem hic sanctus Dei anno dominicae incarnationis nongentesimo sexagesimo secundo.

19. Quod talis tantusque hic vir Dei fuerit ne quis discredat, ipsius domni abbatis ERLUNI testimonium accedat, qui ei diutissime convixit, quem nichil illius latuit. Is ERLUNUS dans operam ad disponendum initiatae a domino Wichberto fraternalae societatis collegium, et ad hoc invitans venerabilem virum Alestrannum, quem post suam excepcionem et expulsioneMvraculus episcopus ordinaverat abbatem Lobiensium, scripsit epistolam in hunc modum^m:

INCIPITⁿ EPISTOLA ERLUNI.

Mira dispensatione misera operatur divina, ut praeecedentium actus iure sibi placentium dupli in hoc mortalitatis saeculo gratificant honore, ut non minoris gratiae in coelestibus ditent remuneracione. Denique his largitatis suae donis auctor omnium bonorum Deus posteritatem cuiusdam dilecti sui Wichberti praesentibus insignire dignatus est temporibus, nolens ut ipse testatur splendidis lucernae claritatem sub modi umbra diutius obtenebrari, quin potius aedificandi gratia longe lateque ceu aromatum fragrantiam eius dispersit boni odoris suavitatem. Hic igitur corde sitibundus gestiens adipisci gratiam et euangelici non surdus auditor sermons, cuncta despexit saecularia, respuit terrena, postposuit temporalia, semet de caetero mancipans cultui monasticae religionis, ut altioribus et sanctioribus Dei posset vacare iussionibus. Monasterio sane Gemmelaus nuncupato sui iuris haereditate Deo servientibus delegato, sincero affectu dilectionis fratrum monachorum coadunari voluit congregationem, ubi et ipse

⁵⁰ a) alii corr. illi 1. illi 2. illi 3. b) exhib. 2. c) hic caput XVII inchoant codd. 2. 3. codex 1. nonnisi maius T absque capituli indicatione vel numero habet. Scriba saeculi XVII. numerum XVII posuit, et nos infra XVIII et XVIII restituit. d) m. e. i. b. in loco raso 1. e) dei 2. 3. f) alius 2. g) famulabatur 3. h) apud Deum 2. i) etenim 3. k) illi 3. l) pergit 3. Miracula ritandi fastidi gratia suppressa sunt. Quandaqueidem multiplicata sunt super numerum. Sequitur relatio de elevatione eius. m) Quae sequuntur usque ad finem ducunt 2. 3. 3. 4. 5. et in 55 editis. n) deest 2. o) E. abbas 2. p) coadiuvari 2.

quod credi facile est, regulari vivens tramite, plurima Deo digna gessit opera, malens suae exortationis exemplo cunctos ad bene agendum corroborare, quam malae suasionis perfidia cotidie per devios errare decursum. Haec autem sanctitatis suae exempla et constantiae certamina non solum in iam dicto loco manentibus abundanter exhibuit fratribus, verum omnibus bene agentibus et sanctum sapientibus laicos et clericis, viduis et orphanis, monachis et Deo dicatis et feminis, suae exortationis documenta praebuit fidelia; et insuper veluti in proposito claruit, paginis et idolorum spurciis deditis misteria atque dogmata regis aeterni amministrare non distulit fideliter, cupiens eos supernis civibus sociare amabiliter. Post cuius decessum et vitae praesentis terminum, fideles diversae aetatis et diversorum graduum eius incitati bona actionis exemplo, opus desiderium et amoris dulcedine plenum quod ab ipso exortum est, ampliori frequentia promulgare curaverunt. Placuit sane pluribus circa locum commorantibus quibus mens sanior et erga Deum devotionis erat affectus, ob suas animas redimendas fraternali inter se iungere societatem, ut pacis et dilectionis tenentes in terris unionem, patriae coelestis mererentur perfici communione. Igitur Kalendas Maias convenerunt non modica fidelium turma ad locum memoratum inspiratione utique clementissimi Dei inflammata, devovens Deo per circulum anni 15 ad oblationis sacramenta pertinentia luminis, panis vinique mensuram communiter repertam, ut in die Kalendarum unicuique designato de his relbus pro eo fiat oblatio et sacri misterii supplicatio. Totius ergo vinculo dilectionis die praenotata tam abbas quam cuncta congregatio monachorum iam dicti monasterii necnon pagensium copiosa multitudo se conglutinare statuerunt, permanentes deinceps fide et karitate sociati. Initia est haec fraterna societas anno 20 primo imperii primi^a Ottonis, qui est annus dominicae incarnationis 963^c.

fol. 13.

HISTORIA ELEVATIONIS S. WICBERTI.

AUCTORE ANONYMO.

INCIPIT^d DE ELEVATIONE EIUSDEM SANCTI CONFESSORIS.

1. Exultemus dilectissimi, exultemus in gloria, quam in festa huius diei observatione nobis confert Dei gratia. Hodie quippe Deus nobis donavit, quod ab origine mundi paravit, gaudium videlicet de sancto confessore suo Wicberto, quem in operandis miraculis hereditavit sicut scriptum est nomine aeterno. Quae gloria nobis ex corporali eius presentia specialis, omnibus christianis facta est generalis, quia quem locus iste iam olim patrem à Deo meruit, hodie apud Deum mundus patronum agnovit.

Ecccl. 15. 6
Igitur sanctus Wicbertus 40 fere annorum spatio in honorum operum consummatus exercitio, apud Gorziam suae conversionis coenobium vita defunctus, in Gemmelaus, suae primae conversationis loco, sepultura est functus. Ubi ab a. dom. inc. 962. — eo quippe hominem exxit — per annos 137 tacito nomine iacuit, vix paucis fidelibus per cartas veteres recordantibus umbram eius sanctitatis. Anno autem dom. inc. 1099. refusit nominis eius 35 memoria, nova signorum gratia, illum mirificante Dei magnificentia^b. Quae ita in eo mirabilis fuit per 12 annos ante sancti corporis elevationem, ut longe lateque maximum ei ab omnibus comparaverit amorem et honorem.

2. Unde multis nostrum multis etiam extraneorum-videri coepit indignum, quod vir tanta apud homines aestimationis, tantae apud Deum sanctitatis, nullo cultu venerationis 40 honoraretur à nobis. Horum maxima pars erat Sigebertus, antiquae scientiae et reverentiae monachus, huius nostrae aecclesiae Gemmelicensis oculus, cui pie invigilabat vita et conversatione et religionis fervore. Tanto nanque certior erat de sanctitatis eius gratia, quanto vitam eius virtutibus plenam multa stili prosecutus est elegantia. Qui ex evidenti miraculorum ostensione, accepta explendi desiderii sui occasione, de elevatione sancti eius 45 corporis coepit agere apud eos quorum hoc erat auctoritatis. Denique domini Lietardi abbatis voluntate consulta et benedictione recepta, ad impetrandam super hoc episcopi Leodiensis auctoritatem ipse ab eo suscepit legationem.

^a unicuique 2. ^b eoz postea ab alio natais in secundi 4. ^c FINIT additum 2. 3. ^d Sequitur compendiosa relatio elevationis corporis ipsius sancti confessoris 3. Exultemus usque agnoverit desunt ibi. Historia elevationis deest 50 in 1. 4. 5. ^e magnificente 3. ^f munificentia 3.

3. Corrum Dei tunc Leodii aurigabat dominus Othertus, aëcclesiae suae inter praedecessores suos satis commodus. Qui ubi bonam bene desiderantium voluntatem audivit; discussa et comperta rerum veritate, iusta potentibus assensum dedit, gaudens tempore suo per Dei misericordiam revelatum, unde omnis mundus à necessitatibus pondere se sentiret relevatum.
 5 Ab domino Henrico, loci nostri archydiacono, causa defertur Frederico Coloniensium archiepiscopo. Confert ille in synodo generali, quid esset agendum super negotio nobis speciali, et ex consilio libens annuit, quod annuendum fidelis nostrae partis fautor innuit. Ita * divinitatis agente clementia, cum omnia cederent ex sententia, dominus noster episcopus eo erga nos factus est promptioris animi, quo in hoc se gaudebat habere assensum et auctoritatem
 10 etiam sui metropolitani. Denique ad huius negotii executionem ipse coepit insistere, quem in assentiendo unde consultus fuerat, pre nimio gestientis animi desiderio vix sperabamus persistere. Hoc enim crebri ad eum nostrae legationis excursus, hoc agebant voluntatis eius indices ad nos recursus.

4 Postquam autem per crebra nostrae legationis internuntia, diversa de hac re data 1110.
 15 sunt et accepta responsa, dominus abbas Lietardus iam per se statuit curare, quod aliis totum curandum videbatur commisso. Ergo licet fractus aestate senili, se ipsum impendens grandioris viae labori, Leodium properat quodam ut ita dictum sit alleviatu vehicle boni desiderii. Ibi tam episcopum quam archydiaconos, tam abbates quam universos aëcclesiasticae rei publicae conveniens paepositos, petuit ut ab eis unanimiter diffiniretur, quando con-
 20 ceptum fidelibus animis votum completeretur. Quod et factum est. Sane quoniam ad tanta novae salutis gauja non facile posset evocari semota fidelium populorum frequentia, placuit ut nono Kalend. Octobrium die, sancti corporis elevatio fieret, eo quod pridie in martyrio Sept. 23. sanctorum Thebeorum specialiter nobis sollempni, satis ingens populus et indicti commercii et votivae orationis causa, in hunc locum conveniret.

25 5. Dominus abbas Lietardus in his quæ sibi bene vel dicta vel facta sunt laetus, huius laetiae participationem ad nostram detulit expectationem. Monuit deinde ut desiderata boni patrui sollempnia debita nostrae devotionis paevenirent munia. Nanque ad prosperrandos à Dœo huius rei successus ex episcopi mandato ieunium indixit, quod ipse una nō biscum eo devotor quo sollicitior perfecit. Iamque effulserat dies illa, caelo terraque festiva,
 30 caelo pro compare designato, terrae pro patrono sibi assignato. Aderat utriusque sexus plebs innumerabilis, quos undecunque advocaverat amor et honor sancti confessoris. Convenierant etiam plures abbates et archydiaconi, et alii aëcclesiasticae religionis tam auctores quam discipuli, quos ad caelestis thesauri compositionem invitaverat auctoritas domini episcopi et religiositas tractandae rei. Quorum devotis obsequiis sancti corporis margaritum
 35 elevatum de loco sepulturae, in proximam agri plantiem est deportatum, expectantibus populis demonstrandum.

6. Interea pro re et tempore habitu ad populum sermone, cum omnibus satis factum esset pro sua expectatione super sancti corporis visione, sanctus confessor Wichertus ab omnibus veneratur, à pluribus votiva vel spontanea oblatione muneratur. Inde ad loci nostri 40 tutelam et salvationem, cum feretro ad hoc fabrefacto in placitam sibi aëcclesiae nostrae Gemmelacensis repositus est mansio[n]em⁴. Multis denique fidelium non satis visum est, quod eis huius diei gaudio participari datum est, nisi aliquid reliquiarum singuli ut petierant accipere mererentur, unde ab eis cruces, altaria, vel etiam integra oratoria dedicarentur. Quanta vero fuerit huius diei laetitia, qua in Domino laetantium et exultantium gloria, quia nemo
 45 ad dicendum potest sufficere, bonum est silere quam parum dicere. Immo quia promptiora sunt testimonia rerum quam verborum, de ea credatur innumerabili turbæ fidelium populo-
 rum, quos ad anniversarium suae ipsius elevationis diem, gratia sancti confessoris invitat, et semper ut creditimus invitabit per novam miraculorum operationem. Facta est autem cele-
 britas huius elevationis, anno quarto Heinrici quinti huius nominis imperatoris, qui est 1110.
 50 ab incarnatione domini Salvatoris.

7. Huius elevationis dies tanto est signorum privilegio commendatus, ut non humana temeritate sed divina ordinatione credatur esse dispositus. Cum enim in eo quem prescripsimus loco, expositioni sancti corpus spectaretur à populo, apparuit quibus videre datum est signum crucis in caelo super ipsum locum, quod videbatur orbe splendente circumfusum.

55 a) Ita — recursus desunt 3. b) tantq 2. c) ad h. f. desunt 2. d) hic desunt 3, his verbis: *Hucusque sancti viri elevatio. Sequuntur privilegia Othonis et Benedicti VII, postremo relatio de combustione monasterii.*

110. *Rerum ut creditur mysterio insinuante, ut quia communis hostis-ho signo victus est Christo triumphante, per huius patroni merita supplices eius erui sperarent ab inimicorum visibili-
um et invisibilium potestate. Et quia semel inimicorum mentio facta est, pretereundum non est, quod in honorem et amorem sancti confessoris tot inimici inter se homines ad gra-
tiam redierunt, quot hi qui aderant nunquam sua memoria redisse viderunt. Unde salvo pri- 5
vilegio dominicae nativitatis, angelicum illud carmen aptandum est gratiae huius nostrae festivitatis: *Gloria in excelsis Deo, et in terra pax hominibus bonae voluntatis.* Quomodo enim non detur gloria in excelsis Deo, qui sanctum summum apud se glorificatum in caelo, coram hominibus glorificavit crucis ostensae signo? Consequenter etiam in terra pax homi-
nibus bonae voluntatis esse debet, quibus divinitas in omnibus vel offensis vel necessitatibus 10
tantum apud se intercessorem prebet. Ad cuius meriti commendationem non immerito factam crediderimus crucis demonstrationem, quippe quem scimus propter Deum expedite sequendum; se ipsum sibi abnegasse, et crucem suam, hoc est carnis suaे mortificationem, post Christum tulisse. Denique et orbis ille qui apparentem crucem visus est circumfusisse, non indecenter estimatur coronae significativus fuisse, quam iste sanctus pro suis iustis labo- 15
ribus creditur à Deo meruisse. Cur autem hoc signum alii viderint, alii videre non meruerint, non ad nostrum de aliquo preiudicium, sed ad divinum de omnibus pertinet iudicium. Deus enim index iustus, etiam hoc tempore iudicat de quibusdam hominibus, et istos misericordiae suaे consolatione dignos, illos penitus ducit indignos. Itos, quia quod rectum est agunt, et si adhuc errant, nichil ex obstinatione sed ex ignorantia et simplicitate faciunt; illos, quia 20
viventes et videntes in ignem vadunt. Unde credendum est et dicendum, quod Deus hoc signo sanctum suum propter illos glorificaverit, quos de eo non perfide sed more humano dubitare viderit, ideoque illud vidisse multos dubitantium, paucos sanctitatem eius creden-
tium, neminem virtutibus ipsius invidentium.*

8. Quid autem dicemus de muliere quae cum oportuno loco starebat, elevata in conspectu 25
populi sancta pignora non potuit videre? Nimirum quod in occulto divinitatis iudicio eius causa talis erat, ut indigna esset videre, quod omnium aspectibus expositum fuerat; se ipsam tamen ipsa conveniens, et nichil preter peccata sua visibus suis obstatre cognoscens, tamdiu apud se Deo humili satisfecit oratione, donec perfrui mereretur sanctarum reliquiarum visione.

9. Nec minus miraculo dignum est, quod in altera muliere factum est. Haec dum ad 30
nova huius diei gaudia cum populi venisset frequentia, desiderium fideli apportavit in pectore, ut aliquam portiunculam sibi reportaret de sancti confessoris corpore. Expositis igitur ut dictum est ad videndum sancti pignoribus, astabat ipsa cum astantibus, et tanto eius desiderium angebatur, quanto augmenti causa videnti proponebatur. Quid igitur ageret, quo se verteret? Non erat ea persona, quae de tam precioso munere quenquam interpellare presu- 35
meret, vel cui interpellanti quisquam impertire auderet. Quia igitur de humano adiutorio illam omnimoda occupaverat desperatio, Deum precordialiter orabat ne fraudaretur à desi-
derio suo. Dum autem soli Deo causam suam revelaret, utque exaudioretur indeficiente oratione, mirum dictu, in manibus suis quas supplices in caelum porrexerat, subito inventi quidam reliquiarum quas tantopere desiderabat. Quod unum dentum sancti confessoris fuisse 40
proditum est ab eis quos rei testes contigit esse^a. Ecce qualiter uno die et loco quatuor miraculis sanctus pater noster Wicbertus glorificatus est à Deo. Uno per crucis in caelo demonstationem, altero per inimicorum hominum reconciliationem, tertio in muliere cui et clausi et aperti sunt oculi carnis, quarto in exauditione alterius etiam mulieris. De quorum miraculorum gloria, hodie à Deo in tali patrono nobis concessa, nichil dicere, nichil dignum 45
possimus retribuere, nisi ut haec Dei opera Dei fateamur esse miracula, qui in sanctis suis gloriosus vivit et regnat in saecula saeculorum amen.

MIRACULA S. WICBERTI.

AUCTORE ANONYMO^b.

PROLOGUS SIGEBERTI IN MIRACULIS SANCTI GUIBERTI.

50

Prov. 10. 7.

Dicit Sapientia: *Memoria iusti cum laudibus, nomen impiorum putrēset.* Verum esse quod dicit sapientia, testantur etiam nostra tempora, quae cum laudibus Dei recolunt memo-

a) hic desinit 3^b. b) haec desunt in 1. 2^b. 3^b. 4. 5.

riam iusti, sancti scilicet Wicberti, qui fuit fundator Gemmelaicensis coenobii. Non enim computruit nomen eius per tot annorum curricula, per quem nomen Domini benedicitur et benedicetur in saecula. Anno siquidem incarnati Iesu Christi 1099, qui est 137. a transitu eiusdem sancti Wicberti, refloruit memoria nominis eius per novam miraculorum gratiam declarata. Quamvis bona vita aestimatio non constet in ostensione miraculorum, sed in virtute operum, tamen miracula per sanctos viros divinitus ostensae sunt bonorum operum testimonia. Nec frustra Paulus apostolus ait: *Signa non dantur fidelibus, sed infidelibus.* Quantu*m* ^{st. 1 Cor. 11, 22.}

Cum ergo Deus per sanctos viros signa et prodigi operatur, revera infidelitas hominum increpatur, quod sancti viri ab eis digno venerationis cultu non honorantur.

VISIO EIUSDEM SIGEBERTI.

1. Aliquos nostrum multum offendebat, multos etiam extraneorum contra nos usque ad indignationem concitabat, quod sanctus Wicbertus vir apud saeculum tantae nobilitatis, apud Deum tantae sanctitatis, nullo venerationis cultu honorabatur a nobis. Inter eos qui hac pia movebantur indignatione, erat quidam Sigebertus nomine, primus apud nos aetate et conversatione, scientia et religione. Hic circa venerationem vel revelationem sancti tanto ducebat desiderio quanto circa adventum vel revelationem Christi antiquus ille Symeon. Unde et ad sepulchrum eius locum compunctionis sibi statuerat, quem exemplo illius quangelicæ Mariæ cum aromate orationum frequentabat. Et quia erat custos aëcclesiae, quanto id licentius, tanto exequebatur devotius. Erat autem summa orationis eius, ut antequam moreretur experimento probaret, cuius vel quanti meriti esset apud Deum sanctus Wicbertus. Quadam igitur nocte ex consuetudine oravit, ibique cibatus pane lacrimarum et debriatus calice compunctionis, fessa membra quieti dedit. Vix obdormierat, cum ecce delectatur visione mirifica. Videt in ipsam aëcclesiam quasi solito festivus apparatum, solito clarius illuminata, innumerabilem intrare frequentiam, quam insignabat vel episcopalis auctoritas, vel clericalis dignitas, vel abbatum monachorumque religiositas. Tunc velut ad agendum synodus sedes ponuntur, et ad dicendum in sedibus personae componuntur. Postquam super aëcclesiasticum statum satis competenter est tractatum, convenienterque definitum, ait quidam senior: *Cum de aliis causis pro quibus convenimus satis sit actum, de causa illa speciali pro qua in hoc devenimus loco, nulla adhuc facta est mentio, scilicet de fratre nostro Wicberto. Quidnam inquit alii tractaretur de eo, quam definitum est coram Deo, qui iam mirificavit eum apud se et apud nos, et iterum mirificabit eum apud saeculum in proximo? Vadim inquit senior ille, et hoc ipsun fratri illi curabo intimare, qui huius rei gratia nos inquietat die ac nocte.* Et accedens ad Sigebertum — stabat quippe eminus expectans rei exitum —: *Comprime, ait, suspirium, exhilara vultum et animum: complebitur in bonis desiderium tuum. Mirificavit Deus sanctum tuum, et iterum mirificabit eum.* Quibus dictis, solutum est sanctum illud concilium. Sed quia animo cupienti nichil satis festinatur, dominus Sigebertus huic visioni minus gratis, minusque credulus, iterum soporatur, et iterata visione non iam delectatur sed corripitur. Videt sanctos proceres sicut prius conseruentes et colloquentes, severiori et velud indignabundo vultu in se respicientes, illumque suum seniorem non iam sibi blandientem, sed durius inquietantem. *Cur, inquit, quod tamdiu desiderasti tam difficuler credis, et quod tibi ipsi non expedit, ingratus es dono tantæ visionis? Quod dixi dico, et quod dico, a Deo dico: „Mirificavit Deus sanctum tuum, et iterum mirificabit eum.“ Si credis crede, videbis in proximo te non frustra credidisse.* His verbis territus dominus Sigebertus, lecto exilit, et ad tumulum sancti patris recurrit. Ibi quantum gratiarum Deo reddidit, solus ipse Deus testis fuit. Et ex illa hora certus de Dei misericordia et sancti Wicberti gloria, coepit eum habere iam in maiori reverentia.

2. Ventilabro quadragesimalis observantiae purgabatur area sanctae aëcclesiae, quando seniorem nostrum tali contigit illustrari revelatione. Et quia propedium instabat tempus desiderabile, tempus illud de morte Christi venerabile, gloriosum de resurrectione, ibi fixit anchoram suae intentionis, quod si quid divinitus novandum esset circa memoriam sancti confessoris, illo potissimum fieret tempore, quo leguntur multa corpora sanctorum surrexisse et multis apparuisse, in testimonium dominicae resurrectionis. Ideoque quasi nichil esset quicquid ante fecerat, quicquid ieiunaverat, quicquid vigilaverat, quicquid oraverat, ad maiora se excitat, et pre oculis habens divinae promissionis oracula, quanto de veritate promittentis

erat certior, tanto in illa quam sperabat die volebat inveniri parati. Verum non sicut ipse cogitabat — Dominus enim novit cogitationes hominum quoniam vanae sunt — sed sicut Deus disposuerat factum est. Iam ergo transierat non solum dies illa de Christi resurrectione celebris, quinimmo et illa de eius promissione, id est adventu sancti Spiritus expectabilis, et infra tale tantique tempus mysterii, nichil novi contigerat circa sepulchrum sancti. Videre 5 erat senem nostrum dominum Sigebertum in hac expectatione deficere, mori malle quam vivere, se reum, se stultum indicare, quasi qui se dignum aestimaverit, quem Deus dignatur sua revelatione. Sed qui humilis Deus dat gratiam, cito consolatus est eius diffidantium per talem rerum et miraculorum consequentiam.

35. 3. Ad oppidum Deonatum³⁰ confluente undique magna populorum frequentia, eo 10 quod ibi per memoriam genitricis Dei Mariae declarabatur multa miraculorum gratia. Et quia ibi aliquibus reddebat optata sanitas, multos ibi iacere faciebat spes recuperandae sanitatis. Venerat illuc inter alios quaedam puella nomine Hersendis, quae per infirmitatem visu oculorum privata, poscebat et ipsa sanitatem sibi conferri a genitrici Dei. Sed quamvis non meruerit remedium, meruit tamen recuperandi remedii consilium. Ammonita est enim in 15 somnis venire ad Gemmelacense monasterium, quia ibi non decesset sibi sanitatis remedium. Venit ergo die dominica ante martyrium apostolorum, et cum multis lacrimis orans, ostendebat cordis sui affectum. Sed quia nesciebat quo se verteret, vel cui causam suam aperiret, premerore cordis et dolore corporis tota ebdomada lecto decubuit. Vesperi sabbati ad aeccliam rediit, causam suam aperuit, et ut liceret sibi pernoctare in aecclia vix obtinuit. Ad 20 tumulum sancti Guiberti duxerat, ibi pernoctavit, et quam devotus potuit sanctum Dei pro se ipsa interpellavit. Nec frustra. Diluculo enim surgens a sancti tumulo, mox ut exivit ab aeccliae ostio: *Gratias, inquit, tibi o Deus ago, quia video lumen caeli, quod multo tempore non vidi.* Haec prima miraculorum gratia laetificans animos fidelium, commovit omnes ad laudandum Dominum.

4. Fama de nomine sancti Guiberti etiam mare transivit, et Angliam illustravit. Cuius rei haec fuit causa. Quidam Gemmelacensem Hethelinus nomine ad Angliam venerat causa negotiandi. Eius caballus infirmabatur, iesus quippe fuerat cum a navi extraheretur. Utile visum est sociorum consilio, ut apposito fleotomo infirmum equum recrearet sanguinis minutio. Apposito fleotomo sanguis fluebat, sed fluxus sanguinis modum excedens, nullo modo 30 reprimi poterat. Multi negotiatorum, multi quoque Anglorum concurrunt; multa dicunt, multa faciunt, quae ad reprimendum sanguinis fluxum prodesse solent. Quae omnia cum hic nichil valerent, ille cuius erat equus recurrens ad notum sibi praesidium: *Sancte, inquit, Wicberste, qui michi te invocanti consuesti adesse, ecce in tuo nomine denarium superpono effluentem venae.* Dixit et imposuit, et in ipso dicto fons sanguinis stetit, nec ultra effluxit. Angli pre 35 omnibus super hoc mirati, requirunt de nomine et merito sancti Wicberti, et discentes esse propitabilem invocationem nominis eius, assueverunt invocare eum in suis necessitatibus.

5. Et quis dubitet dignum esse miraculo, quod per invocationem sancti Wicberti operatus est Deus in liberando Everelmo? Hic Everelmus genere nobilis, usu etiam militiae non ignobilis, captus a nepte sua Petronilla comitissa, in castello quod vocatur Gocileis³¹ vinculatus sub tua iacebat custodia. Et quia nepos suus erat suspectus sibi et omnibus pro robore corporis sui et industria animi, nullius precatu vel hortatu potuit Petronilla flecti, nec comitis nec ipsius ducis respectu potuit moveri, ut acceperit obsidibus tam diu absolveret Everelnum, donec res et causa referretur ad audiuentiam patriotarum. Desperans ergo de humano auxilio, causam suam commisit Deo, et ponens spem sue liberationis in sanctorum Dei patrocinio, apostolofum principis Petri auxilium expetebat, cuius aeccliam Petronilla propter se capiendum ingenderat. Cum in eius pietate diu totus penderet, vidi tandem in somnis quod ipse apostolus Petronillam compellaret, ut se obside accepto Everelnum ad tempus absolvaret. Quod cum ab ipsa impetrare non posset, indignabundus apostolus redibat, precipiens Everelmo ne causam suam turpi condicione peioraret. Cum interim nulla daretur ei poenarum remissio, et ideo flagraret maiori querendae salutis desiderio, hoc etiam intendit animo, ut sanctum Wicbertum invocaret attentius, cuius efficacem pietatem in liberandis captiis audierat predicari a pluribus. Satisfaciens huic desiderio, eum invocabat cum voto. Neque hoc satis sibi fuit, sed uni servorum suorum aperiens cor suum, precepit ut ad tumulum

³⁰ hoc caput mutatis ultima sententia extat et in 2b.

³¹ Dinant. ³⁶ an Gottendeys, castellum Mochlinense?

sancti Wiberti iret, suumque ei votum praesentialiter offerret. Venit servus, votumque domini sui obtulit sancto Dei quam potuit devotus; et cur venerit, quid voverit, notificavit quibus voluit. Tertia abhinc nocte intedit Everelmus rem impossibilem homini incipere, meritis sancti Wiberti, cooperante sibi illo cui nichil est impossibile. Quod hoc sine Dei auxilio impossibile fuerit homini, facile patet sapienti. Locus in quo carceratus iacebat, una tantum pariete à lecto Petronillae distabat. Quia enim custodiam huius nulli omnino credebat, eum in tam vicino sibi loco locaverat, ubi si aliquis quantulumcunque loquendo müssaret, vel aliquid fragoris faceret, hoc ipsa arrectis auribus praesentiret. Boia³⁶ autem tam convictum constringebat undique utrumque captivi pedem, ut nullam omnino haberet eundi facultatem.

Quis enim convictis et immotis pedibus incedat? Sed nec facultatem habebat movendi se de loco ad locum, nisi aut natibus et manibus se trahendo, aut manibus et genibus reptando. In crepidine loci illius iacebant duo ligna, non casu ut credimus ibi proiecta, sed divino nutu illi oblati. Aggressus itaque naturam vincere industria, multo labore cavata manibus terra, infixit terrae ipsa ligna, et oportune coepit rependo manibus et genibus ascendere, et tam laboriose superata lignorum altitudine, nitebatur laquear domus attingere. Et revulsa una laquearis tabula, ad superioris tabulatum domus iam pervenerat. Quae omnia cum non potuerint fieri sine aliquo fragore, tamen nichil horum aliquis in domo quiescentiam potuit audire. Everelmus se reptando trahens ad domus fenestram, nisu quo potuit se iecit in illam. Hic certe opus fui illi invocare Deum et sanctos Dei, et frequentare nomen sancti Wiberti, cui 20 commiserat sumnam inceptae rei. Fenestram enim tam angustum esse invenit, ut nullo modo vel ultra procedere vel retrocedere poterit. Rem miram non meis sed ipsis Everelmi verbis dicam. Post invocationem Dei et sancti Wiberti, aut fenestram ita ampliatam, aut corpus suum ita attenuatum esse obstupuit, ut facultatem vel procedendi vel retrocedendi ad plenum habuerit. Et quia retrocedere erat illi odiosum, animavit se ad procedendum, et 25 mappula linea ad fenestram affixa, per eam se quamvis periculose deiecit ad terram. Cum tali periculo egressus domo, et expertus quia nunquam vincitur periculum sine periculo, addixit se non minori periculo, scilicet ut exiret de alto castelli muro. Quomodo vincis pedibus et ponderosa catena gravata ascenderit altitudinem muri, ne mirari quidem potest aliquis nedum explicare verbis. Est quidem nimis ammiranda tanta fortis viri constantia, est 30 satis laudanda tanta prudentis viri industria. Sed non multum profecisset fortitudo humana sine divino auxilio, nec multum valuisse humana industria sine divino consilio, et ideo omnia sunt digna miracula. Quoquomodo igitur ascenso castelli muro. Everelmus extractam camisiam suam muro affixit et per illam quoad potuit se traxit deorsum, deinde cadendo humum attigit, et quasi truncus teres volutus in aggeris profundum, etiam inde mirabiliter 35 erepsit. Tandem contingens planitiam campi, iam habebat libertatem abeundi, sed non habebat facultatem eundi. Et tamen nunc natibus se trahendo nunc genibus rependo prout poterat, desiderio suo satisfaciendo, expertus est quia audentes Deus ipse iuvat. Hoc modo proximam silvam pertransivit. Sed timore coepit vir sagax et industrius, ne forte inveniretur à querentibus, si vestigia sua deprehenderentur ab indagantibus canibus. Hec timore vires 40 animi et corporis colligit, et saltibus uti coepit, et tertio saltu se in praeterfluentem fluvium transiecit, et limosa ripa manibus suis cavata, in ea totum diem latuit. Videbat propter se quaerendum hac illac circumcurrentes, videbat canes odorisequo habitu vestigia sua indigantes, videbat et audiebat mulierculas iuxta se herbam colligentes, nec tamen ullo modo spem salutis suae deponebat. Iamque die clauso, qui pericitanti videbatur esse longior toto 45 anno, et instantie noctis crepusculo, erat videre et audire quam multi Everelnum undique ventilabant cornibus, quam multi discurrebant ubique cum lanternis et facibus, quam multi eum per silvam venabantur indagibus canibus. Erat omnis via obessa, erat omnis semita interclusa. At Everelmus in Deo et sancto Wiberto confitus, usque ad galli cantum iacuit 50 spe sola animatus. Gallo vero canente, accinxit se animi fortitudine, et surgens volebat abire. At Iesus qui canente gallo Petrum lacrimantem respexit, canente gallo etiam Everelnum lacrimando orantem respexit, et quia eum pietatis oculo respexerit, hoc primum iudicium fuit. Canente gallo, unus Everelmi pes solitus est à boiae vinculo, eamque partem boiae alligans cruri suo invasit viam felici auspicio, semper sanctum Dei Wibertum invocando. Frustratis ergo omnibus se quaerentibus, ibat tota nocte Christo due tutus, sancto Wiberto 55 subsidiante securus. Et mane veniens ad Fraxinensem ecclesiam propter se capiendum à

³⁶ i. e. catena.

Petronilla incensam, gratias egit sancto Petro, qui se vadem obtulit Petronillae pro eo absolvendo. Et non ingratus sancto Wicberti cui post Deum summam suae absolutionis commisit, oportune ad eius tumulum venit, et ad testimonium divinae virtutis boiam cum lacrimis exultationis tumbae eius superposuit. Quam qui videt, gratias Deo referre debet, quod sanctos suos ita glorificat.

6. Mulier oriunda de villa nostrae fraternitatis Brania, nimio dolore dentium multo tempore iacuit afflita. Et invocans nomen sancti Wicberti, affectuose implorabat ut sibi dignaretur auxiliari. Nec id frustra fuit. Mitigato enim dolore, experta est nomen sancti Wicberti se invocantibus esse propitiabile. Ergo ad indicium consecutae medicinae fecit ceream gengivae ad similitudinem humanae gengivae, eamque ad tumulum sancti Wicberti detulit cum gratiarum actione. Omnia recensere singillatim, et singula replicare seriatim, est difficile, nec est multum utile. Ideo de multis aliqua breviter conscribuntur, ut ex paucis multa esse veraciter probentur.

7. Hasbania laetificata uno et altero sancti Wicberti beneficio, illustrata est etiam tertio eius miraculo. Diem festum pentecostes populus sollempnizabat, et vergente sole ad occatum, vespertinam sinaxim aeclesia celebrabat. Et ecce quidam parentum suorum manibus sustentatus venit, et sequente populo ad tumulum sancti Wicberti duxitus, boiam magni ponderis tumbae sancti superposuit, et cum lacrimis exultationis gratias Deo et sancto Dei egit. Interrogatus quis esset, unde esset, quis eum captivasset, quomodo evasisset, omnia seriatim exposuit: *Ego, inquit, in villa Hasbaniae quae vocatur Pellonias degebam, et pro me-15 diocri rerum mearum copia, me strenue agebam. Sed quantalibet assit homini felicitas; non abest ei aliquando adversitas. Michi enim insidiatus quidam praedictus nomine Petrus, me captum inclusit in castello quod dicitur Wanga¹. Ego sumam redemptionis meae taxabam secundum meum posse, sed ille illam taxabat secundum suum velle. Et haec inter me et illum dissensio fuit michi gravioris mali occasio. Postquam enim coepit illum tedere super longa dilatatione redi-20 emptionis meae, quam graviter in me exarserit, ex hoc una intelligi poterit. Non contentus esse constrictos pedes meos hac gravi quam videtis boia, pollices et combinatos utriusque manus meae digitos artissime constrinxit arcuati corda. Qua' poena quae potest esse gravior angustia? Ego tot malorum pertesus, dominica nocte post rogationes cum corde meo locutus, sanctum Wicbertum quem solebam invocare frequentius, modo invocabam devotius. Et crumpenti-25 bus lacrimis de profundo cordis, his orabam verbis: „Sancte Wicberte, quem omnes experimen-30 tudent esse tam pium et tam exaudiibilem, cur ita obdurasti contra me peccatorem, te praec-35 omnibus sanctis fiducialiter invocanter? Tantae me coartant angustiae, ut iam ex desperatione timeam periculum animae meae, nisi digneris ianuamque michi subvenire.“ Cum taliter orarem, tantum in loco in quo iacebam sensi esse calorem, ut putarem iuxta me accensam fornacem. 35 Et concussus magno horrore, tanto omnium membrorum meorum perfusus sum sudore, ut num-40 quam sic exaestuarim pro aliquo calore. Cum inde et corde et corpore anxiarer, coeperunt dissolvi colligati manuum digiti, et paulo post coeperunt etiam laxari boiae pessuli, et gratias Deo et sancto Dei, usus manuum et pedum redditus est michi. Et oblitus omnis doloris, nec timens quinque custodes qui circa me iacebant, quos etiam vigilare putabam, coepi abire cum 45 spe securitatis. Emotus cardo ostii tantum emisit stridorem, ut michi ipsi magnum pavorem, et omnibus in domo quiescentibus gravem incusserit horrorem. Veneram ad septum castelli. Hic certe omnis spes excidit michi. Quid enim facerem? Redire non audebam; quomodo de septo castelli exirem nesciebam, quia nichil consili, nichil virium erat michi, ut quoquomodo quare-50 rem aditum excedendi. Cum starem ibi attontus pavore, coepi sanctum Wicbertum invocare, et imputans ei fugae meae causam, lacrimans dicebam: „Decepisti me, sancte Wicberte, et deceptus sum, qui dum fugio damnum rerum mearum, incurri mortis periculum. Si hic inventus fero, nulla erit michi ultra redemptio. Sed tu, sancte, perfice quod coepisti, quia tibi soli post Deum causam meam commisi.“ Cum haec tecum agerem, sensi quasi sonum alarum avis circa me volitantis, et cum pavore quo tremebam etiam horrore concussus, stabam extra me positus, et 55 a sensu meo alienus. Testor Deum, testor sanctum Wicbertum, me nescire omnino quid interim michi contigerit, scilicet quomodo trans septum castelli positus sim, quomodo praeципitum aggeris evaserim. Quod ad me reversus ubi intellexi, non potest dici vel credi quantum stupui et adhuc stupeo. Invasi tamen viam, iam spem bonam portans tecum. Audiebam familiam castelli perstreptem, et me cum cornibus et facibus et canibus quarentem. Videbam canes me 55 indagantes, qui me viso obmutisebant et quasi baculo percussi retrocedebant. Super his gra-*

¹⁾ Wange, in districtu Landensi.

tias agens Deo et sancto Dei, prout poteram eundo noctem explevi, et insperato mane ad domum meam veni. Et quia prohibente dolore corporis hue statim venire non potui, ecce octavo absolutionis meae die venio ad referendas gratias Deo et sancto Wicberto. His auditis, laudabant omnes Deum in sancto eius, laudabant Deum in virtutibus eius, laudabant Deum in cimbalis iubilationis, et personabat aeccliesia in laudibus sanctae Trinitatis.

8. Post decessum bonaë memorie domini Lietardi abbatis multæ et magnæ adversitatis occurrerunt nobis, quibusdam familiae nostræ neglecta aeccliesiae iura sibi vendicantibus, et in nos nostra reclamantes quasi sua calumpniantes dure vindicantibus. Quam tragediam quia satis cantata est in mundi theatro hic referre supersedeo, cum proprium locum desiderio ret eius plena relatio. Igitur ad discernendam ab hominibus iniquis causam nostram dux Godefridus Lovaniensis Gemblaum venerat, ubi magna tam optimatum quam satellitum^a eius frequentius convenerat. Corpora sanctorum Exuperii martiris Maclovi et Wicberti confessorum in medio ecclesiae terratenus iacebant, ut quia peccatis obstantibus exaudiri non merebamur in tribulatione nostra, per hanc sanctorum satisfactionem reconciliaretur nobis Dei misericordia. Ad horum ergo sanctorum venerationem multi eorum qui convenerant ad diem illum convertebantur, praecipue ad sancti Wicberti, cuius nomen gloria miraculorum novitate tunc temporis celebrabatur. Inter alios quidam nobilium Henricus de Bierbaïs aderat, qui licet filius saeculi tamen ipsi sancto Wicberto genere proximus erat. Qui cum iuxta transiret multis comitantibus: *Eia, inquit, stenus, et Deum in sanctis suis adorando, parentem meum sanctum Wicbertum salutemus.* Hoc dicto cooperat appropinquare, cum quidam iuvenulus miles tam levis animo quam aetate: *Dic, inquit, illi ut me adiuvet, quia hic subsistere mihi otium non est.* Ille dicti levitatem abhorrens, ad orandum procubuit, male sanus autem iuvenis pertransire voluit, sed divino verbere correptus non valuit. Et enim facie subito distorta, quidam membrorum tremor et oblivio mentis eum intercepit, et labantibus vestigiis vix sub-25 sistere nedum ire posse coepit. Oculi torvum aspicere, aures surdescere, lingua balbutire, ita ut de homine nichil iam videretur habere. Nisu tamen quo potuit ad locum usque chori perreptavit, et quandam fratrū^b ibi sedentem videns, illi se adiungere temptavit. Horruit ille torvum hominis aspectum, sed miseratus est debili incessum. Ita horror fugere, miseratione compellebat stare. Vicit autem miseratione, et quem horruerat primo aspectu, appropin-30 quavit misero. Seorsum dicit hominem, quis, unde, quomodo in hanc faciem sit mutatus, quaerit per ordinem. Ille expones personam, locum, tempus, causam: *Ego, inquit, Gerardus de Morealmes, hodie cum quibusdam primoribus et sodalibus meis hoc oratorium intraveram, et illis erga sanctorum praecipue sancti Wicberti venerationem devote se agentibus, devotionem eorum quibus non decuit irridere coepi sermonibus. Eam ob causam in miserabilem quem cer-35 nis habitum me demutatum scio et confiteor, utque a sanctis, praecipue sancto Wicberto, quem specialiter offendi, veniam merear, te considente, precor.* Peccatum ergo suum humiliter confidenter frater ille corporali verbere correxit, et correcto penitentiam indixit. Adeo autem praecordialis fuit eius penitentia, ut eam statim conquereretur venia, dum ita in iuvenilis aetatis decorum illico est reformatus, ut se sibi tam subito redditum sit miratus.

40

GESTA ABBATUM GEMBLACENSIVM

AUCTORE SIGEBERTO.

INCIPIT LIBELLUS DE GESTIS ABBATUM GEMMELACENSIVM.

1. Vitam Erluini, primi Gummelacensium abbatis, Richarius monachus eius ad^c Notge-^d rum, Leodicensem episcopum, metrice descripsit; sed nescimus quomodo accidit, quod dissimilis et intercisis scedula à memoria omnium deperit. Unde nos quasi particulas discussas vestis recolligentes, et quicquid de eo scriptum ubiubi invenimus simul assuentes, fecimus ut saltem hereat sibi quasi unius corpusculi compages. Ne ergo exordium ratiunculae nostrae ex ambiguitate aliquius conjecturæ vacillare videatur, verba ipsius Richarii in fundamenti stabilitate iacentantur^e.

50 a) satellum c. b) fr̄m. c) e corr. d) hic foli excisi reliquiae manent, sed quid continuerit non liquet, nisi primam paginam vacuum, alteram titulo libri et praefatione quae iam fol. 13. legitur implam fuisse credit, quod quam haud veri simile sit, potius in eam partem inclino, ut tam in confiendo libro membranam simplicem altera parte carentem adhibitam fuisse statum.

66*

1113.

Febr. 4.

fol. 14. 2. Venerabilis itaque Erluinus patris proprii studio litteralis scientiae imbutus documentis, cum in praesenti seculo cerneret nil agi utilitatis, coepit estuare eius ruditus affectus, dans operam ut postpositis vitae lubricae faleramentis, coenobitarum sponte conglomeraretur phalangi. Menia siquidem Gemblacensis coenobii pariter cum domino Wichperio Dei cultore construere viriliter egit, eius quoque, ut luce clarus agnoscitur, amminiculatione cohors 5 monachorum puerorumque in Domino communiter degentium conglutinata est haut exigua. Omnibus enim gratus exitit, singularis karitatis, fervoris, alacritatis, in advenis, in pauperum catervis. Sane pro meritis condigna rependere noverat, simplicibus misteriorum profunditatem deponeret, in solvendis ac opponendis sagax assertionibus. Adversus malignorum procellas vigens ac solidus, rebus in adversis submittere nolens animum, sobrius per pacis 10 prospera. Redundabat amor et timor in subditis, dogma redolebat in alumnis. At vero quem nulla quiverunt adversa movere, licet concussus et iactatus sit molestiis acerbis, contendit iugiter virtutum gradibus polorum scandere regna. Novit enim quod felicem tranquilla non faciant, verum mens sibi bene conscientia quanto magis atteritur, tanto amplius splendescit. Gaudia quoque lubrici seculi quo magis vernando* pollut et amplis se spaciando trahunt in- 15 cessibus, hoc amplius noctis tartaræ subeunt penetralia, sublatoque lumine ruunt morte perimente pestifera. Sane patronum supra memoratum laude dignissimum cum clausum septa coenobii tenerent absconditum mundo, verum vernante polo, utpote sidus splendi- fluum, dictis pariter et actibus pollens radiabat ubique; monachis etiam clericorum contionibus formam vitae super astra ferentes totis nisibus celebre ostendebat, et ad coelestis consor- tium Hierusalem de noctis valle vocatos, quo virtutum gradibus lucis scandere itinera certarent, multis modis hortabatur. Talium siquidem floribus redimitus studiorum vitae perhennis semina humanarum mentium serena præcordiis, innumerabiles hominum phalanges propriis instituens exemplis, noxia mundi despiceret et salubre vivendi propositum docuit adire.

fol. 14. 3. Haec de rudimentis vitae et conversionis Erluini abbatis supradictus scriptor in ipso 25 rationis proemio per anticipationem declamavit, tempus quoque quando claruit in textus sui limine statim insinuavit, et virtutem actuum eius iterando apertius confirmavit; ita exorsus:

*Otonis fuit ad tempus hic regis in aula,
Terrigenis speculum, lux et imago Dei.
Ast ubi devotus fidei sumpsit documenta,
Sincero Dominum corde sequi studuit.
Quam patiens et quam dulcis quantumque benignus
Iugiter extiterit, quis memorare queat?
Nam placidus degens lenibat corda furentum
In mores pacis de feritate vocans.
Alloquo blandus, mira gravitate modestus,
Non asper, non trux, non violentus erat.
Mitius erat cunctis, suavis, pius atque benignus,
Gratus, blandilinquus compatiensque, bonus.
Quem mestum vidit, quem tristem quemque dolentem,
Affectu patris subveniebat ei;
Affatu dulci merentia pectora mulcens,
Angorem pressit^b, gaudia laeta dedit.
Quam praesens parcus fuerit potusque cibique
Ostendit sancti vita probata viri.
Aesuriem qui tam tenui suspenderat aesa,
Quo frenata magis quam saturata foret;
Et sitis ardorem modica dimoverat unda,
Ne tam extincta foret quam tepefacta iacens.
Illud in ore canens illudque in corde voluntans,
Pane quod in solo non bene vivit homo.
Sed virtute magis verbi mens pascitur, ex quo
Perpetuae lucis gaudia vita capit.
Insomnes noctes hic^c ducere sepe suetus,
Pulsabat coeli fletibus astra piis.*

fol. 15.

a) ero e corr. rec. manus. b) primo expressit? c) hinc corr. hic.

30

35

40

45

50

55

*Pervigili cura fortes optabat habens,
 Spiritui cogens membra subacta dave,
 Mundicia ut cordis superoqua ardore calentes
 Arceret flamas, carnis ab igne datas.
 Utque animus coelo iugiter suspensus inesset,
 Ac terris positus iam super alta foret,
 Coelestis verbi meditamen in ore tenebat,
 Iustitiam esuriens, iustitiam sitiens.*

4. His vivendi documentis non tantum initiatuſ, sed ad plenitudinem usque institutuſ, 10 vixit in clericaliſ ordinuſ habitu quam potuit laudabilius.^a Sed quia ipſe Dominuſ pars hereditatiſ est clericiſ ſecunduſ nomen ſuum³⁶ in ſortem Domini electiſ, ambiebat sagaciter, ut 36 funeſ hereditatiſ caderent ſibi in praecleariſ. Ideo proficiens de virtute in virtutem, de canonicae regulae gradu ad monachicae vitae ascenſit ſublimitatem. Ubi non aliter vixit quam alioſ vivere docuit; quoſ ſuo exempluſ ad eiusdem propositi iugum ſuſcipiendum attraxit, 15 ſcienſ iuxta dominicam vocem, quia qui dominica mandata ſoluit et alios ne solvant docet;^b fol. 15. minimuſ in regno coelorum vocari habet. Quapropter bona et agendo et docendo magnuſ in regno coelorum, in praefenti ſcilicet aecclieſia, merito eſt vocatus. Tam multiplici morum honestate uſquequaque commendatus, habebatur cunctis reverenduſ et Dei timorem appeten- 20 tibus per omnia imitanduſ. Multi etiam quoſ ſeculariſ adorabat potentia eum dignuſ iudi- 25 cabant ſua amicitia, pro eo quod in illo eminebat sanctitatiſ reverentia, consiliuſ vigebat pru- 30 dentia, et animaſ Deo lucrandi singulariſ ei diuinituſ collata erat gratia. Cui inter caetera hoc quoque addidit dispensatio divina, ut nobilissimi apud ſeculum et devotissimi apud Deum Wichpertuſ frueretur amicitia, ita ut mutuae karitatiſ inter ſe in diuiniſ coniuncti glutino, 35 unum vellent et unum nollent in Domino, et ubi tam pia erat unanimiſtatiſ inspiratio, nulla priuilegiuſ poterat ſubrepere contrarietatiſ conſpiratio. Sed profecto credebat multum deesse ſibi, cum ipſe ſolus retraxerit pedem à vanitate ſeculi, quod adhuc pars altera animaſ ſuae, 40 piuſſimus ſcilicet Wichpertuſ, hereret infixus in limo mundani profundi. Cupiens ergo ſupra- 45 dicto amico ſuo Wichpertuſ veraciter et perpetualiter frui in Domino, toto mentis ardebat deſiderio, ut eum poſſet lucrari Domino, et omnem gratiam amicitiae, qua apud animuſ eius tam efficaciter poterat, ad ſalutem animaſ illiuſ convertere geſtiebat. Nec priuilegiuſ deſtituit, 50 quam eum artiuſ in lacu miseriae mundanae et luto ſeculariſ potentia, fortiter inie- 55 ceta manu extraxit, et ſupra petram aecclieſiaſe conuerſationi ſtatuit, et gressuſ eius ad iter iuſtitiae direxit, et ynum novum divinae laudationi in os eius immisit. Deinde etiam in totius vitae ſuae tenore exequendo strenuus ei fuit eruditio, fiduſ et circumſpectuſ conſi- liator, et promptuſ in rerum oportunitate adiutor. Hoc denique incenſore basilicam Deo et 60 sancto Petro ſanctoque Exuperio aedificavit, officinas clauſtriſ monachicae religioniſ^c com- 65 petenteſ aedificavit, reſ ſuaſ hereditario iure Deo delegavit, fratres ad iuge Dei famulicium fol. 16. idoneoſ inibi congregavit, ſequoſ ſuauque omnia ad eius nutum obedienter ordinavit. Perpendens itaque praefatuſ Wichpertuſ hunc viruſ ſui temporibus à Deo deſtinatum 70 ad animaſ lucrandas, et bene expertuſ dirigi à Domino per omnia illiuſ vias, pro collato ſibi coelitus ſubſidio incessanteſ Divinitati agebat gratias. Unde ſalubri directuſ conſilio, totum ſe eius ſubmiſit magiſterio, eumque abbatem de legit et praefecit ſibi fratrūmque ſuoruſ collegio, ut omni mundanae ſollicitudiniſ onore deposito, ipſe ſecurius et intentius contemplati- 75 vae vitaſ invigilare proposito.

5. Itaque vir vitaſ memorabilis Erluinuſ^d non honorem ſed onuſ ſuſcipiens monaſti- 80 regiminiſ, eo ferventiuſ coepit insudare regulariſ disciplinae ſtuuiſ, quo ſciebat ſe Deo ratione- 85 m reddituſ, non tantum de ſuis ſed etiam de ſibi ſubiectoruſ ratioſiuiſ. De cuiuſ vitaſ inſinuando ſtatu, non opuſ eſt agere multo verboruſ ambitu, de quo conſtat non alia egiſſe niſi quea placita eſſent in-veri iudiciſ conſpectu. Nec dubium qui tam gratuite^e Deo 90 placebat pro bonaſ intentioni oculo, quod etiam Dei amatoribuſ placuerit pro bonaſ actioniſ ſtudio; et qui boni erat amatus et reverenduſ, non miruſ quod contrariuſ^f Deo erat ſu- 95 pectu et contrariuſ. Interius ergo animarum conſulens ſaluti, exterius autem corporuſ inten- dens uſui, ut prudens et fidelis paterfamilias utriuſque hominiſ propriebebat utilitat. Qui ſcienſ insolentiam ſeculariſ potentia ſolere adverſari aecclieſiaſe quieti, omnia quea bea- 100

55 a) laudabilis corr. ut in teſtu. b) n iam erat uſum eſt. c) Elluinuſ r. d) gratuite corr. gratuite c. e) contrariuſ corr. contrariuſ c. f) ſcil. κατίσιμος

36) ſcil. κατίσιμος

tus Wichpertus legali testamento delegaverat commissae sibi aecclesiae Dei, imperialis et
fol. 16. apostolicae manus astipulatione fecit perpetualiter corroborari. Quas cartas non pigate hic
inservere, ut eas tenaciter posterorum commendemus memoriae. Imperialis ergo carta est
huiusmodi:

946. 6. In nomine domini Dei et Salvatoris aeterni. Otto divina faventes
clementia rex Lothariensem et Francigenum. Quicquid Germanensem sub im-
periū nostri ditione ac religionis Dei nutu a venerabilibus ac Dei timoratis agitur viris, ratum
ducimus nostris corroborari assertionibus, scilicet ut nostra firmitate ac defensione valeant con-
tra infestantium incursus^a tueri. Quapropter agnoscat fidelium conventus, quod quidam Wich-
pertus nomine d secularibus huius vitae tumultibus recedens, contempnens transitoria ut com- 10
mutaret aeterna, veritatem ad monasticae regulam vitae sincero mentis cogitans affectu, qualiter
a semetipso, prout possibilis sibi adisset, deificae maiestatis augmentaretur famulatus, con-
struere basilicam mox coepit in loco Gemblaus dicto in honore sancti salvatoris domini nostri
Iesu Christi. Talis ergo desiderii karissimum nepotem suum, Wichpertum praefatum, calore
succendi conspiciente avia sua Gisla nominata, praesidio constructionis eiusdem Gemblauensis 15
coenobii res eidem nepoti suo legali traditione contulit hereditarias, quas sibi vir suus nomine
Rothingus impedit dotis gratia, in comitatu scilicet Lomagensi atque Darnuensi, villam videlicet
Gemblaus cum omnibus ad eandem pertinentibus. In eodemque pago villam Busiols dictam
cum appenditiis suis. Et in villa Asnatgia quicquid ipse iure tenuit vel hi quos propriis hic no-
tare studiuimus nominibus: Robertus videlicet, Angerus, Fulcoldus, Emma, Hericindis, praeter 20
dimidium mansum quod sorori sue pro salute contulit animae sue. Et apud eundem pagum
fol. 17. villam Salvenerias cum inibi aspiciensibus, unumque mansum quod emit vocabulo Ruoz, alte-
rumque mansum fiscalem in loco qui dicitur Vilers antiquis appendentem ad altare sancti Pe-
tri principis apostolorum. Similiter in pago Asbain³⁷⁾ apud villam Herines mansum unum, quod
Rothingus et coniunx eius emerunt. Vitae denique monasticae normam pio multiplicare cernens 25
intuitu piissima Gisla supra memorata, verae fidei divinitus ardore succensa, dedit amantissimo
nepoti suo Wichpero crebro memorato omnia sub ea datione quicquid praefatus vir Rothingus
dotis gratia legaliter donaverat in comitatu Wastenaco, villas scilicet Naslei et Corbeis, et Avon-
cure, et Curceles mansumque unum ad curtem Romenei dictam, villamque Molins vocitataam,
silvamque Boisotgis vocitataam, et villam Ailant et Urei. Et mansum unum in villa Ailant. Et 30
molendinum unum super fluvium Fontlaine in comitatu Lazensis. Et clibanum quendam in ci-
tate Sens nuncupata, per annos solventem singulos 30 solidos nummorum. Et curtem Herhardi
et Caderaita. Similiter in comitatu Stampais villam Maisons dictam, et villam Algeldi. Gisla
post haec supra sepius memorata divinae inspirationis in ea magis ac magis crescente clemen-
tia, monachorum multiplicare videntes catervam, seque divino mancipans obsequio, dedit etiam 35
praeter ea quae iam supra notavimus, ex proprio hereditate in comitatu videlicet Maisou in
villa quae dicitur Masuic quendam terrae partem, complicemque navium per annos solventem
singulos quinque solidos denariorum. In eodemque comitatu villam quae dicitur Bettine in qua
habetur aecclesia, medietate quidem nostra, mansus indominicatus, molendinum, camba, captu-
raque piscium. In comitatu vero Revers villam Molivort dictam cum inibi pertinentibus, ac in 40
quadam villa eiusdem comitatus Bergam vocitataam super fluvium Rim vineam obtinam. Dom-
nus interea praefatus Wichpertus de paternis vel maternis rebus sibi iure hereditatis legales fa-
ciens traditiones, dedit quicquid iurum visus est habere extra fratrum suorum societatem sub
nomine Dei et Salvatoris nostri sanctique Petri regni coelorum clavigeri, fratribus in eodem loco
Gemblaus sub regulari viventibus disciplina, quos ibidem Dei coadunaverat miseratione, in co- 45
mitatu scilicet Breibant in loco Melin aecclesiam, mansum indominicatum cum appenditiis suis,
cambam, molendinum, et culturam Arnulphi. Et decem mansos de Lietzinis, quos filio suo ka-
rissimo Wichpero mater soluimodo cum fratre suo Olibaldo legaliter tradidit. Et unam insu-
lam in eadem villa. Et apud eundem pagum medietatem villae Putiau, medietatemque Beurene.
In comitatuumque Darnuensi medietatem villae Curtis dictae, ac medietatem villae Walaham dictae, 50
medietatemque Wasmont in pago Asbain. Siquidem et in hoc habuit doctorem et patronum
quendam venerabilem virum Erlainum, qui et ipse canonican, qua vivebat, regulam veritatis ad
monasticam vitam. Ipsum prorsus is praefatus Wichpertus post aedificatam aecclesiam et officinas
claustris, quas simul construerant, sibi elegit abbatem, et se cum omnibus quos accersie-
rat monachis commisit regendum, illi potius se quam sibimet ipsi credens. Igitur quia bonis 55

a) in in morg. add.

37) Hasbanio.

debemus amminiculari viris, ut nostra valeant tuitione defendi, regia magnificentia ac virtute no-
stra roboramus auctoritate, quicquid ipse condulit illi ecclesiae videlicet in Gemblaus, ac quic-
quid exinde venerabilium virorum largitione Deo fuit annuente concessum, ut nullus infide-
lum vel aliquis eius heredum aliqua temeritate infringere audeat, sed potius inconvulsuM semi-^{fol. 18.}
5 per permaneat^a. Habeant sane potestatem, sicut ipsi a nobis expeterunt, eligendi regularem vel
in illo loco vel ubicumque eis melius visum fuerit abbatem et advocatum, qui inibi datas res lege
detineat nostra vel comitum nostrorum defensione. Quibus eodem iussionis meae imperio fa-
ciendi castellum concedatur potestas, a falsis qualibus christianis vel pagani pignora sancto-
rum quae inibi digno condita sunt honore salventur; Deoque famulantes ab omni protegantur
10 adversitate, nullusque nobis succedens rex in aeternum aliquod audeat ex eodem loco expetere
servitium praeter munia orationum, ab omnique subiectio[n]is excusus oner^b regum perpetua
firmetur tuitione; nec quovis modo aliquis episcopus in cuius dioecesi idem existit locus aliquam
vim contra voluntatem abbatis habeat nec synodus peragere, nec ullam omnino rem exornare,
nisi tantummodo monachos eiusdem abbatis ordinare; post mortemque^c eius accessitus iuxta
15 regulam sancti Benedicti consilio monachorum caeterorumque conprovincialium nomen Dei
timentium, imperioque regis electum beneficial abbatem; sive nullius munieris accepto servitio
praeter constitutam praebendam panis sancti Salvatoris, ad statum redeat propriae sedis. Et
quia sub nostra consistit ditione, annuimus abbati cancellarium sibi constituere quemcumque
voluerit ex suis. Similiter mercatum, percussuram monetae, matheriam^d. Nec per gyrum ipsius
20 abbathiae quislibet comes sive legatus dominicus illa utatur potestate sine permissione abbatis
et advocati. Isdemque locus absolutus sit ab omni theloneo; nec in civitate, nec in castello, nec
in villa, nec super aquas, nec in pontibus, nec in ullius imperii nostri loco tributum solvant. Et ^{fol. 18.}
huiusmodi per succendentia tempora locus ille regum tueatur regimine ac defensione, ut et nos et
succedentes reges eorum protegantur oratione. Porro hoc ut maneat ratum et per succendentia
25 tempora inconvulsuM, anuli nostri impressione sigillari iussimus ac manu nostra subtus fir-
mavimus.

*Signum dom (L. M.) ni Ottonis serenissimi regis. Brun cancellarius
ad vicem Fridurici archicapellani recognovi.*

*Data 12. Kal. Octobris. Actum anno incarnationis Domini 946. indictione 1. anno domini
30 Ottonis 11. Actum in Leodio. (S. R.)³⁸*

7. Apostolicae autem auctoritatis carta haec est:

¶ *Benedictus episcopus servus servorum Dei^e religioso abbati venerabili^f 983.
monasterii sancti salvatoris domini nostri Iesu Christi ac sancti Petri noviter ibi constituti, suis-
que successoribus in perpetuum. Cum magna nobis sollicitudine insistit cura pro universis Dei
35 aecclesiis ac piis locis invigilandum^g, ne aliqua necessitate iacturam sustineant, sed magis pro-
priae utilitatis stipendia consequantur: ideo convenit nos tota pastoralis mentis integritate eo-
rundem venerabilium locorum maxime integratam et stabilitatem procurare, et sedule eorum
utilitatibus subsidia illis conferre, ut Deo nostro omnipotenti id quod pro eius sancti nominis ^{fol. 19.}
honore etiam ad laudem atque gloriam eius divinac maiestatis cum venerabilibus nos certum
40 est contulisse locis sit acceptabile, nobisque ab eius locupletissima misericordia digna huiusmodi
più operis in sidereis conferatur arcibus remuneratio. Igitur quia^h postulatis a nobis, qualibus
pro Dei omnipotenti amore ac domni Ottonis praecellentissimi imperatoris nostrique dilecti
fili concederemus atque confirmaremus vobis praedictum monasterium in honore sancti Salva-
45 toris ac sancti Petri constructum, cum omnibus rebus mobilibus atque immobilibus quae sub eo-
dem monasterio adiacere ac pertinere videntur, tam mansis quam etiam castris villis atque ca-
salibus, tam qui praesentes sunt quamque etiam usque in finem esse debent, posito in loco qui
vocatur Gemblaus, concedimus atque confirmamus apostolicae auctoritate ut de alio monasterio
abbas ibi non constituantur, sed ipsi servi Dei secundum regulam sancti Benedicti viventes ex sua
50 propria congregatio[n]e potestatem eligendi abbatem habeant. Abbas privilegiis sedis apostolicae
infulis decoretur, ut sub iurisdictione sanctae nostrae cui Deo auctore deservimus aecclesiae*

^a) manus corr. perm. ^b) honore corr. onere. ^c) mortem corr. mortemque. ^d) rec. manus add.: faciendi.
^e) alia manu in loco raso. ^f) IN PERPETUUM priuam scripta deinde erata. ^g) ita c. ^h) in transcriptum.
ⁱ) in loco raso.

³⁸⁾ Diploma ita scribitur ut authenticum prae oeu-
lis suisse videatur. Monogramma et signum reco-
gnitionis minio scripta sunt; istud- solitum Ottonis

TT; hoc cum notis cancellarii: B F S, i. e. Brun
notarius scriptis.

constitutum nullius alterius ecclesiae iurisdictionibus submittatur, et ideo cuiuslibet aeccl^{ie}iae episcopum in praefato monasterio dicionis quamlibet habere auctoritatem prohibemus, nisi tantum benedicendi habeat licentiam; statuentes apostolica censura atque auctoritate beati Petri apostolorum principis sub divini iudicii obtestatione ac validis atque atrocioribus anathematis interdictionibus, ut nullus unquam nostrorum successorum pontificum vel s

tol. 19. alia parva magna persona aliquid de rebus vel possessionibus ad idem pertinentibus monasterium auferre vel alienare praesumat. Si quis autem quod non credimus nefario aeuu parva magna persona contra hoc nostrum apostolicum privilegium agere temptaverit, sciat se anathematis vinculo esse innodatum, ac a regno Dei alienum ac cum omnibus impiis gaterno incendiis supplicio condempnatum. At vero qui observator extiterit praecepti, gratiam ac misericordiam vitamque aeternam a misericordissimo domino Deo multipliciter consequatur. Scriptum per manum Bonifacii notarii regionarii ac scriinarii sanctae Romanae ecclesiae, in mense Martio, indictione undecima. Bene valete. Datum 8. Kalendas Aprilis per manus Stephani episcopi ac bibliothecarii sanctae sedis apostolicae, anno pontificatus domini nostri Benedicti sanctissimi septimi papae nono, imperante domino nostro Ottone a Deo coronato magno ac pacifico imperatore anno 16^o in mense supra scripto ac indictione undecima.

8. Praefatus constructor Gemmelacensis coenobii emit medietatem aeccl^{ie}iae in villa Bietine, cuius alteram medietatem quae sua fuerat, nostrar^e tradiderat aeccl^{ie}, ut constat ex descriptione huius cartae:

+ Agnoscat^a quemcumque Dei possidet timor, quia dominus Wicpertus Deo deditus amissis secularibus mercatus aeterna, egi quae Deo erant placa. Siquidem iussu illustrissimi abbas sui Erluini cuius locum omnem sub regimine commandaratur,recio aecclastico impetravit in pago Masau, medium partem aeccl^{ie} quam non tenebat^b. Erat enim ipsa edes supradicta communis inter locum nostrum et quendam nobilem virum Lantbertum. Accepto ergo pre^clio ut supra diximus idem Deo sacratus contulit pretium et expetiit partem residuam templi vidente filio eius Ansfrido. Nam idem Lantbertus advocate eum tradidit, atque ita consolidavit, ut p-

tol. 20. nitus in evum non possit mutari. Sed ne ipsa commutatio auferretur in evum, ipsius Lantberti in cartula exinde peracta imposuit signum.

9. Carta de praedio in villa Dorp, quod Fulquinus quidam sancto Petro tradidit, et ad memoriam posteriorum litteris exarari causam ipsam fecit. Quisquis bene possideat res in praesenti. seculo adquisitas, ille utique optimè possidet, qui de terrenis ac caducis sibi mercatur aeterna. Quam ob rem ego in Dei nomine Fulquinus cum consilio vel suas benignissimi Faraberti episcopi pro salute animae beatae memoriae R^dcharii episcopi, ipsius etiam Faraberti, pro salute nichilominus animae meae filiorumque ac fratribus meorum, sive quoque gratia Oileae salutis trado et perpetuiter tribuo aeccl^{ie}ae sanctae Dei genitricis Mariae beatique Petri apostoli apostolorum principis atque sancti Exuperii, in loco vocabulo Gemblaus ubi praesesse dinoscitur illustris abbas Elluinus^c quoddam iuris mei praedium in pago Braimbani in loco qui dicitur Dorp cum dimidia aeccl^{ie}, et cum una canba, et sedecim mansis, et cum quodam homine nomine Iser, seu cum omnibus ibidem aspicientibus, cum dominibus et aedificiis, campis, terris tam cultis quam incultis, silvis, pratibus, pasturis, cunctis communibus et pervis, aquis aquarumque decursibus, mobilibus et immobilibus, praesidiis, peculiis, omnia et ea omnibus quicquid in ipso loco nostra videtur possessio vel dominatio, rem exquisitam et ineq^duisitam, totum et ad integrum tam de alodo^e quam de comparato seu de quolibet atrectatu, ad nos ibidem dinoscitur pervenisse, de nostro iure et dominatione iam dicto monasterio per hanc cartulam donationis sive per festucam atque andelagum ad opus sanctorum quorum mentionem supra fecimus a die praesenti donamus, tradimus atque perpetualiter in omnibus transformamus, ea vero ratione ut praecoptores predicti monasterii ab hac die hoc habeant teneant atque possideant, vel quicquid inde facere voluerint liberam ac firmissimam Christo propitio in omnibus habeant potestatem. Et si quis deinceps quod futurum esse non credo, si ego ipse quod absit aut quisquam de heredibus vel proheredibus meis seu quelibet exteriora persona quae contra hanc cartulam donationis venire aut calumniare eam praesumpserit, et se exinde non subtraxerit, a liminibus sanctae Dei aeccl^{ie} excommunicatus et divisus existat, et insuper in die tremendi iudicii proper hoc rationem reddat. Contra quem vero calumpniā intulerit, auri uncias 100, argenti vero libras 300 coactus exsolvat, et quod repetit

^{a)} g iam erat. ^{b)} manu recenti illatum, ut et aliae nonnullae voces. ^{c)} ita c. ^{d)} allodium superscriptio vel 55 alodo c.

nullo modo evindicare praevaleat. Sed praesens haec donatio meis et me rogante bonorum hominum manibus roborata, quorum nomina vel signa subter tenentur inserta, stipulatione subnixa diuturnum tempus maneat inconclusa. Signum Goderanni advocati. Signum Fulquini et reliquorum. Otto rex. Cuno dux. Farabertus episcopus. Aletrannus cancellarius.

6. 10. Inter venerabilem abbatem Erluinum et quandam Ermenfridum de commutatione possessionum convenit, quae qualiter facta sit, carta inde conscripta ostendit.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis ac Salvatoris totius mundi. Quicquid cernitur 961. minuendum quod econtra recipitur in augmentum, nullum facit detrimenitum, immo magnum animae generat emolumenitum. Placuit inter venerabilem sancte Gemblocensis ecclesiae abbatem nomine Erluinum, nec non et quandam fidem Christi vocabulo Ermenfridum, mutare quasdam res inter se, quod ita et fecerunt. Idcirco omnibus sanctae Dei ecclesiae fidelibus notum sit, quod supradictus abbas Erluinus quandam ecclesiam in villa quae nuncupatur Agioniscurta fol. 21. dedit firma stabilitate supradicto fidi Christi Ermenfrido propter villam quae adiacet in comitatu Asbanio, quaque ab incolentibus vocatur Steria-monticula. De qua villa quatuor quidem mansos propter supradictam ecclesiam, et unum pro salute animae sua, tresque propter octo libras argenti, sub testibus firmissimis tradidit sancto Petro apostolorum omnium principi sanctoque Exuperio martyri gloriose in iam dicto monasterio Gemblaus, cum omnibus ad eundem locum pertinentibus, famulis videlicet, culturis, silvis, terris, cultis et incultis, pratis, aquis aquarumque decursibus. Hanc autem commutationem supradictus abbas Erluinus et compater suus Ermenfridus cum uxore sua Reinsede eo tenore fecerunt, ut si quis aliquando diabolo suadente hanc voluerit nostrae mutationis destruere cartulam, anathematizatus cum omni maledictione et excommunicatus sit, nisi ante solis occasum ad penitentiam reversus ingemuerit ob culpan sue malae intentionis. Actum in villa Namuco 3. Idus Aprilis 961. anno incarnationis Domini, inductione 4, regnante piissimo rege Ottone. Otto rex. Cuno dux. Farabertus episcopus. Rotbertus comes. Aletrannus cancellarius.

11. Illo tempore Brunone archiepiscopo uterino fratre Ottonis regis praevisorre regni Lothariensis, deerat dux, sed in loco ducis regnabat antichristus contrarius Deo et bonis hominibus, Cuno videlicet persecutor summi regis in rege suo Ottone quem elegit. Nempe nequam est mirandum si persecutus est hominem regem, qui non pertinuit obsistere regi caelesti in loco Gemblaus, auferens ei quandam villam nomine Soteiam. Diripiens enim eam fol. 21. reddidit Bosoni, dans ei in augmentum sui sceleris binos viros paelibati loci, Francenom videlicet et Huboldum, qui substantiam auferentes, accepere non minimam praedam boum videlicet et vaccarum, porcorum quoque numero 100, absque capris et ovinis, apibus et satis terrae, unde numerus funditus ignoratur. Hac ergo insistente causa venerabilis abbas Erluinus ruris rector in loco degentium paelibato, clementiam serenissimi adiit regis in nutu sedis eius Francenofort vocato, et quod per nefas amisit infandum, per fas ac regale sumpsit mandatum; verum praedam ab infestis arreptam recipere valuit numquam. Pastorale itaque regimen aecclesiae Tungressis^a obtinebat Baldricus tunc temporis, advocati vero officium in crebro memorato loco Gemlaucensi gerebat Ansfridus consanguineus senioris nostri Wichpertii.

12. De hac villa Soteia facit idem venerabilis abbas Erluinus praestationem cum Goderanno, ut monstrat huius chartae subscriptio:

*Verus amor iunctos quos continet atque globatos,
Numine divino Christus conservet ubique.*

964.

Quisquis ergo fructus dulcedinis et amoris inviolabiles illibatosque gesti habere iure sui beneficii a Deo sibi dati, prout possibilitas expetit hoc ipsum certet augere. Nam dare et accipere ut scripturae assertiones comprobatur, gratissimum nec non et placatissimum constat. Cuius rei veritatem certam esse cognoscentes, decreverunt inter se venerabilis Erluinus Gemblocensis coenobii abbas, et inclitus vir quidam Goderanus loci praedicti extans advocatus, res quasdam praestationis auctoritate condonare; quod et fecerunt vinculo utique non modicae dilectionis. conexi. Postulatione siquidem nobilis viri Goderanni gredit illi memoratus abbas villam Soteiam fol. 22. nuncupatam in comitatu Darnensi cum omnibus ad ipsam pertinentibus, mansum videlicet indominicatum, aecclesiam absque telluris famulatu et nusquam subiectam, molendinum quoque et cambam. Ecclesia haec singulos per annos eulogias binas, id est sextarios vini duos, gallos gallinacios duos, et modium avenae unum reddit. Molendinum modios 20 inter annonam 55 et bracis, camba quoque per annum integrum eminas sicerae 100. Terrae nihilominus ara-

^{a) ita c. loco Tungrensis.}

SS. T. VIII.

bilis bonarios 67, pratorum amplitudinem non modicam, piscationes aquarum cum decur-
sibus earum, silvam ad porcos ducentos saginandos, cum exitibus et redditibus, familiam quoque
ad locum praedictum pertinentem, omnes numero 42, quorum etiam quidam sunt ad omne
servitum pertinentes. Quodsi ab hac lege servitutis subtrahere se permisum fuerit, denarios
12 singulis solvere debent annis. Haec datio praecellentissimi ac Deo digni abbatis Erluini. 5

Cui econtra reddidit illustris vir Goderannus de terra arabili bonarios viginti, silvam
nihilominus ad porcos trecentos saginandos, et quaeque sunt ad ipsam infra et extra pertinentia.
Immutatio itaque praestations huius eo peracta est tenore, ut quandiu advicerit praefatus Go-
derannus illustris, quae praestitit et quae recepit teneat et possideat sub tertia manu, uxoris
suae videlicet Adelendis, et filii solummodo unius Ermenfridi. Post quorum trium defunctionis 10
diem, loco superius memorato ultraque deveniant partes, et iure finetenus teneat. Ex parte vero
quorumlibet horum ne aliquo modo haec pervagetur et infrangatur praestatio, testimonio robo-
ratum est honorum virorum.

fol. 22v. Actum in Gemblaus coenobio, anno incarnationis Domini 964, indicione 11, imperii vero
domni Ottonis anno secundo. 15

13. Sed ad propositum operis redeamus, et quales et quantas persecutions sustinerit
vir religiosus Erluinus, qui etiam martyrum pro Dei amore subire erat paratus, paucis ape-
riamus. Quod quidem Fulquinus abbas non tacuit in libello quem de gestis abbatum Lobien-
sium scripsit, sed qua intentione scriperit si quis diligenter inspexerit, plane intelligere pot-
erit, quod veritatem quidem rei gestae digresserit, causam tamen rei magis ex motu animi 20
quam ex vero interpretatus sit.

14. Is Erluinus omnium honorum amicitia dignus, utpote in ea adquirenda utiliter ido-
neus et in conservanda fideliter industrius, singulari amicitia confederatus erat Raginero
comiti, qui ob proceritatem corporis cognominabatur Longicollus, qui nobilitate et potentia
clarus, tunc temporis principabatur Haginoensibus. Hic primi Baldrici Leodicensium epi- 25
scopi avunculus fuit, et quia sua potentia in omnibus nepotii suo episcopo patrocinabatur, ab-
batiam Lobiensem in beneficio accepit. Et mirum in modum qui secularis potentiae tyrannde
toti imperio formidolosus erat, venerabilis Erluini monitis salubribus libenter obediebat et
audito eo multa faciebat, ut ei convenienter illud aptari possit quod Isaías vaticinatus ait:
Isa. 11, 7. *Leo quasi bos paleas comedet; et delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis; et in ca- 30
verna reguli qui ablactatus^b fuerit mittet manum suam.* Mirum inquam erat, quod comes
potens, qui fortitudine sua quasi leo cunctos terreat, paleas verbis Dei sub manu pauperis Chri-
sti comedebat; et qui quasi aspis et regulis omnia depopulari solitus erat, in eius caverna,
fol. 23. id est in cordis eius conscientia, manum snam mittebat iste qui malitia puer erat, et a lacte
mundanae dulcedinis ablactatus erat. Cum ergo semen verbi Dei in corde eius quasi supra 35
petram vel supra spinas caderet, contingebat secundum Domini sententiam, ut illud cum gau-
dio quidem susciperet, sed quia radicem karitatis non habebat, dum ad tempus crederet et
in tempore temptationis recederet, à curis et divitiis seculi suffocato semine fructum nullum
referret, cum tamen agricola laboris sui fructum non perderet.

15. Cum ergo, ut dictum est, tanta efferaretur insanias, sancto tamen viro se submette- 40
bat, et ut cultum sanctae religionis exerceret in omni loco ditionis sua ei permiserat. Unde
commisit ei monasterium sancti Vincentii in loco Sonegias dicto, ubi clericalis ordinis regula
vigere debebat, ut ibi monachiae vitae ordinem instituerat. Sed id importunitate rei et tem-
poris infectum remansit. Preposituram etiam Lobiensis abbatae eius commisit manibus, ut
quanto sibi adhærebat familiarius, tanto sibi deserviret fidelius, et quanto erat religiosior, 45
tanto ad fratres eius loci regulariter gubernandos esset intentior. Quod quia invitis fratribus
factum erat, fratrum unanimitatibus satis dispicebat, qui per facilitatem prelatorum licentia illi-
cita deteriorati, plerique etiam gloriantes ex nobilitate seculari, et ex personarum acceptione
magis quam ex religionis sanctitate rem omnem estimare assueti^c, egre cerebant illum ex hu-
mili conditione et ex alio loco sibi preferri, et grave et intolerabile eis videbatur à tortitudine 50
morum suorum ad normam regularis vitae tam subito per illum revocari. Profecto si rerum
convenientia inspiciatur, non nimis mirandum videbitur, quod fratres qui per remissionem
pastoralis sollicitudinis per tot annos à disciplina regulari desciverant, tam difficulter ad re-
stitutidinem vitae reduci poterant. Non, inquam, mirum, si lenitatis dissolutio eos effrenave-
rat, quibus per annos plus 90 nulla abbatum regularium paternitas excubaverat, sed mercen- 55

a) no delethum. b) iam ablatus manu posteriori. c) hic littera una alterius abrasa. d) assueti c.

narii et qui non erant pastores, quorum non erant oves propriae, dominicum ovile dissipav-
rant, dum quae sua et non quae Dei erant querentes, omnia venalia habebant, et in aec-
lesia Dei columbas, id est gratias Spiritus sancti, vendentes, domum Dei speluncam latronum
effecerant. Quod malum in caput illorum redundasse creditur, qui ut mali pastores lacte
5 ovium Dei inpinguati, lamiis eorum vestiti, vilipendebant abigere lupos ab ovili Christi, et
quasi canes muti non valentes latrare, animas subiectorum patiebantur interire. Quis enim
non execretur? quis, inquam, non abominetur, quod tanta incuria, ne dicam avaritia, animos
episcoporum incesserit, quod ab anno Domini 863, quo odbilis Deo Hubertus dux, frater
10 reginae Tietbergae, fugato Hartperio abbate, abbatiam Lobensem invasit, usque ad annum Do-
mini 955, quo Baldricus expulso Ratherio cathedralm aecclesiae Leodicensis accepit, locus
ille tantae hactenus nobilitatis et religionis honore insignis sine abbatis prelatione perduravit?
Nam postquam predictus Hubertus abbas et dux iusto Dei iudicio in bello extinctus interiit,
Franco qui ei in regimine successit, et ipse postmodum episcopus factus, abbatiam Labensem
15 subdi iuri episcopii Leodicensis ex munificientia imperatoris Arnulfi impetravit, et post eum
Stephanus, inde Richarius, post eum Uhogo et Farabertus, omnes, inquam, isti dum magnis
abbatiae redditibus carere solebant et preposituras suas sub nomine et merito obedientiae
religiosis et timoratis viris committere debebant, quasi rusticanas vilificationes^a annuatim pre-
cio dahant et adimebant, omnia divina et humana ibi confuderant, omnia sancta et profana
20 promiscua haberet fecerant, et ita miserabil modo quae sibi lucro esse putabant, ad animarum
damma verti vilipendebant. Ubi enim primo pecuniam quaerendam esse proponebatur, scis ^b Horat.
prefecto, quia virtus post nummos ponebatur. Ubi nullus honor virtuti erat, quae spes bona
esse poterat? Igitur fratres cum nollent ad correctionis rectitudinem reverti, per omnia et in
omnibus adversabantur predicti viri voluntati, clamantes et conquerentes res suas ab eo pro-
digie dilapidari et substantiam monasterii immoderate in obsoniis secularium personarum ex-
25 stirpari, et maxime in servitu comitis Ragineri. Hoc nomine prefegebant culpam suam, ob-
liti illam sententiam, qua sanctus Benedictus nos regulariter informat: ante omnia ne mur-
murationis malum qualcumque verbo aut signo appareat. Sed vir Dei doctus in patientia sua
habere animam suam, scuto humilitatis et patientiae protectus, omnem adversitatem sustine-
bat molestiam. Sed quanta et qualia fuerint quae pertulerit, ex scriptis Fulquini abbatis in-
30 tellegi poterit. Contigit instante vindemiarum tempore conquerentibus de eo fratribus et tri-
ste nescio quid confabulantibus, supervenire Erluinum, quem tanta cede fustium multati sunt,
ut omnino examinatus crederetur. Sed ubi persensit illos abscessisse, paululum respirans et
oculis palpitans, subduxit se. Nec multo post insperatio omnibus cum adiutorio Bernardi ad-
vocati ad villam monasterii Hercliacum dictam proficisciuit. Post haec Raginerum comitem
35 cum Baldrico episcopo ut nativitatem Domini Lobii celebrent precibus cogit; quod et opti-
nauit. Quod fratribus omnibus omnino visum est nimis vituperabile, et in obsoniis eorum sua
nimis distrahi intolerabile, et loca sancta indifferenter a secularibus frequentari satis impor-
tabile. Percelebrata itaque natalicium dierum sancta celebritate ubi recessum est, fratres
sibi sua minui et subtrahit in commune deplorant. Assumpta igitur audacia Fontanas villam,
40 quam Sambra alluit, petunt, inde quantum vini ibi inventum est abducunt. Profectus tunc
fuerat Erluinus ad villam Bermeriacas. Quem fratres cum omni familia et maxima populi
multitudine inseguuntur. Ibi rursus in eum tanta caede debachantur, ut mirum fuerit quod
mortem evaserit. Nec tamen ideo destitut comitis Ragineri potentia, nec constantis in Deo
viri perseverantia. Putans enim quod malesani fratres desisterent a cepta rebellione, si tra-
45 dita venerabili viro animarum cura sub abbatis nomine Christi vices illum in monasterio vide-
rent agere, communicato consilio cum Baldrico episcopo et Cameracensis diocesis praesule,
quem prius honoraverat sub maioris prepositi nomine, abbatis ei curam et providentiam non
timuit committere. Quae res secus ac ratus erat accidit. Unde enim creditit se^b sopire odii et
inimicitiae flamas, inde maiores et periculosoiores aluit mali scintillas. Tandem i.e. ad ab-
50 batis locum proximotus, omnes preter paucos a monasterio eductos alium alio dispersit. Quod
quidem fecerat secundum eorum extimationem pro eo quod eos suspectos habebat, nec vitae
suae satis credulus erat, secundum autem rei veritatem pro eo ut in aliis locis paulatim asueti
disciplinae regularis iugo, a consuetae levitatis vanitate desuenserent aliquomodo. Sed nullo
modo eos potuit vel Dei timor subiugare vel suo eos amori applicare. Alii qui in loco erant ^c fol. 25.

55 a) vilic. e corr. b) se erasmus.

residui, intellegentes nihil loci relictum esse suae desidia et consuetae diu licentiae, irritati ipsa desperationis acerbitate, non timuerunt etiam de eius morte tractare. Ne longius sermonem prothram, tres eorum quibus nobilitatis vanitas et inventae robur, propinquorum etiam assensu promptiore ingesserat audaciam, cum magno et satis gravi ordinis et professionis periculo dormitoriorum noctu aggrediuntur, ipsum extrahunt, et protractum extra ambitum 5 claustrum inhumane tractant, oculis privant, partem etiam linguae amputant, non tamē lo-

⁹⁵⁷ ^{Oct. 20.} quendi officio et usum eum privant. Hoc actum est 13. Kalendas Novemboris 957^o anno dominicae incarnationis³⁸. Ille taliter martyrizatus ut nihil bonae spei inter eos sibi superesse sero intellexit, tandem cessit. Nam ita debilis et exoculatus navi imponitur. Gemmelaus evelbitur. Nec tamen hic labor iusti viri per omnia infructuosus fuit, sed Christi bonus odor, qui alii to odor mortis ad mortem, alii odor vitae ad vitam fuit, vim benevolentiae et fortitudinis suae passim diffudit. Nam postquam per incorrigibilem fratrum levitatem palam est deprehensus, fratres sine abbatis prelacione degere quam sit periculoso, deinceps sub abbe agere permisum est, et restricta levitate fratrum status sanctae religionis reformatus est; res etiam eorum quae per avaritiam et ambitionem maiorum dissipabatur, ad communem fratre utilitatem ordinatus stabilita est.

^{fol. 25.} 16. Liceat hic paululum rerum convenientiam considerare, et rem rei comparare. Viriste de quo agimus aliquid simile cum legislatore nostro, sancto scilicet Benedicto, fecit, aliud simile pertulit; et ideo ut creditimus, si parva magnis com. onere licebit, etiam in remuneracione laborum aliquid simile cum illo habebit, cuius ipse sedulus imitator exitit. Exemplar^a vita nostrae sanctus Benedictus olim unius monasterii fratres ad regendum suscepit, quos exorbitantes a regulari via, quia ad iter iustitiae retrahere non potuit, quoad potuit toleravit, quam intentius valuit corrigerem laboravit. Quorum putria ulcera ubi sensit nullo medicinae fomento sanari, sed eos econtra ad frenesim usque ita exasperari, ut etiam tractare non timerent de morte medici, illos dimissos permisit viam suam ingredi; ipse secum habens quesivit ubi fructuosi instaret labori. Ita etiam iste noster susceptos fratres, quos contra se unanimis in malo vidit, quandiu potuit etiam cum damno et periculo suo patienter sustinuit. At ubi persensit, illos etiam mortem animarum suarum vilipendere, dummodo illum possent interimere, sibi licet sero consuluit, et illis aliquantulum pepercit; quando ne denuo ab eis impetus interiret, ab eorum manibus se subduxit. Illi sancto Benedicto occultum ve- 30 neni ingerentes poculum, obvelare voluerunt infamiae opprobrium, istorum impudica libertas aperto criminis nullum quaequivit umbraculum. Nos haec relinquamus in medio, aliorum estimanda iudicio.

17. Servus Dei ad monasterium Gemmelacense reversus, re ipsa expertus per multas tribulationes regnum Dei parari fidelibus, contemplationi et religionis pietati eo vacabat pro- 35 pensus, quo nihil penè ei arridebat exterius, per quod iam mundi blanditiis posset commoveri aliquatenus. Nec multum dolendum esse sibi videbatur, quod illis oculis carendum erat, quibus etiam culices et cimices gloriantur, cum interior suis homo illis oculis perfecte dele- 40 etaretur, quibus mundi cordes Deum contemplantur.

^{fol. 26.} 18. Hanc malorum acerbitatem exaggeravit è proximo comes Raginerus, qui ei precor- 45 dialiter in amicitia confederatus, scutum ei esse solebat contra infestantium incursus. Hunc quia nimietate tirannidis sue intolerabilis toti fuerat imperio, Valentianas fisco evocatum et hostem rei publicae preiudicatum omnium iudicio, deportari fecit irrevocabili exilio Coloniensis archiepiscopus Bruno, qui strenue et sapienter secundas partes administrabat in fratribus sui Ottonis imperio. Et fortassis cordatis viris rem altius considerantibus credibile poterit videri, hoc accidisse illi dispensante Deo meritis sancti viri Erluini, ne frustra foret quod amicus huius seculi se quomodounque crediderat amico Dei, similis nimirum illis de quibus in Chri- 50 stum credentibus euangelista dicit: *Dixerunt gloria hominum magis quam Dei.* Quia enim ^{10b. 12, 43.} ^{loc. 5, 16.} vera est illa Iacobi sententia: *Multum valet deprecatio iusti assidua,* quis dubitet oratione istius iusti hoc Deo impetrari potuisse, ut ei in penis huius vitae peccati redderet vicem, 55 cuius hic in votis tenuit voluntatem? Qui enim dicit per Naum prophetam: *Non consurget duplex tribulatio,* facile hanc miserendi invenit viam, ut spinis tribulationis sepiens peccatoris viam, per invitam necessitatem trahat ad voluntariam poenitentiam. Simile quid etiam de Peudegar Mauricio imperatore compertum habemus, qui iudicium et iustitiam quod preparatio rectae

a) molar e corr.

38) Auctor. Gemblacense a. 958 scribit Mon. G. SS. VI, 391, sed nostro maior fides. 55

sedis est semper exosus, per occultum Dei iudicium circa undecimam vitae sua horam ab otio carnalis vitae retractus, per interventum sanctorum virorum et maxime piissimi Gregorii papae hoc emeruit, ut saltem sero poenitentiae fructum hic operari potuerit, dum ei a Deo pro poenitentia reputatur, quod ipse cum omni domo sua crudeliter trucidatur.

19. Non multo post superaddidit his gravem cumulum incomparabilis doloris occasio, scilicet venerabilis ac Deo digni domini Wicperi depositio, quae rerum nostrarum miserabilis fuit commotio. Ventus quippe vehemens irruens a regione deserti, id est ventus tribulationis ^{tot. 20.} erumpens ab infructuoso inimicorum pectore, concussit quatuor angulos domus nostrae, quae utique contra tantum turbinem nunquam ^a subsistere quivisset, nisi supra petram fundata fuisset. Heribrandus enim ^b, vir potentia et nobilitate praeclarus et maximè affinitate pii patris nostri Wicperi gloriösus, — erat quippe maritus Reinuidis germanae eius —, malitiam quam vivente domino Wiepero conceperat, sed pro reverentia illius distulerat, tandem sine aliquo iustitiae intuitu aperuit, et neglecta imperialis confirmationis auctoritate, et posthabito apostolicae censuræ anathemate, abbatiam violenter invadit, res aëcclesiae insolenter diripiit, et quicquid pius fundator loci nostri nobis contulerat, id sibi iure hereditatis magis quam aëcclesiae competere clamat. Omnia erant conturbata; cuncta quae prius tuta videbantur et tranquilla, turbine repentinae tempestatis fiunt periculosa et incerta. Nullus erat qui pro Deo ageret, nullus qui partibus iustitiae faveret. Omnes in unum conspiraverant; omnes pauperes Christi affligebant, aut affligitibus consenticebant. Huius exemplo induci caeteri fratres et nepotes pii patris nostri, qui multiplici generositate per totam Lotharingiam preminebant, singuli in locis sibi oportuniis res aëcclesiae nostrae aut invadebant aut diriebant, hominibus aëcclesiae nihil reliqui faciebant.

20. Horum magna pars fuit Rotbertus, fortissimus comes Namucensis; qui cum potentia premeret cunctis, non solum nihil subsidii tulit fratribus tribulationum mole oppressis, immo accepta occasione ex opportunitate temporis, tota potentia sua in eos abuti coepit; et immunitatem comitatus, quam regali auctoritate collatam aëcclesiae nostrae auctorialis carta ^{tot. 27.} asserit, violenta iniustitia aëcclesiae abstulit, et partibus suis applicavit. Præterea quales et quantae circunquaue fiebant cotidie predæ et direptiones nostrarum rerum, quae invasiones prediorum, quam miserables oppressiones fratrum, quot caedes et captiones aëcclesiastico-rum virorum, quanta fuerit imbecillitas vel infidelitas advocatorum, quales et quot reclamations super his omnibus mittebantur in dies ad aures principum, quod nihil aliud erat nisi verberare aera tantum, si quis haec omnia de diversis sedulis collecta velit congerere et in unum compingere, integrum libelli opus videbitur sibi assumere. Et supervacuum est sine spe fructus laborare, quia perdita apnumerare nihil est aliud quam super perditis dolorem renovare. Quae tamen reclamacionum improbitas non ante cessavit, donec post multos annos Otto imperator Ottoni duci precepit, ut inter aëcclesiam et invasores aëcclesiae habita ratione, statum reformaret aëcclesiae facta inter eos aequaliter rerum dimidiatione. Quae quidem dimidiatio inter Heribrandum Bratuspantem et aëcclesiam convenerit, ab aliis vero per vasoribus aëcclesia nihil recepit. Raginardus vero frater domini Wicperi dedit sancto Petro quicquid in Gandrinul habuit allodi.

21. At pusillus fratrum grex in quo complacuit Deo patri dare eis regnum, qui in terris nihil quaerebat habere proprium, sciens quia nihil deest timentibus Deum, cum undique destitutus esset subsidio hominum, bonum ducebat ad eum solum facere confugium, qui fidus est adiutor pupillorum. Nam sub pio pastore Erluino constituti, dominico se tutabantur ovili, ne aliquatenus patarent morsibus lupi. Et satis habebant quam tenuiter vitam ducere, dummodo possent benedicere Dominum in omni tempore, et semper laus Dei in eorum esset ore. Ipse vir Dei Erluinus nolens hic habere manentem civitatem, ubi videbat ingruere tam multiplicem et tam contrariant malorum calamitatem, futuram non manufactam sed aeternam sibi suisque inquirebat mansionem. Et intellegens nulla re hanc melius inventire, quam per concordiam fraternae unanimitatis, ad opus pacis exequendum animatum intendit omnimodis. Opus enim Deo placitum et lucrandis animabus utile à piae memoriae domino Wicpero incoatum sagaciter implevit, scilicet illud collegium fraternitatis adunavit, per quod omnes Dei timoratos per totam paenam Lotharingiam et Frantiam uno pacis et dilectionis vinculo in invicem colligavit, ut omnes in Christo unum saperent, unum diligenter, unum vellent, unum nollent, nihil inter eos perversum, nihil dishonestum, nihil diabolica emulatione contractum, odio dignum

^a nūnquam. ^b quadam superscripta sed post erasa sunt.

vel contrarietate esset diversum, ut vere pacifici filii Dei vocarentur, et confitentes alterum peccata sua, orando pro invicem salverantur, elemosinis, ieiuniis, psalmis spiritualibus, ymnis, ad hoc institutis, supra pensum cotidiana servititia.

22. Talem vitam degens vir magni nominis Erluinus, multis postea annis exemplum bene vivendi fuit omnibus. At postquam in camino diutinae tribulationis excocta est ad primum scorpi peccatorum eius, tandem tanquam aurum probatus, de fornace carnis est extractus, et quod tandiu optaverat, demum pervenit ad bravium supernae vocationis, et in regno Dei duplēc accepit calicem martyrii et confessionis. Transiens ergo ab hoc mundo quarto Idus Augusti, sepultus est in aecclisia sancti Petri, fideliter et efficaciter, ut credimus, interpellans aures Omnipotens pro omni familia sancti Petri.

10

DE HERIWARDO ABBATE.

fol. 28.
987 23. Gemmelacenses orbati patre, ad curiam regis pro subrogando sibi pastore delibera-
runt ire; nec tamen hoc sine consilio episcopi dioecesos putant faciendum esse. Notkerus
tunc temporis Tungrensibus antistabat qui sapientia et nobilitate satis prepollebat. Qui non
negans consilium quaerentibus, insinuare eis cepit quam potuit eloquentius, quam inutile sit pauperes regibus subiacere, quam arduum et difficile humilibus Christi solium regis attingere
quam in longorum alienatis a seculo laicalibus personis deservire; eos ipsos multo iam tempore satis expertos esse, quam parum consiliis vel auxiliis ab imperatoria altitudine in necessitatibus tempore acceperint, quibus omnes omnia sine aliquo respectu imperatoriae reverentiae, nullo contradicente vel defendente, abstulerint, cum ab auxilio eorum cor regis avertat aut terrarum longinquitas, aut acriorum curarum, quae semper regio lateri incumbunt, multiplicitas; cum curiali superbiae probro habeatur ipsa paupertas. Satis sibi notum esse quam palatinis canibus sit familiaris rapacitas, quam domestica eis sit voracitas; sed si suo consilio velint assensum prebere, videri sibi multum illis esse utile, si iuri Leodicensis episcopi patiantur subiacere; unde eis omnis absit oppressio, immo contra omnes prompta adsit defensio; facile se id impetraturum a regi munificentia, si tantum sibi adsit fratum subiectio voluntaria. Haec et caetera id genus episcopo perorante, assensum est sibi a fratum concordi unanimitate. Ergo communis consilio Heriwardum virum religiosum et industrium eligunt, et per manum episcopi Leodicensis eum sibi abbatem substitui faciunt. Hic Heriwardus frater fuerat saepedicti Erluini abbas, monachus autem fuit coenobii sancti Michaelis archangeli 30 de periculo maris; sed fratri diu convixerat Gemelaeus puro desiderio ferventis ibi sanctae religionis. Notkerus episcopus gratum habens tam obedienter suae voluntati favere fratum unanimitatem, dignum duxit eis reddere vicem. Igitur preter alia quae illis contulit, villam Tempus dictam aeccliae Gemmelacensi dedit, unde annuatim centum solidorum redditus exit; et in villa Namuco aliquantulum vineae, cum terra ad culturam vineae pertinente. Hic 35 Heriwardus a Radone quodam emit quandam silvam, et a quodam Wicperfo premium cum familia in villa Walaham, et inde talem conscribi cartulam:

¶ Quicunque karitatis conglutinantur unitate, binis virtutum pariter aliis erecti, superna caelorum penetrare prevalebunt archana, pars quoque beneficia non denegat parti oportuna. Hac ergo quasi convictus specie quidam vir nobilis genere, Rado dictus nomine, conscientia propria coniuge Engelrada nuncupata, pari consilio venientes cum comitatu filiorum scilicet viorumque cognationis corundem, ad coenobium sancti Salvatoris, sancti quoque Petri pignorisibus comptum a domino Wicperfo Dei cultore, Erluinoque venerabilis patrono loci eiusdem. Deinde voluntatem propriam pariter ostendentes domino abbati Heriwardo, convenit matuo complacuisse, quo silvam quamlibet obtinam traderet loco presenti, partim divinae pietatis gratia, plurimum pro munerum beneficiis, voluntate siquidem domini abbatis, fratum quoque pariter inibi degentium, virorumque consilio fidelium ordinis utriusque sancto Salvatori legali tradidit auctoritate silvam obtinam, in quam fere centena consistunt bonaria, super fluvium Dioni vulgo nuncupatum. Evidem mox utrisque concessum fore dinoscitur a nobis centum solidi nummorum in auro scilicet argentoque equorumque, sicut eorum voluntas exitit. Huius siquidem traditionis post haec composita est cartula, sub virorum testimonio fidelium utriusque ordinis, quorum manibus etiam traditio peracta est. Si quis vero, quod absit, contra hanc cartulam quamlibet generare presumpserit calumniam, si se exinde non correxerit, sanctum Salvatorem contra se ultorem sentiat; nobis quoque quibus item intulerit, auri uncias 30 et argenti pondera coactus exsolvat, et quod repetit vindicare nullo modo presumat. Verum ut presens cartula firma

55

stabiliisque perpetualiter permaneat, constipulatione interposita, diuturno tempore corroboretur inconclusa. Caeterum praesentibus notum sit et absentibus, dominum abbatem Heriwardum cum fratribus simili prelio nummorum emisse, quicquid Wichpertus hactenus habuit in villa Walacham vulgo dicta, cum familia satis cognita perpetualiter.

⁵ Annis ergo plus minusve tribus in regimine elapsis, Heriwardus abbas debitum solvit humanitatis, et 5. Non Maii appositus ad populum suum, in aeccllesia sancti Petri accepit tumulum.

DE ERLUINO IUNIORE ARBATE.

24. Tertius ad praelationem Gemmelacensis coenobii electus est Erluinus, prioris Erluini⁹⁹¹. consanguineus, et decimo Kal. Ianuarii abbas est ordinatus. Is quantum ad seculum, liberis 10 progenitoribus est ortus; nam Erluinus Cameracensium tunc temporis episcopus eius fuit avunculus; quantum vero ad Deum in Gorziensi coenobio regulari monachicae vitae disciplina adprime exercitatus, ad eam vivaciter exequendam utinam tam idoneus quam sufficienter instructus! Huis tempore Arnoldus quidam, vir nobilis, partem praedi Gemmelacensis, quae ex iure uxoris sua Richeldis se continebat, sancto Petro reddidit. Siquidem Heribrandus, 15 qui rerum nostrarum primus invasor fuit, Hubertum, qui vulgo Hubezo vocabatur, ex Renude,^{tol. 29.} sorore domini Wicherti, genuit, et filias duas, Richelde et aliam cuius nomen excidit. Porro de medietate Gemmelacensis fisci, quam ut supra diximus Heribrandus iniuste repe- 20 tierat, his tribus tertia singulis pars in divisione provenerat. Haec est tertia quae ex iure uxoris Richeldis cesserat Arnaldo, quam ipse tactus Dei amore legaliter tradidit sancto Petro, et hinc per manus Erluini abbatis talia facta est conscriptio:

+ *Omnibus sanctae Dei aeccliae fidelibus, praesentibus videlicet ac futuris, longe lateque commanentibus notum fieri toto cordis optamus affectu, quod abbatis Erluini nomine dicti diebus, quibus coenobio Gemmelacensi nuncupato noviler praest, consanguineus patroni prioris equivoci, quidam vir ortus nobili prosapia Arnoldus nominatus eiusdemque coniunx Richeldis^{a)} 25 vocitata pariter in divinis incidentes iussionibus, deifici timoris reminiscentes et amoris, pari statuerunt divinitus consilio, quatinus pro salute animarum stutarum cunctipotenti Deo salvatori cunctorum, sancto quoque Petro regni celorum clavigero, cum caeteris sanctorum pignoribus, quae praesentialiter apud nos coluntur, totius hereditatis possessionem, quam infra nostrae potestatis possident abbatiam, legali traderent donatione. Igitur amborum divinitus inspirata 30 benivolentia, quadam die, sollempnitate scilicet beati Medardi pontificis, pari concordantes consilio convenerunt, congregatis quoque fidelium testibus virorum partis utriusque, cuncta quae possidere cernuntur infra nostrae ditionis u[er]i praedictissimus abbathiam, legaliter tradiderunt Deo salvatori nostro, cuius honore conditus est locus iam dictus, sancto quoque Petro principi scilicet apostolorum, tali videlicet ratione, quo vitatenus usu fruantur fructuario, nec-^{tol. 30.}*

35 non post communis vitae decesum coenobii nostri subiciantur dominio. Sane pars totius possessionis haec est: quicquid habere dinoscitur in famulis et famulabus communiter, cum molendino pariter et camba, deinceps in agris, culturis, cultis et incultis, silvis, pratibus, pascuis, aquis aquarumque decursibus, exitibus viarum, theloni et cunctis parte sibi metu accidente, cum caeteris rebus praedictae possessioni subditis.

40 25. Sub hoc Erluino molliri coepit disciplinae regularis rigor, et paulatim tepescere sanctae conversationis fervor, quia non multus in eo erat iustae severitatis vigor. Nam aecclesiasticis rebus, ut sepe dictum est, undique dissipatis, et redditibus et stipendiis mino- ratis, attenuabatur nimis eorum res familiaris. Itaque sub optento paupertatis dum quisque sibi consultit, et posthabita communis vitae honestate rem familiarem augere peculiariter 45 querit; vivebant iusto licentius; quod omnino non expedit monachorum animabus. Ita de sanctuario Dei unde primo ex sancta inhabitantium conversatione delectabilis exibat odor, iam nunc sinister diffundebatur rumor, qui nonnunquam apud aures secularium ad infamandam vitam nostram solet esse clementior. Ergo Erluinus iunior postquam annos plus quam 23 sub nomine pastoralitatis exigit, 7. Kalend. Iunii vita decessit, et in aeccllesia sancti Petri¹⁰¹² 50 iuxta praedecessorem suum Heriwardum tumulari meruit.

DE OLPERTO ABBATE.

26. Sed miserator Dominus cito oculos misericordiae sua aperuit, et interventu, ut credimus, servi sui Wichperti dignum domui sua dispensatorem providit. Revera, inquam,

^{a)} Richeldis corr. Richeldis c.

misericordiam coeli distillaverunt, quando Olpertum nobis quartum abbatem substini dele-
fol. 30. gerunt. De eo pauca nobis praelibanda sunt. Is in confinio Sambreensis pagi villa quae Le-
derna vocatur natus est, parentibus quantum ad seculum non infimis, quantum ad Deum
religiosis. In coenobio Laubiensti a puero in disciplina monachica regulariter nutritus, et in
studis litterarum adprime eruditus, ex proiectu suae indolis monstrabat qualis esset futurus. 5
Hic ubi ex ore Herigeri Lobiensium abbatis, viri suo tempore dissertissimi, aliquid de septi-
formi sapore artium bibit, sitim studii sui extinguere non potuit. Ideo ubi ibi aliquem in
scientia artium egregie prae caeteris valere audiebat, statim illic volabat, et quanto amplius
sitiebat, tanto avidius de singulorum pectora aliquid delectabile hauriebat. Nam et Parisius
aliquandiu apud sancti^a Germani operam dedit et studio et sanctae quae ibi servebat religioni. 10
Apud urbem Tricassianam triennio studuit, ubi grata vice et multa ab aliis didicit, et pruden-
ter alios docuit. Sed nec Fulberti Carnotensis episcopi eum subterfugit audientia, quem in
peritia liberalium artium tota praedicabat Francia. At postquam ut apes prudentissima per
florea rura exercitus, liquido doctrinae nectare est distensus, ad alvearium coenobii sui est
regressus, ibique vivebat religiose studiosus, et studiose religiosus. 15

27. Ea tempestate Burchardus quidam in Wormacensi civitate datus erat episcopus, vir
cum episcopali honore non indignus, tum pro juvenilis aetatis fervore litterarum studiis oportune intentus. Is Baldricus iuniori Tungrensi episcopo fiducialiter mandat — eius nempe
contubernialis et amicus in palacio regis fuerat, — ut sibi aliquem litterali scientia praeditum
fol. 31. dirigit, cuius ope et doctrina ipse in eruditione scripturarum proficere valeat. Quis tanto 20
viro mitti dignus esset diligenter quaeritur; et tandem ad hoc nullus Olberto magis idoneus
invenitur, et bona omnium de eo estimatione, ad urbem Vangionum dirigitur. Honorifice ab
episcopo susceptus, magnam familiaritatem cum eo gratiam est indeptus. Episcopus nobilis
et potens non dedignatur se submittere ad formam discipuli, monachus humilis et peregrinus
non timet in tanto viro^b operam exhibere magistri. Et revera necessarium illi erat ut politus 25
esset ad unguem multiplicis doctrinae artificio, cuius laus et aestimatio pendebat a tam sapi-
entis discipuli soptili iudicio. Quantum autem vir tantae auctoritatis ex Olberti doctrina pro-
ficerit, ex actibus eius estimandum erit; de quo satis constitut, quod illa aetate in scriptura-
rum eruditione unice claruerit. Quod vel in hoc satis probari poterit, quod opus sanctae 30
aecclesiae nimis utile elaboravit, dum Olberto dictante et magistrante magnum illud cano-
num volumen centonizavit, et quasi collectis floribus omniformis generis de prato scriptura-
rum coronam preciosiorem auro et topazio in edito aecclesiae collocavit. — Episcopus ubi
votis suis satisfactum esse sensit, magistro optionem optulit, utrum mallet secum in honore
et amicitia remanere, an ad suos repatriare. Ille elegit repatriare, quia placuit Deo ita pro
nobis dispensare. Ergo cum gratiarum actione episcopo Baldrico remittitur, eminentia studii 35
et religionis eius praedicatur, et ne vice^c laboris sui frustretur, affectuosissime ei commen-
datur.

28. Cum ergo locus Gemmelacensis vacaret pastore, Baldricus episcopus sollicita cum
suis agebat deliberatione, quis dignus esset huius pastoralitatis curam suscipere. Ad sum-
mum placuit omnium sententiae, Olberto gemina scientia ornato hunc locum pree omni-
bus competere. Igitur ab episcopo cum Ingobrando abbatte suo accessitus, Dei et omnium
fol. 31. honorum iudicio ad regimen aecclesiae est electus, et per manus Ingobrandi abbatis et Go-
descalci archidiaconi illuc est destinatus. Gemmelacenses ut audierunt inconsultis sibi abba-
tem mitti, stulta rusticitate episcopali auctoritati, immo Dei ordinationi voluerunt obniti, nul-
lam volentes exhibere ei subiecctionem, cuius dolebant sine sua voluntate et consilio factam 45
esse electionem. Stulti et ceci, qui non intellegebant melius sua spe a Deo sibi consuli. Reli-
quum diei cum nocte superveniente in hac rebellionis obstinatione consumptum est. Mane
facto, clarorum virorum qui legatione episcopi fungebantur emollii consilio, quamvis invitati
destiterunt ab ausu temerario, vix tandem adducti submittere manus abbatii a Deo salutis
suae electo. Hoc factum est 8. Idus Augusti millesimo duodecimo anno Domini; consecratus 50
est autem 11. Kalendas Octobris.

29. Adeptus ergo curam pastoralitatis, non segniter laborabat nomen abbatis implere
factis. Et cum initio occurrisset ei magna rei restaurandae difficultas — quippe cum exterius
ingrueret gravis rei familiaris tenuitas, interius autem horret grandis irreligiositas, — non
facile^d memoranti credas, quam brevi et quam facile optata ei arrisit prosperitas. Nam ut 55

a) sanctum Germanum corr. sancti Germani c. b) uice corr. nice. c) illa codez. d) facilis corr. facile c.

prudenter indisciplinatos mores eorum corrigeret, pravas vias eorum, quibus illicite vagando ¹⁰¹² aberrare solebant, spinis regularis disciplinae sepiebat; deinde vias rectitudinis, quibus ad vitam incedere deberent, eis ostendebat. Et doctus quod pastor pastorum comminetur pastori bus, qui semetipsos et non gregem Dei pascunt, qui cum austeritate et potentia eis imperant, et nulla paternitatis affectione eos ab erroris devio revocant, nec a malo dolentes* liberant, quod infirmum erat alligabat, quod confractum erat consolidabat, quod perierat requiebat, et exemplo euangelici Samaritani ulceribus eorum vinum severitatis et oleum pietatis ^{fol. 32} infundebat. Nec eum spes fecellit. Non enim prius destitut, quam accepto ventilabro discretionis, quae est mater virtutum, paleas vitorum de area dominica excusit, et grana virtutum ¹⁰ tum in horree Dei, in pectoribus scilicet fidelium, purgata recondidit. Nec hoc satis esse visum est bonae eius intentioni, semper in anteriora tendenti. Sciens quippe quia otiositas inimica est animae, suos iam satis imbutos sancta religione, studiis etiam literarum docuit studiose insistere; ut dum per semitas scripturarum oculis atque animis relegerent patrum vestigia, scirent indubitanter errorum cavere a via et ad viam veritatis sectandam nulla patefiantur offendicula.

30. Itaque dum praeter illa quae extrinsecus erant, urgeret eum instantia sua cotidiana, scilicet animarum sibi commissarum sollicitudo continua, bonae voluntati eius cooperabatur utrobique Divinitatis omnipotencia. Siquidem postquam interius vis divini timoris et fervor religionis recaluit, mox exterius ex bono rerum proventu exuberavit rei familiaris opulentia. ²⁰ Quapropter vir Deo devoutus Olbertus in bonam spem adductus, successus urgere suos coepit instantius. Et videns monasterium cum officiis suis monachicarum habitationi minus esse habile, quod sibi dispicebat pro sua brevitate et quia nulla decoris ornatum erat venustate, praesertim quod iamque videretur minitari ruinam pro nimia vetustate, sperans de Deo qui dives est in misericordia, anno praelationis suaee septimo novae aecclesiae coepit ordiri ²⁵ fundamenta.

31. Videntes autem Christi fideles in dies proficere illum, voluntaria succurrendi opportunitate eius animabant animum. Baldricus siquidem episcopus gaudens se non esse frustratum de abbatis a se electi bona estimatione, totum se transfudit in eius dilectione, et aecclesiam in Bavenchin et novellam aecclesiolam in Heis, deciman quoque in Bernunlait [seu^b in ^{fol. 32}] Sombressia] Gemmelacensi tradidit aecclesiae.

32. Eodem quoque tempore commissa pugna in Florinis inter Lanbertum comitem, ¹⁰¹⁵ filium Ragineri Longicollis, et Godefridum ducem, cum Lambertus ibidem gladiis cesus accepisset vitam finem, coniunx eius Gerberga nobilissima, peccatis viri sui compuncta, cum animae eius absolutionem et requiem quaereret per elemosinarum remedia, voluit ut etiam ^{Sept. 12.} aecclesia Gemmelacensi, cuius ipse comes defensor fuerat, ex debito animae ipsius personaveret iugiter orationum munia. Unde salubri accepto consilio, annitente sibi filio suo comite Heinrico, fundum proprietatis suaue quod Tortosa vocatur, in parochia Basciu, tradidit Gemmelacensi loco. Et quia ipse comes infra parochiam Gemmelacensem habebat aliquot mansos iure benefici a regia manu collati in viculo Eyneis dicto, facto iterum iustae commutationis ratiocinio, Tortosam ipse recepit et ad ius beneficii sui transtulit, Eyneis vero proprietati aecclesiae Gemmelacensis transcribi fecit, quod pro vicinitatis oportunitate utriusque parti magis accommodum fuit. Quod ne quis posterorum auderet convellere, corroboratum est regiae manus auctoritate, ut docet conscriptio huius cartulae:

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Heinricus gratia Dei Roma-¹⁰¹⁸ norum caesar augustus, omnibus in Christo pie vivere volentibus. Notum esse volumus omnibus tam praesentibus quam futuris quoddam nostrae donum dignitatis, quod precibus quorundam nostrorum fidelium quibusdam contulimus aecclesiae: Congregatio Gemblacensis aecclesiae in pago Darnuensi sitae, in parrochia scilicet Leodicensis aecclesiae, asstante advocate suo quandam cuiusdam terrae commutationem fecerat cum Heinrico Nivigellensi abbatia advo-⁵⁰ cato, quam constat factam ordine isto. Congregatio Gemblacensis aecclesiae Nivigellensi ^{fol. 33.} aecclesiae quinque dedit mansos in villa Basciu dicta sitos, praedictusque advocatus aecclesiae Nivigellensis reddidit ei totidem sui beneficii a me sibi dati in parochia Gemblacensi positos. Super quo concambio nostram imperialem dignitatem Leodicensis aecclesiae episcopus Wolbodo adiit, et ut firmitatem inviolabilem optineret per me devotus oravit. Cuius petitioni assensum

⁵³ a) - les e corr. b) seu in Sombressia saeculo XII. addita in c.

facile praebui, quoniam et fidelissimum eum mihi in omnibus competi, et utrique aeccliae combi-
num utile esse multis adtestantibus recognovi. Hoc igitur utriusque aeccliae consensu
fidelium factum firmamus, et in aeternum inviolabile et immutable esse edicto imperiali decer-
nimus. Et ut haec nostra auctoritas praeceptumque consensionis inviolata deinceps permaneat,
iussimus hoc conscribi, sigillique nostri impressione munitum signari.

*Signum domni Heinrici invictissimi Romanorum imperatoris augusti
Gonterius cancellarius (L. M.) vice Erchanbaldi archicappellani notavi. Data 6. Kal. Dec.,
indictione secunda, anno dominicae incarnationis 1018, anno vero domini Heinrici secundi
regnantis 17, imperii 5. Actum Leodio.*

33. Abbas Olpertus, gaudens quia per auxilium bonorum virorum labori suo bonum pro-
ventum Deus inferebat; ad augenda fratrum stipendia, quae nimis tenuia erant, animum in-
tendebat. Et sciens esse monachorum, ut labore vivant manuum exemplo patrum et aposto-
lorum, continuato cum fratribus labore, secundum quod necessitas paupertatis exigebat et
voluntas obedienciae suadebat, in oportuniis supradicti praedii locis factis aestuaris^b vivaria
ad recipiendos pisces construxit; quod fratrum usibus satis utile esse providit.

34. Successor Baldrici Wolpodo, quia omnino deditus erat sanctae religionis studio,
1018. Obertum abbatem religiosius caeteris vivere libenti accipiebat animo, et eum dignatus suo
latere et auricula, ad meliora eum tendere sua provocabat gratia. Unde quod primum ei
occurrit, quae antecessor suus illius gratia aeccliae Gemmelacensi tradidit, suac stipulatio-
nis auctoritate confirmavit; insuper ipsam aeccliam Gemmelacensem immunitatis libertate 20
donavit, et haec huiusmodi cartas testimonio posteris conservanda assignavit:

*Wolpodo, Dei disponente clementia sanctae Leodicensis aeccliae episcopus, omnibus in
Christo pie vivere volentibus. Unicuique Christi fidelium scimus omnimodis esse elaborandum,
ut promereri possit gratiam sanctorum. Quia sic tam propriae fragilitatis quam^c demonis et
huius mundi concutimur fluctibus, ut nonnisi eorum freti patrocinii subsistere possimus. Unde 25
sancti Petri apostolorum principis sanctique Exuperii martyris aliorumque sanctorum patro-
cinia quo potui modo quererere deliberavi, quem et omnibus tam praesentibus quam futuris noti-
ficare disposui. Antecessor meus Baldricus divino et ipse tactus fervore, quandam aeccliam
in Bavechin corte nostra sitam Gemblacensi dedit aeccliae, in honore supradictorum dedi-
catae. Dedit et decimas quorundam sartorum, quae quidam in silva [Sombresiae^d et] Heis 30
dicta eiusdem Gemblacensis aeccliae sariebant, queaque nulli antecessorum nostrorum alicui
parochiae assignaverant. Et haec quidem sub testimonio testium idoneorum praedictae aec-
cliae contulit, sed cartulam traditionis morte praeventus non fecit. In qua facienda volens me
facere participem eius elemosinae, praedictum donum sub cartulae firma consignatione. Addo
et aliud ex parte nostri donum, quod omnibus volo esse notum. Instinctu nostro abbas et con- 35
gregatio praedicti loci aeccliae novam aedificavit, iuxta quam antiqua relictæ, quia erat par-
vula et cito lapsura, claustrum et omnia transmutare curant. Sed his quandoque factis, timent
circumitionis obsonia ab aecclia antiqua exigenda esse ab episcopis futuris, ea scilicet occa-
sione, quod monasterium desierit ipsa esse. Cuius rei rationem diligenter investigans cum mul-
tis, compéri, ab ipsa aecclia Gemblacensi servitia aliqua data non fuisse circumitionis scilicet 40
vice antecessoribus meis, ex quo éadem abbatia munificentia regis subiecta est sedi aeccliae
Leodicensi. Hanc antecessor meorum clementiam in futurum decernimus conservandam,
scilicet ut ab aecclia Gemblacensi, salva tantum ordinatione pontificali, servitatem circumitionis
requirant nullam. Secundum sanctorum canonum instituta permitting monachos vitam de-
ducere quiete bona, ut tam pro nobis quam pro illis orationibus vacent in tota ipsorum vita. 45*

35. Baldricus sepe supra nominatus episcopus cum retributore omnium Deo faciens
commertium proficuum sibi, elegit de perituis aeterna ab eo mercari. Ideo eum adoptans
heredem patrimonii sui, coenobium in honore fratris Domini Iacobi fundavit in insula Leodi-
ensi, ac portionem substantiae temporalis, quae ex multa copia nobilium parentum suorum 50
cum contingebat, delegavit ibi. Sed immaturo raptus funere, non potuit in hoc votis suis ad
plenum satisfacere. Cuius loci providentia quia nulli adhuc assignata erat, ad manum solius
episcopi spectabat. Unde successor Baldrici Wolpodo pie sollicitus, habito consilio cum suis
familiaribus, deliberavit locum illum prudentissimi abbatis Olberti committere manibus. Quod
ille diu multumque reluctatus declinavit humiliter, at vix tandem suscepit obedienter et exe- 55

a) adest monogramma Heinrici II. imperatoris. b) iis e corr. c) tam corr. quam. d) sombresiae et post add.

cutus est prudenter. Nam aedificato claustro cum officinis suis, prout patiebatur oportunitas temporis, colligens hinc inde viros bene directos ad normam disciplinae regularis, et maxime ex disciplina abbatis Richardi, qui tunc temporis ubique praedicabatur in fervore sanctae religionis, primus illic propositum monachicae professionis instituit, et quoad vixit, locum illum ad laudem Dei et hominum strenuissime gubernavit.

36. Nec minus insistens cepto operi Gemmelacensis ecclesiae, quicquid a semetipso omnimodis laborando poterat extorquere, totum satagebat expendere in utilitate rei ecclesiasticae. Unde ad tam promptum bona intentionis affectum subministrabat divinitatis gratia optatum effectum. Siquidem arridente sibi multo successu prosperitatis, maturius sua spe vidit consummationem cepti operis, infra triennium fere aedificata aecclesia cum utensiliis suis, constructo etiam claustro cum officinis suis, et quod magis erat ei in voto, iam ad plenum fervente ibi sanctae religionis studio, litteralis quoque scientiae non mediocriter vigente exercitio. Ipse nullam paene nec curis animi nec labori corporis laxans quietem, semper tendebat ad operis consummationem. Ita omnibus apparatus ex voluntate, dedicatio-
nem illius aecclesiae celebrari fecit maxima omnium vicinorum alacritate à Durando venerabili Léodicensi praeusu 8. Kalendas Augusti millesimo vicesimo secundo anno Domini.
Nec multo post oratorium sancti Pauli situm infra claustrum 6. Kalendas Iunii à successore
Durandi Raginardo dedicari fecit, apud cuius animum maximum amicitiae locum optimere
meruit. Postea etiam constructo duplice oratorio, inferius scilicet in honore Iohannis bapti-
stae et Iohannis euangelistae, superius in honore Michaelis archangeli et Stephani protho-
martyris ab eodem Raginardo sollemniter dedicari fecit 2. Idus Augusti. Corpora etiam ve-
nerabilis et Deo digni fundatoris nostri loci Wichperi et trium praedecessorum suorum,
Erluini, Heriwardi, secundi Erluini, in hanc criptam reverenter fecit transportari.

37. Idem fidelis dispensator et prudens, sciens quia querentibus primum regnum Dei et iustitiam eius, etiam necessaria corporis in tempore sunt adicienda, laborabat omni qua poterat instantia, undecunque annuente sibi Deo adquirere praedia, ut dum eis pro facultate loci exteriora suppeterent, ipsi sine murmurationis impedimento tranquillius et expeditius Deo deservirent. Disposita itaque ordinatus solito re familiari, ut iam absque typo vel mora constituta fratribus stipendia possent suppeditari, quicquid supercrescebat, ad utilitatem pa-
sterorum expendere satagebat, sciens quia quicquid supererogaret, à vero Samaritano Deo,
qui custodit Israel, reciperet. Nec eum labor suus cassavit, quia tamdiu laboravit, donec res aecclesiae, quas tenuissimas invenit, non parum augmentavit, et ut ita dicam paene duplicavit, dum aut dato precio undecunque quaecunque poterat fideliter emit, aut coniente suo labore devotione fidelium pro salute eorum aecclesiae nostrae tradi optimuit. Quae diver-
sis locis à diversis personis diversis ratiociniis undecunque corrassa* quia numero quidem sunt plura, sed quantitate parva, et redditum estimatione non adeo magna, à nobis sub nu-
mero perstringi non possunt omnia.

38. Huius etiam tempore Hubetho, Heribrandi filius, domm Wichperi ex sorore Renuide
nepos, tactus amore pietatis et iustitiae, annite sibi Gudetha sua nobilissima coniuge, red-
didiit aecclesiae nostrae partem quae sibi cesserat ex iudeitate à patre suo Heribrando nobis
direpta violenter et iniuste, monitus exemplo sororis sue Richeldis, quae ut supra diximus
partem suam retulerat ad iustas partes aecclesiae Gemmelacensis. Huius etiam Hubethonis
filii, Hubertus scilicet et Tietwinus, tertiam partem de villa Puceu aecclesiae nostrae tra-
diderunt.

39. Idem dominus abbas Albertus allodium in villa Masau et in Biettinis dedit, et pro eo
villam Ferolt dictam accepit, facta commutatione non satis nobis commoda secundum rerum
estimationem, sed ut sibi soli visum est utili propter solam vicinitatem. Siquidem et antea
à praedecessoribus suis per iustum commutationem iusdem allodii quadam parte data Su-
streni aecclesiae, villa Mainil dicta adiuncta est parti aecclesiae nostrae.

40. Quid autem dicam, eo tempore quo nimia ammonae caritas totam profligavit Galliam,
quam sibi à Deo in faciendis elemosinis cumulavit gratiam, quam apud homines inaucta
ecclesiastica re sibi adquisivit gloriam? Quasi enim alter Joseph praescientiae tactus gratia,
frugum ubertate superioribus annis sua repleverat horrea, de quibus pauperum suorum in
tempore relevare penuriam parabat Dei praevidentia. Et cum multi alii ducti avaritiae spiritu
aliorum penuriam ad suam verterent commodum, dum posthabita misericordia pauperum,

a) corrora alia manu corrissa.

sua aut servant tenacius aut vendunt carius, hic nec sua sibi servare per tenaciam nec aliis vendere voluit per avaritiam; sed ipsius Dei creditor effectus, coepit esse laudabilis usurarius. Nolens enim parce seminare, ne et parce meteret, seminabat in benedictionibus, ut de benedictionibus meteter vitam aeternam. Et quia hilarem datorem diligit Deus, non ex tristitia aut ex necessitate elemosinarum implebat opus, sed pietatem misericordissimi cordis ostendebat ex hilaritate vultus. Praeter illos enim qui singulis horis euntes et redeentes de eius participabant benedictione, non paucos domesticos aeccliae ut dignum erat sustentabat de penu matris aeccliae, constituta eis sine dilatione diurni viatici stipe. Et hoc in eo poterat esse miraculo omnibus, quod cum esset in elemosinarum largitate tam profusus, in relevanda aliarum congregacionum inopia tam paterne prodigus, in vicinis suis etiam^a nobis^b libus in tali temporis articulo consolans tam liberali oportunitate paratus, cum etiam suos, scilicet aeccliae homines, sua compassione invaret laxando oportune solitos terrae reditus, gregem Christi in solitudine claustral divinae servituti vacantem nunquam habuit immisericordius, sed sufficientia proveniente sibi coelitus, toto humanitatis affectu serviebat Deo servientibus.^c

41. Nec videtur esse praetereundum, dicere quantum in ornanda aeccliae fuerit ei studium. Quamvis enim dicatur: *In sancto quid facit aurum?* non habebat tamen in exterioribus rebus unde desiderium animi sui ostenderet erga Deum, nisi ea, quae prima mortales putant, liberaliter expenderet erga Dei cultum. Quod nonnulli valere nulli est dubium; sive ut inde necessitatis tempore subveniatur indigentiae pauperum vel Deo servientium, sive ut inde aecclasticae utilitatis oportune maius comparetur commodum, sive quia homines bruti et omnia estimantes magis ex animo suo quam ex veritate rerum, nihil paene ducunt cultu et reverentia dignum, nisi quod ex his quae ipsi temporaliter amant viderint adornatum.

fol. 36'. Ideo utrobique declinans crimen avaritiae, queque undeunde^d potuit prudenter corraderet, in ornamenti aeccliae maturabat impendere. Quorum summam hic perstringere non est quidem difficile, quia cotidie est oculis ea inspicere. Fecit tabulam argenteam ante altare sancti Petri anaglifo opere non indecor celatam, duas quoque alias argenteas minoris quantitatis; frontale quoque ad altare sancti Exuperii martyris; candelabra argentea fusilia duo; calicem aureum unum, argenteos sex; turibula argentea deaurata duo; cruces aureas quatuor, argenteam unam; ventilabrum argentea duo; textus euangeliorum unum auréum, tres argenteos; epistolarem argenteum unum; capsas reliquiarum argenteas duas; cappas ex palliis decem et octo; casulas duodecim; diaconalia duo; subdiaconalia quattuor; albas, stolas, tapetia et alia, quae quamvis numerentur inter subsiciva, eius tamen industria et studio sunt comparata, aut eius amoris gratia à Dei fidelibus aeccliae collata. Quae quidem quamvis non sunt adeo multa pro preci estimatione et alienarum divitiarum comparatione, sunt tamen multa et magna et preciosa pro bona eius intentione, quia remunerator honorum Deus non estimat ex quanto, sed quo vel quali sibi offeratur animo.

42. Et quia cum religionis studio vigore fecerat etiam literalis scientiae studium, ne et in hoc eis desset unde huiusmodi artis exequentur exercitium, sumministravit eis etiam copiam librorum. Non passus enim ut per otium mens aut manus eorum torpesceret, utiliter profectui eorum praevidebat, dum eos et per scribendi laborem exercet, et frequenti scriptu fol. 37. rarum meditatione animos eorum ad meliora promovet. Appellens ergo animum quasi alter quidam Philadelfus, ad construendam pro posse suo bibliothecam plenariam, vetus et novum testamentum continentem in uno volumine transcripsit^e historiam. Et^f divinae quidem scripturae plus quam centum congessit volumina, secularis vero discipline libros quinqa- ginta. Mirandum sane unum hominem in tanta tenuitate rerum tanta potuisse comparare, nisi occurreret animo, timentibus Deum nihil desesse.

43. Ego sane dum studiorum ingemni et laboris tanti viri recordor, omnino demiror, quod in eo geminae scientiae tam egregie claruerit^g vigor. A puero enim in solitudine claustral educatus, tam sollers et prudens apparuit in disponendis mundanis rebus, ut vix aliquis secularium videretur ei preferendus. Et contra dum se restringeret ad rigorem monasticae conversationis, id ipse inter strepitum aecclasticae procurations explebat subsicivis operis, quod vix aliquis alter attingeret vacans Deo in quietem monasticae solitudinis. Nec frustra fama nominis eius ubique discurrebat, de cuius doctrina tam dulcis odor longe lateque cre-

^a Etiam c ^b unde: unde corr. undende. ^c e corr. c. Fortasse fuit conscripsit. ^d Alio atramento pergit 55 idem scriba, qui et transcripsit posuerat. ^e clarerit corr. claruerit c.

scebat. Exceptis enim illis quos in subiectione sua in studio et religione nutritivit, multas clericis ordinis personas, quosdam etiam curiales, doctrina sua promovit, quorum illustris probitas vel dignitas postea sanctae aeccliae magna utilitati et honestati fuit. Sed et in hoc in aeccliasi Dei eius laudabilis memoria adhuc vivit, quod vita aliquorum^a sanctorum aliquibus in locis liquide et polite composuit, et de gestis eorum in laude Dei secundum regulam musicae disciplinae, in qua multum valebat, dulcissime cantus modificavit. Inter quae fol. 37. quia rogante Raginero comite vitam sancti Veroni confessoris composuit, cantum etiam de eo melificavit, antiphonas quoque super matutinalia laudes in transitu sanctae Waldegradi, ipse comes Raginerus et Hathuidis coniunx eius quicquid praedii habebant in Dion aeccliae 10 nostrae tradidit.

44. Tam laudabilem et utilem vitam degens, postquam in 37 annos exegit tempus suaem 1048 praelationis, sensit se a Deo invitari ad bravium supernae vocationis. Et exemplo domini Iesu, qui transiit ad patrem, cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem eos dilexit, etiam ipse filios suos, quos Deo in sinu maternae dulcedinis generat et affectu paternae sollicitudinis educaverat, usque in finem dilexit. Qui quia duobus monasteriis praerat, et ob id continua regendi instantia alternatim habitacionem suam mutare consueverat, tunc in Gemmelacensi coenobio aliquandiu commoratus, natalem apostolorum Petri et Pauli solemnizabat. Et congregatis filiis suis, prolixe et pie seriocinatus est eis, et quantum poterat facundia diserti doctoris et pietas affectuosi patris, monebat eos, ne ab aratro dominici operis oculos averterent, ut a fermento secularium carent, ut non solum coram Deo sed etiam coram hominibus bona providerent, et caetera id genus, quae pii et sapientis viri eructabant pectus. Inter loquendum ante altare sancti Petri eos eduxit, cum psalmodia et oratione pastorum pastori eos commendavat, ab omnibus commissis pastorali potestate absolvit, et spirituali sanctificatione benedixit. Et ut ultimum vale non sine lacrimis eis fecit, Leodium abiit. Urgebatur enim tristi nuntio de infirmitate gloriosi episcopi Wathonis, cui ipse etiam hoc debebat reverentiam debitae subiectio[n]is, quod eius condiscipulus et a puero fol. 38. fuerat contubernialis, et ab inde inita inter eos amicitiae gratia cum ipsa aetate sine querela simul concreverat, et ut ita dicam cum eis insenerat. Episcopus gaudens se consolatum esse optata visitatione amici, ab eo in nomine Domini secundum praeceptum apostoli Iacobi expetiit inungui. Peracto inunctionis officio, cum missionem peteret ab episcopo, et adhuc de spe vitae suae fiducialiter quereret ab eo, episcopus tactus spiritu divino: *Hodie, inquit, non moriar, o amici mei, sed cras in Christi nomine succurrere mihi.* Ille desperans de vita amiei, resolutus in lacrimis nec valens temperare dolori: *Non sinat, inquit, Deus me septem dies supervivere tibi.* Et ad monasterium sancti Iacobi cui praerat regressus, coepit destitui corporis viribus, mox etiam vexari acriter febribus. Quid multa? Secundum praedictum et votum piorum virorum, crastino die, quod est 8. Idus Iulii, episcopus migravit ad Dominum. Abbas autem, qui episcopo dimidio animae suae septem dies supervivere noluit, ipso septimo die, quod est 2. Idus Iulii, felicem spiritum coelo reddidit millesimo quadragesimo octavo fol. 14. anno Domini.

45. At exequias funeralis eius quo venerationis honore, quo miserationis dolore prosecutus sit grex coenobii utriusque, qui in Christo sub eius profecrat institutione, supervacuum est memorare. Gemmelacenses siquidem audita pii pastoris infirmitate, cui post Deum et primum loci nostri constructorem Wicpertum quicquid pene habebant gaudebant imputare, piae dilectionis alii non distulerunt illuc convolare. Contristabat eos non mediocriter amantissimi patris destitutio, sed plus quam dici vel credi possit miserabilis contristabantur infotunio, quod carendum eis esset corporis eius pignore pretioso. Et si aliquam viam eis appetruisset Dei dignatio, nihil optabilius eorum omnium insedit animo, quam id agere aliquo modo, ut corpus defuncti referrent Gemmelacensi coenobio. Sed id nec precibus optinere, nec aliqua omnino ratione poterunt efficere, gaudentibus civibus ad tutelam civitatis suaе praesentialiter tam sancti viri patrocinia provenisse. Sepultus est igitur in aeccliasi sancti Iacobi, ut decuit primum abbatem ipsius loci, et hoc epitaphium inscriptum est libitinae ipsius tumuli:

*Hic iacet abbatum speculum, decus et monachorum,
Abbas Olbertus, flos paradise tuus,
Praefuit aeccliesius normali transite binis;
Legga corpus habes, Gemble carendo doles.*

55 a) aliquas statim corr. aliquorum c. — b) versus rubro atramento scripti.

1048. 46. Perlato ad Gemmelacenses tam tristi nuntio, omnibus palam factum est ipsius veritatis testimonio, qua pastoralitatis sollicitudine omnes habuerat, qua paternitatis dulcedine omnes nutrierat, qua karitatis unanimitate omnes a parvo usque ad magnum sibi in Christo devinxerat. Quis enim poterit dicere, quis dicent poterit credere, quantus illico omnium factus sit concursus, quantus fratum merentium fuerit luctus, quantus pauperum clamor, quantus pupillorum et viduarum dolor? Ab omnium ore sonat pro collatis sibi beneficiis gratiarum actio, tam pia et exaudibilis pro absolutione animae eius ab amicis Christi ad coelum transmittitur oratio. Quis eorum qui tam affectuosas vidit exequias, quis, rogo, tam pias, tam fol. 39. meritas, tam profusa dubitet Deum acceptasse lacrimas, quas non extorquebat aliqua carnales affectionis necessitas, sed quas eliciebat placita Deo spiritualis dilectionis pietas? Qui ergo 10 tot amicos conciliaverat sibi de iniuriatis mammona, receptus est ab eis in aeterna tabernacula. Et quia bene ministravit, gradu bono adquisito sibi^a, coelestis curiae ascriptus^b dignitati, credo, nos modo illic sua tutabar gratia, quos hic tam paterna nutritivis misericordia. Amen^c.

D E M Y S A C H A B B A T E

47. Deodvino in cathedra aeccliesiae Leodicensis subrogato, Mysach virum sane venerabilem cognomento Mathelinum abbatem substitui Gemmelacensi coenobio, concors totius congregacionis expeditiv electio. Is abbati Olberto consanguinitatis conjunctus linea, et a primis annis cum fratre suo eque memorabilis vitae Fulquin regulariter et studiose in eius educatus disciplina, ad hoc uterque excravit bona indolis industria, ut magnae utilitatis locum sortiri mererentur in Dei aeccliesia. Ex quibus Fulquinus iunior aetate, nominatus in exercitio litteralis scientiae, gloriose Stabulensem abbati Poponi ad regendas puerorum scolas directus, et per aliquot annos in morum honestate ab eo satis probatus, per interventum eius in Mettensi urbe ad regimen abbatiae sancti Vincentii martyris est promotus, quod usque ad finem vitae sue utiliter et laudabiliter est executus. Mysach^d autem frater eius, etiam Virduni sub Richardo abate in gymnasio monasticae disciplinae regulariter exercitatus, per 25 omnia in virtute obedientiae satis est probatus. At postquam inventus est etiam esse patiens laborum, et strenuus et prudens in dispositione aecclesiasticarum rerum, dominus abbas Olbertus eum suo lateri adiunctum, participem fecit omnium operum et consiliorum suorum. Et ordinans eum sibi praepositum, commisit eius prudentiae secundas partes omnium rerum. In cuius obedientiae executione tanta viguit subiectio, ut nulla unquam titillatus sit superbiae inflatione. Et per multos annos tam prudenter et utiliter vixit, ut postquam sanctae memoriae abbas Olbertus humanae naturae cessit, nullus qui ei succederet dignior eo inventus sit. Itaque 7. Kalendas Augusti adeptus^e locum regiminis aecclesiastici, consecratus autem 7. Idus Augusti, attendebat diligenter instantia sibi et gregi. Nam secundum quod didicera, regulariter et pie vivebat, et secundum quod vivebat etiam alios vivere docebat. Res aeccliesiae anti- 35 quitus attributas vel postea adquisitas pro captu et posse suo in nullo unquam neglexit, nec incuria vel inscitia sua eas diminuit, immo iugi labore et vigilancia multiplicavit. Adversariis aeccliesiae audacter semper restitit, stipendia fratum fideliter adauxit, et ne per singula currere opus sit, utilitate aecclesiastica intus et extra nihil carius unquam habuit.

CONTINUATIO AUCTORE GODESCHALCO.

48. Ipse^f etiam ante et retro oculatus, sciens interiorem hominem sine exteriori non posse subsistere, quecumque in abbatia invenerat et quae ipse adquisierat in duas partes dividens, in victu et vestitu fratrum distribuit. Vestiarium ita compositum. Quinque libras nummorum in villa Tempus dicta, et tres libras in villa Pheroth, tres libras et quatuor solidos in villa Mannil, octo solidos de terra Fastradi in villa Niel, in villa Esnatica et municipio Eneis 45 fol. 40 quosdam redditus decrevit; in villa etiam quae Castris dicitur 4 libras denariorum annuatim statuit, ea ratione ut uno anno pelliciae a vestierario, et altero pellicii à loci praeposito, et cucullae et tunicae fratribus darentur a camerario. In villa etiam Turb dicta, quae sita est in pago Brabantico super aquam quae ob dulcedinem et bonitatem sui Oilla^g ab incolis dicitur, medietatem redditum totius villae vestierario delegavit. Post haec Balduinus clericus Soneien- 50

^a sibi. ^b ascriptus. ^c d. ^d emen e. ^e minio scriptum. ^f post adeptus erant est e. ^g alta menu pergit prima linea in loco raso scripta.

39) i. e. oleum.

sis fraternitati nostrae sociatus, alteram medietatem, quae ei iure patrimonii competit, ob salutem animae suae adiecit. Statuit etiam, ut camerarius per se villicum, investitures et placa habeat villarum sub-se decentium. Cellerario ad saginam comparandam centum solidos instituit. Ad utensilia comparanda officinarum, hoc est coquinae, pistrini, cambae, granarii, 5 trintia solidos de censu cortiliorum annuatim dari censuit; decimas feni unde boves suos aleret dedit; praebendam et calceos bubulco qui ligna de silva per singulos dies adduceret stabilivit; hortum ad holera facienda, bubulciam cortem cum cortilio bubulco delegavit. Haec omnia sub cura cellararii statuens, mensam fratrum sub eius cura constituit. Itaque 10 panem, librarum duarum; legumen, pisorum seu fabae. Ad emptionem secundi pulmenti, ovorum, casei, seu piscium decem et octo denarios per dies singulos. A Kalendis Octobris usque ad dominicam septagesimam tertium pulmentum herbarum hortensem, iustas duas cervicae diatim, mensuram vini per singulos quatuor diebus ebdomadis cum karitate sabbati; 15 pacimates similagineos in duodecim praecipuis sollempnitatis anni hora prandii, placetas et oblatae cum aliis bellariis ad cenam amministrare praecepit. *Cras forsitan dicet aliquis, tot 40^o* qualitatem perpendens praesentis temporis: *Falsum est, quod hic legitur; nunquam tali seculo usi sunt monachi illius temporis.* Scit Deus, qui est summa veritas, quia quod vidi scripsi, et adhuc supersunt testes idonei⁴.

49. Addidit annuatim aecclesiae custodi 20 solidos nummorum ad coemptionem vini, ex quo cotidianum missae sacrificium oportet celebrari. Ad anniversariam diem suae depositionis constituit annuatim dari fratribus 8 solidorum karitatem, gratia piae recordationis. In memoria aeterna erit bonus dispensator, ab auditione mala non timebit, quia spes eius semper in Domino fuit.

50. Ultima etate egrotavit dolore pedum vehementissime, sed nec in ipsa infirmitate neglebat salutem aecclesiae, nec medicorum auxilium quesivit, sed in Deo fiducialiter spe ravit. Et dum ita bonam operum suorum consummationem patienter expectat, per ipsius patientiae virtutem bonam sibi consummationem praeparat. *Excoctus ergo diu in camino tribulationis et infirmitatis, postquam 23 annos in regimine explevit, 3. Idus Novembris debitum solvit humanitatis anno 1071 Domini.*

1071.

D E T I E T M A R O A B B A T E.

51. Defuncto Misach abbatte, qui pater tam amabilis et aecclesiae Dei tam utilis fuerat, multum meroris et sollicitudinis Gemblacensibus remanserat. Meror erat de tanti pastoris amissione, sollicitudo, ne ei succederet qui congregata dispergeret, dispersa non congregaret. Sed misericorditer consolatus est eos Deus pater misericordiarum, dans eis ex eodem cenobio abbatem nomine Tietmarum. Hic per omnia sequens vestigia praedecessoris sui, adauxit potius quam minuit substantiam monasterii. Qui dum temporibus antefati abbatis custos esset *tot. 41.* aecclesiae, ambonem euangelii et feretrum sancti Exuperii auro et argento vestivit, et opere anaglio decoravit. Huic gloriam mundi fugienti et paupertatem Christi in omnibus sequenti, praedium Hucherti clerici, qui apostata dictus fuerat, conventus fratrum indominicatum reddit. Ipse fratribus fraterna et paterna vicissitudine ex redditibus eius praedii 50 solidos redonavit, ea conditione ut a se et successoribus suis annuatim ad usum fratrum in festis praecipuis duo solidi darentur in emptionem piscium.

52. Iste pater per manus domini Liertardi praepositi sui criptam in honore sanctae Dei genitricis construxit, et cancellum altaris sancti Petri ex humili et parvo in ea forma qua nunc cernitur reformavit; infirmorum, infantum, hospitum pauperumque semper curam praecordialiter habuit; praebendam fratrum si non adauxit, in nullo diminuit, sed vinum, pisces, similam temporibus statutis omni tempore vitae suae absque ulla retractatione subministravit.

53. Franco miles nepos eius cognomine Longus de villa Liril dicta filiam viiici Alberonis in coniugium accepit, et ab abbatte, utpote à parente suo, molendino in municipio Eneis 50 sito iure beneficii munieratur, hac ratione, ut quamdiu ipse et heres eius viverent, hoc fruerentur, et si vita decederent, monasterio restitueretur. Infra quinquennium ergo tribus liberis ex eis procreatis, Franco apud Distre in bello perimitur, et ab amicis relatus, in cymiterio Gemmelacensi cum multis lacrimis sepelitur. Filii etiam eius, ante mortem patris et post,

a) *Altro tempore eadem manus pergit.* b) *ex quo e corr.* c) *sequebatur primo eius mox erasum.*

hominem exunt. His ita decadentibus, abbas quae dederat repetit, set aliter quam sperabat evenit. Reinfredus enim miles Mafiensis conubio sociatus relicte Franconis, omnia quae eius fuerint, annitente et adiuvante Alberone villico, iure coniugali occupat. Abbas et parentes ^{fol. 41^a} Franconis super hac ré indignati, Reinfredum aggrediuntur in placito generali; set sacer Albero generum per omnia defendit. Haec rē diu protracta ad audiendam pervenit episcopi 5 Henrici. Pater Reinfredi tunc forte villicus erat episcopi. Itaque^a episcopus blanditiis delinitus et munieribus excecatus, consentit peccato, et iniustitiae lege decreta, Reinfredus vicit extitit per omnia. Sic molendinum iniuste abbati auferunt; sic heredes proximi exheredati, adhuc nimis conqueruntur. Albero pro hac infidelitate villicatione privatus, set pro iniustitia á Deo non punitus, in ecclesiastica inihiat post iam dicti facti decennium. Allodium enim Ruz ¹⁰ dictum, quod Petrus Calvellus sancto Petro coram idoneis testibus tradiderat, mala actus cupiditate, sibi rediberi rogat, dicens se tempore traditionis á Petro denominatum heredem ad optimum. Abbas et praepositus plus quam dici potest admirati super hoc, rogant et precantur ut desistat ab incepto. Ille in malitia perseverans, per generum Reinfredum, qui tunc villicus erat episcopi, episcopo praesentatur, causam suam et multa veri similia episcopi ingerit auri- ¹⁵ bus. Episcopus rem ad consilium defert; consilio inito hoc decretum est, ut si Albero ei quale petebat iure iuranda vera esse firmaret, quod querebat acciperet, sigillumque suum cum epistola abbati dirigit praesentandum. Abbas ut legit epistolam, frontem rugans et pectus percutiens, praeposito legendam tradidit. Praepositus ut legit, diem placi statuit. Die dicta, abbas interesse non vult placito, rem omnem committit praeposito, eius iussu adunatur con- ²⁰ fol. 42^b tio. Cum suis testibus adest Albero, quod querebat sine dilatione falso confirmat sacramento. Vera esse quae iuraverat, testes prosequuntur vero periurio, sique rei aecclesiasticae fit maledictus et iniustus perversor.

54. Dicendum paucis, quae eos subsecuta est ultio. Iusto Dei iudicio ob perjurium diversis modis omnes affliguntur, et ad ultimum diutino languore excruciat, vita decadunt. Al- ²⁵ bero super id quod fecerat sero penitus, decrevit quod perverserat Reinbaldo filio suo dare sub taxatione anni census. Hoc pacto firmato, leudes praepositi Lietardi Stephanum scilicet monachum et Everardum pistorem expetunt, quae tractaverant edocent, ut duobus^b marcis argenti abbas praepositusque acceptis suae assentirent diffinitione; eo pacto ut Reinbalodus annuatim pro redditibus eiusdem allodiū decem solidos persolvat die sancti Servatii. Praeposi- ³⁰ tus a suis persuasus, rei iam dictae consentit otius. Abbas ab eis convenitur, ut assensum praebeat rogatur. Ille prorsus abnuit, et iratus ab eorum se avertit oculis. Postremo nimie- ³⁵ tate eorum obtusus iubet ut in praesentia conventus fieret quod petebatur. Ad conventum res defertur, instinctu maiorum Albero cum suis omnibus despiciunt, pactum contemnitur, et ut pro excommunicato habeatur ab omnibus conclamatur. Praepositus in sententia sua per- severat, quae oblata fuerant invito abbate et invitatis fratribus suscipit, sique ab utrisque par- ⁴⁰ bus discessum est. Reinbalodus itaque cum socero suo Berengario in hereditate male adqui- sita succedit, sed Deo sic volente aversa satis fortuna graviter ambo atteruntur, adeo ut die quadam dum iuges ab opere agri relaxantur, in palude praedio contigua necarentur. Albero divina animadversione damno domesticarum rerum affligitur, coniugis etiam, fidae satis et ⁴⁵ castae mulieris, contubernio privatur; ipse ad extremum multis necessitatibus corporis astric- ctus, morte finitur. Perversorum hominum nunc interim postponatur mentio, et iustum de- scribatur laus et devotione.

55. Adelardus fratuelis iam dicti abbatis ex milite in monachum attonsus, partem allo- ^{dii} sibi competenti, annuente matre et vitrico, per manus avunculi sui abbatis et advocati ⁵⁰ Balduni tradidit sancto Petro. Sacerdos religiosus^c Beroldus nomine ea tempestate sociatus est fraternitati nostrae. Qui quanta bona huic nostrae fecerit aecclesia, testantur eius opera. Hilaris dator et in oportunitatibus promptus fuit adiutor.

56. Huius etiam abbatis tempore defunctus est Guerinus monachus, vir omnium bonorum memoria dignus, qui per multos annos in Gembelacensi cenobio functus prioratus officio ⁵⁵ omnibus pie viventibus in Christo proderat verbo et exemplo. Hic Olberti abbatis consanguineus et discipulus fuit, eiusque vitam et mores imitatus, ad hoc profecerat, ut ab his quibus erat notus, aurum^d multo meritorum igne purgatum et vas honori Dei aptum cognominaretur. Erat enim intentus ieuniis, vigilis et orationibus et cotidianis missarum celebrationibus. Si quando tamen, quod rarum erat, à tali opere vacabat, nullam requiem habebat spiritus ejus, ⁶⁰

^{a)} alto atramento pergili c. ^{b)} duabus corr. duobus c. ^{c)} supervisor. c. ^{d)} auro corr. aurum c.

qui aliquid mundanae aut divinae philosophiae ut vir eruditus proponeret et exponeret fratribus. In tantum autem etiam in hoc affuit ei divina gratia, ut ex tunc et nunc per eum et per eos quos instruxit eruditos viros habuerit nostra aeccllesia. Obiit 15. Kal. Maii, et fratrum orationibus luctuque et lacrimis prosecutus, intra templum est tumulatus. Quanti autem fuerit suis contemporibus, ostendit epitaphium eius, cuius nos hoc dysticon apposuimus, ut quod de eo diximus, sit credibilis:

*Norma, decus, speculum, Guerinus, honor monachorum,
Doctor, Gembla, tuus hoc tumulo tegitur.*

57. Vir multae scientiae Sigebertus, nostrae aecclie monachus, supradicti abbatis Tietmari hortatu⁴⁰ vitam sancti Maclovi confessoris accuratius dictando iteravit, passionem Thebeorum martirum heroico metro eleganter compositu, cronicam suam à fine cronicæ à Iheronimo digestæ ad sui usque temporis finem perduxit. Duobus libris illustrissim virorum à Iheronimo et Gennadio compositis tertium addidit, in quo multis antiquis aecclasticis scriptores, multis etiam sibi contemporales memoria dignos commemoravit. In fine vero libri se ipsum posuit extreum ordine, set non extremae scientiae. Praeter haec enim quae commemoravimus composuit multa utilia legentibus.

58. Abbas autem Tietmarus quamvis esset columbinæ simplicitatis, ad quoscumque perveniebat sermo eius, qui carebat fello invidiae et detractionis, incitamentum erat meliorationis. Postquam ergo per annos 23 sibi commissam Christi familiam rexit fideliter, diutinae infirmitatis igne decocitus, 2. Kal. Junii^a de hoc mundo migravit feliciter, accepitque locum¹⁰⁹² sepulturae ante sanctæ Crucis altare, semper futurus apud posteros laudabilis memoriae. Amén.

E p i t a p h i u m^b e i u s d e m.
Ecclesiae lampas hic Tietmarus iacet abbas
Octo beatificas doctus abisse vias;
Pauper, pacificus, mansuetus, pectore mundus,
Lugens, esuriens, compatiens, patiens.
Ultima fulsit ei tua lux penultima Mai.
Qui vixit Domino, dormiat in Domino. Amen.

D E C L I E T H A R D O A B B A T E.

59. Cum quererent Gemblacenses post obitum domini abbatis Tietmari, quis ei succedere, quis idoneus esset eos regere, communis habita deliberatione Liethardum abbatem constituerunt concordi electione. Hic à pueritia domni abbatis Olberti eruditio institutus, claustralis disciplinæ amator et executor erat assiduus. Multa erat ei oris facundia, quæ procedebat ex dilatati cordis abundantia. Filii seculi qui prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua, si quid damni aut violentiae rebus aecclasticis conabantur inferre, hic prudenter et oportuna ratiocinatione noverat ei resistere. Dominus abbas Olbertus qui iam gravabatur aetate et duorum cenobiorum dispositione, considerans in adolescente tantum naturalis industriae, officium ei comisit cœlleraturae, ut experimentum eius evidenter quiret habere. Ille ei, quoad vixit, ut patri filius obedivit, et quod sibi ininxerat auxit, melioravit et decenter administravit. Quamvis enim esset tunc iuvenilis aetatis, erat tamen persona honorabilis, consilio utilis, allocutione et adhortatione his qui cum noverant acceptabilis. Denique multi nobiles et mediocres eius ammunitione et laudabili familiaritate incitati, quosdam filiorum suorum sociabant nobis cum aliquantula parte possessionum suarum, ut eorum apud nos pia recordatio et pro eis esset ad Deum frequens oratio. Et quia longinquitate temporis successit scit damnosa oblivio, et post oblivionem succedit periculosa contentio, arbitror posteris nostris gratum facere, si studeam huic opusculo inserere ea quae domino Liethardo procurante accesserunt nostrae aecclie domini abbatis Olberti tempore, ut quia ille adquisivit plus alius abbatibus, sciatur quid quomodo adquisierit, vel à quibus. Ergo si non omnia, describam^{fol. 44.} tamen eminentiora.

60. Machelmus vir nobilis, pater domni Tietmari qui sextus abbas fuit nostri cenobii, rogatu ipsius filii sui et hortatu domni Liethardi dedit sancto Petro medietatem aecclieae

^{a)} e corr. ^{b)} Epitaphium — Amen alto atramento in fine f. 43^a. scripta sunt. ^{c)} Alio atramento pergit c.

⁴⁰⁾ ex Sigeberti libro de viris illustribus cap. ultimo.

SS. T. VIII.

sanctae Mariae in villa quae dicitur Castra. Alia vero medietas postmodum data est pro Odewalone monacho nostro. Hic fuit vir honestae vitae, et in divina et humana scriptura multae scientiae. Item Wicherus, advocatus Leodicensis, tradidit sancto Petro medietatem aeccliae sancti Gaugerici in Genitiis cum manso uno. Item Robertus filius Bosonis de Hermereis, canonicus sancti Lamberti, vir nobilis, tradidit sancto Petro medietatem de Masin, 5 et ultra medietatem tres mansos. De alia medietate partim aeclesia nostra à cognatis eius redemit aut pro vadimonio accepit. Quidam Wibertus vir religiosus, sancti Wiberti ut fertur consanguineus, tradidit sancto Petro quicquid habuit in Waresch. In eadem villa tradidit Wolvuradus dimidiā aeccliasiam, hoc est quartam partem integras aeccliasiae. Liedvinus et coniux eius Hathegudis tradiderunt sancto Petro cortem unam et sex bonuaria pro animabus suis, in Harenton. Postea vero tradiderunt medietatem totius praedii quod habebant in eodem Harenton, et quicquid habebant in Valle, quod per singulos annos reddit 50 solidos. In Belriu adquisivit dominus abbas Olbertus sex mansos et cambam, et sextam partem molendini quod postea augmentavit abbas Mysach, et abbas Liethardus, ut in suo loco dicetur. In villa Melenriu, quae etiam Heis dicitur à contigua silva quae ita nominatur, partem allodii 10 emit in primis abbas Olbertus, adauxit abbas Liethardus, et successor eius Anselmus, ut in fol. 44. suo loco dicetur. Walterus de Niel tradidit sancto Petro quicquid habuit in eadem villa. Pars aeccliae quam habemus in ea et pars praediū data est postea pro duobus fratribus nostris Albuno et Hellino, et postmodum multo labore et periculo domini Liethardi crevit et permanens ipsa possessio. Fuit enim inter compoſſores prediū et nos tanta dissenſio, ut vix sedari 20 potuerit absque bello, deportato illic sancti Exuperii feretro. Petrus Calvellus tradidit sancto Petro quicquid habuit in Ruoz, et in Asnatica cortem unam et tria bonuaria. Hoc praedium post longum tempus invasit Albero, vero peririo, ut dictum est in suo loco. Dominus abbas Olbertus collaborante domino Liethardo villam Suvrei adquisivit sancto Petro, et ei per singulos annos trium librarium censum indixit, et ex eo 12 solidos anniversaria die sui obitus 25 ad servitium fratrum dari decrevit. Lambertus de Corcellis vir nobilis et fratres eius tradiderunt sancto Petro in eadem villa tres mansos; et post mortem ipsius Lamberti tradidit uxor eius Condrada dimidium mansum. Nec hoc dono contenta, armillas, anulos, monilia, et quicquid auri ad ornatum suum habebat ut mulier dives et inclita, sancto Petro concessit, et crucem auream inde fabrefieri petit. Huius aureae crucis hodieque est inscriptio: *Condrada 30 prō sé suōe viro Lamberto me dedit sancto Petro.* Nec ipsa Condrada tantummodo, set et omnis nepotum eius successio, Gualterum dico de Marebaco, Heinricus de Lupun, Gerardus filius Gualteri, Heinricus filius Heinrici, et quotquot adhuc hodie supersunt de eorum progenie, ita ex tunc et nunc coniuncti sunt fraternitati nostrae ex animo, ut eorum semper apud nos sit pia recordatio et pro eis ad Deum cotidiana oratio, qui liberalitatis eorum beneficio 35 fol. 45. multoties crevit nostra possessio. Warnerus comes tradidit unum mansum in Dion, et uxor eius duos in Morceshem, et unum in Malbrovias, quod dicitur in Ruoz. Ille mansus in Dion solvit 4 solidos et 8 gallinatios. Illi duo in Morceshem solvunt 10 solidos Lovaniensis monetae et quatuor gallinatios. Ille in Malbrovias quinque solidos Nivigellensis monetae, et ita ut immunes essent ab omni servitio, nisi Gemblensis aeccliae. De his quae dominus 40 abbas Olbertus cum domino Liethardo adquisivit, pauca sed eminentiora descripsimus, et ut arbitror posteritati nostrae consulimus, ut si quis iniustus violentia vel ignorantia res aeccliae, quod sepe contigit, temptaverit minuere vel auferre, sciens ei iuste et rationabiliter resistere. Adquisierunt etiam multa alia, et si minora tamen aecclasticae utilitati apta, quia certum est parvis magna iuvari, et multis pluviae guttis flumen repleri. 45

61. Successor abbatis Olberti Mascelinus abbas, in multis expertus quam sagacis animi esset dominus Liethardus, rogatu fratrum timentium Deum commisit ei praepositurae officium. Ille reputans non honorem esse sed onus, ad quod erat assumptus, abbati erat baculus fortitudinis, quia nil sibi inerat ignavae formidinis, et alleviatio sollicitudinis, quia in omnibus erat utilis. Abbas Tietmarus quia erat multae simplicitatis et nesciebat cavere fraudulentas 50 decipulas secularis duplicitatis, eius curae commisit omnia exteriora; ipse curabat tantummodo interiora. Igitur hi tres abbates quia impediabantur ut dictum est aut aestate, aut infirmitate, aut simplicitate, res aecclasticae eorum tempore maxima ex parte huius sustentabatur probitate. Quia ergo dominus Liethardus trium abbatum tempore didicerat subesse et prodesse, dignus habitus est, qui post eos rogaretur praesesse et prodesse. Datus abbas, quan- 55 diu fuit ei virtus corporis et prosperitas temporis, his quibus praeſuit in omnibus profuit.

Omnium enim fratrum utilitati providens, sibi in nullo consuluit, sed semper parvo victu et vestitu contentus fuit, quae a patribus acceperat in quantum licuit fideliter administravit, et quamvis multis incommodis, sive terrae sterilitate, seu pecorum peste, seu bellorum asperitate, sepe gravaretur aecclisia, tamen numquam ex incommodo fratrum sua comparavit comoda, sed in natale Domini, pascha, pentecoste, et sanctorum sollempnitatisibus tam praecipus quam mediocribus, statutam praebendam bene dispensavit in omnibus. Eius regiminis anno tertio maxima extitit hominum mortalitas, et in anno sequenti magna et inevitabilis annonae raritas, adeo ut panem duorum mensium diebus vix administrarent nobis culturae nostrae et decimae. Hac penuria panis urgente, praebenda monasterii venalis efficitur tam laicis quam clericis. Gladus irae Dei circumquaque desevit, laquearia divitum uti pauperum casae famis malo velut ariete pulsantur; pauperes multique mediocres hac tabe perirent, cymiteria sepeliendis non sufficiunt. In locis multis fossae latae et profundae effodiuntur, et in eis corpora defunctorum funibus deponuntur. Multi in exitibus viarum, multi inter opaca silvarum mortui inveniuntur. Hac peste famis multi nobilium adacti, dum familias suis carere nolunt, multum argenti ad has sustentandas expendunt. Foeneratores debitores suos omnibus modis gravant, et dum die dicta pecunias suas non recipiunt, has die reddit^a sub fide et sacramento duplicant.

62. Anolinus quidam nobilis de villa Halley dicta, his oppressus infortuniis, allodium quod habebat in villa Iandrinul sancto Petro vendidit argenti marchis 15. Robertus aequ^{et al. 46.} de villa eadēm praediolum quod habebat in villa sancti Gaugerici dicta, octo marcis argenti sancto Petro vendidit. Balduinus et Iohannes fratres germani de villa Ialce dicta, allodium quod habebant in villa quea nunc Mons sancti Guiberti dicitur, septem marcis sancto Petro tradiderunt. Dominus abbas Liethardus emit ab Elberto de Viley et uxore eius Eremburge, filiis eorum astipulantibus Godefrido, Arnulfo, Godescalco, 60 marcis quicquid allodii habuerunt in villa Gemblus iure hereditario, videlicet in agris, culturis, cultis et incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, exitibus viarum, theloni quoque parte sibimet accidente, partemque molendini, cum ceteris rebus predictae possessioni subditis. Haec omnia Elbertus et Eremburgis uxor eius per manum Balduini advocati legaliter tradiderunt sancto Petro, praesente domino abbate Liethardo. In praesentia quoque eiusdem domini abbatis Liethardi et fratrum, Machelmus, Engo, Godescalcus de Marebaco, dederunt sancto Petro in vadimonio pro octo marcis, quicquid allodii habuerunt in Gemblus, in mercato, in silvis, in pratis, in campis, in cortilibus, in molendino, ad 12 annos. Si post 12 annos non fuerit redemptum, semper aecclisia tenebit usque ad Kalendas Octobris sequentis anni. Actum anno dominicae incarnationis 1096, indictione quarta, Kalendas Octobris. Gosbertus laicus, civis noster, fraternitati nostrarae ipsis diebus sociatur, qui quanto post advixit, aeccliae satis extitit commodus. Hoc enim argentum persolvit ex proprio, ea conditione, ut post mortem suam omnis redditus ipsius allodii fratribus daretur in communī, anniversaria die obitus sui.

63. Dominus Beroldus frater nostrarae congregationis, sollicitus de salute animae sue, ^{et al. 46.} constituit consensu domini abbatis Liethardi et omnium fratrum, ut omni die cantetur missa in aecclisia Gemmelaciensi pro cunctis fidelibus defunctis, et haec constitutio in aeternum permanere inviolabiliter debet. Ad quod explendum, medietatem molendini in Manilz quam ab Elberto et Eremburge uxore eius in vadimonio pro 15 marcis argenti tenebat, et aeccliae Gemmelaciensi legaliter tradi fecerat, per manum domini abbatis et omnium fratrum deputavit, ut redditus ipsius molendini habeat presbiter qui missam cantabit, exceptis oblationibus. Et si molendinum fuerit redemptum, ipsos 15 marcos abbas et fratres recipient, et de ipsis procurent ut missa omni die in perpetuum cantetur. Qui hanc constitutionem destruxerit, anathema sit.

64. Dominus Sygebertus, descriptor vitas domini abbatis Oberli, de vita et actibus eius vera dixit, et absque dubio dicere potuit, quia diu ei convixit. Hic inter caetera descripsit et dinumeravit ea que ille in auro et argento satis copiosa aeccliae Dei contulit. Quae quia lector in suo loco facile poterit repperire, superfluum credimus ea hic iterum replicare. Merito ergo queritur a multis, quis ea destruxerit, quid inde egerit, quid emolumenti aeccliae Dei inde habuerit. Eis nos respondentes, non aliquem maiorum nostrorum accusamus, sed nos ipsos excusamus. Scit Deus, quia multam penuriam vestimentorum et victim, depraedationes et incendia et tribulationes multas passi sumus, nunquam tamen de thesauro aeccliae valens nummum in sumtus nostros misimus. Abbas Liethardus excepto quod acceperant

a) in loco raso.

antecessores eius, plus quam centum viginti marcharum premium de thesauro aeccliae fol. 47. dedit deficiente sibi pecunia, ad coemtionem praediorum in angustia temporis quo nimia an- nonae raritas fuit. Cumque fratres tempore ipsius et antecessorum eius nimium contristarentur, quod ea quae ad Dei cultum et ad aeccliae ornatum collata fuerant destruerentur, quamvis iusta causa id exigere videretur, abbates hac responsione se defendebant, et hoc in 5 sui excusationem fratribus obiecebant. Dicebant per praediorum coemtionem fieri aeccliae- sticarum rerum meliorationem, cum nos, pro dolor! videamus minorationem. Addebat caven- dum quod ipsi experti erant, scilicet ne quacumque occasione reperta, res aeccliae sine fructu, sed non sine luctu nostro, diriperet episcopalis violentia. Erat excusatio extrema, que etiam videbatur per maxima; quia si aliqua secularis potens persona per coemtionem alicuius 10 praedii superbiret in nostra vicinia, semper ab ea nostra vastarentur praedia et affligeretur familia. Dicit beatus Iheronimus, quia in omni rerum eventu magis perpendere debemus af- fectum intentionis, quam effectum operationis. Si ergo in abbatis simplex et rectus fuit af- fectus intentionis, non erit culpabilis sed excusabilis effectus operationis. Nos redeamus ad 15 id unde digressi sumus.

65. Domnus abbas Liethardus religiosi patris, scilicet domini abbatis Olberti, religiosus filius, his quibus praerat, religiosae vitae exemplum praebebat. Cum eos praeccelleret imita- bili actione, moderabatur tamen quod agebat laudabili discretione. Erat ei consuetudo ex multo tempore, quarta et sexta feria usque ad vespertinam diei horam ieunium protrahere, idque praecepit exequabatur diebus adventus Domini et quadragesimae. Cumque sibi vix aut 20 nullo modo vellet indulgere, fratribus tamen congruum temporis refectionem exhiberi iubebat fol. 47. absque retractatione, malens eos voluntarie proposito superaddere, quam praecepto sui co- actos abstinere. Raro aut numquam in camera sua prandebat aut cenabat, nisi alicuius prae- cipui hospiti eum cogeret auctoritas, et ipsa ut ita dicam eum traheret karitas. Si aliquando maior solito eum cura urgebat, horam prandii in refectorio anticipabat, aut post fratum re- 25 fectionem cum paucis cibum sumebat.

66.^a Aeccliam villae Dion cum dominica corte à Guilelmo de Bellorivo incensam, dominus abbas Liethardus dum adhuc esset praepositus in melius reformavit. Aeccliam etiam sancti Nycholai in villa Sovrei à fundamentis construxit, cortem Gemmelacensem quae Ca- pella dicitur ab hostico Namucensi incensam, cum omnibus officiis suis renovavit, culturas 30 agrorum in villis et municipiis, hoc est Sterias, Iandrigul, Sotheiam, Bavenchin, Dion, Gene- hen, Sovrei, Niel, Pictam villam, Eyneis, Capellam, prout valuit bene et oportune dispositi Salvenerias etiam cum terra adiacenti, et molendinum villas Masniz infirmis nostris, et ad anniversariam diem sua depositionis fratribus delegavit. Addidit etiam quod adquisivit in villa quae Rosiris dicitur, et in villa sancti Pauli, et in alia quae Wastin dicitur, et fratrem qui 35 eis curam impenderet instituit.

67. Cum legamus et sciamus, quod villa Salvenerias de praediis beati Guiberti fuerit, queritur quid in ea abbas Liethardus adquisierit. Ad hanc interrogationem veram damus re- sponsum. Consanguinei beati Guiberti post obitum eius omnia praedia ipsius invaserunt, et quia multi erant, multas sibi partes facientes, vix de singulis unam partem aeccliae reli- 40 querunt, et ne unam quidem villam aeccliae integrum dimiserunt. Hoc hodieque probatur in maiori villa Gemblus et in aliis eius possessionibus, in quibus multis compessorebus ha- benuis. Quod ergo in villa Salvenerias censem solvit, de possessione beati Guiberti fuit. Cu- riam vero et terram ad ipsam pertinentem, de aliorum possessionibus adquisivit abbas Liet- hardus. Ipse numquam vacans vanitatis otio, sed aecclasticae utilitatis continuo flagrans 45 desiderio, criptam quae sub abbe Tietmaro aedificata erat suo labore praeceps, 8. Kalendas Augusti optimuit consecrari ab episcopo Leodiensi Otherto, quo etiam die celebris habe- tur nostrae aeccliae maior dedicatio.

68. Cum quadam tempore invitante eodem praeuse Leodium adiret, et fervor solis ut- pote media aestate omnia nimio aestu afficeret, coactus non sua set suorum lassitudine, ius- 50 sit eis escas dari pro nimii caloris alleviatione et viae postmodum acceleratione. Equis ad pastum dimissis, in viridiario quod viae contiguum erat, discubuit cum suis. Quod postquam multi qui in vicino erant conspexerunt, undique ad eum confluxerunt. Ipse eos non repellit, set de his quibus utebatur cum suis, iussit eis benignè praeberi. Iussit etiam eis vinum pro- pinari, cum sciret illuc ad usus suos et suorum non nisi in ascopa modicae quantitatis vinum 55 haberi. Expleta refectione, quesivit à ministro, an superesset aliquid vini quod sibi posset

^{a)} hinc inde littera paulo minor, sed manus est eadem et auctor idem.

propinari. Ille: *Gratias Deo*, inquit, *de parvo vasculo multis hodie decenter propinavi, et adhuc superest quod multis possit propinari*. Mirati sunt qui aderant, de tantillo vasculo tam multis vinum suffecisse, et crevise potius quam defecisse. Abbas vero gratiae Dei et misericordiae humiliter reputavit, quod sibi et suis habundavit et superhabundavit. Supersunt hodieque qui huic facto interfuerunt; et quod tunc accidit, narrant generationi alterae.

69. Contra eos qui possessionibus aecclie violentiam inferre vel eas conabantur invadere, quanta ei animi constantia fuerit, multis praetermissis hoc uno sciri poterit. Onulfus de Dion superiori erat vir nobilis, dives praediis et mancipiis. Hic suorum suggestione et iniqua animi illectus cupiditate, dominum abbatem Liethardum exacerbabat iurgis coram positiis multis nobilibus viris, partem non modicam praediis, quod habebat in Dion inferiori, per eum et per praelatos Gemblacensis aecclie dicens se amissus, sola collimitanei loci vicinitate, non aliqua rationabilis causa existente. Abbas exacerbatus non exacerbabat, set aecclie nichil iniuste possidere, modesta responsione affirmabat. Addebat, decere nobilem virum suis contentum esse, cum possent ei sufficere; non debere cum offensione Dei et sanctorum aecclie invadere, quia non posset ei impune cedere. Ille ammonitionibus ab incepto non revocabatur, set verbis omissis, armis sua sibi se vindicaturum minabatur. Abbas contra armavit se non armis militiae mundanae, set armis religionis christiana, fratribus super hoc negotio indicens continuam orationem ad Deum; ipse vero cum multa cordis et corporis contritione continuavit triduanum ieiunium. Condicta die cum suae parts fautoribus ad praedium accessit Onulfus. Aderat dux Godefridus, aecclie nostrae advocatus. Aderat et abbas cum paucis familiaribus. Cumque Onulfus equo descendens, quod suum dicebat metiri cepisset, et post dimensionem ad libitum suum metrum ponet, incaute incendens, calcar sinistri pedis dextrae sua tibiae infixit, seque graviter vulneravit. Moxque dragunculi morbo se invadente, pene exaninatus, infecto negotio ad sua rediit. Per triduum autem quod supervixit, nec comedendi nec bibendi ulla facultas ei fuit, sicutque vita decessit. Godefridus dux praedium cuius lis tam manifesto Dei iudicio finita erat, aecclie confirmavit; aecclie Deo auxiliante illud possidet et possidebit. Ignoscat Deus eis quos contrarios et rerum nostrorum perversores pertulimus et perferimus. Agnoscat, et ut suos remuneret eos quorum numerati sumus possessionibus et sustentati facultatibus. Horum omnium praecipuus fuit Beroldus, sacerdos religiosus, cuius et in hoc opusculo et in vita Tietmari abbatis meminimus. Hic nostrae fraternitati conjunctus, et domino abbati Liethardo carissimus, centum libras nummorum, non sub una vice set diversis vicibus, in praediorum coemptionibus, in diversis eius dedit utilitatibus. Tempore autem huius abbatis obiit, et sepulturae locum ante altare sanctae Gerdrudis, cuius turrim suis aedificaverat impensis, accepit. Hoc digne meruit, quia loci nostri honore et utilitate nichil carius habuit, cui non solum sua set et se ipsum impendere semper paratus fuit.

70. Oddo canonicus et decanus sancti Martini Leodicensis, consanguineus domini Liethardi abbatis, erga nos fuit non fictae set perfectae karitatis. Denique mox ut nos et nostra fraternitatis gratia cepit visitare, dedit pallium iacentinum sancto Petro, de quo in praecipuis sollempnitibus eius ornatur altare. Dedit et septem marcas argenti super vadum Guarneri de Firminis, et redditus eius anniversaria die suea depositionis constitutus dari fratribus singulis annis. Engrannus de Balastra hortata domini abbatis Liethardi frater factus nostrae congregationis, dedit nobis in Leodio unde annuatim persolvuntur triginta denarii, et vineam in luniaco, et in Genitinis tres solidos, et in Tillir et in Huten tres solidos, et in Gondulpunt partem molendini. Everelmus de Wisenbech praedium quod habebat in Melenriv tradidit sancto Petro, praesente domino abbate Liethardo. Argentum vero quod ei erat dandum, Tietbaldus civis et frater noster persolvit, et censem eius ad anniversariam diem sui obitus constituit.

71. Vivianus qui et Lambertus, fratres domini abbatis Liethardi, a pueritia educatus ab eo in habitu clericali, in virum honestum et religiosum excrevit, et quoad vixit, utilis et fidelis Gemblacensi aecclie fuit. Denique de rebus proprietatis suae et de his quae decenti sollertia adquisivit, quinquaginta et septem solidos annuatim sancto Petro delegavit. Hos autem decrevit esse sub manu custodis aecclie, et ex his iugiter ab eo dari lumen decentis lucernae ante altare sanctae Dei genitricis Mariae. In die autem anniversaria obitus sui constituit karitativam refectionem sufficienter fratribus dari, ut in loco nostro semper esset eius pia recordatio, et pro eo ad Deum devota supplicatio. Sit ei et omnibus benefactoribus nostris aeternae vitae possessio, et iustorum omnium letentur consortio. Amen.

72. Dominus Sygeberthus morum probitate et scientiae multiplicitate laudabilis et gratus sui temporis sapientibus, non indiget nostris laudibus, quia laudant eum opera eius. Cum enim esset iuvenilis aetatis tempore Mascelini abbatis, Mettensis notificatus, et in cenobio sancti Vincentii martyris cum Fulcuino abbe diu conversatus, sapientiae fons patens erat non solum monachis set et clericis ad se undique confluentibus. Multis Mettensiis hodieque 5 dulcis est eius memoria, in quibus adhuc supersunt doctrinae eius vestigia. Quae vel quanta illuc degens rogatu eorum scripta ediderit, ipse ostendit in libro illustrum virorum, quem composit. Nec solummodo christianis, set et iudeis in eadem urbe commanentibus erat carissimus, pro eo quod Hebraicam veritatem a caeteris editionibus secertere erat peritus, et in his quae secundum Hebraicam veritatem dicebant, iudeorum erat consentiens assertioni us. 10 Post multum temporis vix impetrata licentia, rediens ad cenobium Gemblacense, multa contulit ad usum et ornatum aeccliae, quae adquisierat voluntaria eorum quos instruxerat liberalitate. Frequentabant autem eum maiores natu, excellentiores gradu, acutiores sensu, qui erant in urbe Leodiensi, si quid questionis occurseret eis, ad hunc deferre et cum eo conferre soliti. Horum praecipuus erat dominus Heinricus, archidiaconus et decanus aeccliae 15 sancti Lamberti, cuius rogatu scripsit ad Trevirenses librum de ieuniis quatuor temporum, et multa quae commemorat in libro illustrum virorum. In cenobio Gemblacensi me qui haec descripsi, et multo meliores eruditivit, quorum multos ante se praemisit, paucos, prò dolor! post se dimisit. Ut vir prudens cum esset multae gravitatis, non erat indiscretae austerioris, set erat ad omnes ut res poscebat discretae mediocritatis. Scripturarum maxime divinarum 20 lectio et meditatio eum occupabat; set tamen cotidiana missarum celebratio et devota ad Deum oratio semper eum praeoccupabat. Longa confectus senectute cum decubuisse extrema egritudine, nichil amittens insitae sibi prudentiae, fratrumpque voluntas esset, ut cum obiret intra monasterium sepultureas locum acciperet, ut vir altioris consilii malens in conspectu Dei humiliis quam praesumptuosis inveniri, obnoxie petiat, in cimiterio nostro patribus omnibus 25 consepeleari. Obiit ergo 3. Nonas Octobris, tempore domini Liethardi abbatis.

Recordatio defunctorum fratrum nostrorum.
Iustis^a consertus, vivat Christi Sigebertus,
Mundus mutatur; transit, dum stare putatur.
Vivens transit homo, sed pertransit moriendo.
Eheu! mors homini parcit nulli, datur omni.
Praefixas metas nullius praeterit aetas.
Huic mundo lacrimae si defunctos revocare
Possent, quot, qualem nobis, quam spirituales
Omnibus et clari studiis, et huius modo rari,
Essent, emerito deflendi cum Sigeberto.
Sed quia paeclarri, rari, nequeunt revocari,
Mundo subtracti, sint coecicolis sociati.
Nobis solamen det semper sé Deus. Amen.

73. Dominus abbas Liethardus domino Sigeberto diu convixit, sed non diu supervixit. Post haec enim quae de eo conscripsimus, et post multa quae praetermisimus, sentiens sibi 40 corporis vires deficere et ad procuranda quae procuraverat non sufficere, cum fratribus quos idoneos noverat partito sollicitudinis suae onere, orationibus vigiliis et ieuniis curabat propensius insistere, ut Domino per egritudinis molestiam se vocanti paratior posset occurrere. Fratribus etiam quos patrē tractaverat, et ad ea quae Dei sunt verbo et exemplo incitaverat, commendans unanimitateim fraternalē dilitionis, et caritatem quae est vinculum perfectionis, inter verba piae ammonitionis eis flentibus valedixit, et vicesimo secundo anno suae paelationis 2. Nonas Februarii obiit. Fratres cum multo merore persolventes ei funeris obsequium, palam faciebant quam benignum erga eum haberent affectum. Dantes itaque ei locum sepultureae ante altare sanctae Dei genitricis Mariae, ex tunc et nunc orant Deum pro eius aeterna requie.

Vita Deus, vitam det ei sine fine beatam. Amen.

E p i t h a f i u m:

Abbas Lithardus, veluti Iudas Machabeus,
Dux bonus ut Iosue, praefuit aeccliae,

a) Iustia — aetas (v. 1—5) dicitur manu in loco raso.

30

35

50

55

55

Pro qua bella, minas tuit, et convitia multa;
Nec tamen in stadio destitit à bravio.
Per tot sudores, vir fortis, Marthaque sollers
5 *Cuncta ministriavat fratibus, ut potuit.
Defessus tandem, terrena negotia spernens,
Elegit partem Magdalene parilem.
Quam sibi ne tollas, qui gratis singula donas,
Qui bonus es solus, huic miserere Deus. Amen. Amen.

DE ANSELMO ABBATE.

10 74. Gemblacenses scientes, quia filiorum est de amissione patris spiritualis contristari, et quia sapientum est undequumque exortam tristitiam moderari, conferebant ad invicem illud dictum beati Pauli apostoli: *Aporiamur, sed non destituimur.* Aporiamur, quia amissionem ^{2 Cor. 4, 8.} domini abbas Liethardi contristamur. Set non destituimur, quia largiente Deo habemus ex nobis quem idoneum patrem et provisorem constituamus nobis. Non ergo decet nos mesti-
15 tiae deditos, nos et nostra negligere, set sollicitos et concordes cum qui loco nostro, nobis ^{fol. 51.} et nostris prosit, absque dilatione eligere. Hoc unum omnium consilium, dictum ac factum. Elegerunt dominum Anselmum abbatem octavum. Hic Deo digni Guerini, cuius in vita abba-
is Tietmari meminimus, fuit consanguineus et discipulus. Cuius imitatus prudentiam, mor-
20 rum elegantiam et orandi instantiam, multam sibi inter suos adquisierat reverentiam et apud extraneos benivolentiam. Cum enim iam esset maturus aetate et moribus, Francis, quamvis à cenobio Gemblaciensi longe remotis, innotuit fama prudentiae eius, et primi eum habuerunt magistrum et quasi secundum abbatem Altovillarenses, post eos Latiniacenses. Inter quos longo tempore commoratus, et quasi speculum honestatis factus, non solum minus capacibus proderat, set et illos qui alios instruere idonei essent, profusius instruebat; per quos usque
25 hodie radix sapientiae quam eis inseruit, fructificans perseverat. Tunc temporis multi fra-
trum nostrorum non solum in Francia set et in aliis provinciis magistri et quasi secundi abbates erant in multis cenobis, eo quod in scripturis humanis vel divinis exercitati, mul-
tum fructum sapientiae relinquebant quibuscumque locis fuissent adhibiti.

75. Dominus Anselmus tandem reversus ad cenobium Gemblacense, de die in diem stu-
30 debat in melius proficer sub dono Liethardo abbe. Bibliothecae assiduus scrutator erat, et ubi utilitas exposcebat, eam ernendando et augendo meliorabat. Quandocumque à lectione vel oratione vacabat, fratibus junioribus aliquid humanae vel divinae paginas disserebat, non tantummodo in se ipso virere, sed et in eis post obitum suum volens vivere. Datus abbas, suscepto oneri et honori aptum se exhibebat, et persona eius et prudentia his qui
35 eum noverant, honorabilis erat. Fratres autem quos sollertiares noverat, sibi adiungebat, et eis aecclesiastica officia committebat, et per eos agebat, quod per se agere solebat aut non valebat. Denique monasterium, claustrum, refectorium, dormitorium, capitolium omnes claustralis curiae officinas et omnes exteriores curias per eos edificiis honestavit, et ^{fol. 51.} agrorum qui in vicinia erant coemptione multiplicavit.

40 76. Scit prudens lector, quia veteres cartae plus auctoritatis habent sua inulta vetu-
state, quam quod nunc moderni componunt accuratori venustate. Quedam ergo quae gesta sunt huius abbatis tempore, sicut in cartis continentur inseruimus huic descriptioni nostrae, bona ad suadendam boni operis, mala ad cautelam adhibendam posteris.

77. Campus quidam municipio Eineys erat contiguus; hic à priscis temporibus à nostri
45 loci abbe ruricolis fuerat contraditus, eo pacto ut terra exculta, quartam garbam inferrent horreis aeccliae. Tempore autem procedente, ob sterilitatem ab agricultis neglectus, vac-
bat urticis rubis et sentibus. Hunc itaque vacantem dominus abbas Liethardus vestario addi-
dit inconsulitis heredibus ^{41.} Vestierarius itaque terram marla et fimo inpinguatam aratro ex-
coluit, dominum superedificavit, bubulcum adhibuit, omni genere laboris Wineritilio — sic
50 enim ager vocabatur — curam impedit. Interea heredes adsunt, de iniustitia conqueruntur, dominum superpositam incidunt, utque sibi hereditas reddatur omnimodo exposcunt. Verum dum haec lis protrahitur, dominus abbas Liethardus vita defungitur, eiusque in loco dominus Anselmus abbas subrogatur, vir certe bonae memoriae et praeclarae scientiae, et idoneus ad
onus sustentandum quod ei imposuerat concors fratrum caritas. Set pro dolor! vir tantus
55 post modicum viribus corporis egritudine destitutus, et vigente scientia ingenio et facundia,

41) i. q. supra ruricolis, germanice *Erben*, agrorum possessores.

cibo temui et potu vini parparvo stomachum lasesscentem sustentat. Hunc ergo in regimine positum, heredes agri adeunt, et ut sibi hereditas causa negligentiae amissa reddatur, omnino deposcunt. Abbas cum suis habito consilio, die dicta placito eos audit, et lege data à scabinis, super id quod petebatur illos exaudit. Ergo unicuique parte quea sibi competebat redditia, pars agri adhuc restabat maxima. Baldwinus clericus, filius Alberonis, cuius in vita 5 Tietmari abbatis meminimus, consilio abbatis praerat tunc temporis. Hic in nullo à paternis moribus discrepans, nisi quod in accipiendo avidior et in querendo fuit astutior, residuum partem agri concepivit, et duabus marcis argenti promissis, eam sibi dari ab abbate petiit. Abbas prorsus abnuit. Ille per praepositum et sibi intimum Adelardum et quosdam fratrum qui agri quantitatem penitus ignorabant, abbatem circumvenit ad ultimum, et nulla quantitate agri denominata, taxavit censem quinque solidorum, et 24 bonaria terrae accepit secundum velle suum. Si hoc iustum fuit, Deus iustus iudex viderit. Hoc ubi rescutit est à fratribus, de iniustitia apud abbatem conqueruntur. Set id frustra fuit. Abbas enim super eos qui interfuerant causam reiciens, de omnibus se reddidit excusatum. Domine Deus noster, iudica causam nostram.

fol. 52. 78. Berengarius qui praedium quod dicitur Ruz cum genero suo Reinbaldo iniuste possidebat, multis afflictus incommodis, deliberato consilio, possessionem damnosam vendidit Freiero eidam laico. Freierus veluti cecus in foveam delapsus, quod comparaverat sero cognovit malis proventibus. De emptione praedii apud suos conqueritur, et quomodo hoc careat, tacitus secum cogitat. Cui statim quod optabat accidit. Tietgero enim, filio supra dicti Reinfredi, filiam suam nuptum dedit, quem praedio perditionis cum aliqua parte pecuniae dotis nomine donavit. Sic, disponente Deo, Ruz ab externa domo in domum illius qui eum prius perverserat revertitur. Non post multum tempus, Tietgerus dum die condicta ad placitum quoddam qualibet cum amicis vadit, in medio itinere ei miles alius occurrit; equis concitat, ab utrisque simul concurrit, equus eius ab equo illius terram tenus prostratur; 25 ipse graviter collisus, omnibus membris concutitur, et ab amicis relatus, octava die finitur. Dicit propheta David: *Iustus es, Domine, et rectum iudicium tuum;* et quia huic sententiae contradicere non possumus, iudicio Dei omnia committamus.

fol. 52v. 79. Carta de villicatione. *Obertus gratia Dei Leodicensis episcopus, decanis, praepositis et abbatibus et omnibus sub potestate nostra degentibus ecclesiarum Dei rectoribus. Contentiōnem illam quae facta est in Gemblacensi parrochia inter abbatem et villicum, satis compertam vobis esse cognovimus; unde ne quid tale aliquando in locis vestris accidat, cautos vos ac sollicitos reddere curavimus. Villicationem quam iure hereditario Emmo villicus sibi retinere temptaverat, nostro atque omnium iudicio digne ab eo receptam, abbas alteri cuicunque voluerit de servis ecclesiae tribuat. Quod factum ut omnibus ecclesiis in exemplum permaneat, interdicimus Dei et nostra auctoritate, ut nullus abbas Emmoni, quasi heredi, aut filius eius tamquam malis malorum heredibus, villicandi potestatem amplius tribuat; ne novissimus error peior priore fiat. Quodsi quis illum tamquam misericordiam habens super eum reintudere temptaveit, non filius liberae quae est mater ecclesia, sed adulterae iudicatus, anathema maranatha fiat, ab omnium fideliū Christi consortius segregatus. Actum in Leadio, et 40 bonorum virorum, abbatum, archidiaconorum et laicorum confirmatum testimonio. Testes: Berengarius abbas sancti Laurentii. Obertus abbas sancti Iacobi. Rodulfus abbas sancti Trudonis. Stephanus abbas Broniensis. Alexander archidiaconus. Fredericus archidiaconus. Henricus archidiaconus. Andreas archidiaconus.*

fol. 53. 80. Carta montis sancti Guiberti. *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. 45 Godefridus gratia Dei comes Lovaniensis, dux Lothariensis, omnibus veritatis amiciis. Sit notum vobis, quia diebus meis et Anselmi Gemblacensi abbatis iuxta villam quae Belrius dicitur erat locus qui nunc Mons sancti Guiberti de nomine eius cognominatur. Mons quidem incultus, sed munitioni satis aptus. Praedium Gemblacensis ecclesiae erat, et ecclesia quae in eo fuerat, iam multo tempore destructa erat, sed tamen secundum quantitatem suam, quod Leodi- 50 censi ecclesiae debebat, tempore congruo persolvebat. Abbas et monachi et familia ecclesiae timentes quod timendum erat, scilicet ne quacumque occasione iniustus perversor locum invaderet, et munitione edificata, vicinos et maxime familiam ecclesiae affligeret, habitu mecum consilio, feria quarta paschae ferentrum sancti Guiberti cum reliquis illuc deportaverunt, et Deo cooperante et per beatum Guibertum infirmis multam sanitatum gratiam largiente, ecclesiam 55 ut cernitur hodie edificeaverunt multo sumptu et labore, ut locus ille non habitatio vastatoris,*

sed domus esset Salvatoris. Gaudebam actum meo consilio, unde mihi in Gemblaciensi cenobio esset ad Deum frequens fratrum oratio, et unde vicinis non perturbatio sed animarum et corporum esset consolatio. Cunque propter pacis et concordiae unitatem multi illuc convenirent, et ad habitandum sibi domos construerent, iterum habito consilio cum amicis meis et cum supradicto abbatte et familia ecclesiae, decrevi ut locus ille cum oppido Gemblaciensi ius legale et consuetudinarium in omnibus haberet unum. Me excepto, nullus ibi quicquam iuris haberet. Advocatum nullum nisi me susciperet; per abbaten et per me si necessitas exigeret, componebant componerentur, corrigenba corrigerentur. Quamvis autem ego, sicut et antecessores mei, per manum imperatoris sim constitutus advocatus Gemblaciensi coenobii, tamen ut omnimodo 10 esset rata mea constitutio, adhibita est etiam Leodicensis episcopi talis confirmatio, ut si ego vel aliquis successorum meorum quod constitutum est immutaverit, anathema sit. Amen, amen. Actum anno dom. inc. 1123^o, indictione 1, epacta 22^o, domino Alberone primo huius nominis Leodicensi episcopo.

81. *Carta de Dudinsarte. Notum sit omnibus diligentibus veritatem, quae est Deus, 1131.*
ducem Godefridum seniorem eiusque filium equivocum Godefridum iuniorem pro salute animarum suarum tradidisse Deo et sancto Petro in parochia Braniensi quoddam praedium Dudin- tol. 53. sart dictum. Denique adstante multa frequentia nobilium suorumque fidelium, decrevit ut haec traditio rata et inconsulta duret in perpetuum. Ergo largitoribus et adiutoribus huius munera- 20 oramus praemia aeternae remunerationis; praedonibus et raptoribus minas et penas inter- minamus aeternae excommunicationis. Testes: Godefridus comes Namucensis eiusque filius Hen- ricus. Testis Henricus iunior, filius ipsius ducis. Wilelmus advocatus de Namuco eiusque frater Anselmus. Erfelo de Calvo monte. Gerardus de Wangi et filius eius Henricus. Henricus de Bir- baiis. Seherus de Wavra. Gothinus de Lovanio. Franco de Brosella et alii multi nobiles et servi. Actum in Gemblo, anno Domini 1131. Lothario regnante, domino Alexandro Leodicen- 25 sius episcopo, Anselmo abate locum nostrum regente, Gregorio papa sedem Romanam gubernante, Godefrido duce advocate nostro, secundas partes eius adiuvante filio Seheri Bernardo

82. Dicit aliquis: *Quid utilitatis habet conscriptio cartarum?* Respondemus: *Multum per omnem modum, quia continent privilegia aecclesiarum et aecclesiasticarum possessio- num. Iccirco placuit antecessoribus nostris, placuit et nobis eas inserere oportuni in locis, 30 ne indecenter tractentur ab incautis, et quae habitatae et exhibitae poterant ignorata notificare, et pervasores redarguerre, non habitat nec exhibitae videantur ignorantiam augere, et perva- soribus ad invadenda non sua audaciam addere. Ecclesia sancti Petri in villa quae Bavenchim 1133. dicitur, dedicata dicebatur et in cimiterio eius mortui sepeliebantur; sed quia dies dedicatio- nis ignorabatur, iterum dedicanda esse indicabatur. Huius rei contentione multo tempore 35 perdurante, dominus abbas Anselmus accepta opportunitate dedicari fecit eam a domino Alex- andro Leodicensi anticite Kalendis Septembbris, qui dies est sollemnitatis sancti Egidii fol. 54. abbatis. Consensu et rogatu eiusdem praesulii sub isdem diebus est consecrata aecclesia nostra in villa quae dicitur Castra, a domino Godefrido, quamvis Anglorum episcopo, tamen compatriota nostro, 3. Idus Novembbris, qui dies est depositionis sancti Martini confessoris. 40 Facta est autem harum aecclesiarum consecratio anno Domini 1133^o, multas impensas ex- pendente domino abate Anselmo.*

83. *Huius abbatis diebus multi per beatum Guibertum a diversis sanabantur egritudini- bus, multi solvebantur a catenis et compedibus. Nos quia brevitati studemus, et multa vir- 45 tum eius insignia suis in locis conscripta habemus, ne culpemur siluisse de omnibus, unum de multis scribimus. Mulier quaedam Hagiensis diuturnitate egritudinis iam praemor- tua ex media parte sui corporis, cotidie moriebatur, et non moriebatur. Moriebatur, quia ut sibi videbatur, graviores morte dolores patiebatur. Non moriebatur, quia dolores ipsi suprema morte non finiebantur. Inopia et inquietudine infirmitatis iam oneri et tedio erat vicinus suis et cognatis. Petit itaque ab eis hoc quasi extremum beneficium, ut vehiculo de- 50 ferret ad Gemblacense coenobium, ut dum illic aleretur elemosinis fidelium, eorum alle- viaret sollicitudo et tedium. Tandem quod petit impetravit, et Gemblaci in hospitali pau- perum aliquandiu mansit. Nota erat non solum opidanis, set et opidum frequentantibus ex- traneis, quia quanto maior ei infirmitas inerat, tanto visitantium maior sedulitas ei aderat. Neque enim poterat surgere lecto, vel moveri loco, nisi alieno sustentaret amminiculo.*

55 a) millesimo centesimo addito anno tempore in loco vacuo relicto

Tandem revolutione anni temporis aderat celebris anniversaria dies depositionis beati Guiberti, et multa turba ciuium et extraneorum intererat votivae eius sollemnitati. Mulier supra-
fol. 54. dicta quia interesse non poterat, lamentabatur, et ut illuc deferretur obnoxie precabatur. Tandem delata, orabat cum lacrimosis gemitibus, ut per orationem beati Guiberti a tam gravi et
diurna infirmitate eriperet eam Deus. Exaudita est autem non ut vita decederet, sed ut virtutum beati Guiberti evidens testimonium viveret. Post unam quippe horam divina visita-
tionis per beatum Guibertum vigorata, admirante et conclamante circumstantium turba, super
pedes suo constitutis sana, et usque ad altare beati Guiberti processit oratura. Abbas evoca-
tus, advenit cum fratribus, et pro re que acciderat decenti sermone habito ad populum qui
circumstebat, Deum etiam ipse glorificabat, qui sanctos suos ita glorificat. 10

O pie sanctorum laus gloria Christe tuorum,

Signis Guibertus quod claret, agit tua virtus.

Digne laudaris per eum, qui sic operaris;

Digne laudatur, qui tecum sic operatur.

Laus tua, laus eius; nos laus tua salvet et eius. Amen. 15

84. Sermo domini abbatis Anselmi ad quoscumque fuisse habitus, multo sapientiae
sale erat conditus, non undecimque collecta verborumitate immoderatus, set pro audientium
capacitate et temporis oportunitate moderatus. Si fiebat ad populum, leniter et per ea quae
capere poterant praebebat eis quasi lactis poculum, insinuans eis, quomodo vivendum, quid
vitandum, quid esset appetendum. Si sermocinabatur fratribus, vel aliquibus nodos questio- 20
num endondans ei proponentibus, ut scriba doctus de thesauro cordis sui proferebat nova et
vetera, et quamvis multiplicia, tamen interrogatio eorum et suaes responsioni convenientia
adhibebat testimonia. Gaudebant ergo illi, nota sibi per eum certiora fieri, et ignota notifi-
cari. Ipse tandem confectus et corporis imbecillitate, nocte et die orationi vacabat
fol. 55. et psalmodiae. Vicesimo tertio anno suea praelationis, sentiens acerbitatem ultimae egritudi- 25
nis in se grassari, convehtum fratrum iussit accersiri; et decenter eos ammonens, ut ad Dei
obsequium fixum haberent mentis propositum, consolabatur super suo discessu mestitiam
eorum, orans a Deo eis dari consolatorem sanctum Spiritum. Fratrum vera diligentia sol-
larter ei adhibuit, quicquid aecclastica religiositas tali personae in obitu vel post obitum
adhiberi censuit. Ipse dominus abbas Anselmus 8. Kalendas Martii vita decessit, et ante 30
sanctae Crucis altare sepulturae locum accepit. Latiniacenses et Altovillarenses conferen-
tes ad invicem benignum quem erga eos habuerat vivens animum et proficuum sibi sapien-
tiae eius studium, moleste ferebant eius obitum, et piae recordationis et devotee orationis
ei exhibebant officium. Miserunt etiam nobis expertae sibi probitatis eius testimonium: istud
quod subscrissimus epitaphium: 35

EPITAPHIUM DOMINI ANSELMI ABBATIS A FRANCIS COMPOSITUM.

Hic Anselme situs, spectate colore, statu, ré,

Rem fenicis⁴¹ agis; vivit enim tua sp̄s.

Te color illustrem, status egregium, placidum rés

Fecerunt, clari quae tria sunt homini.

Fama frequens, persona patens, sine murmure tectum,

Urbe domo laudes explicere tuas.

Te Noe, Iob, Daniel virtutibus excoluerunt,

Iustitia, plaga⁴², virginaque nota.

Iam quia mortuus es, lacrimam damus; at quia vivis,

Psalmum: nam pietas zonat utrumque latus;

Sól aquilonis equos verno iam straverat austro,

Cum natale tuum mórs precciosa fuit.

fol. 55.

85. EPILOGUS, PER DYALOGUM AD AECCLESIAM FACTUS.

GODESCALCUS*. Alternis verbis fit consolatio mestis

Omnibus in rebus; modus est tibi mater habendus.

Affectu matris cur iam dudum lacrimaris?

40

45

50

* G. codex, quod ita legendum esse infra videbimus.

41) i. e. phoenicis. 42) i. e. calamitate.

Meror non auferit mortem, sed eam magis afferit,
 Et tuus iste dolor michi vulnera dirigit ad cor.
AECCLESIA. Affactus flentis dat cordis signa dolentis.
 Dicam querenti, quae sit michi causa dolendi.
 Abstulit abbates heu mors veros michi patres,
 Abstulit et fratres prudentes, spirituales;
 Per tantos cives fueram paupercula dives,
 Et si non rerum, quod erat melius sapientum.
 Tu tristis tristi, quoniam michi condoluisti,
 Grata venit flenti tua consolatio menti;
 Sed consolari non vult, quamvis lacrimari
 Veli naturalis vel amor cogat socialis.
GODESCALCUS. Consolans dicit: Mater cur dissona dicis?
 Qui consolari non vult, quid ei lacrimari?
 Cui lacrimas fundit, qui consolantia spernit
 Verba, nec affectum consolantia putat aptum?
AECCLESIA. Fili, nulla tibi lugens ego dissona dixi;
 Luctus iustorum sic nunc est quippe virorum.
 Ad tempus merent, sua dum solatia deflent
 A se transferri, nolunt et ad ista referri
 Quos hinc translatos gaudent Christo sociatos,
 Et mundanorum securos esse laborum.
 Uno sic merent, et eodem tempore gaudent;
 Una sic merent, et eadem re bene gaudent.
GODESCALCUS. Consolans nodum dum sic videt esse solutum
 Inquit: Parce precor; tuus hic cesseret tibi meror.
 Quos praemisisti, dederat tibi gratia Christi.
 Quos dedit accepit; sua, non tua, dona recepit.
 Erga libens ora, tibi defunctisque labora,
 Ut sit eis requies, tibi succrescat pia merces. Amen

fol. 56.

86. EPITHAPHIUM DOMINI SYGEBERTI.

Heu, mors meroris.	Crementum, causa doloris,
O per te quantos ^a	Luget mundus sibi raptos!
Spicula nos feriunt,	Ad cor quoque vulnera figunt.
Figitur, hoc menti	Vulnus, non estque reniti.
Effringens hic cor	Induratum ferit angor,
Cum mors dissocians	Germanos omnia mutans,
In quibus est caris	Et fervet amor socialis.
Turbat mutando,	Rumpit quoque pollice duro
Ut naturales	Affectus sic sociales;
Efflorescat homo	Licet ut flos tempore verno,
Res rebus cunulet,	Mentem corpus quoque vexet,
Sollicitus curas	Explens secum ruituras:
Una dies miserum	Penitusque facit miserandum,
Sit rex, sit princeps,	Opibus paupercula sit plebs;
Par trahit hos mortis	Lex, discretissima quamvis.
Est etenim iustis	Iustae discretio sortis.
Terrea terrenis	Terraeque placent studiosis,
Rerum contemptus	Vanarum partition usus
Exenuans iustos,	Promptios magis efficit illos,
Sint ut in ascensi,	Recti sint cordē vel actu,
Admitti superis,	Emitti funditus imis,
Nancisci summae	Certent pia gaudia vitae.

fol. 56.

a) litterae M superscriptum est 6. b) per te quantos et mundus sibi raptos in loco raso, alio atramento atque manu
 55 inserta. c) est caris aliquis i ferunt amor socialis in loco raso, eodem quo n. 2. correcta atramento manuque.

Certamen sit eis Omnis custodia cordis;
 Tendit enim laqueos Raptor cuicunque paratos
 Et tam multiplices Habet eius mens mala fraudes,
 Tutas ab his sensus Ut non sit corporis illus.
 Ut meritum minuat Iustis, vel eos sibi subdat,
 Viribus atque^a dolis Concertat subdolus hostis.
 Si mentes fluxas Absorbet, nil putat illas.
 Gratia Christe tibi, Per te superant quia iusti
 Omnes decipulas, Et quas parat illi ruinas.
 Devia sectantes Revocans, iungis tibi stantes,
 Et tua spes nostras Iuvat expensi larga potestas,
 Spe salvos faciens, Ad rem gratos tibi ducens.
 Consimilis iustis Multo studio prohibatis,
 Aptus divinis Et mundi rebus agendis,
 Lex vite, speculum. Norme, fueras Sigeberte,
 Cui noster sermo persolvit debita scripto.
 Vixisti concors; vivas per secula consors;
 Sint et defunctis eadem consortia nostris.
 Dant binos versus, nostri de se, sibi versus^b.

87. ITEM PAUCA DE HIS QUAE A DOMINO ABBATE ANSELMO VEL SUB 20
EO SUNT ADQUISITA.

Dominus abbas Anselmus emit à Richelde relicta Herethomis de Lovanio et filia eius
 Amabili et marito ipsius Arnulfo de Filforth 16 marcis argenti, quicquid allodii habebat in
 Melenriv iure hereditario, astipulante Godefrido duce. Huins allodii redditus in die anniver-
 saria sui obitus ad supplementum victus constituit dari fratribus.

fol. 57. 88. Vadimonium quod Malchelmus, Engo, Godescalcus dederunt sancto Petro pro 8
 marcis, hoc ipsum vadum Guilelmus de Marebais et uxor eius Helvidis, relicta praedicti
 Engonis, confirmaverunt sancto Petro et domino Anselmo abbati per manum Seyheri ad-
 vocati pro 20 marcis argenti, prius 8 et post 12 concessis.

fol. 57. 89. Carta de consensu duarum aeccliarum, Nivigellensis et Gem- 30
 blacensis. Sanctae aeccliae filii ut unum in Christo possint fieri, paci et aecclesiaticae in-
 herent unitati, scientes quia non est Deus dissensionis, sed pacis et dilectionis. Nos quoque
 Gemmelacenses fratres pro modulo nostro eorum immitatores esse cupimus, providentes quae
 pacis et utilitatis sunt nobis et nostris successoribus. Sit ergo notum bonae voluntatis homini-
 bus, de parva sed non parvipendenda re quid convenerit nobis et Nivigellensis cenobii sancti- 35
 monialibus. In villa Asnatica manet aeccliae nostraræ familia, cui ex ipso praedio omnia
 erant ex sententia, nisi quod molendini construendi eis non erat copia. Nec istud omnino dene-
 gaverat loci natura, sed cursus aquae desuebat super praedium Nivigellense, quantum par-
 boum in die potest arare. Ne tamen inter nos essent iurgia, quae interdum succrescunt usque
 ad homicidia, cum suis praelatis consensit utriusque cenobii familia, ut cursum aquae per Nivi- 40
 gellense praedium haberet constructa a mansionariis nostris officina; his qui suo iure cesserant
 tali vicissitudine redditæ, ut eis inter nos concedatur uti mortua silva, et ut oportunum fü-
 rit consilio et auxilio sit eis nostra vicinia. Actum dominicae incarnationis anno 1129^c, in-
 dictione septima, Lothario rege imperii sceptra tenente; Godefrido Lovaniensi Lotharingorum
 duce, qui etiam adlocutus praeerat utriusque cenobii familiae; Heinrico de Birbais secundas 45
 eius partes amministrante Nivigellensis, Bernardo de Orbais Gemblacensis; domino Ansel-
 mo abate Gemblacensium, Oda abbatissa Nivigellensis.

90. Gratias Deo, qui ubi habundavit peccatum, superhabundavit gratia. Hvilardus civis
 noster, à domino abate Anselmo et ab omni conventu fratrum petita et accepta nostra
 societate, socius et particeps omnium beneficiorum effici meruit. Unde gratias agens, mar- 50
 cam argenti fratribus pro caritate obtulit, et quamdiu vixit, nobis et loco nostro utilis semper
 fuit. Partem enim allodii Franconis de Felliv, quae in villa Mazniz iure patrimonii uxoris
 suae Helvidis ei competebat, sex marcis emit; ipsius terrae redditus quamvis in vita sua sibi

a) adque corr. atque c. b) Littera initialis versuum collecta ita habet: Hos fecit versus. Petre sancte. tuus Godescaleus;
 Claviger almo poli, ta precor huic apori. Amen.

retinere voluerit, tamen ex eis solus non comedit; sed stabilitate die annuatim exinde fratribus cibi et potus præparationem dedit, testamentum faciens, dixit ut ipsos redditus, id est 11 solidos, post mortem ipsius fratres accipiant, et ut beneficium huic memores, nomen suum suaque conjugis Dodae suorum nominibus post obitum ascribi faciant.

91. Tempore domini Anselmi abbatis Henricus de Lopon pro salute animæ sua tradidit Deo et sancto Petro 15 bonaria arabilis terræ in villa Sivrei. Hoc beneficio animatus nepos eius Gerardus de Marebaco tradidit et ipse in eadem villa alia 15 bonaria. Idem Gerardus, mortuo filio suo Gerardo, permisit a ecclesiae nostræ pro salute sua et absolutione filii sui decimam quam de culturis dominicis accipiebat in ipsa villa Sivrei, decimas etiam omnium 10 nutrimentorum quae ibi infra dominicam cortem retinentur. Coempsione, et successorum eorum largitione, nunc possidet Gemblacensis ecclesia sylvam et quicquid iuris eorum erat in eadem villa. Deo gratias.

CUR DICITUR GEMBLUS.

92. Gemblus interpretatur gemma et baculus, quod ita exponitur: Gem gemma, Blus 15 baculus.

Gemblos, gemma decens, baculus bona dans mala caedens,
Sustentat, munit, quos Christus moribus unit;
Et quos cor unum, quos verus amor facit unum,
Hui merito, numero crescant, placeant quoque Christo. Amen.

PANEGERICUS LIBELLUS.

fol. 58.

DE OLBERTO ABBATE.

Vox consolantis cor, cari morte dolentis:

Verus pacificus, rex qui regit omnia, Christus.

Et cuius pacis regni non est quoque finis,

Ipse Deus verus, homo natus virgine verus,

5. De mundo sponsam piis aecclesiam sibi sanctam

Elegit, virgo generaret quae sibi sposo

Sanctos, qui nati mundo, Christoque renati,

Essent in mundi tenebris ut sidera clari,

Peccati tenebras docti depellere tetras

10. Et lumen fidei diffundere cuique fidelis;

Non praesumentes, sibimet quasi sufficietes,

Nec sibi se per se credentes consuluisse;

Christo cuius erant, quod erant iusti reputabant,

Ut dama affectum, fautor pius esset eorum,

15. Et dans effectum, meritum cumularet eorum.

Et non contenti sibimet propriaeque saluti

Consuluisse, piis praesentibus atque futuris,

Notificata sibi, noscenda dabant vice Christi,

Ut si divini succrescere semina verbi

20. Possent, cum tanti tales essentque ministri,

Per quos suppleri nova possent horrea Christi

Sic nova. Nam sancti per sanctos multiplicati

Ingenti cura querunt Christo nova luca,

Ecclesiaeque patres primos dum posteriores

25. Sancti sectantur, dum præcipios imitantur,

Per sponsam spōso succrescit gloria Christo.

Abbas Olbertus sanctos patres imitatus,

Cum non sit flendus, mater^{a)} cur sunt tibi fletus?

a) & superscriptum; vocativa casum significans.

Flens veris lacrimis, super hunc merore gravaris.
 30 Sed caveas nimis tristari qualibet ex re,
 Et teneas animo, quantum, cur, quomodo, quando
 Tristibus et letis in rebus te modereris.
 Fiet prudenter, quia res moderata decenter.
 Vox mereans monitus haec dat responsa monentis:
 35 Dicam quod queris, cur sim turbata querelis.
 Quae configuntur, lacrimae simulare videntur;
 Quae non finguntur, cordis secreta fatentur.
 Ad verum cogor fletum, dum mesta recordor,
 Quod mors Olbertum tult abbatem michi quartum,
 40 Menbra decens, aptum caput ó caput est michi raptum.
 Hiuc membris alia virtus fuerat specialis,
 Affectus grati, letis vel tristibus apti;
 Mestis solamen, letis fuerant moderamen;
 Cuncta probanda probans, et nomen moribus ornans.
 45 Morum rumorem gratum, ceu thuris odorem,
 Hic emittebat, nec se celando latebat.
 Nam sic pluris erat, quoniam magis inde placebat.
 Hic michi multorum caput est et causa bonorum,
 Virque Deo gratus, bona queque parare paratus,
 50 Utque satis cautus, mala queque cavere peritus;
 Singula dispensans, et rem pro tempore pensans,
 Vivebat Christo, solvens sua munia mundo.
 Nunquam plus sibi se voluit, set se magis in se
 Continuit, cura semper cohibens moderantem.
 55 Et crescens in se, easum non pertulit a se.
 Viveret ut iuste, tenuit manus hunc tua, Christe;
 Qua sustentatus, per te fuerat tibi gratus.
 Fonte fluens oris, grato moderamine cordis
 Norat dicendi tempus, noratque docendi,
 60 Doctis dicendi, non-doctos digna docendi;
 Inter discentes et dogmata digna docentes
 Existens medius, et utrumque satis moderatus,
 Norat personae dare convenientia cuique.
 Quod decuit docuit, dum prudenter bona dixit;
 65 Quod docuit decuit, post dogmata dum bene vixit.
 Ó nisi mors raperet, decus hunc et vita deceret;
 Heu mors hunc rapuit, quae nulli parcere novit.
 Hinc dolor, hinc fletus, hinc mentis me tenet estus.
 Vox consolantis cor, cari morte dolentis:
 70 Quod dicis novi, quoniam tecum tua novi
 Dicam quod nosti, quoniam mecum mea nosti.
 Peccati penam peccans dedit omnibus Adam,
 Et crimen cuncti moriendo lount prothoplasti;
 Stat sua cuique dies; tua pauper stat, tua dives.
 75 Non pauper supplex, non regum cuncta supplex
 Hanc redimit sorte, heu non admitt quia mortem.
 Indiciis operum fas est perpendere verum,
 Horum pleraque monumenta videntur hodieque,
 Abbas Olbertus quibus extit utilis, aptus,
 80 In cunctis rebus, petit quas publicus usus.
 Omnia Christus erat sibi, solus sufficiebat.
 Qui sibi danda dabat, quia mens pia danda rogabat
 Dicit prudentem sapientia per Salomonem:
 Letificat matrem sibi quae genuit sapientem,

85 Quod probitas nati fit sustentatio matri,
Et decus eximium non sustentatio tantum.
Gratatur nato mater de se generato,
Si sibi, sique suis, si gloria posteritatis
Exists, dictis clarescat clarior actis.
90 Enituit talis tuus hic merito specialis,
Et tu gaudebas; gaudendum quippe sciebas.
Gaudia sperasti; quem defles mater^a amasti,
Remque tenens certam, spem spondebas tibi longam;
Sed ruit haec tua spee, quoniam spes non erat haec spes.
95 Perpetuum mundo nam quid consistit in isto?
Nil mundo certum, nichil omni parte beatum.
Spes commissa Deo, stat in hoc certissima certo.
Abbas Olbertus, felici fine beatus,
Cui bene servivit vivens, illi modo vivit,
100 Et mortem nescit, quia cum Christo requiescit.
Mors tulit hunc mundo, longo non abstulit aeo;
Quis quantusque fuit, quia posteritas memorabit.
Ergo dolor, fletus cesseret tibi, mentis et aestus;
Det tibi solamen, det ei requiem Deus. Amen.

DE MATHELINO ABBATE.

Vox consolantis cor, cari morte dolentis:
Communem sortem vivens evadere mortem
Quis potuit, seu quis poterit? mors iura tenebit,
Quae per prolapsum tenet in mundo prothoplastum.
5 Ergo per hunc homines quia mors transivit in omnes,
Cum sint mille modi mortis, mors una timori
Est homini cuique, mortem metuit sibi quisque;
Sed hene qui metuit? Sibi qui metuens bene vivit.
Huic mors non dolor est, qui finit morte dolores.
10 Mundi, qui nimii cum sint nequeunt numerari;
Cum sint innumerii, prorsus nequeunt superari,
Uniri Christo nisi sit pia s̄ llicitudo.
Est honor aeternus, quem dat caris sibi Christus.
Nunquam deficit, quia sufficientia fiet
15 Ex ipso, per eum, per quem sunt omnia rerum.
Abbatem quintum tibi defunctum Mathelimum
Cur fles grex Christi? Letare, quod hunc habuisti
Dispensatorem, non solo nomine patrem
In re communi, qui non sibi commodus uni
20 Vixit avis rara, sed raro munere cara.
Ore, manu gratus fuit, omnibus omnia factus.
Hunc morum gravitas, vitae decoravit honestas;
Verus amor Christi, splendor, fervor fuit isti;
Nam sibi feruebat, splendens aliis radiabat,
25 Suppositus lignis velut ardet et emicat ignis;
Et fraternus amor, tanquam radicibus arbor
Fixa bonis, fructum gratum reddebat et aptum.
Istius cura stant quae fuerant ruitura,
Rebus in adversis turris fuerat quasi fortis;
30 Vivens discrete, curans curanda modeste.
Prefuit iste gradu, set recto profuit actu.
Iustis admitti norat pravisque remiti.
Immitis mitem, sed et impatiens patientem

fol. 59.

^{a)} o superscribatur.

Mirabatur eum, sibi proponens imitandum.
 35 Dicens dicenda faciensque prior facienda
 Vitavit culpam, laudem meruit sibi multam.
 Panis meroris fuit huic potusque doloris
 Carnis claustra pati, differri nec sociari
 Christo, cuius amor sibi tunc erat intimus ardor.
 40 Et terram terrae reddens, animam tibi Christe,
 Mundo subtractus, letatur pars tua factus,
 Hunc vitae fragilis si noxa tenet venialis.
 Nam vicis nemo sine nascitur, est sine nemo.
 Christi grec ora, precibus delere labora.
 45 Votis placari vult Christus, vultque rogari;
 Est, cum sit iustus, pius; est ignoscere promptus.
 Hec sibi dicenti dicit grec talia Christi:
 Quod suades faciam, rem iure mones quia instam.
 Umbras culparum tetras princeps tenebrarum
 50 Non huic, non nostris defunctis, ingerat hostis;
 Sed sit eis requies, sit lux per secula perpes. Amen.

DE THIETMARE ABBATE.

Vox consolantis cor, cari morte dolentis:
 fol. 60. Anceps est mundus, praeceps fluitat sibi cursus;
 Rebus mundanis miscentur tristia letis,
 Succeduntque sibi, quia sic currit rota mundi.
 5 Herens instabili, nullus poterit stabiliri.
 Transit cum mundo, qui non bene vivit in illo.
 Qui sequitur Ihesum, felix conregnat in aeum.
 Et quis eum sequitur? Qui mente sequens imitatur.
 In rebus mundi spes est incerta futuri;
 10 Multos ipsa tamen cogit perferre laborem,
 Incertum finem, certum prebendo laborem.
 Migrat ab hac vita felix, cui sit via vita
 Christus, qui que viam talem, meruit quoque vitam.
 Christe viam, vitam te promeruit sibi veram
 15 Abbas, qui sextus nobis fuerat Thiemarus,
 Vir simplex, rectus, patiens, humilis, tibi gratus.
 Gloria, divitiae, ceu puncto mobilis horae
 Permutant dominos, quos vano scemante nudos
 Aufert huic mundo mors, non placabilis auro.
 20 Haec homo dum cernit, quid terra cimisque superbit?
 Quid cuivis cupido prodest mundana cupido?
 Cur studet ambire, cum reges cernit obire,
 Et cum rectores mors abripit inferiores?
 Mundum cum linquunt, de mundo sumpta relinquunt
 25 Et mundanarum iam nudi divitiarum,
 Secum sola ferunt bona vel mala quae meruerunt.
 Sed felix exit, qui dum vixit, bene vixit.
 Iustorum consors, ut penarum foret exsors,
 Per portam vitae, Christum, sed non aliunde
 30 Intrans, augmentum pater hic meruit meritorum.
 Nempe gregi Christi servivit more ministri,
 Correxitque pii dans dogmata more magistri,
 Se studii formam praebens, vitae quoque normam.
 Moribus inculti, tali sub vorriere culti,
 35 Ornatum morum fructusque dabant animorum;
 Iusti qui fuerant, cum iusto proficiebant.

Stringens spiritui se compede spirituali
Se tibi subiecit Ihesu^{a)} carnemque subegit,
Illam spiritui nunquam passus dominari,
Quin potius subdi cogebat et extenuari,
Sic magis imbellem cupiens quam ferre rebellem.
Haec sibi dicenti, dicit grex talia Christi:
Vera refers, paucis perstringens plurima verbis.
Iusta docens, iniusta cavens, pater hic bona suadens,
Hoc studio crevit, gratus, spernendaque sprevit;
Hic morum meritis ad onus promotus honoris,
Intendens otiori superintendebat honori,
Remque decusque dabat sibi, quod prudenter agebat,
Ut tempus, probitas, res, seu poscebat honestas.
Iusticiae cultor fuit, hinc inimicus et ultor
Peccati pedicam non inveniens inimicam,
Si ferus accedat, sua dampna gemendo recedat.
Hic vivat melius, fuerat cui vivere Christus. Amen.

fol. 60v

DE LIETHARDO ABBATE.

Vox consolantis cor, cari morte dolentis:
Nulli perpetuus mundanarum datur usus
Rerum; sunt oneri, quae sunt ad tempus honori.
Mundi contemptor, felix mercabitus empator
Pro gazis mundi, gazas et gaudia celi;
Emptor erit felix, et commutatio felix
Quae dabit empori, quod ei sit semper honori:
Caellestis patriae concivem civibus esse,
Mente frui Christo, mundo meritis superato.
Pistica ceu nardus redolens abbas Liethardus
Septimus accessit, qui nullo turbine cessit,
Qui pastor verus, pravis ratione severus
Esset, mansuetis mansuetus, gratus honestis.
Non honor huic sed onus fuit, exilium quoque mundus.
Vanis non hesit, sed Christo gratus adhesit,
Huic herere bonum reputans, sibimet fore summum;
Nec se frustrari, sed sic vivendo hearci.
Et speculum factus, sacros crescebat in actus;
Excellensque gradu, fuit excellentior actu.
Apte proficiens, apte profectibus addens,
Christum praeponens, usu presentia tangens,
Reddebat gratum semper Christo famulatum.
Ad tempus mundum retinens ad corporis usum,
Instanter gratum iustis gradiens iter artum,
Multorum tritum iam per vestigia patrum,
Intuitum mentis direxit despicientis
Mundum cum pompis, Christum solum sicutientis,
Atque cibo tali cupientis mentis cibari;
Est non carnalis quoniama, sed spiritualis.
Temporis accessu, viti cuiusque recessu
Gratior, et morum cuzu successu meliorum,
Certans optatam tandem contingere metam,
Esurit, sitiit, flevit, sudavit, et alsit,
Totum se gratum Christo praebens holocaustum
Et non mente levi reputans quam sit brevis aevi,

fol. 61

a) *o superscriptum.*

Tempore quam parvo maneat mundana propago,
Spe finis mentem firmabat dura ferentem,
Ad Christum finem tendens, sine fine manentem;
Quo consummatus gaudet sine fine heatus,
40 Quisquis eum vita dignè dilexit in ista.
Persistens^a cepto, nulli male cessit inepto,
Moribus et facto certans melioribus apto;
Et redimens tempus, gratos in tempore fructus
Reddebat, studiis addens operam probitatis.
45 Haec sibi dicenti dicit grex talia Christi:
Vera refert, fateor; verum non inficiabor,
Dignum commendas, ut digno digna rependas,
Hic verus pastor, Christi sollers imitator,
Verborum parcus sed honori moribus aptus,
50 Ut decuit vixit, quia non soli sibi vixit;
Plus alius de se quam proficus^b sibi per se,
Praefuit ecclesiae, sit cum Christo sine fine. Amen.

DE ANSELMO ABBATE.

Vox consolantis cor, cari morte dolentis:
Nomine signat homo, carnis sibi quae sit origo.
Nomen commune, proprium non, sed generale.
Te tibi pandit homo, fragilis similis quoque limo.
5 Heu vix subsistis, substantia spiritualis,
Ni corpus vegetet, tibi quam Deus addit et auferit;
Addit victuro, iubet auferri morituro.
Flos mundi marcat, probitas laudatur et alget,
Laus est non ficta, quam confirmant pia facta^c.
10 Clarus divina, mundi^d quoque philosophia,
Abbas Anselmus, morum probitate probatus,
Exitit octavus nobis, digne memorandus;
Vir prudens verbis, et discretae gravitatis,
Et persona decens, ad nomen moribus addens
15 Esset quod gratum cunctis et suscipiendum.
Interpellatus de re quacunque rogatus,
Esset difficilis nodosaque questio quamvis,
Se percunctanti prorsus non abnuit ulli,
Quin responderet responsaque grata referret,
20 Nodos prudenter solvens et sufficienter.
Gratus dicendo fuerat, gratusque docendo,
Norat oportune quia dicere congrua cuique.
Cum sollers faceret quod séque suosque deceret,
Noxia vitabat, simul et vitanda docebat,
25 Gnarus metiri sua, sé, metuensque futuri,
Ut res poscebat, prudens prudenter agebat.
Exitit omnino maior sibi sollicitudo,
Ne mundi curae si^e plus iusto sibi carae^f
Essent, tardari posset; nec ei famulari,
30 Qui curas supplet maioraque munera confert
Quam sperans poscit, si non sperando tepeſci.
Spe certus tali, certabat spirituali
Desudans studio famulari sedule Christo;
Non rudit aut operum seu iusticiae studiorum;
35 Sic exercitium simul exercebat eorum,

a) codex hic signum paragraphi habet, quod nos versu 45 adhibendum duzimus. b) proficemus fortasse in illo scriptum erat. c) fa. in loco raso. d) mundumque legebatur primo. e) in loco raso. f) cure corr. care.

Esset ut in voto sibi, nil praeponere recto.
 Ergo regens mentem, sed non rationis egentem,
 Nil non proficuum, nil non temptabat honestum.
 Non dubiae mentis, certis incerta timentis,
 40 Quod sponsor verus dat dilectis sibi Christus,
 Cordis devoti studuit probitate mereri,
 Iustos mirari iustosque studens imitari,
 Actu consimili certabat eis sociari,
 Omnia mundana reputans virtute minoria
 45 Menthis, naturae que mundiciam tenet in se.
 Hanc sectabatur, per eam quia Christus adiutus,
 Et memor ipse sui, memor et^a super omnia Christi,
 Se sibi non tantū fecit, Christum sibi quāti.
 Huic se committens et mente fideliter herens,
 50 Mundo defunctus, vivat iustis sociatus.
 Haec merces operum sit ei sine fine bonorum,
 Haec mundanorum requies finisque laborum.
 Fratres, quae turbet vos, iam querimonia cesseret;
 Omnipotens sit spes, sit vobis anchora, sit res,
 55 Omnia sit vobis, et multiplicans bona vobis,
 Addat rectores, fratresque bonis meliores. Amen.

DE COMBUSTIONE MONASTERII GEMBLACENSIS.

AUTORE GUIBERTO⁴⁴.

44

Expediam^b paucis, si tamen prae dolore sufficiam, lachrimabilem causam gemitus et
 25 tristitiae circumvallantis me, hoc est miserabilem ruinam et destructionem ecclesiae nostrae,
 in qua fere usque ad mortem periclitatus sum. Oppidum nostrum in confinio Lovaniensis
 ducatus et Namurcensis comitatus situm esse dinoscitur, quod ei saepius factum est in la-
 queum et eversionem et scandalum, et ad insidias sanctificationi, et in diabolum malum. Orta
 itaque nuper simulata inter ducem⁴⁵ et comitem⁴⁶, comes idem improvise illud cum exercitu¹¹⁸⁵.
 30 suo circundedit, et immisso igne in munita, id est^c foris vallum et murum offendit, penitus
 depopulatus est. Cum vero nihil tale vereretur, flabris ventorum, qui vehementissimi insurge-
 bant, subvehentibus, favillae flammantes per cuncta oppidi interiora dispersae sunt, et ita totum
 simul et oppidum et monasterium ferventissimo incendio consumptum est, ut in oppido nulla
 35 domus praeter duas humilimas, recenti humo obductas, et in claustrō ne una quidem officina
 inusta remaneret. In qua exustione cum missam matutinalem ad altare minus cantarem, no-
 lens aliquid imperfectum relinquere, tardius paene quam debui ad tutelam me contuli. Nam
 sacris exustis vestibus, cum p[re]ae ignibus late iam omnia vastantibus, foras erumpere non
 possem, in vicinius, quod patebat, sacrarium ingressus, quatuor ibidem et fratribus meis mae-
 rentes et anxios inventi. Quo in loco praeter spem undique vallantibus nos flammis, fumo et
 40 calore ita exaestuavimus et suffocati sumus, ut duo ex his graviter laederentur sed evaderent,
 ego et alii duo angustati, terrae sine spiritu instar mortuorum usque ad vesperum decubare-
 mus. Sed me per auxilium Dei et sancti patroni nostri Guiberti superstite, iidem duo socii
 martyrii mei post paucos dies rebus humanis excesserunt. Sed sicut scriptum est in pro-
 pheticis, auditus auditui, contrito contritioni, et terror terrori superveniet, et residuum lo-
 45 custae comedet brucus, nono combustionis die praedictus comes Namurcensis, ascito sibi
 comite Hanoniensi, nepote suo ex sorore, denuo multitudine gravi oppidum circundedit et

<sup>a) insertum. b) Sequitur destruicio vel potius combustio monasterii Gemblacensis quae facta est [deess 2.] anno 1137.
 a prima sui combustionis anno tricesimo quam quidem miserandam destructionem Guibertus post ciudem monasterii
 factus abbas ac etiam monasterii Floriensis, vir sane omnium iudicio sanctissimus, his deplorat verbis: haec praesertim
 50 codices 2. 3; Guiberti litteras erronee interpretantes de combustionis anni 1136, quam tamen de conflagratione a. 1185
 agat; cf. Ann. Lobientes SS. T. IV. et Gisleberti chronicorum p. 150. Continuatio Siegberti Aquincim anno 1186 habet.
 SS. T. VI. p. 424. c) id 2. idem Lambec.</sup>

44) abbas fuit a. 1195—1205; obiit a. 1208. 45) Heinricum. 46) Heinricum.

Ezech 7,96
fol. 1,4.

quibusdam in locis dirutis muris intravit utriusque exercitus, et ubique liberrime discurrens, — omnes quippe imparatos et nihil horum aliquatenus metuentes invenerat — universa quaecunque superfuerant diripiuit. In qua direptione nihil nobis, nihil burgensibus vel populo terrea, qui inibi sua convexerat, relictum est. Animalia quaeque et altilia domestica aut cremata, aut ab hostibus abducta; nullus sacræ vel altariis honor impensus est, adeo ut in 5 medio presbyterio coram principali altari, et per tota utriusque ecclesiae spatiis, et pedestri et equestri certamine congregentibus hinc nostris, hinc adversaris, multi interficerentur, monachi ipsi et sacerdotes discuterentur et spoliarentur. Nullus fratrum prorsus indemnis evasit. Horro referens; unus letali telo per latera adacto continuo oppetiit, alias ita nudus ab eis relicitus est, sicut eum natura ab utero matris in lucem produxit. Sed quid queror de 10 caeteris? Ipsi abbatis cum reliqua ueste et caligas detraxissent, nisi a quodam sibi noto vix excussum, per horrentis noctis tenebras nudus et solivagus diffugisset. Et ut coepit prosequar, nulla in direptione predicta vel foemineo sexui penitus reverentia, quin et ipsae mulieres nudae dimitterentur, nulla omnino lacentibus misericordia exhibita est; sed et matres vestibus exutae, et filii ab uberibus matrum distracti, contra naturae iura cum maxima parte bur- 15 gensem in captivitatem traducti sunt. Itaque hostes spoliis nostris ditati, et ad propria cum triumpho et tripudio reversi, laeti pro victoria super miseriis nostris plaudunt hodie, dicentes, quod vix in qualibet ampla civitate tantas se sperarent inventuros divitias, quantæ apud nos inventae sunt. In hac quoque destructione peius mihi aliiquid contigit quam in conflagratione, quoniam et capella, id est apparatus missæ, quem honestissimum habebam, et reliquiae, 20 quas super aurum et topazion diligebam, sed et desiderabile oculorum meorum, id est beati Martini vita, in cuius rhythrica descriptione aliquantum^a desudaveram, et quicquid librorum ab ineunte aetate confecceram, vestes quoque omnes praeter eas quibus induitus eram, et ut brevi multa colligam, cum propter infirmitatem alias quietis gratia evectus essem, omnia mea ab hostibus sublata sunt^b. Nunc cum caeteris tantæ miseriae sociis sub divo^c in parietinis 25 instar nicticoracis^d sine tecto gemens sedeo et fleo, quoniam versus est in luctum chorus noster. In maiori ecclesia, utpote homicidiis profanata, nec legitur, nec cantatur, sed in crita quadam utcumque divinum explenum officium. Gravabat me quoque vehementius, quin^e et plurimos mecum clementia coeli et inæqualitas aeris nunc aestu nunc frigore, nunc ymbribus saevis et crebris, tam die quam nocte diversis modis nos affligentibus^f, cum nulla 30 domorunt, quibus ab his protegamus^g, igne cremata tecta superercent. Angebar nihil minus maxime, quod maius altare apostolorum Petri et Pauli solemnitatem missarum carebat a die incensionis templi usque ad introitum meum in abbatiam, nemine super illud audiente divina celebrare, eo quod camera testudinis supervoluta, ligatura cementi propter imbrum infusio- 35 nem penitus destituta, ruinam suam et mortem subitus incidentium minari videretur. Hinc 35 etiam non minimum affliger, quod deambulatoria totius claustræ paene omnia, nullum nisi solius coeli tectum habentia, toto brunali tempore limo et coeno plena, possessoribus suis intrandi, sedendi vel quiescendi oportunitatem nullam praebent. Denique seculares quidam filii Belial, armis iniustitiae utentes, et nos persequentes, nostra quoque invadentes et sibi usurpare conantes, ecclesiam impugnabant. Pro cuius bonis tuendis, ut nobis semper moris 40 est, superno fulti praesidio, non viribus sed precibus, non iurgis sed sanis nos armantes consiliis, aequi illis resistimus. Sed quid de externorum vel inferiorum persecutorum inquietatione conqueror? Quum ipsae summae^h potestates et principes nostri, hi scilicet qui nos ab illorum infestatione ubique et indesinenter tueri ex debito temebantur, Albertum de Cuchiⁱ dico episcopum nostrum, et Mathildem ducissam Lovaniensem, dum viro suo Iherosolimis 45 peregrinante, sola dominaretur in terra, episcopus terram quandam diu ab ecclesia possesse- sam, uterque autem duarum personatus ecclesiarum quae nostræ sunt, ab alio Alberto, fra- tre ducis, ad restrictionem claustri nostri, pro guerra patris eius combusti, nobis dudum col- latos, auferre summa vi temptantes, tantis nos dannis et cladibus affecerunt, ut, cum ipsi magnis aequi cladibus ante mortem confecti, iam expiraverint^j, damna ipsa quae nobis 50 intulerunt, longo nos fatigantes incommode, per singulos annos adhuc respirent^k.

^{a)} aliquantulum 3. ^{b)} deest 2. ^{c)} dio 3. ^{d)} nyctocoracia 3. ^{e)} quia 2. 3. ^{f)} affligebant 3. ^{g)} protegeremus 3. ^{h)} cum nos s. p. 3. ⁱ⁾ sich 3. ^{j)} Hic textus miraculum quod huius combustionis occasione accidisse sic refert Sigebertus in fine Cronice sue. Discordie malum etc. usque Hec Sigebertus in cronica sua completa ab Anselmo abbatore nostro 2. Verba sunt Anselmi abb. qui croniam Sigeberti augmentavit in fine. Discordie malum etc. usque Hac 55 Anselmus abbas Gemblacensis 3.

⁴⁷⁾ Episcopus a. 1196 consecratus a. 1200 obiit, ducissa circa annum 1211, post quem igitur litteræ scriptae sunt.

CHRONICON SANCTI HUBERTI ANDAGINENSIS

EDENTIBUS

L. C. BETHMANN ET W. WATTENBACH PH. DD.

Ingenti illo inter regnum et sacerdotium certamine exorto, quod per singulas quasque episcoporum dioeceses discordiae semina sparsit, eadem cum ceteris Leodiensis dioecesis monasterii ruina etiam nobile sancti Huberti in Arduenna monasterium traxit, quod ad summum prosperitatis fastigium sub Theoderico I. evectum, Theoderici II. cum Oberto episcopo contentio de statu suo prorsus 10 deiecit. Sed inter ipsas quibus quassabatur calamitates, antiquae disciplinae fructum perceperit, quem monachus Hubertinus, sub Theoderico I. nutritus et litterarum studiis non mediocriter imbutus, historiam monasterii scribendam suscipieret et inceptam tam felici eventu ad finem perduceret, ut luctucentiorem de temporum istorum conditione auctorem viz inveneris. Nomen suum latere voluit, 15 sed monachum Sancti Huberti ostendit tum intima rerum cognitio, tum quod c. 58 dicit nobis videntibus, de re in monasterio gesta. Litteris operam dedisse, tota scribendi ratio prodit, etsi a grammaticae regulis aliquando aberrat; sed ibi saepius librarium in culpa fuisse existimo. Sallustium in scribendo imitatus est, cuius etiam verba mutuatur c. 54. 76. Sed aliorum quoque scriptorum, 20 Ciceronis, Macrobi, notitiam ostendit c. 60 seqq. ubi Lamberti narrationes refert, sed ita passim servatis auctorum verbis, ut ea ipse legisse videatur, nisi fonte quadam derivato usus est. Praeterea capiti 1. locum Historiae Miscellae inseruit, 78. epistolam Petri Damiani. Domesticos autem auctores ad priscam monasterii sui historiam scribendam, etsi eam breviter tantum teligit, adhibuit 25 Vitam sancti Beregisi¹, sancti Huberti Vitam², Translationem³, et Miracula⁴, Lamberti Vitam auctore Sigeberto⁵, Fredegarium quoque et Anselmi Gesta epp. Leodiensium⁶. Privilegia monasterii ubique ad manum habuit, et modo integra narrationi inserit, modo excerpta tantum.

Postquam primordia monasterii exposuit, tempus medium inter Altuenum 30 et Adelardum, annos 825—1034, de quibus certi nihil compertum habebat,

¹) Acta SS. Oct. I, 524. ²) ap. Surium VI, 45. ³) Mabillon Acta SS. O. S. B. IV, 1, 295. ⁴) ib. p. 207. In fine quedam addita sunt; extant enim p. 207. In fine quedam addita sunt; extant enim non constat, nam paucissima sunt, quae inde hanc iam in cod. Bruxell. 14650. sacc. X. Commemo-

rantur a nostro c. 22. ⁵) ap. Chapeavill. I, 411, ubi falso Renero tribuitur. ⁶) e. 2. Sed hoc non constat, nam paucissima sunt, quae inde hanc iam in cod. Bruxell. 14650. sacc. X. Commemo-

*intactum reliquit; ea, inquit, quae nostris temporibus audivimus et vidimus gesta revolvamus. Quae non oportet ad litteram interpretari; nam a. 1034 viadum natus fuisse potest, et de Adelardo pauca refert, sed Theodericum I. annis 1055—1087 abbatiam regentem bene novit, multaque adiecit ad ea quae ex vita eius ab altero aequali monacho scripta⁷ recepit; alia paulo diverse narrat.⁸ Nam quum ille totus occupatus sit in pietate abbatis extollenda, miracula affectat, cetera tanquam aliena breviter attingat, noster miracula minus curat, eorum succinctam narrationem a vita auctore mutuatus, universam autem monasterii conditionem, res eius exteriores et cum potentibus illarum regionum rationes accurate pertractat. Haec tum ex privilegiis monasterii colligit, tum ipse vidit; ducem enim Fridericum (†1065) aprum in ecclesiam tulisse c. 58 refert „nobis videntibus.“ Praeterea etiam Ruperti Chronicus S. Laurentii usus esse videtur, c. 28—30. Dehinc progreditur ad historiam gestorum sub Theoderico II, quae plus dimidia parte operis occupat, ita accurate scripta, tot litterarum documentis probata, ut familiarem Theoderici amicum facile agnoscamus,⁹ comitem, ut videtur, exilio eius; etsi libere eum quandoque reprehendit. Vitam „Theoderici iunioris de S. Huberto abbatis“ scripsit Heribrandus abbas S. Laurentii Leodiensis¹⁰ (1115—1130), sed nullum eius vestigium manet. Noster c. 70 commemorat Heribrannum monachum S. Laurentii, eundem ut opinor, qui vitam scripsit, sed fortasse post nostrum. Huius enim opus desinuit in a. 20 D. 1106, sed iniuria temporis finis periret. Cap. 96 dicit, *Manassem postea Remensem archiepiscopum factum esse, Rodulfum post Manassem praepositum;* qui quum Manasse a. 1106 mortuo archiepiscopus electus sit, primi editores inde concluderunt, haec antea scripta esse¹¹ Concedo, hoc veritatis speciem habere, sed si iam tunc scribendi initium fecerat, sequentia postea demum ad-25 didit; nam et de Theoderico abbatte (†1109) tam liberè loquitur, ut eo vivente opus editum esse vix mihi persuadeam, et c. 88 de Oberto episcopo agens dicit: quandiu ex tunc superfuit, quae certe post mortem eius († 1118) scripta esse videntur. Quanquam nec hoc loco nec illo legitimum argumentum agnosco, et haec incerta manere fateor: satis habeamus nosse, auctorem operis fuisse 30 virum inter medias res versatum, acrem iudicio, veritatis studiosum. Hoc enim totum eius dicendi genus, hoc simplex et sincera rerum narratio suadent.*

Versus finem saeculi Gislebertus cap. 24. a nostro mutuatus est. Postea Aegidius eum novisse videtur (v. c. 24. 28—30), sed laudabilia tantum de epis-35 copis Leodiensibus relaturus, admodum pauca recepit; nam tum demum inspe- xit, quum Anselmo destitutus alios auctores circumspiceret.

Codex operis autographus mature intercidit. Nam eum anno 1550 non iam in monasterio extitisse, inde apparet, quod lite de iurisdictione Andaginensi inter Carolum V. et episcopum Leodiensem exorta, quum historia monasterii esset in ius vocanda¹², Remaculus tunc temporis abbas in domesticis archivis nil repperiens Auream Vallem precibus adiit; unde ipsi

¹¹ 1) codex Aureaevalensis transmissus est sub conditione remissionis¹³, quam

7) Ea post Mabillon, Acta VI, 2, 557. accuratius e cod. Alnensi edita est in Actis SS. Aug. IV, 848.

8) Reinerus de claris scriptoribus mon. ap. Pez Thes. IV, 3. p. 20' seqq. c. 7. 9) Dicunt, ante a.

1108, sed Rodulfus iam 1106 electus est. 10) its

Roubaix, ex Fundatione monasterii Anduini manuscripta circa finem saeculi XVII, quae servatur in ecclesia S. Huberti. 11) cuius conditionis apographum in calce codicis¹⁴. habetur ita conscri-

ptum: *Nous frere Dominique Robin par la permission de Dieu humble Abbé de l'Eglise et Monastere Notre Dame d'Oreal Ordre de Cisteaux, Diocese de Treves, et Comté de Chiny. Et nous tout le cou-*

vent de ce mesme lieu, Savoir faisons à tous qu'il appartiendra, que environ l'An mil cinq cens cinquante feu nos predecesseurs Abbé et Convent dudit

Oreal ont presté à feu Monsieur Damp Remacle en

son temps Abbé de St. Hubert, un tres-ancien livre

tamen conditionem neque abbas neque eius successores impleverunt. Remansit potius codex apud Sanctum Hubertum, usquedum monasterio a. 1796 suppresso bibliotheca dispergeretur. Per varios casus denique devenit ad virum nobilissimum Theodorum Geoffroy, in exercitu Belgico tunc tribunum equitum, inter arma Musis amicum, qui a. 1841 a Belmanno nostro Brugis eo nomine conventus, cum urbanitate nunquam satis nobis praedicanda et codicem et domum gratiosè praebuit ad utendum; cui viro clarissimo hasce lineas grati nostri animi et vero ipsius erga nos humanitatis perenne optamus fore monumentum. Codex membranaceus, forma minori, saeculo XIII. a pluribus exaratus, post Vitas SS. Iudoci, Basili, Leodegarii, Eufraziae, Radegundis, Ballhildis, Gilleberti epistolam ad Anselmum, Gilleberti disputationem cum Iudeo, Vitas Anastasie, Theoderici martyris, Gengulfi, Corbiniani, habet hanc historiam, continuo saeculi XIII. calamo exarata atque inscriptam: Incipit liber qui Cantatorium dicitur. Exciderunt duo folia 52. 53. media, quae Romualdus Hancar ante hos ducentos annos adhuc legebat, atque unum vel plura in fine, quae iam tunc deerant. Librius mendis non semper abstinuit; quae per codicem autographum in scedula, ui videtur, assutis suppleta videbat, ipse describens inepto aliquoties loco posuit¹², alia omisi¹³; annorum etiam numeros, quos in textu exhibet, in codice originario plerosque margini adscriptos fuisse crediderim.

²⁰ 1*) Romualdus Hancar monachus S. Huberti circa a. 1630 codicem Aureavallensem satis diligenter transscripsit in chartam, quod exemplar notis marginalibus ab ipso auctum, postea in archivum registraturae Sancti Huberti devenit, unde a. 1834 Bruxellam translatum in bibliothecam Burgundicam n. 14600, nobis hanc novam editionem praeparantibus humanissime fuit transmissum, ut duo illa folia omissa accuratius inde possemus supplere.

1**) Aliud apographum, a. 1737 ex 1^o factum habebat Linotte de Poupehan, magistratus Bullionensis, teste Ozeray histoire du duché de Bouillon p. 310.

1***) Alia duo apographa a. 1563 ex ipso 1^o facto atque procuratori Luxemburgensi legatoque episcopi Leodiensis tradita memorat Robaulx p. 4; quo- run alterum fortasse idem est, quod in castello Mirwart sibi visum ait Devez histoire de Liège I, 54.

Editionem primi Martene et Durand amplissima Coll. IV, 914 curaverunt ex ipso codice 1^o, at mendis nimium deturpatam, capitum distinctionem de suo instituentes. Dom Bouquet XI, 149. 635. XIII, 564 excerpta tantum dedit. Secundam instituit P. de Robaulx de Soumoy chronique de l'abbaye de St. Hubert. Brux. 1847. 8. e codice Bruxellensi 1^o cum versione Gallica, cui subiunxit historiam monasterii a fine Cantatorii ad nostra usque tempora deductam, annotationesque adiecit vere utiles fruge refertas, ex quibus multa dicimus. Adhibuit enim editor: Romualdi Hancar historiam manuscriptam monasterii cuius ipse prioratum gesserat, ex Cantatorio nostro aliisque fontibus domesticis compositam; Fundationem monasterii Andaini; Antiquitates Andagenses; Titulos possessionum Sancti Huberti, aliaque quaedam saec. XVII et

intitulé Cantatorium, écrit de la main, lequel livre cestes nos seals Abbatial et Conventual le huictesme a été trouvé en nos Archives, estant tres-ancien, 45 entier, et authentique pour y adiouster foy en iugement et dehors. Lequel dit livre ledit feu Sr. Abbé de St. Hubert avoit promis rendre et restituer en telle sorte et maniere qu'il l'avoit reçeu de nosdits feus predecessseurs. En temsognage de quay Nous 50 Abbé et Convent susdits, avons fait appendre à

cestes nos seals Abbatial et Conventual le huictesme de Mars XV^e, soixante et neuf stil de Treve. Plus bas estoit écrit. Collationé à l'originel, et trouvé concorder en parchemin à deux seaux en cire verte, ce deuxième de Mars Mil cinq cent septante, stil de Treves par moy. Plus bas estoit signé. N. Butkens.
 12) c. 1. 8. 62. 13) c. 76. 78.

XVIII manu scripta; unde libro suo magnam procuravit utilitatem. Terlius bibliothecae Burgundiae praefectus L. B. De Reiffenberg monuments pour servir à l'histoire de Namur, de Hainault et de Luxembourg. Brux. 1847. in quarto codicem 1 habuit quidem, at raro adhibuit, contentus ex eius apographo 1st editionem novam proponere, quam ectypo codicis 1. ornavit. Quarto denique loco nos Cantatorium proponimus ex ipso codice 1, cuius lacunas ex 1st supplevimus, orthographiam intactam relinquentes, excepto quod simplex e tercio decimo demum saeculo ubivis scribi coepit in ae mutavimus. Capitum distinctionem retinuimus eam, quam librarius ipse non numeris sed litteris inceptivis maiusculis rubris instituit, numeros Martenianos ob commodum lectorum uncinis inclusos apponentes. In annotatione ea quae Romualdus Hancart, Martene et De Robaulx iam attulerant utilia, quam brevissime excerptimus, sigla illorum H. M. R. religiose ubivis et gratitudinis causa adscribentes; reliqua nostra sunt.

INCIPIT LIBER QUI CANTATORIUM DICITUR. QUALITER CREATA SIT
ABBATIA SANCTI HUBERTI.

15

1. In pago Arduennensi quoddam castrum Ambra dicebatur, eo quod Amberiacensis^a fisci^b caput haberetur, quod funditus eversum, Hunis vastantibus Gallias, per annos fere trecentos triginta septem^c desertum ad nichilum devenerat. Haec^d gens diu inaccessa montibus seclusa, tempore Valentis imperatoris repentina rabie Gothorum terras invasit, et rex eorum Filimer ante cum Gothicis^e Geticas et Sciticas terras ingressus repperit ibi quasdam magas, quas alironnas dicunt, et eas suspectas habens, per solitudines fugatas exturbavit. Cum hiis silvestres homines quo Faunos sciaric dicunt coeuntes, hoc genus ferociissimum inter Meotides paludes generunt, quod tetrum et exile, vix humanam imaginem representans, videntibus se nimium ingerebat terrorum vultus sui horrore, eo quod esset deformis et exterrandus nigredinis. Maribus genas deiecantur antequam luctentur, ut iam tunc tolerare laborem cogantur; forma quidem exigui, sed motibus arguti et expediti, atque ad equitandum prontissimi, scapulis lati et ad arcuina curvatione et sagittandis periti, cervicibus firmis et temper superbia erectis, animos ferociissimos habentes et belluino more viventes. Hi cum Athala rege suo divinae vindictae necessitatibus^f subservientes, dum Galliarum urbes et castella simul et ecclesias vastarent, hoc quoque castrum in transitu suo subverterunt. Temporibus autem Pipini, qui maior domus erat sub Theoderico rege, uxor eius Plectrudia Amberiacum quae dictionis fiscum parabat adire^g et per predictum locum transiens, tam taedio vastarum solidinitatis, quam ferore sestatis confecta, ibidem in pratis virginitibus decrevit aliquamdiu requiescere. Et cum post exactam rofectionem comites eius longiori sumptu premerentur, ipsa curiosior pro equis paescerentibus, ne per silvas vagarentur, neminem excitans sola surrexit; equisque recollectis iam lassior, dum super acervum lapidis ibi forte congettum resideret, cartulam quendam caelitus allepam obtulit coram se cadente. Quam licet pavida corripuit, et nemini comitum sua credere secretum, ad virum quan-³⁵ toscum decrevit revertendum. Cui cum per ordinem retulisset eventum miraculi, ille evocato Beregiso viro venerabili, qui tunc in Dei rebus obsequebatur eis, cartulam illi obtulit exponendam sibi. Consultus sacerdos Dei respondit, locum quo eadem cartula deciderat, a Deo esse electum, ex quo multorum animas transire deberent ad regna caelorum. Pipino vero subiungente, quid sibi inde videbatur agendum, Beregiso rapta occasione, upotes qui iam die apud se deliberaverat munda relicto liberius Deo vacare, subiunctul principi, ne quantum in se esset divinae dispositioni⁴⁰ decesset, paratum se soliditudine illam excelandam suscipere, si eam ille sibi concederet. Placuit^h Pipino Beregisi propositum, licet gravaretur ammodum a se suum emittere karissimum. Illo tamen saepius insidente ut rem quantocius acceleraret, Pipinus cum comitate curialium suorum venit ad locum inventae caelitus cartae. Ibi facta legali donatione, et rata coram principibus suis astipulatione, locum ipsum perpetuo habendum Beregiso donavit, et perlustratis finibus eiusdem donationis, certas metas per subnotata confinia disternavit: ad meridianam plagam inter Divisionesⁱ, ad orientalem plagam Mollem campellum, ad aquilonem inter Campilo-

a) ita corr. manus recens pro ablacione. b) Haec — subverterunt a liborio post fluvium Lumnam collacata, sed signis a, b, c factis suo loco reposita sunt. Unde in codice originario ab auctore in margine adiecta fuisse conticias. c) secundum Hist. Musc. d) vel nubibus? nibus i. iussibus 1. e corr. e) diuisiones 1.

50

14) Ambrae castri nullam praeterea mentionem inveni, sed nominis vestigium manet in villa Ambergouz S. Huberto vicina. 15) Corrigendum 237. n. 5. fol. 89^r. editum in Mirae Opp. Dipl. II, 1125. HANCAR. 16) Sequentia auctor vitae brevius 17) „Des bornes en pierre formaient la separation

nem et Haletum, Ferreummontem, inter Nasiam et Awanam¹, Tabulae fontanam, ad occidentem rupem Sulmonensem et fluvium Lumnam. At Berengius continuo insidente laboribus, solatis v. Berengiu-
etiam quorundam fideliū adiutis, silvarem solidinē purgari et habitabilem fecit, nec prius oblitus, quam eccl-
esiām beati Petri apostolorum principia, quae in p̄festo, castro olim funditus eversa fuerat, a fundamen-
tis restriceret, et collectis secum religiosis clericis abbatie nomine et officio ibidem Deo militantibus prae-
cesset. Quo post labore huius peregrinationis ad Dominum migrante², longo post tempore successores eius ibi perse-
veraverunt in clericali scemate, donec Ludovico Pio imperatore filio Karoli Magni regnante divina dispositio locum cum
dem ampliavit hoc ordine.

2. (4.) Eius³ tempore p̄faseret ecclesiae Leodiensi quidam venerandas memorias episcopos Gualcudius in instan-
tia vobis ecclesiasticis ammodum studiosus⁴. Et ut per excessum de ipsa Leodiensi sede aliqua ne-
cessario dicantur, tandem episcopii sedem beatus pontifex Hubertus ab urbe Tongrense olim Triceti permutatam,
ab eodem vico transiuit Legiam, ut quis suo tempore magna industria et potestatis viguit, modicam villam in nobilissimā civitatem et sedem episcopalem suscivit, ibidemque leges publici iuris et forenses mēnsuras, quas adhuc super-
sunt, constituit. Quo etiam cum per revelationem divinam ossa prædecessoris sui beati Lambertī martyris retulisset,
15 eungue in loco martyrii eius sepolti, ecclesiam condecentem super eum aedificasset, in pede quoque Publicimonit in
hōnore beati Petri apostoli templum extruxit; ubi migratus ad Dominum sepeliti corpus suum destinavit. Cuius san-
ctitatem cum cœbra miracula declararet, 16º anno migrationis suae⁵ translatus in ecclesiam beati Lamberti a predicta 743.
ecclesiā beati Petri, ibidem veneratus est per annos septuaginta quinque.

3. (5.) Anno vero incarnationis Verbi 825, regente ut dictum est Ludovico Pio, cum idem princeps ecclesiasticis Transl. S.
20 renus studeret in regno suo, congregaciones sanctorum vel constiteret vel olim constructas ampliare, ad hoc idem agen-
dum exemplo suo instruerat et civitatum pontifices et provinciarum principes. Interes clericis praefatae cellae beati
Beregij cum iam paene desicerent, utipotē in tam vasta et sterili heremo constituti, accepta occasione sibi consulendi,
ad Gualcudum Leodiensem episcopum se contulerunt, et quomodo predictum locum eorum divina providentia elegisset
quaque in eo p̄tererent necessitates, illi resulerunt. Lactuus ille se inventissimam opportunitatem salutis suas providendi,
25 si in eodem loco collaboraret voluntati divinae, omnimodo intentione id exequendū curam conceperit, et invito Deo in
præsente statum suscivit. Nam communato ordine clericali, anno dominicae incarnationis 817, 4. Idus 817.
Augusti in die sancti Laurentii martyris monachorum ibi religionem constituit, dispositi in possessiōnibus Aug. 10.
et legaliter confirmatis in posterum, quae sufficerent usibus ibi Deo servientium. Constitutum est etiam ex com-
muni decreto, ut de redditibus donationum quae factae fuerant beato Berengiro, ab eorum pro-
30 ratoribus ad locum ipsum defererentur in eadem die annuatim oblatione, ut ex hoc in posterum et
prioris acquisitionis et posterioris adjumenti discerneretur ecclesiastica possessione. Quo dum
plures concurrerent, ut in tam remota heremo tanto liberius quanto et secrētū Deo vacarent, quidam etiam nobiliores
clericis de ecclesia beati Lambertī eo convenerunt, mutatoque habitu ad contemptum mundi se ipsos viriliter accinserunt.
Hui secum deliberato cōsilio eundem locum adhuc honestius sublimandi, presertim cum in hoc ipso patrocinarī sibi
35 sperarent favorem pontificis, petierunt ab eis beatū Huberti, assentes urbi sufficere patroci-
nium beati Lambertī. Quae res licet pro sui magnitudine nimium difficulte videatur pontifici, divina tamen gratia, cui
nihil est impossibile, iustis petitionibus acceleravit effectum. Nam collecti episcoporum synode provinciali apud
ecclesiā beatae Mariæ Aquigreni palati, Ludovicus p̄us et religiosus imperator intercessu voluit ecclesiastici utilia-
tibus ibidem disponendis. Ibi cum Gualcudus referret consilium de transferendo corpore beati Huberti ad locum An-
40 daginum, divina dispositione predicti principis et totius synodi inde voluntarium optimū assensum, indicta ei conditione,
ut tanto pontifici convenienter ampliare honorem, et collectis ibidem fratribus tam praesentibus quam futuris vel po-
steris curare omnem excludere necessitatem. Constituta vero die ad rem exequandam ipso princeps Leodium
45 venit, et cum palatina tum etiam populari frequenti corpus sanctum quod cum loculo suo lapideō transfe-
batur, devotissime prosecutus, Mosam illud transposuit cum divinis hymnis et laudibus; cui etiam multa dona
50 contulit regia largitione, quae licet deperierint vel temporum vetustate, vel vastatorum dis-
tractione, ex eis tamen quedam nostris adhuc temporibus supersunt ecclesiae. Superest
optimus sanctorum euangeliorum textus, aure gemmisque paratus; superest psalterium auro
scriptum p̄r denos psalmos capitalibus litteris distinctum⁶; superest in uno volumine ma-
ximo super totum psalterium beati Augustini expositio; superest et liber eiusdem qui intitu-
55 latur de Trinitate. Supererant duo totius anni ornatissimi, quibus renovatis, biennalis datus est
in elemosina ecclesiae Giviniacensi⁷, aestivalis vero missus est cellae Prensi⁸. De trans-

a) Awanaam p̄tr. b) ministrandis sup̄ser. eadem manu vel instaurandis 1. c) strenuus sup̄ser. vel studiosus 1.

entre la seigneurie de Neufchateau et quelques vil-
lages de la prévôte de Bastogne.⁹ ROBAULX ex
55 Antiqu. Andagg. medio saeculo septuaginta decimo con-
scriptis. Idem sequentia nomina explicat: Mochamp —
Champion — Halleux — une ligne d'amas de
mineraux de fer entre Champion et Halleux — Nas-
souge — Avenne — la Masselette, ruisseau qui tra-
verse la vallée de Font-à-Bulat — la roche Sul-
mont — la Lomme. 18) Adhuc anno quinto
Theoderici, n. s. 724 vel 725, donationem accepit
a Grimberto comite, teste autore vita in prologo.
19) Hoc caput e S. Huberti vita et translatione, He-
60 rigori c. 28. et Anselmi c. 16. concinnavait. 20) anno
3. Karlomanni; anni 75, quos ex translationis hi-

storia sumpsit, terminum habent institutionem mo-
nachorum, non translationem alteram. 21) Hacte-
nus servatur in Andaginensi monasterio pretiosissi-
mus psalterium auro elegansissime exaratum, non
a Ludovico pio, ut credit auctor, sed a Lothario
ipsius filio donatum, ut probant versus qui initio
codicis reperiuntur. MART. On croit que ce psea-
tier existe encore aujourd’hui au village de Boe-
vange, canton de Mersch, grand-duché de Luxem-
bourg, entre les mains de Mr. Neuman, héritier du
prieur de St. Hubert. R. 22) Iuvigny, mon. vir-
ginum, in pago Wahriensi, prope Martisvillam.
23) Pries, trans Mosam iuxta Macerias.

latione autem beati Huberti cetera reticere censuimus, quod evidenter et latius ea enumerat eiusdem translationis proprius textus. Sed et hoc nimurum cum sit actum divina gratia disponente, credi probabiliter potest, eundem beatum pontificem in loco quo venerabilis Beregisus quiescebat, se quoque voluisse grataanter quiescere. Fuerunt denique contemporales eiusdem loci studiosi cooperatores. Decuit ergo, ut quorum dum in corpore maneren viguit ad invicem familiaritas, eorum etiam veneraretur a devotione fidelium in uno eodem loco beatorum corporum societas. Quod vero temporales fuerint, si quis certius nosse voluerit, ex gestis Francorum²⁴ per tempora regum et principum probari poterit. Pipinus enim primus huius nominis sub Lothario rege, qui fuit filius Hilperici ex Fredegunde, dux et maior domus extitit, negotia regni disponens cum domino Cuniberto archiepiscopo Coloniensi. Qui sub regibus Dagoberto et Sigiberto nobiliter et sapienter se agens perseveravit; hic genuit ex Idda uxore sua nobilis et religiosa Grimoaldum et Beggam, et beatam Gertrudem. Beggam vero nupta Ansegiso duci genuit hunc nostrum Pipinum secundum huius nominis, tempore Hilderici et Theoderici regum. Sub hoc Hilderico beatus Lambertus Tregentensis^a viguit. Theodericus autem rex ut erat hebetioris ingenii, abusione nequissimi Ebroini, qui erat maior domus eius, ammodum apud Francos viluit. Nec multo post Hildericus, qui erat potentior, in venando interiit, interceptus a quodam Bodilone nobili, quem contra legem maiorum ad stipitem ligatum fecerat caedi; et cum post eum Theodoricus totum perceperisset regnum, tertio anno²⁵ praedictus Pipinus Ansegisi et Beggae filius dux Austrasiorum factus invaluit. et beatum Lambertum suggestione Ebroini et factione Coloniensis episcopi ab episcopatu²⁶ electum, exturbato Faramundo sedi suae restitutus post septennium iniustae illius electionis suae. Ipse quoque sanctus pontifex post in brevi pro defensione veritatis et castitatis, ut in gestis eius legitur, martyrio coronatus occubuit, eique in episcopatu beatus Hubertus successit. Quo etiam tempore dono praedicti Pipini eius uxor Plectrudis locum Andaginum celitus designatum excolendum Beregisus suscepit. Et quia beatus Hubertus pro cura animarum sibi credita, ut in vita eius legitur²⁶, per omnem Arduennam studuit evacuare idolatriam, quae adhuc ibidem supererat, liquet quod ex confrquentatione commeandi uterque fuerit notissimae cognitionis, eiusdemque in Deum dilectionis et devotionis, nec minus etiam cooperationis in hoc loco divinae electionis; utriusque instantia praedicationis fatiscente perfida in eodem territorio profecit augmentum christianae religionis. Unde et iargiente Domo concessum est, ut quon ipsa provincia adhuc in carne positos meruit habere doctores, eosdem cum Christo regnantes habeat speciales patronos et defensores.

4. (8.) Quanta et quali sagacitate idem episcopus Gualcaudus locum ipsum ampliare studuerit, quibus possessionum redditibus, vel ex proprio fratreisque sui Erohengoldi^b patrimonio, sed et ex casamentis²⁷ a quibusdam secularibus subtractis, subsidium vivendi tam posteris quam praesentibus perpetuo habendum procuraverit, si quis nosse voluerit, relectis auctoritatibus eius privilegia pleniter addiscere poterit. Quae privilegia licet ex magnae devotionis affectu condidisse videretur, moroso tamen consilio et saepius ventilato assensu cleri et senatus et quorunque nobilium et sapientium Leodiensis ecclesiae, sed et consultu metropolitani sui Hildeboldi Coloniensis pontificis, auctoritate etiam Leonis Romani pontificis et a statione Ludovici²⁸ piissimi imperatoris filii magni Karoli imperatoris, ea condidit et canonica confirmatione roboravit. Et ut aliqua ex eisdem privilegiis interponamus: *Res, inquit, vel possesiones, quae ad eundem locum deputatae hactenus fuerunt, iure firmissimo delegamus, id est Aprovilla²⁹, Lotvilla, Nelina, Palatiolum, Gamedella, Telins^c, Lesternivis^d, Ravonia, Frandilonis, Gabelium, Anseromia, Rumendinis, et ecclesias Melsun, Martilinges, Builaidas, cum omnibus appenditiis suis. Similiter etiam consensu fratrum nostrorum concessimus et permanere volumus eidem cellae alias res ex rebus ecclesiae nostrae, quae videlicet non indominicatae, sed in beneficio constitutae fuerunt, id est Tervonia, Teledum³⁰, Marlida, Aldamum, Al-*

^{a) ita 1. in episcopatu Tractiensis 1. a) Erchenboldi? P. b) ita infra c. 32. et priv. Innocentii II. op. Miraeum IV, 170. Cod. Telius. c) vel Lesternius: infra c. 52. Lesternius.}

24) i. e. Fredegario, ex quo sequentia haec est, adhibita vita Lamberti auctore Sigiberto. Iddae nomine addidit, quod in vita S. Gertrudis commemoratur. 25) tertio anno nescio unde assumperit. 26) apud Surium VI. pag. 47. 27) i. e. feudis. 28) itaque intra a. 814. et mensem Maium a. 816. quo Leo mortuus est. 29) Arville — Louville,

Noamé, Paliseul, Gemelle, Tekin, Lesterny, Recogne, Frandeux, Givet, Anseremme, Romedenne, Maisin, Martelenges, Boulade. R. 30) Tervagne, Tilieur, Marloie, Aye, Avent, Nettine, Florzée, Wanlin, Ardenne, Bras, Vesque-ville, Lisere, Evernicourt, Souipy, Noyers. R.

ventium, *Nentina, Florias, Wowonum, Arduanum, Bractis, quae alio nomine nuncupatur episcopi villa, Lisura, Evernorten, Sulpiacum, Nogarias, Buthesaim, vineas tres in castro Hoi, mansionem unam apud Leodium a nobis constructam, necnon et vineam unam cum manso ad se pertinente in territorio Leodiensi nuncupato Vingitis, cum omnibus appenditiis suis.* Item in eodem privilegio post pauca: *Divino ut creditimus consilio, et nostrorum fidelium consensu, tradimus iam praefatis monachis omni anno de argento libras viginti, et deciman de caseo ex omnibus villis nostris indominicatis, et de tribus villis decimam vini, videlicet de Gaganheim et et Berthahem atque Cunerono. Post haec duas addimus eis, scilicet Tavernas³¹ et Ernau, ut omnia regulariter viventes ibi in virtute et vestitu satis abundeque haberent. Ista omnia coram 10 clericis et laicis nostris in eorum privilegio cedimus et permanere cupimus tam nostris quam successorum nostrorum temporibus. Postquam ergo ista gratia Dei rationabiliter a nobis per omnia ordinata ad aures imperiales devenissent, magno gavisus est imperator gaudio, coenobium Suguilis nomine³², in quo Deo dicatae erant moniales, partibus sanctae Mariae et sancti Lamberti cum omnibus suis appenditiis tradidit iure firmissimo, ut episcopatus Tongrensis sedis 15 in nullo minorari videbatur pro rebus, quas Dei servis in monasterio praefato concessimus; et insuper ad praefatam cellam quamdam silvam quae dicitur Wangisiusmons³³ tradidit, eamdemque legalem traditionem imperiali privilegio firmavit et signavit. Harum possessionum maxima pars huic ecclesiae iamdiu deperiit, non solum violentia saecularium, sed etiam episcoporum Leodiensium. Gualcaudus vero episcopus Altuenum abbatem qui loco praeesset ordinavit, possessionesque et redditus quibus fratres subsisterent legali privilegio ecclesiae facto in perpetuum confirmavit, credens specialius profuturum sibi, quicquid ibidem geretur usque in finem saeculi. Qui autem praefato abbatи successerint, vel quamdiu praeferent, vel quomodo sub unoquoque eorum locus ipse aut profecerit aut defecerit, negre legimus neque a quoquam certius relata didicimus³⁴; ideoque his praetermissis, quae nostris temporibus 25 audivimus et vidimus gesta revolvamus.*

5. (9.) Anno incarnationis Verbi^a decedente Renuardo abate, successit ei dominus 1034. Adelardus a Reginardo episcopo ecclesiae beati Huberti abbas ordinatus, qui fuerat monasterii sancti Trudonis scolasticus et thesaurarius. Ipse ut erat vir industrius et prudens, cum gravaretur longa et maxima famis necessitate, tum etiam inter imperatorem Henricum 30 et ducem Godefridum maiorem diurna et inexorabili seditione, castri Mirvoldi³⁵ ecclesiae acriter imminentis ex edicto imperiali omnium fere principum cis Renum consistentium gravissima obsidione, tamen commissum sibi locum, quod periculo temporis difficillimum erat, ne omnino destrueretur non solum viriliter detinuit, sed et possessionibus ampliavit, ornamentis palliorum decoravit, aedificis honestavit. Aedificavit refectorium fratraru[m] cum dormitorio, aedificavit cameram abbatis cum palatina domo. Ecclesiam Alvientensem³⁶ quam ex patrimonio suo episcopus Gualcaudus olim loco contulerat, a quibusdam invasoribus viriliter defensam retinuit. Quartam partem Calviciaci³⁷ fisci a quodam nobili Roberto equit, cuius omnimodo medietas ab antiquo erat ecclesiae³⁸, donata sibi pro satisfactione a Stephano comite, eo quod castellum Mirvot violenter et iniuste firmasset in ecclesiastica possessione. 40 Habito quoque colloquio apud Evodium³⁹ inter imperatorem Henricum itemque Henricum regem Francorum, eiusdem imperatoris banno et auctoritate firmatum ecclesiae mercatum

^a numerus deest 1.

31) *Taciens, Ernau. R. 32) Suguiel. H. 33) Wagingmont. H. 34) Eorum catalogum ex catalogis 45 abbatum Prumiensium, ex martyrologio aliquis fontibus domesticis concinnavit Romualdus Hanca in historia monasterii S. Huberti manu sua scripta, quam habuit P. de Robaux, e cuius libro utilissimo istum catalogum exceptum hic sistimus: Alveus obiit 16. Nov. 828. Tancradus Prumiensis abbas obiit 11. Febr. 829. Marciardus Prumiensis resignavit 836. Sevoldus obiit 13. Ian. 855. Sanctus Egilo Prumiensis resignavit 860. Sanctus Anselmus Prumiensis obiit 10. Mart. 887. Farabertus Prumiensis obiit 1. Maius quo anno nescitur. Regino Prumiensis destitutus 894. Richarius resignavit 920. Hildrardus. Fridericus obiit 942. Albertus obiit 966. Heribertus obiit 20. Maii 990. Vulbertus obiit 14. Jul. 1004. Vulbertus obiit 1006. Witericus obiit 1027. Albertus obiit 1033. Reinwardus ob. 1034. 35) *Mirwart ad fl. Lomme. 36) Avent. 37) Chauvency-St. Hubert prope Montp{y}dy. R. 38) De ea re haec habent Mirac. S. Huberti ap. Mabillon Acta SS. Saec. IV, c. 20. Anno 955. anno imperii Ottonis I. vicerimo comes Stephanus dedit Andaginensi ecclesiae legali dono quidquid sui iuri erat in Calcentiaco, et hoc praesertibus Brunone archiep. Colon. et Baldrico pontifice Leodiensi. Cuius cum esset erga b. Hubertum affectus magnae dilectionis, ut corpus eius ad praedictum fiscum deferretur, ab abate Alberto et fratribus obtinuit, ibidemque illi vestituras eiusdem allodii coram Reginero et Gisberto comitis multisque regni principibus publice firmavit. 39) *Ions*; cf. Heriman. Aug. a. 1048.**

40 procuravit. Cuius omnes iusticias, thelonium, bannum, comitatum, latronem⁴⁰, foralia⁴¹, vel cuiuscumque placiti quaestum vel querelas, ex antiquo more potestativo iure optimis tempore quo advixit, et sine ulla calumpnia successoribus suis optimenda, immo totam integrum abbatiam reliquit. Eius adhuc tempore vigente publici iuris iustitia, in tota abbatia nullus advocatus alicui placito intererat, nisi tribus generalibus in anno⁴². In his si quod vadum⁵ proveniret iudicio scabinorum, eorum quoque arbitrio determinabatur solvendum, non ad voluntatem dominorum, sed ad possibiliterum personarum. De eodem quaestu communi advocatus obsonium debitum accipiebat, et si minus proveniret, ecclesia illud supplebat. Praeterea si quem rebellem¹⁰ advocatus ad iustitiam faciendam compellebat, decatervam^{*} suam accipiebat.

1055. 6. (10.) Anno vero incarnationis Verbi 1055, sua autem ordinationis 22. cum dececessisset,
 V. Theod.¹¹ successore auctore Deo illi dominus Theodericus Lobiensis coenobii monachus, a Richardo abbae¹² nutritus,
 et a Gerardo venerabili Cameracensi pontifice consequenter in sacerdotem ordinatus, litteris adspicere eruditus, quos
 etiam honestas decorabat moribus, adeo ut et ingenii viri et moralis probitate tam iuvenibus quam senibus ammirabilis et immutabilis habetur, et quod est difficillimum, gloriam sine iuvanda assecutus, omnibus indifferenter esset 15
 carus. Unde in philosophia famosus et pius concertatus a vicinorum congregacionum abbatibus ad regendas scholas
 evocatus, Stabuleus sub abbate Poppone, deinde, Virduni sub abbate Gualeranno, domum Richardi successore¹³, postremo
 Mosoni sub Rodulfo abbe¹⁴ tam studiis liberalibus quam probis moribus multos instituit, quos postea vidimus
 imitatores et assertores eiusdem magistri sui, viros honestissimae probitatis. Qui postea licen-
 tia abbatis sui Hugonis Lobiensis¹⁵ Hierosolymam adire conatus, sed per Pannoniam transire precepit. Romanus quasi 20
 per Adriaticum mare navigandus divertit, ibidemque praeferit spem¹⁶ Deodignum Leodiensem episcopum cum quibusdam
 sibi familiariter notis in ecclesia beati Petri inventit; quorum suggestione, immo pontificis amicae prohibitione ulterius
 progrederetur, cum eis patriam petiri, et inter redendum cuius esset scientiae gravitas et perfectionis prospectus¹⁷,
 a predicto pontifice monasterio suo honorabiliter est relocatus.

V. Theod. 3. 7. (11.) Non multo post Henricus imperator Deodinus episcopo indixit, ut sibi aliquem monachum ab abbate Ri-
 1055. chardo institutum procuraret, quem in Fuldis monasterio scolasticum praeficeret. Episcopus Theodericum, quem a
 Roma usque Leodium ad hoc fuerat expertus idoneum, a Lobiensi monasterio evocavit, secumque definiebat quasi leg-
 gandum imperatori. Evocatus interea ex edicto episcopali abbatibus et archidiaconis pro ordinando patre destitutus
 45 ecclesie beatii Huberti, adfuit et ipse cum ceteris, securus¹⁸, iudeo ipsius sibi agendas ordinatiois. Episcopo vero con-
 solente, quis haberet idoneum desolatae praeponi ecclesiae, Godiscaleus quidem honestas gravitatis per- 30
 sona, itemque Anselmus decanus sancti Lamberti, quorum vigebat permixima autoritas in huicmodi rebus disponen-
 dis, responderunt locuti prius cum consilio, talem providentiam bene convenire fratri Theoderico. Succlamantibus alia
 ad illos bene sensisse, ipse etiam episcopus in sententiam concessit voluntarie, et evocato domino Theoderico, ut abbas
 fieret omnibus coepit insistere. Ille econtra reniti poterat virtute, impossibilitatem suam et insufficientiam suam
 praetendere, imparem se tanto oneri reclamare, lacrimis etiam attestari cor a labio non distare. Episcopus econtra 35
 reuidentem cogere, convenut omnia incersere, ne divinae vocacioni et voluntati videretur obstitere. Tandem tantorum
 oppressus auctoritate et violenter attractus a Gonzone Floriensi abbe et Stephano sancti Laurentii, iunctum sibi
 Febr. 2. curam suscepit, et consecratus est abbas in purificatione sanctae Mariae semper virginis, sieque comitatus praedicto
 Stephano abate sancti Laurentii ad commissionem sibi ecclesiam concessit. Cuius culmen, cum de longe vidis-
 set, ut erat tunc hiems asperrima, in mediis nivibus ad terram procidit, et Deum adiutorem 40
 sibi adesse cum gemitu inclamavit, opertoque capite et nudis pedibus monasterium usque
 processit.

8. (12.) Exceptus a cunctis cum digno favore, studebat fratribus potius prodesse quam
 praeesse, et lucrandis animabus magis exemplis quam doctrinis insistere. Fuerunt autem
 quos ibi invenit fratres, videlicet Robertus senex, Ermenfridus decanus, Evarardus praecen- 45
 tor, Guillelmus praepositus, Alfridus thesaurearius, Lietbrandus camerarius, Lambertus organista¹⁹,
 47 Gualerannus cellarius, Robertus armarius, Stepinus exterior scolasticus²⁰, et
 interior Baldwinus, Lambertus, Guerizo, Engenulfus, Renuardus, Otto, Gualerus. Multo
 tamen vero adversatus ab hiis qui in veteri mente nova meditari cogebantur, licet patienter et
 tacitus eadem perficeret adversa, in entriendis et erudiendis et in convertendis etiam quos 50
 poterat sagaciter et constanter elaborabat. Entravit autem idem abbas inter multos quos ab
 infancia timere Deum docuit, Gislebertum eiusdem ecclesiae religiosum postea decanum, in-

a) ita 1. decaternam 1st; cf. *Ducange*. b) successor 1. c) ita suppedit Martene; deest spem 1. ibidemque post
 Deod. 1st. d) perspectus 1st. e) id 1st.

40) i. e. cognitionem de latrociniis. 41) vestigial in mercatu solutum. 42) „On appelle encore *Placeplaid* la place devant l'abbaye de St. Hubert, ou les plaid s'tenant“. R. 43) Virdunensi sancti Vitoni, viro incomparabili et multorum insignium monasteriorum reformatore, cuius acta habes apud Mabillonum saeculo VI. Bened. M. Lobiensem abbatem obtinuit a. 1020—1027. 44) obiit 1053. Ann. Laub. Eodem anno Deodinus Romanus fuit; v. Mon. SS. VII, 150. 45) i. e. nil suspiciatur. 46) Hic locus praesertim observandus, quia tunc rarissima in monasterio erant organa, que de re vide que diximus in Comment. in Reg. S. Bened. cap. 19. M. 47) Scholasticus exterior erat, qui exteriores in monasteriis scholas regebat, sive qui saeculares pueros disciplinis informabat: interior qui monachos. M.

scribindis et renovandis libris studiosum, Alfridum cellararium et custodem, et postea cellae Mirvoldensis priorem, Liebertum cellae Buloniensis priorem primum, et postea maioris ecclesiae praepositum, Arnulfum capellani. Quendam vero Lambertum nimis nobilitatem suam extol-<sup>V. Theod.
c. 3.</sup>
lentem cum patetur infestorem, non tamen defiebat ut respicaret^a exhortando, Deumque ut ei daret spiritum com-
5 punctum exorando. Hic innotulit apostolorum Petri et Pauli lecturus ad vigilias nocturnas, cum ante abbatem sine
reverentia inclinationis transire cogitaret, subito expavit se videre inter brachia illius puerum gloriose habitudinis, ab-
batis quidem bilateri congaudentem, sibi vero minaciter indigentem. Qui dom tremens vix in legendō subsisteret,
rediensque humillimanū inclinacionē abbati exsolvaret, mirantibus cunctis^b aedes resoluta est in lacrimis; ut nullo modo
cessaret a singulis et suspiris. Post vigilias effusus abbatis pedibus, confessus est peccata sua ad purum, petens ab
10 eo indicendum pro possidentis sibi exilium, voluntaria mendicitate a se transindum. Hortante vero abbate illum re-
mouere secum, et spoudente se illi in poenitentia collaboraturum, respondit, non sibi videri uile, cum quibus dolebat
se vivisse, velle^c amodo vivere, ipiusque loco quasi conscientia erroris sui nulla re amplius insesse. Sic ergo nequam ob-
stinatione salubri puniens, ferro per ventrem perque brachia et tibias vincut^d, prosequente illum abbatē cum lacrimis,
monasterium exiit, tandemque cum magno defectiope pedes Mosam deuenit; ibi quia tunc tempora rigebat regularis
15 districtio sub abbate Rodolfo, ab eodem retentus substitit, poste duo fero annos in luctu et poenitentia perseverans
obit. Cuius exemplo quidam ex iis qui in loco remanserant compuncti et sive salutis facili sunt sollicitiores, et abbatē
ad obedientiam subiectores. Lambertum de maxima paupertate ad magnam gloriam Dei gratia
suscitatum, aliquandiu ipsius ecclesiae praecentorem et scolasticum, postea vero Raginoldi
Remensis pontificis et Henrici abbatis precatu ecclesiae beati Remigii scolasticum, cardina-
20 nalem^e quoque et decanum, Fulconem praecentorem post eum, in illuminationibus capitalium litterarum et incisionibus lignorum et lapidum peritum, Gozelinum in scientia litterali
et consilio promptum, sed nullius terrenae administrationis cupidum, Guiredum Eberensis
cellae praepositum et post Theodericum II. ecclesiae abbatem ordinatum, Stephanum, Remi-
gium et Rodulfum praecipios in studio scriptorum, Gerardum post Guiredum Eberensem
25 praepositum, Quintinum et Heribrandum ammonium eruditos, sed a Theoderico II. nimis
immature curis exterioribus expositos, Herbertum pictorem immatura morte praeventum,
multum equidem dolendum, Guidonem scolasticum et praecentorem scientia et moribus in-
signem, Fulcuinum et utrumque Bernardum in ecclesiasticis utilitatibus bene valentes, Hugo-
nem quoque Maceriensem^f nobilitate et simplicitate laudabilem, Helbertum Leodiensem in
30 abaco et musica triumphantem, Raginerum Hoiensem, Alsemannum, Gualterum et Godefri-
dum, et fratrem Berengeri abbas Benedictum.

9. (13.) Conversi sunt sub eo monachicam vitam professi Albertus presbiter, postea Arduensis^g praepositus; Theodericus et ipse satis industrius Condrustri^h praepositus, et post eum abbas ab episcopo Henrico ordinatus; Lambertus major dictus in eadem ecclesia ab in-
fantia eruditus. Hic iam iuvenis a marchissa Beatrice Langobardiam ductus et apud Drogone-
mem Parmensem aliquandiu philosophatus, cum post interfectionem marchionis Bonefacii 1052,
patriam suam reverteretur, familiaritate eiusdem abbatis attractus, sub eo factus est mona-
chus; cuius consilium et auxilium quantum profuerit ecclesiae, vix olim posteris videbitur
credibile. Conversi sunt sub eo Berengerus et Adalbero, quorum uterque non multo post
40 functus est abbas officioⁱ. Inde Robertus canonicus ecclesiae Virdunensis, et post praeposi-
tus cellae Cunensis^j, Raginerus Maceriensis, postea praepositus cellae Pirensis, Obertus
Teutonicus qui ecclesiae quoad vixit Lesuram^k procuravit, ex ea bene natus, Everardus Dio-
nensis, Stephanus Namucensis, Emmo, Alardus, Ebremundus, Guarnerus et Dominicus
Hoiensis, Fulcaudus Montensis, pro bonis moribus cognominatus Iohannes apostolus, Fulche-
rus, Richerus et Gonterus Portienses^l uterque, Arnulfus Valentiniensis, Almannus, Godefri-
dus et Adelo Wavoracenses^m.

10. (14.) Hiis omnibus militantibus Deo sub disciplina regulari praerat abbasⁿ, quasi

a) respicente 1. 2. b) nolle 1*. c) Arduennensis 1*. e corr.

48) Haec erat olim poenitentia eorum, qui propin-
to quiores parentes gladio impetebant, ut ei eodem
ferro circulo confecto corpus poenitentis stringeret-
tur, ac peregrinari ad loca sancta, donec circulus
ferreus sponte esset disruptus, iuberetur. Quam
poenitentiam Lambertus tamquam spiritualis parri-
55 cida in se suscepit. MART. In vita Theod. hoc non
prorsus eodem modo narratur. Tamen ex ea totum
locum assumpisse videtur, qui fortasse hic non
bene a librario insertus est; nam mox sententiam
prius interceptam continuat. 49) Cardinales in
60 ecclesia sancti Remigii dicebantur septem monachi

ab abbate designati, qui soli ius et facultatem ha-
beant celebrandi maiorem missam, ex privilegio
Leonis papae noni qui ecclesiam dedicavit. MART.
vide infra cap. 46. 50) *Mesères*, ad Mosam.
51) *Le Condroz*. 52) apud S. Laurentium Leodii et
S. Vincentium Lauduni. 53) *Cons. R.* 54) *Li-*
ser. R. 55) *de castro vel pago Porciano, St. Ni-*
colas à Port, in Lotharingia. R. 56) *pays de*
Voïve, une des quatre divisions de Luxembourg. R.
57) Similia horum referuntur in vita Theoderici,
sed non prorsus convenient.

quidam dux industriae militaris. His⁴ omnibus omnia factus conformabat se singulis, donec formaretur Christus in eis, nec quenquam existimabat fortuna vel conditione, sed moribus et religione; et cum ab ineunte aetate religiose institutus modeste et caste vixerit, tunc hunc sibi usum vivendi continuandum instituit, ut nonnisi semel in die semper reficeret, tam parce tamen, ut continuatum esuriret, et hoc sine ovis et caseo et absque saginae condimento. In legitimis autem observationibus adventus et quadragesimae biduanis et triduanis ieiuniis se macerabat occulte. Praeter communem monasterii elemosinam duodecim pauperes cotidie alebat, quibus lotis pedibus et manibus, et refectione sufficienti impensa, satia humiliter tamquam Christo se eis in terram prostrabat. Vilissimo strato superiecto cilicio paululum quiescebat; ex quo latenter surgens communes vigilias semper anticipabat. Sicque 10

v. Theod.
c. 3.

genuflexionibus et orationibus cum lacrimis Deo se ipsum mactabat. Quadam autem nocte cum illo suo ipso vigilias anticipatae orationi incumbenter, ecce in similitudine cervae diabolus ei adiuit, et orationis eius intentionem pulsu pedum inquietare coepit. Ille revera cervam existimans, cum indignatione surrexit, perspectus utrum claustrum ostium negligenter aperium seru remansisset, per quod eadem cerva nocturno errore acta illo introiisse de proxima silva. Cervae eammodo praeceps modo subsequens acerrime impetrabat, donec uteisque venit ad claustrum 15 ianuam, quo diligeenter erat obserata. Tandem abbas obstupescens horrore diabolicae insectationis, cum erectus ad Deum oculis signum sanctae crucis illi opponere dicens: *Ecco crucem Domini, fugile partes adversae, cum tanto strepitu*

c. 4.

diabolus evanuit, ut omnes dormitoriorum fratum, sub quo tunc praedicta ianua era, videretur eruiri. Nec multo post dum lassus crebris genuflexionibus ante maius altare circa median noctem prostratus oraret, repente maxima lux per totam ecclesiam colitus emicuit, et cum ipsa luce columba mirae pulchritudinis apparet, omnes basilicas angulos iustrando 20 parvolare coepit. Quae cum singula sanctorum altaria laetis alarum plausibus et quadam suae voca dulcedine hilariter salutasset, postremo leni volatu aliapla que venerabilis vir iacebat, tandem supersedit, donec pulsatis vigiliis cum praedicta luce subtructa disparuit. Quod cum fratres qui in custodia monasterii excubabant vidissent, et in crastinum abbati quasi nescienti cum admiratione et laetitia retrahissent, ille eos cum indignatione redarguit, et ne aliqui quod vivaret hoc ipsum indicarent praecepit. Praeter canonicas horas, quas ut debitas diligenter Deo exsolvebat, 25 in veneratione beatae Trinitatis et gloriose semper virginis Mariae, itemque Petri apostoli omniumque sanctorum singillatim vigilias et omnes horas diei decantabat, et psalterium etiam inter noctem et diem ex integro percurrens, aut per se psallebat, aut qui pro se psaltreret procurabat. In cotidianis vero missarum sollempniis quibus gemnitibus quave cordis contritione Domino sacrificaturus assisteret, eius solius est approbare, cuius est omnium 30 hominum corda pensare. Cuius fuerit humilitatis in habitu, cuius gravitatis in incessu, cuius aequalitatis in vultu, cuius honestatis in actu, mirabatur non solum qualibet ecclesiastica dignitas, sed etiam fastuosa et aliis irreverens saecularis potestas; cuius et laudabiliter magnificabat absentiam, et humiliter honorabat praesentiam.

11. (17.) Evocatus saepe a religioso Annone Coloniensis pontifice, amica veneratione 35 excipiebatur, et apud tantum virum aliquandiu familiarissime remorari coactus, divinarum scripturarum mutuo relatu quasi in aureo Salomonis reclinatorio media caritate constrato delectabatur. Cui cum forte inter loquendum familiari iocunditate obiceret, quare quosdam barbaros suae parochiae trans Renum commorantes in quadragesimam ab ovis et lacte et caseo auctoritate pontificali non compesceret; respondit pontifex abstinentiam et religionem 40 ecclesiasticam se quidem omnino approbare, attestari et laudare: differentiam vero ciborum firmis in fide non multum obesse, cum Dominus in deserto per corvum Eliam paverit, non piscibus sed carne; saepius autem se id prohibuisse, nec praevaluisse: quod christiani dici paterentur multum se gaudere, nedum aliqua violentia absterret eosdem barbaros a christiana fide. Et quia eidem pontifici tanto erat abbas gratior, quanto apud eum constabat 45 honorandae virtutis locus amplior, numquam ab eo nisi munieribus honoratus redibat, quae et dantem et accipientem omnino decebant. Quadam vero vice idem abbas cum gratia orationis, tum etiam amore ductus pontifici Coloniam vadens, apud Iuliacum castrum a conditore Julio dictum voluit hospitari, ubi et in 50 mane missas celebratur ad ecclesiam processit. Mulier autem quaedam in eodem loco fenguebat, quae omnino cibis et potis privata et sompno, ipsos etiam propinquos quod vivere fastidiebat. Haec amonita est per noctem, quadam venerabili persona sibi vigilanti assistente, ut in mane ad ecclesiam delata, de manu abbatis ibidem missas celebratur panem benedictum peteret, seque eius orationibus secundum confidere. Parentibus languentem deferrentibus et abbati pro ea supplicantibus, abbas non solitus loqui nisi post explitionem posterius, aversione qua poterat reniti, signis et nutibus hoc non esse suum contestari; tandem convictus concurrentium lacrimis et precibus, quisque obicitas benedicens, in ore languentis misit; illaque statim recepto manducandi usu, convalescit. Abbas vitam humanas laudes, citius aufugit, 55 nec ulterius per idem nisi latenter transire voluit.

12. (19.) Si quando vero pro responsia ecclesiae domino Adalberoni Metensi episcopo se praesentasset, mirabatur postmodum ipsem in recolendo meminisse, qua se illi humilitate vir tantia nobilitatis et potestatis inclinaret, qua benignitate compulsum ad secum prandendum sedere collocaret. Cui cum forte inter prandendum deferrentur pirorum primitiae, 60

a) = Is.

coepit ea pontifex manibus attractare, saepius olfacta super mensam reponere, et quasi sibi optentu cuiusdam delectationis tangendo et non gustando, se in eis cruciare. A quibus se omnino continens, cum alii illa divisisset, abbas quod viderat fecisse episcopum diligenter notavit, et causam facti solus cum solo sedens humiliter requisivit. Ad haec episcopus altius suspirans ingemuit, et quia huius olim in inventu sua nimis delectatus se peccasse meminisset, respondit secum deliberasse, ut per quae peccasset, per haec et se ipsum abstinentio puniret. Aedificatus abbas exemplo huius abstinentiae gratulabatur multo tamen apud familiares suos, id sibi multum postea profuisse, et ne excederet per illicita ab ipsis licitus se constanter continebat.

10. (20.) Anno ^a incarnationis Verbi 1071. Dominus etiam Helinandus Laudunensis episcopus, eius familiaritate delectatus, monuit eum et adiuvit cellam unam in episcopio suo construere, videlicet ante Novum Castellum super Axonam⁵⁸, apud Eberneicurtem, ubi ab antiquo possidebat ecclesia beati Huberti quindecim mansos praeter terram dominicalem. Qui episcopus ex consensu Fulcardi et Ebali archidiaconorum suorum, totius quoque capituli ecclesiae Laudunensis, altare matris ecclesiae predictae viliae, substitutis illi aliis novem, in Briania unum, in Pugneicorte unum, in Mediana villa unum, inter Provasium et Provisionum duo, in Gugneicorte unum, in Iuvinicorte duo, in Ranleicorte unum, ad opus predictae contulit cellae, quae omnia ratis et firmis privilegiis, exclusis quoque eorundem altarium personis, habenda in perpetuum confirmavit beati Huberti ecclesiae in Arduenna sitae⁵⁹. Neo multo post deposita est ecclesiae Laudunensi vicissitudo huius donationis ab ecclesia beati Huberti, videlicet bibliotheca una totius veteris et novi testamenti. Hanc a domino Gisleberto noviter conscriptam Elinandus pontifex cum Losfrido Parisiensi episcopo Colonia rediens et ad nos divertens vidit, et laudantibus eam clericis suis concupivit, donatamque sibi in gratia specialis et perpetuae amicitiae inter ecclesiam Laudunensem et nostram opinuit. Fuit autem ei causa ad nos divertendi quasi cuiusdam iocosi^b eventus miraculi. Audierat abbas Theodericus utrumque pontificem per Hoium transire ut Coloniam irent, missisque ad eos litteris, mandavit ut per ecclesiam beati Huberti redirent. Litteris autem perditis in Leuga quae dicitur Mala inter Hoium et Leodium, cum post duodecim fere dies pontifices redirent per eamdem viam, obtulit eis viator quidam noviter inventas ibidem easdem litteras. Illi autem non sine miraculo divinae voluntatis secum reputantes rei eventum, nullo modo praesumpserunt praetermittere abbatis mandatum. Venientes vero abbas officiosissima processione excepti, per biduum retentos affluenter refecit, praesentatis inter prandendum ad iocunditatem ammirantium carpis^c et piscibus vivis. Postea digressos impensis ecclesiae Mosomum usque deduci preecepit, gratias agentes Deo pro expertise caritate, et probata in loco eodem nobili et venerabili religione, quam nisi oculis probassent, nullo modo, ut asserebant, narrantibus credidissent.

14. (22.) Anno Verbi incarnationi 1074. Phillipus etiam rex Francorum ab eodem ab 1074. bate rogatus, omnes capellas Novi Castelli, quod tunc tenebat, matre sue ecclesiae beatae Mariae quae est in Eberneicorte recognovit et reddidit, easque privilegio sue auctoritatis cum praedicta cella ecclesiae beati Petri et beati Huberti habendas confirmavit.

15. (23.) Anno Verbi incarnationi 1068. Arnulfo comiti Chiniacensi^d ex patrimonio suo 1068. provenerat cella Pirensis. Qui licet iuvenis, ductus tamen optimae fama et amore Theoderici abbatis, attractus etiam propter optimae religionis odorem sepulturam suam ibidem constituebat, praefatam cellam ecclesiae beati Petri et beati Huberti perpetuo habendam legaliter donavit, addens ei quicquid inter Marbais et Fanum^e sui erat iuris, ut latius continetur in privilegio facto eiusdem donationis. Abbas autem data commutatione praebendarum ibidem prius servientibus clericis, ex consensu domini Manasse Remorum pontificis pro eis monachos suos in eodem loco substituit. Idus^f eiusdem anni. Cum in gallicano gratia orationis intraret idem V. Thosd. c.4.

a) A. i. v. MLXXI. in 1. post episcopus scripta sunt. Scil. haec a margine in verborum contextum irrepsisse videntur.
b) iocundi superscr. vel iocosi 1. c) capris 1. d) nomen mensis desit.

58) Neufchateau, sur l'Aisne. — Brevis haec tanguntur in vita Theod. c. 3. §. 37. Postea a. 1082. Oct. 15. Elinandus sex de altariis illis S. Huberto donavit; v. privil. ap. Mart. et Durand, Coll. Ampl. 55 I, 501. 59) Brienne, Pugneicourt, Midicille, Provay, Provasi, Guignicourt, Iuvinicourt, Ranlicourt. La donation est rapportée par Bertholet hist. de Luxemb. III, 36 R. 60) Chiny, Comitem de Warck appellat auctor vitae 3, 37. ubi haec breviter tangit. 61) Marbais et Fanon. Literae donationis s. d. editiae sunt in Coll. Ampl. I, 472. et in Miraci Opp. Dipl. IV, 504.

V. Thend. abbas ecclesiam beati Hilarii⁶², contigit in ea candela divinitus accendi, ut ibi clareret advenisse filium lucis, ante
c. 4. cuius adventum ibidem lux coelestis emicuit.

16. (24.) Praedictus quoque pontifex Manasses ductus gratia religiosi abbatis, ex consensu clericorum ecclesiae Remensis altare beati Hilarii quod est in Guisliaco, cum capella Guarensi, altare etiam sanctae Mariae in Noviando⁶³ super Mosam dedit ecclesiae sancti Huberti, et exclusis in perpetuum eorumdem altarum personis, donum suum legitimis privilegiis publice factis et in conciliis suis recognitis confirmavit. Contigit autem non multo post, ut Adeladis p̄xor Arnulfi⁶⁴, soror autem Ebali Roceiensis, defuncta in introitu ecclesiae versus claustrum sepeliretur; Manasses quoque frater eiusdem Arnulfi divino flagello compellente monachus effectus, et post infra mensem mortuus ibidem apponetur. Erant praeter quatuor fratres, videlicet Hugo et Ludovicus, Rodericus et Riquinus filii Richezonis ex Liegarde amita Arnulfi comitis. Horum unus Riquinus ab Heribrando Bulionensi interfactus ad caput praedictae Adeladis est sepultus. Hinc erga locum facti devotores et Arnulfus et nepotes eius, nepotes quidem pro fratre suo dederunt ecclesiae quicquid habebant apud Linium et Carnetum, et quartam partem pontis quae erat eorum apud Gabelium⁶⁵; Arnulfus vero praeter cellam Pirensem, quam ut dictum est beato Huberto donaverat, remisit in perpetuum ecclesiae exactiones quasdam ab inquis ministris antecessorum suorum apud Gabelium rebus nostris impositas fraudulentius et iniuste, scilicet 40 modios avenae mensurae nostrae, et unam carratam foeni, alteram vero straminis, quae exigebantur ad pascendum equum comitis, quatuordecim etiam garbas culturae indominicatae, septem speltae et septem avenae, quae dabantur scabinis, et villico deputatum unum modium frumenti. Pontenarii quoque cum in transponenda decima iniuriarent ministros ecclesiae, meliores garbas violenter rapientes sibi, agente Theoderico praeposito in curia beati Huberti mandavit eos venire Arnulfus comes, ex optimatibus suis Riquinum et Algoldum, Theodericum et Albertum secum ibi habens, et indicta bannali evocatione totius Gabeliensis potestatis, adiuravit antiquiores et meliores interposito sacramento factae sibi fidelitatis, ut edicerent ei veritatem huius consuetudinis. Illi locuti cum consilio responderunt comiti per Rodericum praepositorum et Gobertum villicum, sicut erant adiurati, exactiones istas ab inquis ministris dominorum esse inventas et iniuste et fraudulentius ecclesiae impositas, et ideo iudicio eorum si iustitia servaretur omnimodo ad nichilandas. Hiis comes auditus, Vigonem magistrum scabinum garbas acceptas ex cultura dominicali videntibus cunctis proprio collo fecit referre et repone in horreo beati Huberti. Quaedam vero venna, quae apud eos dicitur radius, in Huia⁶⁶ habetur, et quaecumque captura piscium ibi provenerit a nona dominicae noctis usque ad vesperam sequentis diei, suum⁶⁷ est ecclesiae nostrae ex consuetudine veteri; et quando idem radius firmabatur⁶⁸ a villico nostro, exigebat sibi obsonium comitis villicus. Has omnes in iusticias ne amplius a quoquam exigenterunt, bannali auctoritate comes interdixit, pontenarii constituens de unaquaque carrata transponendae decimam unam garbam accipere, et si quid minus fuerit de integra carrata, dimidiā illi^b provenire, sicut placuerit ministro ecclesiae, et hoc sine ulla decertatione. Deinde comes pro hiis et aliis iustitiis^c, quas vel a se vel a suis recognovit factas ecclesiae, culpam suam confessus est publice, et Ottone filio suo secum deducto veniens ad monasterium, Floherimontem⁶⁹ cum familia et molendino donavit beato Huberto legaliter habendum. Filii quoque sui dextram super maius altare beati Petri applicavit, et ut omnia quae eidem ecclesiae donaverat, vel iustitas exactiones et consuetudines quas annullaverat, ipse etiam iure iurando ei confirmaret proprio ore iuraturo dictavit, praesentibus ibi quibusdam optimatibus suis. Gabelium autem semel in dicendo ingressi, videatur utile notificandum posteris, licet praecoccupato ordine narrandi, quid ibi contigerit tempore domini Henrici episcopi. Omnis decima ubicumque iaceat intrahannales terminos totius Gabellii, constat esse ab antiquo ecclesiae beati Huberti. Apud villam vero Fiscalium⁷⁰ excisis in foreste sartis, secunda ibi provenerat messis. In hanc irrepererat latenter Raguenus eiusdem

a) omnino 1^o. b) illis 1^o. c) iustitiis 1.

62) in villa Piros. 63) *Guillaies, Wareq prope Macey, Nowion - sur - Meuse.* Privilegium ediderunt Martene et Dur. Coll. Ampl. I, 499, datum a. 1079, sed alterum prius datum extitisse oportet, nam ex fine capituli apparat, haec gesta esse ante tempora Heinrici ep. Leodiensis, qui sedit a. 1075 — 1091.

64) com. Chinincensis. Roceium est Roussy, ad

Axonam. 65) *Ligny, Carnière, Givet.* R. 66) *La Houille*, affluent de la Meuse qui prend sa source au dessus de Gediane R. 67) i. e. proprium, modo loquendi in hoc opere passim obvio, ut e. 19. in fine, c. 27. initio 68) *fermer.* 69) *Flohimont.* H. 55 70) *Feschauz.* R.

villae presbiter, decimam sartorum sibi conatus abstrahere; unde cum viginti garbas abstulisset, Theodericus superveniens praepositus illi cum maxima indignatione quod inventum resuum decimae constanter induxit horreo ecclesiae, eumque ad episcopalem audientiam edixit secum venire. Evocatis autem antiquioribus vicinis, episcopo apud sanctum Hubertum comparsis moranti uterque se praesentavit; ibi coram illo sacramento veridicorum comprobata veritate, iudicio Bosonis archidiaconi Raguenus presbiter publicam iustitiam fecit Theoderico abbatii, et iussu episcopi decimam quam abstulerat suo vehiculo reductam propriis manibus in horreo ecclesiae reposuit.

17. (24.) Namucensi⁷¹ comitatui, licet iniuste, subiacebat centenaria iustitia Anseromiae,⁷²
 10 et vicecomitum violencia affligebatur nimis ecclesiae familia. Acturi causas huius exactiois
 Guillelmus de Virvia cum Hermanno et fratre eius Rodulfo de Houhaia⁷³ die condicta illo
 converunt, et in dominicali curia porcum unum invenientes in coenam suam occidi et
 parari iusserunt. Bullentes carnes satis multus ignis suggestus coquebat, sed nullo modo
 decoqui poterant, et ministris de more attemptantibus eas, cruditatem suam et sanguineum
 15 horrorem ingerebant. Coenaturi domini cum taedio afficerent huius expectationis, carnes
 illas qualescumque essent sibi iusserunt apponi, sed coena eadem illis ultima fuit: nam Guillelmus a daemonio arreptus et Virviam in gestatorio relatus miserabiliter expiravit; Heri-
 mannus vero et Rodulphus aliquamdiu cum nimio dolore superstites defecerunt sine poenitentia
 et divina recognitione. His probatis Albertus comes Namucensis cum in Arduenna silva c. 1066.
 20 moraretur gratia venandi, et veneratione loci diverteret cum uxore sua Ida, quae prius fuerat
 uxor ducis Frederici⁷⁴, ad ecclesiam beati Huberti, Theodericus abbas praedictum comitatum
 Anseromiae optimius ab eis perpetuo remittendum ecclesiae. Ea tamen conditione^c interpo-
 sita huic remissioni, ut viginti modios avenae nostrae mensurae praepositus Anseromiae quot
 annis exsolveret comitatum, villicus vero villae de unaquaque domo eiusdem potestatis mo-
 25 dium unum avenae exigere pro praedictis modis viginti reponendum dominicali curiae. Et
 haec conditio firmata est maxime poscentibus villanis, qui per exactioem comitatus nimis
 gravabantur ab extraneis. — Hoc etiam tempore^b Willelmus comes Normannorum debellatis
 Anglis factus est rex eorum; qui ne ingratis esset honoris a Deo sibi collati, per coenobia
 30 totius Angliae undequaque evocatis praceptoribus religiosis, ordinem perfectas religionis vel
 instituit vel reformavit, et per exterioris amministratiois^e leges publicas ad civile decus ex-
 colavit. Idem rex ut erat largus in donariis, cum in sollempnitate pascali militem quemdam
 videret cum offerentibus non offerre, evocatum interrogavit, cur non offerret; illo respon-
 dente sibi deesse quod posset offerre, rex centum libras denariorum illi iussit deferri; quas
 35 ille in clamide sua susceptas sine retrahione super altare omnes Deo obtulit. Miratus rex
 cum ceteris astantibus fidem offerentis, quicquid pascalis munera sibi eodem delatum est,
 militi restituit. — Britannico^d cuidam clero Marbodoni, cum recumberet ad prandium Guil-
 lelmi regis, delata est ad bibendum argentea^a navis; quam dum in manu teneret, talem de
 illa versum dixit:

Nec pice nec clavis eget haec argentea navis.

40 Hugo Lingonensis episcopus⁷⁵ Hierosolymam iturus, ad expetendum viae subsidium eundem
 regem adiit, eique quasi ad decentem gratiam huiusmodi salutationem praesentavit:⁷⁶

Si quis in ante videt qui te circumspicit, ex te

Colligit, ante comes, rex modo, caesar erit.

Quae laus multorum favore exposita et commendata cum placuisse regi, longum est me-
 45 morari quot et quantis donis episcopum honoraverit. Idem Hugo cum puerum quemdam
 ordinasset exorcistam, Hugo Lugdunensis archiepiscopus et Romanae ecclesiae legatus eam-
 dem ordinationem nimis indiscretam iudicavit, ipsique puer acceptos semel gradus
 sua ordinatione iteravit. Hanc injuriam sui episcopus mordaci ioco removit, et huiusmodi
 sales archiepiscopo in faciem reicit:

50 *Si veteres renovare gradus ut carmina nostis,
 Unde reum me quisque meus praetiudicat hostis,*

a) conditio 1. b) deest 1. 1^o. c) amministratio 1. d) Britannico — navis post psallere digne collocata sunt in 1.
 sed per litterarum signa transposita. e) aureo superscr. vel argentea 1.

71) Haec usque ad remittendum ecclesiae etiam in- 73) Lotharingiae, qui obiit 1065. 74) alio no-
 ter Miraculo S. Huberti c. 98. leguntur, ubi ex no- mine dictus Rainardus 1065—1085.
 stro addita esse existimat. 72) Vieroe, Hontheye R.

*Iam video quod quicquid ago mutare potestis;
Sed doleo quod non valeo vel nosse quod estis.
Si priscæ pietatis amor vos delinuisset,
Et servum qui vester eram non deseruisset,
Pro pueri licet eximio non esset agendum.
Pontificem sine iudicio sic destituendum,
Quid latuit? quae causa fuit? fuit utilis ordo.
Per me qui quartus, per vos fuit in decachordo.
Iam decimare quod est poterit, nullumque benignus,
Tres poterit praestare gradus et psallere digne.*

75. 18. (26.) Gozilo comes Bohaniæ⁷⁶ apud Marliadam dominicalem domum violenter fregit, et ad placitum suum, abusus ibidem quibusque inventis, res etiam ecclesiasticae familiae satellitus suis diripiendas permisit, et cum coenatus protraheret noctem iocis et sermonibus, 1064. repente percussus ultione divina in ipso crepusculo finivit vitam. Uxor eius Ermentrudis de commissio domini sui humilem satisfactionem beato Huberto et abbati per optimates suos 15 mandavit, et ut ibidem corpus eius sepeliretur expetiuit. Abbas ex consilio fratrum et satisfactioni et petitioni annuit, sepultoque Gozilone, Summeium allodium cum matre ecclesia et familia ab Ermentrude uxore illius, et Conone, Rodulfo, Widone et Henrico filiis eius, leganter ecclesiae donatum acquisivit⁷⁷. Sub eodem tempore simul coepta est fieri octo turrium corona, et quae in prato est in honore beati Aegidii ecclesia, murus quoque circa monasterium qui nimia vetustate paene totus corruerat, claustrum quoque et crypta.

19. (27.) Adeladis comitissa Araeleonis fuerat filia nobilissima ducis Theoderici, soror vero Sigifridi⁷⁸ patris marchissae Beatrixis. Huius quidam cubicularius a rabido cane morsus et infectus, solum quod supererat ei remedium salutis, ad beati Huberti patrocinium confugit. Eius enim apud Deum meritis habetur in loco eodem singulare privilegium probatae virtutis, 25 ut si quis infectus morsu rabidi canis aut lupi aut cuiuscumque insanii peccoris, illo confugiens incisus fuerit, ritumque eiusdem incisionis servaverit⁷⁹, sine dubio evadit periculum certissimae mortis. Et ut per excessum vera probemus esse quae dicimus, vidimus ipsi nostris temporibus duos iuvenes de pago Hasbanico, qui infecti a quadam cane rabido, ne ad meritum beati Huberti confugerent seducti sunt a quadam presbitero; promisit vero eis 30 quibusdam incantati sibus et medicamentis certitudinem sanitatis, acceptoque inde commodo, fecit eos persistere domi, confugientibus aliis ad ecclesiam beati Huberti, qui videlicet ab eodem cane fuerant infecti: quibus sanis redeuntibus, praedicti iuvenes furis et doloribus vexati coeperunt insanire, ut lupi ululare, ut canes latrare, vixque ad monasterium deducti et ibi mortui, videntibus et audientibus incusserunt metum maximi horrois. Sed hoc per 35 excessum. Praedictus autem cubicularius Adeladis ex more incisus et soluto capitalio⁷⁹ servus sancti effectus, ad missam matutinalem deductus est communicandus. Intuitus autem fratres ordinatae et reverenter consistentes, inclinato capite, nusquam oculos declinantes, eorum in offerendo ordinatam successionem et devotionem, in eundo et redeundo compositionem gravitatem, ammiratus est in eis, ut erat vir saecularis, quasi quamdam imaginem mortificationis; reversusque ad dominam suam, quae viderat ei renuntiavit. Illa quantocius missa legatione ad abbatem, magnis precibus ut ad se veniret optimuit, veniensque nuntium adventus sui ad cornitissam praemisit. Viso nuntio mulier virilis animi, et quae conscientia propriae nobilitatis nullius curabat dignitatem vel personam eius temporis, surrexit velociter ut occurseret abbati; mirantibus filiis eius Fulcone et Guaderanno quae esset apud eam novitatis huius 45 veneratio; eorum sustentata brachis obviam processit abbati, visumque cum iam ab ea posset audiri, inclinato capite humillima salutatione honoravit; et cum post orationem licentius alloqui eum posset: *Gratias, inquit, ago tibi, venerabilis pater, cuius filiorum tantam audi*

75) *Béogne* dependance du bourg de Rochefort. seritur particula stolaie S. Huberti, quam linea ad qui étoit le cheffien du doyenné Bohania; *Marloye*, R. frontem alligato per novem dies morsi deferunt, 50 76) dipl. edidit Bertholet III. Preuves p. 29. 77) imo certam interim vivendi rationem observantes, in Frideric; vidua Waleranni com. Araeleonis sive dubie sani revertuntur. Huius etiam ritus meminit Arlunensis. 78) Hactenus perseverat apud S. Hubertum ille ritus incisionis, *la taille*. Nimirum a dubie sani revertuntur. Huius etiam ritus meminit auctor libri miraculorum S. Huberti, cap. 14. apud Iohannem Roberti. M. 79) La prestation demandée à toute personne taillée, qui obtenait le titre de *pelerin de St. Hubert*. R.

religionem, tamque rarum huius nostri temporis sanctae opinionis odorem. Cumque renumeraret quae retulerat ei cubicularius suus, et per mutua aedificationis colloquia aliquamdiu in Domino delectarentur, obtulit abbatii ecclesiam de fisco Anslaro.⁸⁰ perpetuo habendam in usus fratrum, praefatis filiis eius laudantibus et confirmantibus hoc idem donum. Videns abbas copiam magnorum lapidum in fundamento veteris quandam civitatis, nunc autem pro castelli moenibus abbreviatis, sugerente Lamberto maiore, ex eisdem lapidibus ecclesiae donari excepti quantum sufficeret ad aedificationem cryptae vel claustrorum. Libenter illa quod petebatur concessit; sed et operarii ecclesiae, quamdui ibi morarentur, et hospitium et victum promisit. Respondit abbas gratias Deo omnipotenti, Adeladi, et filii eius reverenter valedixit, et ad monasterium rediit. Moxque a Leodio caesoribus conductis, cryptam et claustrum in praesentem statum compositum, advectis ab Araleonis columpnis cum capitellis et basibus suis et altarium mensis. Auxit etiam oratoria a dextris et a sinistris ecclesiae; et a dextris quidem memoriae beatae Mariae ad medium altare novae cryptae transtulit, et ibidem altare sancti Stephani protomartyris substituit; a sinistris vero memoriam beati Martini ut fuerat reliquit, ibidemque extrinsecus novum oratorium exstruxit, quod dicitur ad sanctam Ierusalem. eo quod dominicae sepulture et resurrectionis continet expressam similitudinem. Illuminavit quoque oratoria quae exstruxerat pulcherrimis fenestris. quodam Rogero conducto ab urbe Remensi, valenti admodum viro et promptissimo huius artis et peritissimo. Aedificavit et altare in honore sanctae et individuae Trinitatis ad pedes beati Huberti, ubi et maxima sanctorum pignora depositum. Quae omnia non multo post Henricus episcopus, assumptio secum Francone Bellagradensi pontifice⁸¹, qui secum tunc temporis morabatur Leodii, in magna gloria et laetitia dedicavit. Perfecit etiam praedictus abbas tabulam auream ante manus altare, quod est in honore beati Petri apostolorum principis, quam olim cooperat Albertus abbas, occasione conterendi calicem unum aureum librarum viginti, qui eotenus permanserat in loco, donatus olim beatō Huberto a Ludovico Pio Karoli Magni imperatoris filio. Plura autem donaria non tantum in argento et auro, verum etiam in auro textis ornamenti et librī, tam a praefato principe, quam a Gualcaudo pontifice eidem loco collata fuerant, que vel inhabitantium simplicitas, vel extraneorum abbatum⁸² aut praepositorum dissipavit temeritas, aut asportavit per abusionem et cupiditatem effrenata impudenter licentia. Sed et ipsi nostris temporibus vidimus quosdam, quos nec nominandos censuimus, qui quasi occasione non curandae vetustatis multa incenderunt ex eisdem auro textis ornamenti, re autem vera hoc moliti cupiditate auri exinde rapiendi. Quid de librorum dispersione vel distractione memorandum, cum et ipsum auro scriptum psalterium, quod Ludovici imperatoris fuerat proprium, eius imagine in principio insignitum, apud urbem Tullensem fuerit venditum, quasi in extera provincia securius ibi celandum. Divina tamen dispositio restituit illud ecclesiae suae hoc modo. Mater domni papae Leonis IX⁸³ venale illud inveniens emit, et eidem filio suo tunc Brunoni, ut in eo psalms addisceret dispensavit; sed cum in alio qualibet psalterio et plane legeret, et facile quod discebat redderet, in illo tantum incurrebat tales offensiones, ut nimis taedia a lectione videbatur deficere. Nolebat enim Spiritus sanctus cuius electionis vas idem puer futurus erat, ne alicuius sacrilegii contactu vel ignoranter contaminaretur. Mirante vero matre sic filium in psalterio adversari, audivit vulgante fama fuisse illud ecclesiae beati Huberti, et multiplici anathemate per diversas regiones publicam eius quaestionem fieri. Nec dum morata ad locum properavit, puerumque secum deduxit, et absolutionem huius suae ignorantiae humiliter expostulans, psalterium ecclesiae reddidit. Obtulit etiam pro satisfactione librum unum sacramentorum, qui postea donatus est ecclesiae beatae semper virginis Mariae, quae sua⁸⁴ est beati Huberti apud Gabelium.

20. (28.) Thieboldus advocatus ecclesiasticam familiam quibusdam novis iniustitiis opprime volebat; quod quia abbatte viriliter obsidente evincere non praevalebat, ut se de eo vindicaret, occasiones quaerebat. Unde et ad ducem Godefridum maiorem se contulit, utque ad firmandum vallum castri sui Bullonensis exigeret iniustum angariam de hominibus sancti

a) ita 1. sed postea constanter Buloniensis.

80) Antler. R. 81) Qui hic fuerit, nusquam inventi; eo nomine episcopi Albarum Maritimorum, Andaginense monasterium rexisse feruntur. 83) Heilwilde vocatur a Wiberto, commissa ut ferunt Dasingensis. 84) i. e. propria.

Huberti, importune suggestit. Dux interim ne abbatem, quem humiliter verebatur inquietaret, tunc quidem siliuit, donec ad monasterium veniens se ibidem excipi petuit. Exceptus cum honore et per biduum detentus ab abate in loco substitut, et inter loquendum suggestionem Thietboldi, ipso quoque praesente, abbatii retulit. Abbas evocatis Heribrando seniore castellano, et Engone, Gualtero, Roderico et Hugone, perorante Lamberto maiore antiquas 5 provinciae consuetudines, rei veritatem diligenter investigavit, et testimonio praedictorum principum omnem familiam ecclesiae, quae vix sufficeret in restituendis et continendis officiis et munitionibus monasterii, huius exactionis liberam esse constanter coram duce comprobavit. Ad haec Thietboldus dum vellet abbati obsistere, dux malitiam eius intelligens, ut erat vehementis animi, in eum indignatus graviter: *Haec est, inquit, tua erga me fidelitas, ut meo 10 peccato iniquitatem et cupiditatem tuam exples, dum mendacio tuo me provocas peccare in Deum et in eius familiam.* Et sedens ut solebat in auditio publici iuris agendi, consilio et testimonio legali, iudicio optimatum suorum hanc sententiam constituit, et ne aliquando removeretur a qualibet persona, firmavit ut omnis familia ecclesiae ab hac exactione in perpetuum amodo libera esset, sive eam deberet, sive non deberet. 15

1074. 21. (29.) Anno 1074. Sub eodem tempore orta contentione inter abbatem et advo-
85 catos de comitatu abbatiae, in praesentia ducis eiusdem filiique eius Godefridi omnino ad-
dicatus est et confirmatus abbatiae et ecclesiae eiusque ministris, prout illi placeret.

22. (30.) Tribus per annum oblationibus circa festum beati Iohannis baptistae ecclesia
beati Petri et beati Huberti sollempniter honoratur, quae vulgo cruces Falmenienses⁸⁶, Pala-
tienses et Arduennenses dicuntur. Quibus autem necessitatibus compulsi provinciales has
consuetudines Deo et beato Huberto devoverint, quibusque probatis consolationibus legaliter
sibi firmandas in perpetuum instituerint, qui latius addiscere voluerit. relegat textum mira-
87 culorum praedicti patroni⁸⁷. Has edicto Ludovici Pii imperatoris filii Karoli Magni et syno-
dali banno Gualaudi Leodiensis pontificis ibideum novimus addictas et certis finibus legali 23
1075. firmato privilegio determinatas. — Anno 1075. Nostris autem temporibus Godiscalcus
abbas Hasteriensis⁸⁸ Palatiensis crucis frauduleenter temptaverat imminuere, et muneribus
presbiteros villarum seducens, Harneas, Gabelium, Wilerceias, utrasque Bursivas et utras-
que Letires, Nevies, Gedinam, Granthes⁸⁹ detrahens nostrae, suae attraxerat ecclesiae. Hanc
eius praesumptionem compertam abbas Theodericus graviter tulit, et ut inde sibi responde- 30
90 ret in concilio presbiterorum Grades⁹⁰ denominato per Freduardum decanum evocavit. Ibi
Godiscalcus praesente Bosone archidiacono, Ernetboldo altaris advocate, convictus iudicio et sub
clamatione totius concilii, ecclesiae beati Huberti quod suum erat ab antiquo publice recognovit;
assurgensque Theoderico abbati iustitiae vadium ei per manicam tunicae suae porrexit, pro
quo et vades decem librarium exactus depositus, et sic deinceps a praesumptione sua cessavit. 35

1069. 23. (32.) Dux Godefridus in Italia infirmatus, et exinde Bulonium revectus, cum iam de-
cf. Ann. Bertholdi. speraret vitae suae, missis ad abbatem Theodericum legatis, satis humilius, ut se visitaret
expetiit. Neque enim processus erat eius de monasterio facilis, maxime vero gratia alicuius
personae saecularis. Tandem ad eum ingressus, cum tantae prius potestatis virum ita videreret
affectum, elevatis oculis ad Deum: *Tu, inquit, humiliasti sicut vulneratum superbum.* Dux ad 40
verbum abbatis compunctus: *Pater, ait, karissime, nichil verius.* Et erumpens in lacrimas, vix
prae singulis conatus eloqui, puram confessionem pro expectatione mortis Deo coram
abbate reddidit, eaque redditu gladium suum sibi deferri iussit, quem assistente filio suo Go-
defrido, continuato gemitu poenitentiae, abbatii reddendum praesentavit, eumque sibi testem
futurum in iudicio Dei pro abrenunciatione militiae saecularis satis humilius, magis vero 45
dolenter inclamavit. Quantas autem lacrimas ab oculis circumstantium excusserit tanti doloro-
spectaculum, pensandum potius censimus, quam referendum. Cuius enim cor non emol-
85) Sed is obiit 21. Dec. 1069. Itaque annus initio Priquette vocant. Ultra hos autem pagos ad idem
positus falsus est. 86) Famene, Paliseul, Ar- tenentur infra scripti eiusdem decanatus Gradenis,
denne. R. 87) cap. 6. ubi a. 837. instituta esse vid. Paliseux, Villance, Maissey, Vencymont, Ichon-
dicuntur. 88) coen. Hastieres ad Mosam, d. Leo- ville, Ochamps, Offaigne, Sansareus cum appendi-
diensis, et Walciodorensis, cui illud subiectum erat; cibus, Bouillon, Noirfontaine, Crufos, Brihan, Vey-
v. Miraei Opp. Dipl. I, 343. 89) Hancar verti- mont (sic), Bothasart, Belhauz cum appendicibus,
Harnie, Wileusie, unde alia manus fecit Villerey, Fays les Veneurs, Assenoy, Graide, Riende, Hoffays,
Borsinne la velle et neuve, Loitte, Naome, Gedine, Oisy, Gembre, Bievre. 90) nunc Graide, a 8. 55
Grandhes; et addit: Nota. Itos pagos teneri ad Huberto ad occidentem; nomen dedit decaniae Gra-
solutionem annuqm caseorum ac oboli quem vulgo densi, in qua villes Vilancia, Palatiolum etc.

liret, cuius vel inhumano affectus non inclinaret poenitentia tam devota, tamque humilis 1069.
 illius quondam nominatissimi Romanae urbis patricii, et praefecti Anchonitani, et Pisani marchionis, et totius interiacentis Tusciae et Itiae dominatoris, invicti quoque Virdunensium comitis et Lotharingiae ducis, Henrici etiam imperatoris per tot annos acerrimi impugnatoris.
 5 Nec multo post ad ecclesiam beati Petri trans pontem sitam iussit transportari, prosequenti bus eum abbate Theoderico et Gonzone Florinensi et Hermendo Virdunensi filioque Godefrido cum optimatibus suis. Ibi sibi deferri iussit capsam eburneam, quae fuerat Bonifacii marchionis, pleham pretiosis sanctorum reliquiis, inter quas eminebat portio magna domini cae crucis, et gestatorium altare papae Iohannis. Ea accepta in manibus coram altare beati 10 Petri, sine aliquius sustentatione in pedes libere constituit, et praedictam capsam tenens re censuit ex ordine, videlicet ex edicto Alexandri papae separatum se esse a marchissa Beatrice, et pro eiusdem separationis conditione structurum se congregacionem monachorum de communibus possessionibus utriusque Deo devovisse. Eadem quoque possessiones amborum consensu denominatas praedictum papam auctoratis suaे privilegio confirmasse, quocumque sibi placeret illas addicere; et quia prægravatus infirmitate id per se ipsum exequi non posset, orare Theodoricum abbatem, ut huius sui voti curam exequendam pro se susciperet. Erant vero ipsae possessiones fere omnes militum stipendiariae, qui licet palam non aude rent duci eas sibi ratihabere contradicere, pro hoc ipso tamen submurmurabant inter se cum maxima indignatione. Sensit abbas ducem frustra niti quod intendebat, cum intelligeret sub 20 murmurantium calumpnias, praesertim cum ex ipsa filii eius quadam aduersione notaret erga patrem iam laesa pietatis imaginem, unde et ametando⁹¹ longius absens, respondit duci quod rogabatur se exequi non posse, alium potius quereret, quem votis suis procurandis substitueret. Nec latuit ducem quod abbas timeret, et in clamore filio cum amaritudine obie cit ei, cur tam impudenter erga se violaret iura naturae, cur adeo prodidisset se degenerasse 25 ut saluti paternae deficeret in hac suprema necessitate; non debere eum praedam facere sceleris sui pauca illa quae destinabat redemptioni animae suaे, cum ei plurima relinqueret parata suo labore. Respondente filio in nullo se defuturum eius voluntati: *Accede, inquit pater, da osculum michi in conditione servanda huius tuae fidei et promissionis, interposito testamento vitae tuae et honoris.* Sic abbas iterum iterumque reclamatus ab utroque, cum veram esse crederet, quam viderat inter patrem et filium pactam sponsionem, iam non dubitavit conclamantibus^b adesse, ne videretur fructum poenitentiae peccatoris de se confidentis quantum in se esset aliquo modo defraudasse; et propius accendi: *Karissime pater, dux inquit, per hanc capsam, et ei porrexit illam, committo tibi huius meae devotionis curam, ut in salutem animae meae pro posse tuo exequaris eam.* Ad filium autem: *Tibi, inquit, edico in 35 fide debita et promissa patri adiutoriorum, cooperationem et defensionem huius executionis secundum ammonitionem istius abbatis, dextramque eius astrictam implicuit dextrae filii; praesentem etiam ecclesiam beati Petri apostoli, quae mei est patrimonii, delego in perpetuum constituendis in ea monachis, matremque eius Saltiacum rivum confirmo eorum ditioni, exclusis omnino haec tenetibus eam clericis.* Praeter possessiones vero quas huic meae devotioni privilegio 40 et auctoritate Alexandri papae confirmavi, ex consensi coniugis meae Beatricis, tuo quoque, mi karissime fili, et sponsae tuae Mathildis, in auro, argento variisque ornamentis, censem mille librarium rerum mearum mobilium aggregavi, quae vestrae committo fidei, ut huius ecclesiae proficiant utilitati. Haec omnia a patre condita et a filio laudata, abbas, ut erat simplex et rectus, credidit esse rata, omnique dilatione remota collocavit ibidem deservire Deo satis 45 honestas personas maioris suaë ecclesiae, scilicet Alfredum custodem, Lambertum majorem, Liebertum postea sub se eius loci praepositorum, Arnulfum capellanum. Quorum religioso et honesto conventu dux adeo consolabatur, ut licet infirmitate sua semper increscente gravaretur, auditis campanis quibus horae canonicae monachico ritu significabantur, eiusdem infirmitatis quasi oblitus, quadam mentis hilaritate recrearetur. Interea cum vitae suaë funditus 50 diffideret, Virdunum se devehendum statuit, ubi olim se condixerat sepeliri gratia satisfaktionis, ex quo eamdem civitatem succederat in contumelia Henrici imperatoris⁹². Praefixa vero die suaë huius evictionis, fecit se primum deferri ad ecclesiam beati Petri⁹³, ubi se commendans eius patrocinii, simulque abbatii et fratribus ultimum vale faciens cum lacrimis, iussit sibi prandium in domo bannalis furni parari. Quo devectus, prosequentibus eum abbate

55 a) que 1. b) in clam. superscr. vel concl. 1.

91) recedendo quasi a meta. 92) a. 1047. 93) Balloni.

1069. et filio multisque ex suis optimatibus, cum electo a se loco coram furno deponeretur: *Huius, inquit, officinae semper procurare esse debuisse, si michi propriae divinitas tot mala quae gessi parceret voluisse.* Quo cum refecisset convenientibus ad se mendicis — ex quo enim coepit infiri ari, nullos convivas nisi pauperes habere voluit — ipsam bannalem officinam furni legali donatione beato Petro contradidit, ut in perpetuum deserviret monachorum utilitati, licet hoc frustra, sicut et alia omnia paene fecerit. Nam ab abbate, ut destinaverat, Virdunum deductus, cum adhuc vivens ibidem moraretur, quaecumque promiserat ei mentitus est filius, et in dampnum vitae sue et honoris oblitus est misericordiae et veritatis. Factus enim iam potens hereditatis paternae, dissimulavit meminisse quid se praesente et laudante deputaverat pater redemptioni animae suea. Suggerebatur ei a quibusdam suorum re vera infidelium, quasi ad gratiam, non debere eum perdere militum suorum amicitiam, in manu eorum suam constare valentiam, defecisse patrem suum a sensu proprio in extremis, consuleret potius rebus suis, quam illius obtemperaret deliramentis. Sic deductus a sententia servandae pietatis, de disponenda elemosina patris interpellantem se abbatem callide suspendit, quamdiu quidem pater supervixit. Supervixit vero fere per mensem. Virduni 13. Kalendas ¹⁵

^{Dec. 21.} Ianuarii terribiliter caelum intonuit, et in crastinum vita cessavit. Tunc tandem junior Godefroidus qui esset apparuit, et recurrente ad se abbate pro testamento ordinando defuncti patris, non tantum consilium et auxilium suum illi negavit, sed etiam minis et iniurias a se absterrendum ^a putavit. Inferens instanti, hoc negotium non eius temporis esse, nunc non suam utilitatem convenire monachicam congregationem disponere, et militiam sui ducaminis ²⁰ postponere; quae illi pater curanda commiserat bene curaret, alterius intentionis curam se actitare. Talem tamque subitam rerum commutationem abbas obstupuit, et quasi monstrum sic a se diversum indignatus exhorruit. Ne tamen per hanc repulsam videretur defecisse a promissa fide servanda, Heribrandum seniorem ceterosque pares castri, quos fidelius ducem coluisse meminerat, interpellavit, ut secum de negotio patris Godefroidum adratiocinarentur ²⁵ eos conduxit. Ille tandem pudore convictus, respondit possessiones denominatas, quas milites ²⁴ tes sui stipendiarias tenebant, se nec velle nec posse subtrahere tenentibus, Astinetum ²⁴ vero cum banno et comitatu et omni familia et quaestu, et denominatam partem Chevoni, bannalem quoque cambiam Buloniensis burgi, quae nullius erant feodi, elemosinae patris sui se recognoscere et confirmare, relictum vero thesaurum rerum eius mobilium in praesentia ³⁰ eorum se velle cum abbatे dividere; hoc illi iam sufficeret. nec se amplius super hiis molestaret. Adhortatus abbas ut interim que concedebantur susciperet, neque iuvenem quandoque meliorandum exasperaret, exhortantibus cessit, et cum Godefrido ad scrinium dividendi thesauri vix compulsa accessit. Godefroidus ablatis inde septingentis marchis argenti in candalabris, in scyphis et scutellis aliquis utensilibus variis, abbatē cetera reliquit, ea tamen ³⁵ conditione, ut ea disponeret respectu consilii sui. Consilio tamen Heribrandi castellani aliorumque fideliū suorum, qui ei suggestur ne sic inhumane annullaret elemosinam patris sui super praedictam summam argenti, dispositus abbati et successoribus eius Bellam vallem ⁴⁰ cum familia et banno et omnibus finibus et acquestibus suis, ad opus fratrum deservientium Deo in ecclesia beati Petri; quod vadium quiete ab eis possessum est quamdiu idem Godefri. ⁴⁰ dus advixit.

⁸⁶ 24. (34.) Erat non longe a maiori ecclesia fiscus Caviniacus ⁹⁶ ex patrimonio Richeldis 1070. Montensis comitissae, quae viduata Balduino iuvene Flandrensum comite, Flandras amiserat,

^{1071.} occiso filio suo Arnulfo a patruo eius Roberto Frisone, per manus cuiusdam Gerbadonis ^b.

^{Feb. 22.} Qui Gerbaldo ^b non multo post confusus conscientia tantae iniustiae et temeritatis Romam ⁴⁵ petiit, et manus quibus dominum suum interfecerat domino papae Gregorio VII. pro poenitentia eiusdem criminis detruncandas obtulit. Gregorius executionem huius detruncationis magistro coquorum suorum publice commisit. Educto Gerbodore ^b ad poenam quam decreverat pati, praedictum ministrum papa revocari praecepit, eique secreto edixit, ut si elevato ferro aliquo modo granibus motis titubare continuo eas incideret; si vero constanter persisteret, ⁵⁰ patientiae persistentis statim retento ictu parceret. Gerbodo ad ictum persistit, statimque in columnam deputatus percussor papae repraesentavit. Laetatus papa sic provenisse poenitentiam Gerbodonis, manus quas detruncandas obtulerat iam non suas sed Domini esse iudicavit,

^{a)} absterrendum 1. ^{b)} ita 1.

94) *Asenoy, et Givogne, iuxta Sedanum: HANC.* 95) *Belleveaux. R.* 96) *Chévigny. R.*

55

praecepitque ei ut per dominum Hugonem Cluniensem abbatem revertens, referret ei omnem rei ordinem, sequē eius consilio crederet. Ille ad abbatem veniens, eius exhortationibus credidit, et postea eximius sub eo monachus claruit⁹⁷. Comitissa vero gratia Flandras recuperandi, et filium suum occisum vindicandi, Philippum Francorum regem, ipsum quoque Godefridum ducem et Albertum comitem Namucensem multosque alios Lotharingiae et Franciae principes adversus Robertum condixit, taxato singulis pretio eiusdem conditionis. Fuerat autem praedictus abbas longo ante tempore et Baldwinus et Richeldi adeo familiaris et dilectus, ut multotiens ab eis exoratus, aliquando Flandris moraretur cum illis, et praeter multa donaria quibus ab utroque redibat honoratus, duo allodia, scilicet Sulmodium⁹⁸ satis contiguum monasterio, et Tavers in Hasbania, legali donatione ecclesiae beati Huberti in perpetuum collata optinere mereretur⁹⁹. Et cum eamdem comitissam licet a priore potestate deiectam saepius tamen reviseret, ex priori amicitia occasione praedictae conductionis^a Cavinacum fiscum illa ei in vadio accipendum per Lambertum maiorem obtulit. Laetus abbas sibi offerri Cavinacum, quem iam diu desideraverat ecclesiae acquirendum, praecente et annuente duce Godefrido quingentos bizantios auri de elemosina patria sui Cavinacum superposuit, et sic fiscum eundem interim sub testibus legitimis, videlicet Segardo, Arnulfo, Gozuno, et Tielboldo, in vadum accepit. Richeldis vero cum amissis tot expensis nichil profecisset, fugato etiam Philippo Francorum rege a Roberto Frisonē, ad dominum Theodinum Leodiensem episcopum se contulit, et ei Montense castrum cum omni honore illi subiecto^b, sanctae Mariae sanctoque Lamberto eundem obtulit. Quae coemptio ecclesias episcopii afflxit gravissime¹, nostram quoque spoliavit ex maxima parte. Intendebat enim comitissa viribus episcopi adversus Robertum se aliquid posse moliri, sed non praevaluit. Venditū tamen castrum cum suis appenditiis in feodum recepit.

25. (35.) Grassabatur interea discidium inter abbatem et ducem, duce quidem a fide patre promissa omnino deficiente, abbate vero ut eam exsolveret in emancipandis condicis ab eo possessionibus constanter exigente. Sed neque frustrata est imprecatio patris, quam, ut dictum est, filio moriturus ingessit, imposita conditione vitae suaet honoris; nam uxor eius Mathildis eo relicto Langobardiam rediit, saepiusque mandante marito ut rediret, non solum non obtemperavit, verum edixit mandanti, ut ad se ille veniret, et sicut se curaret capsam reliquiarum patris sui Bonifaci sibi deferret. Seductus ille spe conciliandae sibi conjugis, praefatam capsam eburneam cum reliquis abbati violenter abstulit et Mathildi retulit, relicto tamen altari quod fuerat papae Iohannis. Sed nec sic quidem apud eam maritalem gratiam optimuit, spretusque ab ea et inactus ab Italia Lotharingiam rediit. Conscius vero se abbatem gravius offendisse pro ablatis sanctorum patrocinis, cum ex hoc nihil ipse profec-
35 rit, callidiori aversione imminentem sibi acris vitare coepit. Coactus tandem abbas de eo desperare, ut erat amicissimus domino Herimanno Metensi episcopo, dispositus cum eo Romam ire², volens de eventu rerum papam Gregorium VII consulere, et inter eundum de 1074. eisdem agere cum marchissa Beatrice. Ingressi viam Romae pasca celebrare certabant, sed tardantibus eos quibusdam, qui obsonia episcopo certatim impendebant, ad Luneensem portum Apr. 17
40 pervenerunt maioris hebdomadae feria quinta. Ibi occurrit illis legatus marchissae Beatricis, cum precibus etiam filiae eius Mathildis, ut Pisas diverterent, ut apud eas proximum pasca sollempnizarent. Consultus abbas apud episcopo quid inde videretur sibi, respondit ille non debere gravari dignationem magnae petitionis, neque differret invitatus occurrere, enim negotium audeundi eas incumberet utrisque. Sic divertentes Pisas honorabiliter suscepti sunt a 45 matre et a filia, satis eminentiores ceteris curialibus habiti in eadem curia. In exsolvendis pascalibus officiis convenerant ibi septem episcopi, hiisque omnibus postpositis celebritas

a) *leg. conditionis.* b) *contradens excidisse videtur.*

97) Arnulfum a Gerbodore interfectum esse, et totum de hoc narrationem eisdem fere verbis referunt Gislebertus in Chron. Ha. noniae, ed. Du Chasteler p. 6. 7. 98) alias *Smarz. H.* 99) Donationis preceptor s. d. ediderunt Foppenos in Mirae Opp. Dipl. IV, 185. Marteno et Durand coll. ampl. I, 487. 1) Eadem fere verba habent Gislebertus p. 9. et Aegidius Aureae Vallis c. 3. qui damna maioris ecclesiae Leod. enumerat. 2) conf. vitam Theod. IV, 47–49. Ibi quoque privilegium a Gregorio praesens obtinuisse dicitur, quod Kal. Maiis 1073 datum est. Eo autem anno Gregorius 10. Kal. Mai. electus est, paschalis dominica fuit 2. Kal. Aprilis. Theodericus ergo si cetera hic recte narrata sunt, Romam ante electionem Gregorii reliquit. Quo fit ut iter eius a 1073 sit attribuendum, nescio an etiam privilegium. Nam a. 1075. excludit epistola Gregorii max commemoranda.

1074. missarum dominicae resurrectionis oblata est agenda Herimanno Metensium episcopō. Vide-
 Apr. 20. res praeter saecularium confluentium multiplices glorias, clericorum diversi ordinis frequen-
 tiam, ecclesiastici ministerii vasa auri et argenti quamplurima, diversi apparatus vestes pere-
 grinas, Beaticem et Mathildem procedentes quasi cuiusdam dominationis praefecturas. Ep-
 scopo in tali pompa missas celebrante, abbas in quadam angulo se celabat, operto capite 5
 satis humiliter vacans psalmodiae cum Lamberto maiore et minore. Mathildis circumspiciens
 deprehendit abbatem latere laborantem, et nichil glorias tam festivae ostentationis curantem.
 Assistebat vero ei in decantandis psalmis dominus Anselmus post Alexandrum papam ordi-
 natus Lucensis episcopus, vir admodum religiosus et non multo post felici excessu clarescen-
 tibus miraculis inter sanctos a Domino assumptus. Hunc ad abbatem misit, et ut superius 10
 ascenderet mandavit. Et cum obdinet sedes decesset, Mathildis assurgens ei suam, ut erat
 parata, transmisit, mirantibus cunctis quae esset persona tantae apud eam dignitatis. Disces-
 surus autem in crastinum, cum ei inter cetera familiaritatis colloquia, deceptum se a Gode-
 frido de elemosina patris^a, illa super hiis dominum papam consulendum respondit, et ut fac-
 liorem aditum inveniret apud eum optimi quae vellet, litteras ei deprecatorias composit, 15
 quas apostolico redderet ex nomine Mathildis, indicta ei conditione per se redeundi, et quae
 sibi evenirent illi referendi. Veniens ergo Romam cum episcopo, litteras Mathildis praesen-
 tavit apostolico, et per eas commendatus gratanter suspectus est ab eo. Per septem autem
 dies in Urbe demoratus, et cuius esset vitae et probitatis perspectus, adeo factus est papae
 dilectus, ut die quadam ab hora prima in sacra capella quae dicitur ad sanctum Laurentium^b, 20
 ubi cum sandaliis dominicis retinente capitā apostolorum Petri et Pauli, pariter soli consi-
 dentes amica vicissitudine divinis eloqui intenderet, eo usque ut nocte superveniente arma-
 tus Urbis praefectus papa iubente ad hospitium suum abbatem cum suis reduceret. Unde et
 inter cetera quae ab eo gratia familiaritatis expetiuit, privilegium etiam apostolicae defensio-
 nis ecclesiae suae auctorizatum optimuit, ut ecclesiae Romanae firmata et defensata auxilio et 25
 auctoritate, immota stabilitate monastico ordini in perpetuum persisteret, et ei iam donata et
 amodo donanda anathematē aeterno interposito firmiter constarent. Hoc idem privilegium
 papa a se dictatum et in publico consistorio Lateranensis palati quod dicitur Ad speculum,
 coram pluribus epis copis et cardinalibus ecclesiae Romanae recognitum et relectum, subscri-
 psit manu propria: *Miserationes tuae, Domine, super omnia opera tua.* Cum vero a conducta 30
 Godefrido promissione abbas se absolvendum exposceret, quia in ea explenda filii eius auxi-
 lium sibi decesset, apostolicus non consensit, sed Annoni Coloniensi et Theodo uno Leodiensi
 apostolicae auctoritatis formatas epistolā destinavit, ut Godefridum ad hoc quod patri mori-
 turo condixerat exsolendum, vel consilio inclinarent, vel ecclesiastico ministerio inobedien-
 tem compellerent. Reversus abbas per Mathildem, ut ei condixerat, exsolvit ei commendatio-
 nis suae gratias, referens quae ex sententia illi omnia apud papam provenierant; illi licet
 nolentem aliquamdiu eum secum retinuit, et casula una alba quae fuerat domini papae Leo-
 nis IX, subdiaconali quoque tunica papae Stephani qui dictus olim Fridericus frater fuerat
 ducis Godefidi maioris, a se digredientem honoravit. Nec tantum hac sola vice gratia curiae
 illius ecclesiae nostrae profuit, sed et tempore papae Alexandri II, cum idem abbas Roma 40
 rediens diverteret ad matrem et filiam apud Fraxiputum^c, quo construxerant monasterium
 monachorum in Alpibus Appennini, per septem dies detentus, ibi cotidie pallio uno munera-
 tus est ab eis. In die vero digressionis suae data est capsula una eburnea reliquias Claudiū mar-
 tyris pretiosa, quam secum revehens in vigilia sollempnitas beati Huberti cum honesta pro-
 cessione, responsoriū *Cives apostolorum* decantante, ecclesiae intulit. Et ex tunc in eadem 45
 die cum commemoratione Benigni martyris Divisionensis, Claudiū quoque celebritatem agen-
 dam communi assensu congregations instituit.

26. (36.) Cum vero Theodo uno Leodiensi episcopo litteras papae pro Godefrido ei mis-
 sas tradidisset, et paulo post privilegium Romanum quod eius concessionē et laude ecclesiae
 beati Huberti optimuerat, quasi congavisuro obtulisset, de manu eius accepit illud archidiaco-
 nus Boso, cui se et omnia sua procuranda idem episcopus crediderat specialius, ut erat con-
 fectus senio. Idem Boso abbatī iam diu infensus erat, eo quod præbendam unam cuidam
 nepoti suo Nasaniae expetierat nec impetraverat unde et collecto livore occasionem se vin-

a) conquereretur vel aliud tale deesse appareat.

3) in palatio Lateranensi. 4) Frassinoro, in ducaū Mutinensi.

dicandi attentius quaerebat. Explicata ergo carta et offensus ignotis sibi ad legendum notis, quibus conscribuntur privilegia Romanae auctoritatis⁵⁾: Non, inquit, dubium quin hic lateat alicuius fraudis praestitum, quod utique celat barbaries harum notarum. Raptum ab ore eius verbum quasi ad gratiam dicentis palatinae canes excepérunt, censentes diligentius perscrutandum, quod ut difficile ad legendum videbatur incertum. Tandem easdem notas sensim perscrutantes hui qui inter clericos iactitabantur perspicaciores, deprehenderunt rem ut erat, scilicet ecclesiam beati Huberti specialius mancipatam apostolicae defensioni, aeternoque anathemate interdictum cuicunque personae vel potestatio, ne quis ei praesumat dampnum inferre vel iniuriam, vel in acquisitis vel in acquirendis utque monachicus ordo ibi in perpetuum Deo deserviat liber totius inquietudinis. Ad haec Boso raptam occasione insimulandi, caput suum quatensa cum spiriū ex maxima iam diu coepit indignatione succlamavit, abatem Theodericum abbatiam sancti Huberti omnino prodisse Romano pontifici, ecclesiam Leodiensem in hoc ipso incurrisse dampnum intolerabile, et nisi episcopus eiusque fideles maturius advigilarent, nichil sibi de tanto honore hactenus habito remansisse. Intellexit ex privato odio abbas publicam sibi suscitatam invidiam, et indignatus se criminari praeter conscientiam, respondit constanter huius malignitatis conjecturam nec se quaesiisse, nec apostolicum concessisse; venirent quicunque eligerent fideliores ecclesiae Leodiensis, paratum se Romanum redire, ibique eis probaturum publice crimen quod sibi imputabatur nichil esse; ea tamen conditione, ut secundum sacros canones poenas falsae criminationis, se purgato, criminatores exsolverent. Praesensit Boso se suo capiendum laqueo, actumque de se, si Romae prosequeretur abbatis reclamatio⁶⁾. Locutus itaque cum consilio, non se assuetum Romano, ait, sed Leodiensi iudicio; nemini licere audientiam reclamare tam subito, nisi episcopi sui, maxime vero metropolitani gravaretur iudicio. Recognovit episcopus licet senex invidiose calumpniari abbatem; ne tamen videbatur indiscretum praetermittere quod putabatur dampnum ecclesiae, praefixit diem huius discussionis agendae. Retento igitur secum privilegio, abbatem dimisit, et ceteros abbates episcopii cum archidiaconis, ut ad praefixam diem venirent convocavit. Interea Boso declamare in clero, spargere voces in populo, quanta malignitas est inimicus in sancto, qui commissam sibi abbatiā subduxerit sanctae Mariae sanctoque Lamberto. Vagante passim ut suum cum fama vulgabatur abbatis infamia, et licet apud se bene sibi concium vera tueretur innocentia, indignabatur tamen mendaciter gravari nichil tale merentis patientia. Praefixa die convenientibus evocatis, ipse quoque cum Theoderico praeposito et utroque Lamberto omni modo veritati confusus affuit. Discutiendi etiam privilegii exemplar secum detulit, ut quia calumpniantores eius secum finxerant aliquid monstruosum ignotis in eo celari notis, cunctis legere volentibus innosceret assuetis conscriptum litteris. Lecto palam itemque reflecto privilegio, et cum delato exemplari verbo ad verbum comparato, ventilantibus quibusque inter se prudentibus quaecumque in eo continebantur, nichil in eo Leodiensi ecclesiae deperiisse, nichil abbatem adversus eam deprehensum est machinasse; et cum iam non ex Bosonis odio, sed ex evocatorum iudicio causa penderet abbatis, in hoc tandem maiorum et meliorum sententia consensit, Romanae ecclesiae proprium esse de omnibus indicare, nullis vero licere de eius iudiciis retractare: non successendum abbatī, quod eccl̄iae sue procuraverit defensionem et auxilium apostolicā auctoritatis, cum nec in sensu nec in verbo excluserit debitam subiectiōnēm ecclesiae Leodiensis. Indignatus sic suam Boso adversus abbatem conjecturam extenuari, arrepto privilegio de medio consessu se subduxit. Ipso tamen episcopo reclamante et indignante cum ceteris curtalem iniuriam faceret abbatī, vellet nollet, privilegium publice laudatum et auctorizatum reddidit. Soluta contentione, abbas absolutus recessit, sic exinanita existimatione illi obiectae criminationis et comprobata erga ecclesiam nostram auctoritate Romanae defensionis. Est autem hujusmodi privilegium in superiori pagina conscriptum, quod hic est interponendum:

⁵⁾ Langobardicis litteris. ⁶⁾ Factum tamen est; pter privilegium quod a nobis suscepit, sed excusamus eum, quod contra detrimentum et honorem ecclesiae tuae nihil fecerit. Unde te monemus et rogamus, ut permittas eum in pace et in omni tranquillitate.

⁵⁵ randam consilio intulisse abbatī de S. Huberto pro-

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilecto in Christo filio Theoderico, abbatii monasterii sancti Petri sanctique Huberti Andaginensis in Arduenna constitutus, quisque successoribus regulariter ibidem^a intrantibus in perpetuum. Nulli fidelium est in dubio, quae sedes apostolica, eo quod^b universalis mater et omnium ecclesiarum princeps est, omnibus hoc iure ac debito sollicitudine praesesse debeat, non ut^c eas tantum catholicae religionis unitate concludat, sed generali circumspectione etiam ab his quae extrinsecus promoventur pro sua auctoritate salvet et muniatur. Inter quas tamen cum plures inveniantur, quae speciali et propria commendatione in tutelam eiusdem sedis apostolicae se contulerunt, ut speciali caritate et studio suac matris amplexae usqueque securiores et liberiores ab omni infestacione consistenter, quas^d, ut dignum erat, ita Romana suscepit ecclesia, tantaque protexit undique diligentia, ut omnibus munimenta^e praesidi, nonnullis quoque gratiam conferret augendi. Cuius rei plurima nobis exempla sanctissimi viri reliquerunt, qui ante nos in illa quam diximus apostolica sede fulgentes, pro honore ecclesiarum Dei et exaltatione earum magis quam pro vita ad salute sua solliciti fuerunt; suscipientes monasteria et venerablia loca in patrocinium apostolicarum defensionis, et confirmantes ea propriis privilegiis, quatinus ex cotidiana tranquillitate ardentes in devotione divinae servir^f tutis et in omni bono proficerent. Quia in re quam pie, quam sancte fecerunt, et illorum nobis ostendit gloria, et ipsius rei tam fructuosa gratia. Nam cum oratoria in pace et tranquillitate consistunt, et ecclesiastica beneficia pauperes Christi nutrunt, tum vero laus Deo digne promittur, et remedia peccatorum tam vivis quam defunctis impenduntur. Unde nos in eadem sede apostolica, non nostris meritis, sed divina locati gratia, suscepiti officii debitum considerantes, 20 praefatum monasterium, cui tu, dilecte fili et praeonominate abba, praesesse dignosceris, tuo rogatu in tutelam apostolice sedis et nostrorum successorum defensionem suscipimus, confirmantes et corroborantes sibi per praesepis paginam privilegiū, ecclesiam sanctae Mariae super Aronam sitam^g et ecclesiam sancti Sulpitii super Mosam^h ceteraque possessiones tam in villis quam castellis ceterisque ecclesiis et terris cultis aut incultis seu in omnibus rebus mobilibus et immobilibus, quas nunc iure possidetⁱ aut in posterum Deo miserante acquirat, quatinus omnia ad communem utilitatem fratrum inibi Deo famulantum sub tuo tuorumque successorum regimine et congrua dispensatione semper inconsulta illibataque permaneant. Si quis vero regum, sacerdotum, clericorum, iudicium ac saecularium personarum hanc constitutionis nostrarē paginam agnoscens, contra eam venire temptaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reumque se divino iudicio existere de perpetra iniquitate cognoscat, et nisi vel ea quae ab illo sunt male ablati restituerit, vel digna poenitentia illicite acta desleverit, a sacratissimo corpore et sanguine Dei domini^j redemptoris nostri Iesu Christi alienus fiat, atque in aeterno examine districtae ultionis subiaceat. Cunctis autem iusta servantibus eidem loco, pax domini nostri Iesu Christi, ut hic fructum bonae actionis recipiant, et apud districtum iudicem praemia aeternae pacis inveniant. Amen. Subscriptis autem manu propria dominus papa: Miserationes tuae, Domine, super omnia opera tua. Bene valete. Datum Lateranis in^k Kal. Maii per manus Petri sanctae Romanae ecclesiae presbiteri cardinalis ac bibliothecarii, anno primo pontificatus domini Gregorii VII papae, indictione undecima.

27. (38.) Inter eos monitus Godefridus ex mandato papae a Coloniensi itemque Leodiensi pontifice, ut conductam patri veritatem et fidem exsolveret, illeque nec monentes nec arguentes audire curaret, accidit ut dominus Hermannus Metensis episcopus ad eum Bulonium veniret. Erat autem dominici adventus dominica secunda, et ut suum est eius temporis, inhorreruerat passim hiems asperrima. Exceptus a duce, ut decebat tantum pontificem, cum post coenam in lecto ducis pausaret, duce altrinsecus in eadem camera quiescente, primo gallico apud sanctum Petrum surrexerunt ad vigilias fratres, Theoderico abbate tunc cum eis ibi demorante. Miratus episcopus ea tali hora se campanas audire, interrogavit ducem, quo vel ad quid sonarent. Respondit dux fratres apud sanctum Petrum ad vigilias surgere, eosque ex elemosina patris sui ibidem locatos consistere. Ad haec episcopus altius ingemiscens: O, inquit, nos infelices, quos in tantis deliciis quiescentes Deo condemnant tales vigiliae. Felices econtra, quos nec torpor mediae noctis, nec horror huius asperrimae hiemis reprimit a laudibus

^{a)} canonice addit 1. quod glossera eiusc auctoritate exemplaris huius privilegiū, quod ex mto. S. Huberti ediderunt Poppeus in Miraci Opp. Dipl. IV, 6, et Mart. et Durand in Coll. Ampl. I, 512. b) a. quae illi. c) ita correxi, eadem auctoritate; ut non eas cath. 1. d) ita omnes. e) hic desinit exemplar illud. f) lego et domini. g) vel in vel III legi potest.

7) in Eberneicurte. 8) Pirensem.

omnium creatoris Dei. Tu quoque infelior infelissimis, quem necdum emollirent vel timor Dei vel amor patris tui, qui elemosinam eius defraudaveris, et fratribus tam devotis adhuc eam destraxisti! Ad haec Godefridus compunctus in lacrimas erupit, et gratias agens rationabili eius castigationi, quicquid ex hoc neglexerat, emendaturum amodo se promisit. In crastinum 5 uterque abbatem mandavit, venienti vero dux officiosissime assurrexit, et nichil tale de eo speranti coram pontifice et quibusdam curialibus suis vadum humillimae satisfactionis genu flexo porrexit, se errasse, se peccasse in Deum et patrem suum est confessus, errorem quoque suum amodo se correcturum professus. Miratus abbas et laetus in Domino, q̄m ad quod vult inclinat corda omnium filiorum hominum, suggeste episcopo duci recredit quod 10 sibi prorexerat vadum, in verbo scilicet viventis adhuc patris sui, quo eum adiuraverat^a, vitae sua et honoris conditione interposita; statim ille pro his quae de praefato thesauro subduxerat abbatii, Bellam vallem ad usum fratrum ei depositus, et ecclesiam Montis Madiensis^b cum tribus mansis terrae beato Petro in perpetuum possidentam legaliter tradidit.

28. (39.) Eodem anno Theoduinus Leodiensis episcopus vita decepit, ortaque^c contentionē^d 1075.
Jun. 23.
inter quos potentes agendae electionis, dum plures fieri voluerent episcopi, nulli eorum ut episcopū fieret contigit. Nam dux Godefridus, qui tunc forte morabatur cum Henrico rege, cum vix tenuerit persensisset episcopum obisse, precibus suis optimū apud eum, nemini concedendum donum episcopii, nisi quem illi praeäsentaret ei; moxque ad Henricum Virdunensem archidiacōnum^b misit, et ei ut remota omni dilatione ad se véniret mandavit. Festinavit ille duci occurserere, incertus omnino quid vellet. Leodienses vero pro contentionē praefata nulla adhuc electione firmata, ne videretur iniuriosum regi, baculum pontificalem paulo morosius deferri, ut eum referret in iunxerunt Theoderico abbatii. Quidam autem de clericis alterum anticipans curiam irreperant, sperans quiske vel sibi proventurum eventum rei, vel paratus gratia vicissitudinis ferrī suffragium alteri. Interea suggestit dux clericum adesse, cui episcopū donandum destinasset; dignaretur rex, ut est eius donationis agendae, pro tribunali sedere, et vocatis Leodiensibus episcopum illis constituere. Leodienses evocati, licet morderentur latenter nemini illorum quod speraverant provenisse, ne tamen voluntati regiae quae in negotio praeponderabat, viderentur deesse, Theoderico abbatii ex consilio referendam impoſuerunt domini Henrici electionem. Qui cum ceteris assistens regi, ut erat vir urbanæ ele-
gantiae, promptusque Latialis eloquentiae: *Elegat, inquit, eum Deus, et ab eo preelectum nōs quoque voluntarie eligendum decrevimus.*

29. (41.) Sic^e dominus Henricus episcopio donatus, et obsequente duce in urbem favorabiliter receptus, non multo post a domino Annone Coloniensi pontifice sollempniter est consecratus; a quo etiam adiuratus est sub testimonio collatae sibi benedictionis, ut eius quoque utamur verbis: *Per benedictionem, inquit, patris tui Annonis obtistor te, ut destruas superbiā et insolentiā Guolbodenis.* Erat autem Guolbodo abbas ecclesiae beati Laurentii, qui nimium confusus gloriae sue et nobilitati longe se aliter habebat, quam conveniret monachicae professioni. Nec diu moratus episcopus privatis illum ammunitionibus corrigeret, cum videret se in hoc non solum non proficeret, sed illum magis ad deteriora ex indignatione deficeret, constituit diem ad discussionem eius publicam. Convenientibus abbatibus et archidiaconis cum se Guolbodo non posset purgare a criminibus obiectis, decreta omnimoda res eius in potestate et dispositione episcopi. Episcopus, ne acceleranda iustitiam videretur evacuasse misericordiam, obtulit ei locum et tempus agendae poenitentiae, decretivque ei ut Virdunum apud sanctum Agericum aliquamdiu privatus secederet, et inter religiosos viros ibi noviter congregatos^f satisfactionem suam dignam misericordia comprobaret. Concessit ille primum iudicio sapientum et episcopali decreto se consensum; sed ad horam locutus quibusdam suis, quod prius promiserat exequi, post publica contradictione recusavit. Episcopo exigente ut daret sententia huic resolutioni et inobedientiae, decretum est ab omni con-
ventu, ut in sua se recognosceret^g, ipsamque abbatiam libere ad placitum suum disponeret,

50 a) adiuvaret c. b) cognatum suum, virum vita et genere nobilissimum, filium scil. Frederici comitis Tultensis, ^{addit} Aegidius. c) quia venerabilium — extolleas inserit Aegidius, quae verba Chr. S. Laurentii exhibet c. 43. d) act. sententiae.

9) *Montmedy ou Matry. R.* 10) Eadem invenimus S. Laurentii. 12) Monasterium ordinis sancti Be-
apud Aegidium Aureae Vallis c. 10 et breviora
55 in Chron. S. Laurentii Leodiensis. Cf. Lamberti fundatum, unde et hic viri religiosi ibidem *novier*
Ann. 1075. 11) Totum caput totidem verbis le-
gitimus apud Aegid. c. 11; in multis convenient cum Chr.

1073. cuius abbas convictus criminibus nollet illi ad emendationem obedire. Nec moratus Guolbodo ad regem Henricum abiit, eiusque violentia adversus episcopum conatus est se tueri. Qui dum ecclesiasticam iustitiam saeculari auditiae prostruit, secundum sacros canones omnem sibi adiutum recuperationis obstruxit. Nam nec regius precibus, nec minis potuit episcopus atrahi, ut eum restiteret, obtestatus se mallo episcopum ad tempus intermittere, quam eiusmodi insolentiam pati sine congrua satisfactione. Sic Guolbodo desperatus Hungariam concessit, indeque ad regem reversus in expeditione Italica positum, ad mortem usque domini Henrici episcopi moratus est apud eum.

30. (42.) Hiis¹³ actis circa Leodiensem sinodum quae agitur in festo apostolorum Simonis et Iudeae, in sequenti adventu dominus Anno religiosus pontifex Coloniae vita decessit. in 10 maximo dampno totius illius provinciae¹⁴, quinque marchas argenti moriturus mittens ecclesiae nostrae.

31. (43.) In sequenti sollempnitate dominici natalis dux Godefridus natalitiam curiam Dec. 25. celebravit in magna gloria Traiecti, infelix certe et nimis improvidus sui, et cui ultima finit

1076. pompa huius sue ostentationis; nam inde descendens Frisiā, dum apud castrum Flarden- 15 gis moraretur, per quosdam necessarios Roberti comitis Flandrensis in secessu per posteriora Febr. 27. percussus interiit. Cuius interitus equidem dolens, omni Lotharingiae adeo fuit extialis, ut iustitia et pax, quae ultra memoriam eorum qui erant eius temporis, profecerant sub eo, in brevi eius defectu eveniente deficerent cum eo. Cuius corpus, sicut vivens disposuerat Vir-duni ad sepulturam transferendum. dum perlatum esset Leodium, Henricus episcopus tanto 20 amico constitutus, in pompa maximi doloris processit ei cum clero et populo totius civitatis, perque singulas congregations praesens ipse circumferri iussit, excepto que sollempniter missas celebrari instituit.

32. (44.) Deinde prosecutus eum usque Vilantiā¹⁵, prae nimio dolore infirmatus, progredi ultra non potuit, et Theoderico abbati ad corpus deducendum vices suas commisit. Ipse 25 delatus ad ecclesiam beati Huberti, donec convalesceret ibidem fuit. Fuit autem a secunda dominica quadragesimae usque post octavas ibi celebrati pascae¹⁶. Nam delectatus religiosa fratrum conversatione et eorum probata erga se sincera dilectione, nulla suorum vel clericorum vel principum potuit evinci suggestione, quin ante pascalem celebrationem vellet locum mutare. Morabatur tunc iunior Godefridus marchio cum illo, qui avunculi sui constitutus auxilio, eiusdem 30 episcopi tuebatur patrocinio; quem cum saepius argueret de allodio Telins, quod Bulionensis violentia iam diu subduxerat ecclesiae, dicens etiam se timere illi vindictam. huius iustitiae: Godefridus consilio et hortatu optimatum suorum episcopo cessit, et quod suum erat beato Huberto voluntarie recognovit. Dominica autem quae dicitur in palmis, post sollempnem eius diei processionem, prosequentibus nobilibus suis uterque accessit ad manus 35 altare beati Petri apostoli, et baculum suum pastoralē tenente episcopo, dextera eius dexteram suam Godefridus superposuit, et cum eo praedictum allodium super illud absque ulla calumpnia reposuit. Imposita etiam sibi episcopus stola sacerdotali, ne quis illud amplius ecclesiae subduceret, sub obtestatione divini nominis interdixit, et imprecatione aeterni anathematis excommunicavit; Godefridum vero culpam suam suorumque antecessorum humiliter 40 fatentem absoluti, et facto publice privilegio huius recognitionis, sua illud et suorum adstipulata assignatione confirmavit. In sequenti vero feria quinta circa horam sextam, parata Mart. 20. sibi sede in portis templi, deducto ibi poenitentes episcopii cum maxima reverentia et lacrimis Deo reconciliavit, et communione sanctae ecclesiae per manus archidiaconorum sibi recon-signatos restituit. Deinde sollempniter infulatus missas celebraturus episcopaler processit, 45 habens in ministerium ecclesiae suum electos ex fratribus septenos unusquisque ordinis, duodecim quoque sacerdotes in ueste sacerdotali circumstantes eum, ad expectationem conficiendi in ipso canone sacri crismatis. Tanta tunc temporis erat frequenter religiosae congregationis, ut hiis exceptis conventus exsequendi ordine non videretur minui. Tanta ornamentorum copia abundabat ecclesiae, ut pretiosis vestibus ornati singuli procederent in suo 50 ordine, ipse etiam episcopus suis postpositis casulam albam indueret, quae fuerat Leonis papa, data. ut dictum est¹⁷, abbatи Theoderico a Beatrice et Mathilde. Quanta vero devotione

13) Eadem ap. Aegid. l. 1. 14) provinciae, se-pultusque est in coenobio Sibergensi, quod ipse praparatus sumptibus construerat. Aegid. qui inde ad Trudonensis transit. Cf. Chr. S. Laur. c. 44. 15) Vil-lance, à deux lieues de St. Hubert, où naguère se

voyaient encore les restes d'un manoir féodal. R.

16) i. e. a die 21. Feb. ad 3. Aprilis. Sed Lam-

berto teste Godefridus 4. Kal. Mart. occisus est. 55

17) cap. 25.

dominicam passionem et sepulturam exegerit, qua alacritate cum publica fratrum processione, ambientibus eum archidiaconis suis, in ipso sancto sabbato sacri baptismatis fontes ore proprio consecraverit, qualiter hoc idem privilegium matris ecclesiae sua auctoritate laudaverit et probaverit, quanta et quali gloria et laetitia pascalem sollempnitatem celebraverit, Mart. 27.
 5 olim relatum vix credibile videbitur posteris. Cum et ipsi curiales episcopi posthabita urbe ab episcopo se quasi in solididine ad eum convenisse indignarentur, nec tamen vel in divinis sollempniis vel in rerum exteriorum copiis se esse diminutos mirarentur. Elaborabat quoque episcopus ne propter frequentiam curialem ordo religionis aliquam pateretur inquietudinem; sed etsi quando gratia refrigerandi fratribus vel in lectione vel in colloquio interesse volebat, executores suos in ipso claustru aditu a se reiebat, et post se accludens valvas, quasi quidam privatus adgaudentibus sibi reverenter conveniebat.

33. (45.) Iam die festo mediante Herimannus Metenensis episcopus venit eum invisere, et exceptus ab ipso cum honorabili processione, tantae sollempnitas videbatur laetitiam auxisse. Et quia longo ante tempore amicissimus erat abbati Theoderico, eius congregacioni 15 in crastino eorum conventui se satis hilariter praesentavit, dicens sibi esse cordi ut aliquam gratiam eis relinqueret huius ad eos adventus sui. Tunc ex consulti communi ab episcopo Henrico abbas expetiit, ut eius consensu duo dicaret Deo altaria a se constructa noviter. Quod episcopo concedente, dominus Herimannus in feria sexta pascali quae obvenerat in K- Apr. 1. lendis Aprilis, dedicavit oratorium unum quod dicitur ad sanctam Ierusalem, eo quod ad 20 modum dominici sepulcri conditum, ipsam quoque eius formam repraesentet devotioni fidei- lium; in sequenti sabbato aliud quod erat duplex, in superiori continens memoriam beati Nicolai, in inferiori vero beati Andreae apostoli, quod ad hoc maxime aedificaverat olim abbas, ut ibi specialius ageretur fratrum memoria, quorum corpora ibidem iacent translata ab effosso cimiterio pro crypta amplianda. Qui dum paratis donis episcopum decrevisset hono- 25 rare pro hac gratia impensa ecclesiae, episcopus non solum non acquevit quicquam inde accipere, sed econtra casulam suam pontificalem cum stola et baltheo, duobus quoque can- delabris et uno pallio obtulit habenda beato Huberto.

34. (46.) Exacta pascali ebdomada cum in suo digressu valedicerent fratribus, ex pie- tatis affectu singuli cooperunt flere altrinsecus; Henricus autem amplius, quasi ex desidera- 30 bili sibi quiete revocatus ad tam multiplices saecularium negotiorum tumultus.

35. (47.) Adhaerebat ei familiaris quidam Virdunensis senex Eleutherius, vir equidem religiosus, et qui ab ineunte aetate instruxerat eum honestis et castis moribus. Hic sollicitus salutis et honoris illius, attentius suggerebat ei ordinandam esse ecclesiam beati Laurentii, quae aliquandiu viduata indigebat providentia abbatis. Qui dum moraretur cum episcopo, factus est familiaris Lambertu iuniori et Berengero priori, inter quos concreverat iam diu gratia verae in Deo caritatis, quia inolita gratis libera erat totius necessitatis. Et cum saepius Eleutherius colloqueretur Lambertu, forte inter loquendum incidit eis memoratae abbatiae mentio, et illo dicente de eius ordinatione se multotiens cum episcopo contulisse, episcopum vero sollicitum, sed incertum cui convenienter eam committeret, respondit Lambertus, 40 optime eam committendam Berengero, sapienti equidem et probatae virtutis viro. Ille semel rapto verbo, gratias egit Deo, et quantocius suggestit episcopo, ut Berengerum sibi commo- dandum experteret ab abbate Theoderico, quem interim ecclesiae beati Laurentii loco prioris praeponeret, donec per accessum temporis certius inde sibi consilium proveniret. Episcopus eum expetere non distulit, et vix aegre ab abbate impetratum et introductum ecclesiae vacanti priorem esse constituit. Berengerus ut erat vir discretus et prudens, satagebat consulte omnia procurare, singulorum se moribus contemperare, neminem quasi importunus gravare, doctrina et exemplo graviores informare, leviores ne scandalizarentur interim dispensatoria patientia dissimulare.

36. (48.) Nec multo post superveniente festo beati Lamberti, cum ediceret episcopus Sept. 17. 50 abbatibus et archidiaconis reddendum sibi consilium de ordinanda ecclesia beati Laurentii, responderunt illi in commune consulendo fratres ipsius congregationis, eisque offerendam regulari et legitimam electionem abbatis. Episcopus in crastinum deducens eos secum ad locum venit, et fratribus ut abbatem sibi eligerent mandavit. Illi locuti cum consilio, cum abbatibus et archidiaconis elegerant Berengerum consensu unanimi. Laetus episcopus 55 eorum electionem convenire voluntate sua, abbati Theoderico coepit vehementer innuere, ut Berengerum sibi absolutum redderet. Econtra cum abbas reclamaret, se nec velle nec

1076. posse tali viro carere, suae magis ecclesiae cum convenire quam alienae; vix optimius episcopus quod petebat omni illo conventu suffragante, et tandem Berengero coram attracto, abbatiam sancti Laurentii licet diu renentis episcopus violenter ingressit, id revera disponente gratia Dei, quae in brevi hoc se disposuisse comprobavit, dum illius labore et ingenio accredit interius optimae religionis congregatio, et exterius multiplex rerum ecclesiasticarum acquisito.

V. Theod.
c. 4.
1077.

37. (49.) Anno 1076 dominice incarnationis 1076 gravissima hiems incubuit, adeo ut in Gallia Ararim, Rodanum, Renum, Ligerim, in Germania Albam, Visclam et Danubium, in Italia Eridanum permoximus fluvios, ut taceatur de minoribus, tanto gelu constringeret, quod mirantibus circummanentibus incolis quasi per solidam terram pervi fierent. Hoc gelu tandem in vere remiso, tanta successiva siccitas aeris, ut arantibus arvis pene desperarotur proveniens messis 10 futurae. Theodericus abbas tune in quadragesima Romam gratia orationis profectus, in redeundo Remini apud beatum Remigium familiariter aliquandiu lassus quietivit. Vulgato autem per urbem tanti vii adventu, ipsa Manasses tunc Remorum pontifex, omnesque paene ciuidem metropolis maiores illum suppliciter aduenientes patierunt, ut de imminentie plaga desperatis daret consilium, simulque orationibus optineret divinae consolationis auxilium. Ille licet invitus precibus tamen supplicatione victus, publicum populi conventum in basilica maiori sanctae Mariae semperque virginis genitricis 15 Dei mandavit fieri, et inter missarum sollemnia exorsus sermonem pro qualitate periculi omnibus indiferenter unius diei continuum ieiunium indexit, et ut darent pauperibus quae subtrahabant sibi. Quanta autem fuerit in exhortatione sermonis eius omnium, ipsorum etiam Iudeorum compunctio, quam alacris indicti ieiunii et elemosiniarum executo, consequenter ostendit Dei omnipotenti misericordia. Nam in crastinum abbate missas celebrante, statim ut eas terminavat, tanta tamque salubris pluvia erupta, ut passim revirentibus campis, iam diu desperata Dei gratia donante, largissima eius anni proveniret mensa.

38. (50.) Sub eodem tempore adfuit Theoderico abbati legatio Elinandi Laudunensis episcopi, ut si quid apud eum posset vel ipse vel ecclesia commissa, concederet fratrem unum suae institutionis, quem ordinaret abbatem ecclesiae beati Vincentii martyris. Id cum abbas omnino recusaret, episcopus vero hoc ipsum bis terque importunus reposeret, tandem re- 25 lato consilio ad communem audientiam capitolii, unanimi fratum electione dominum Adalberonem Laudunum deduxit, eumque se praesente abbatem ecclesiae beati Vincentii ordinari concessit.

39. (51.) Et ut memoretur idem Adalbero quis aut unde fuerit, fuit nobilis prosapiae Suevus et multiplicis scientiae, Constantiensis ecclesiae clericus. Hic duci Godefrido iuniori 30 ab Italia revertente familiariter adhaesit, qui quondiu advixit, habitus est apud eum amicitorum amicissimis. Sed illo interfecto, cum se Adalbero iunxit Goedefrido adolescenti, quem avunculus adhuc vivens adoptaverat heredem sibi, inter illum et Albertum Namucensem comitem orta est gravissima dissensio pro castello Buloniensi. Quia de re nominato apud sanctum Hubertum inter utrumque colloquio, cum Godefrido adfuit ibi et clericus Adalbero. Qui ut erat 35 perspicax in rebus deprehendendis, cum perspexisset in fratribus irremissam intentionem exequendi ordinis, cum etiam pervidisset ex ipsa loci opportunitate non indigere solitudine si quis vellet ibi Deo militare, divino respectu compunctus destinavit apud se vanitatem mundi respuere, quam tot casibus subditam nemini videbatur esse durabilem. Locutus ergo abbati, condixit illi diem ad eum ex toto revertendi, collectisque quae erant in promptu rebus 40 suis, iuxta conductum in capitulo se prostravit more agendae conversionis. Videres neminem se posse continere a lacrimis, cum tantarum paulo ante deliciarum iuvenis, tam subito mutatus ad mundi contemptum adeo se accingeret, ut pretiosissimas oloresceralis habitus vestes cum tunica olorescere sponte sua spoliatus abiceret, annuli quoque aurei digitis abstracti et in terram proiecti clarissimum tinnitum redderent, ipse etiam conversionis suae professionem 45 vix permittente singultu enunciare sufficeret. Hic non multo post, ut dictum est, apud Laudunum Clavatum ordinatus abbas ecclesiae sancti Vincentii, quantum Deo iuvante loco praeferit, testatur fratum nobilissima religio ab eo instituta, informata interius, rerum quoque et cellarum multiplex augmentatio exterius.

1081. 40. (52.) Anno 1081 dominicae incarnationis, indictione 4. Theodericus abbas ad conse- 50 crandam criptam quam aedificaverat Henricum accivit episcopum, eiusdemque consecratio-
Jan. 13. nis diem praefixit, videlicet in Idibus Ianuarii. Episcopus quod petebatur hilariter exequendum decrevit, comitatusque Francone episcopo Bellagradeensi, necnon maxima frequentia clericorum et curialium suorum in epiphania Domini ad locum venit. Quantus autem con- cursus non solum affinium, sed et exterorum promiscui sexus et aetatis^b expectationem tan- 55 tae sollemnitatis convenerit, quanta praedictorum pontificum devotione, quanta Leodiensium archidiaconorum et frequentia et obsecundatione, quam largis et multiplicibus obsoniis eadem consecratio celeberrata constituerit, si quis narraret, vix crederetur a posteris, praesertim cum

a) d. quoque a. c. b) ad excidisse videtur.

18) Cf. Ann. Leod. 1076. Laub. et Annalistam Sax. 1077.

degenerante saeculo deficiat passim non solum copia, sed et ipsa morum probitas et antiqua 1081.
moralis honestas.

41. (53.) Apud Calvitiacum advocatus quidam Albricus nomine in exigendo sibi indebitas chordeas¹⁹ adeo imminebat ecclesiasticae familiae, ut in arando vacca cuiusdam pauperis²⁰ 5 abortiret, eiusque vice per totum diem iugum sustineret altrinsecus pauper. Tantam tamque iniustum exactionem abbas audivit, et Albrici inhumanitatem exhorruit, properans Divum²¹, Adelonem expetiit, et quomodo subadvocatus eius familiam ecclesiae tractaret, satis dolenter ingressit, paratus prohare huicmodi angariam. nec illi nec alteri debitam. Indignatus Adele aduersus Albricum, hoc illum fecisse erubuit, et expostulata probationis dieni abbatи consti- 10 tuit. Heribertus quidam ammodum fidelis et probus erat tunc Calviciensis villicus. Hic die praefixa inter abbatem et Adelonem testificato legaliter sacramento, idem sacramentum iudiciali examinatione per aquam confirmavit, et advocatorum violentas exactiones, maxime vero chordeas illi omnino indebitas comprobavit. Huic publicae comprobacioni interfuerunt Adele Diveniens, Rainboldus comes Mutiensis²², Petrus Mirowaldensis cum multis nobilibus aliis.

15 Actum anno incarnationis Verbi 1081.

42. (54.) Nec multo post Godefridus Theodericum comitem cepit, qui filius Gerardi Flamensis, regi etiam Henrico ammodum familiaris, in quibus poterat adversabatur iuveni. Quem Bulonium deductum satis liberaliter iussit servari. Lambertus quoque iunior tunc ut 20 erat praepositus ecclesiae sancti Petri, frequentius captum revisendo, in quibus poterat de- serviebat illi. Hic igitur post dimidium fere annum in eadem captione obiit, et iam moriturus¹⁰⁸². Coloniam se deferendum familiaribus suis indixit. Ibi enim apud sanctum Gereonem longe destinaverat sibi sepulturam, collata illic rerum suarum multiplice munificentia. Lambertus vero ut semper erat curiosus ecclesiae matris suaे utilitatibus, per Heribrandum castellanum et Tieboldum effecit, ut abbreviato labore tan longae huius evocationis, sepeliretur in ecclesia 25 beati Huberti. Cuius rei gratia Gerardus et Gozwinus filii eius contulerunt ecclesiae legaliter in perpetuum habendos sex mansos allodii apud Bridam²³, quae sub Traiecto sita est in Ta- 22 xandria. Actum anno incarnationis Verbi 1082. Hoc eodem anno reformavit episcopus Henricus castrum Mirvolt.

43. (55.) In crescentibus autem inimicitis inter Albertum Namucensem et Godefridum 30 Buloniensem, Albertus pro guerra Buloniensi Mirvoldense castrum latenter reformatum dispo- suit. Id cum Henricus episcopus deprehendisset, tum quia Godefrido omnimodis favebat, tum etiam quia per hoc verandum episcopum timebat, anticipavit praevenire intentionem Alberti, et a Richelde comitissa Montensi ipsum montem cum comitatu et banno et ceteris eius appen- ditiis, duo quoque eius allodia, scilicet Braz et Gruispontem cum omnibus utilitatibus suis 35 et familia taxato prelio comparavit, sive castrum maximis impensis reformavit. Cui cum quasi ad custodiā provinciae milites deputasset, illi cogente inopia facti sunt publici praede- dones, non solum villarum pauperes, sed etiam ipsam abbatiam sancti Huberti assiduis incursionibus vexantes. Quae res Theodericum abbatem usque ad animam gravavit, timentem non solum suo tempori, sed etiam in posterum periculo imminentem, et cum frequenter per 40 se ipsum, tum per quos poterat mediatores episcopum precibus ambiret, ut tam grande malum quod in exitium totius provinciae firmaverat dissolveret, sibique pondus tanti timoris absolu- veret, praezendens se in ecclesia beati Huberti hactenus frustra laborasse, cui post se reli- queret tam proximum vicinum desolationis certissimae: compulsa episcopus ne tantum vi- 45 rum sic sibi insistentem, et eo usque habitum in amicitia familiarem inexorabiliter offenderet, utque eius dolorem et indignationem utcumque lepiret, ipsum castrum cum omnibus appendi- tis suis legaliter habendum tradidit ecclesiae, et in ecclesia beati Michaelis a se ibi con- structa et dedicata fratres ex ecclesia beati Huberti constituit, custodiāque concessae mu- 50 nitionis abbatī habendam indixit. Asserente abbatē se nescire castrum custodire sed claustrum, convictus tandem ab amicis suis, maxime vero suggestente Lamberto maiori, ne interim ex- asperaret animos personae potentis, indictam custodiā dispositis ibi fidelibus ecclesiae intercepit.

44. (56.) Tunc temporis Mathildis marchissa addiderat episcopo Virdunensi ut^a Iuviniensem abbatiam²⁴, cui Theodericus episcopus Galburgem religiosam virginem praefecrat,

^{a)} aut ut delendum est, aut verbum excidit.

55. 19) corée. 20) Dun-sur-Meuse, à cinq lieues de Montmedy. R. 21) Mussy. R. 22) Brel. R.

23) Iuvigny, entre Stenay et Montmedy. R.

quam diu multumque reluctantem de reclusione violenter abstraxerat. Quae cum in loco eodem scrinum reliquiarum invenisset, ferreis nexibus firmiter colligatum, ieiunii et orationibus quae ibi reliquiae continerentur a Domino studuit quaerendum. Cui cum divinitus revealatum esset, partem corporis beati Benedicti abbatis eiusque sororis Scolasticae virginis inibi contineri, idem certius decrevit experiri oraculum, et ad hoc ipsum publice providendum evocavit 5 ad locum Theodericum episcopum. Episcopus ad rem edictum praefixit in exaltatione sanctae crucis. Convenientibus ad eamdem expectationem non solum finitimus, verum etiam pluribus exteris, adfuit etiam pro expeditis sanctorum reliquiis Lambertus iunior, missus ab episcopo Henrico et abbatte Theoderico. Locata autem consistorio in area campestris, ibidemque aperto reliquiarum scrinio coram frequentia populari, inventa sunt duo capita, videlicet 10 praefati fratris et sororis, cum ossibus dissimilis quantitatibus. Nam quaedam videbantur virilis eminentiae, quaedam habitudinis feminine. Quibus ab episcopo lacrimabiliter expositis ad vendendum, iterumque reverenter repositis, celebratis etiam ex eorum veneratione missarum sollempniis, iunctura^a una digiti beati Benedicti et dens abstractus ex maxilla Scolasticae virginis dono abbatissae huic ecclesiae provenit.

45. (57.) Interea episcopus ecclesiam beati Huberti frequentare, neglectis sedibus episcopii natalitas curias et pascales celebritates ibidem sollempnizare, ordines ecclesiasticos suis temporibus agere, et fratribus sine aliqua suorum inquietudine familiarius cohabitare. Satagebat abbas quibus poterat obsequiis eum complacare, et inter agendum gratiam eius de castro deiciendo praetemptare, sed episcopo quod petebatur callide dissimulante, modo rem 20 ad optimatum suorum consilium referendam respondentem, cum iam abbas fastidiens quereretur fratribus suis frustra se niti, suborta est maxima seditio adversus episcopum totius congregationis, quod ecclesiae hactenus liberrimae obfirmasset intolerabile iugum huius obmissionis, tamquam magnum diabolum ad insidias sanctificationis. Quod licet in faciem illi obicare parcerent, eis tamen, quos illi sciebant primatores, haec ingerebant acerrime, ut in- 25 gesta sibi referendo, vel misericordiae recordatum ab intentione reflecteret, vel ex eo certius si esset eis desperandum probarent. Familiaribus vero econtra causantibus, non sic dehortandum vel provocandum tantae potestatis virum hactenus eis tam amicum tamque humum, Lambertus iunior zelo matris sue ecclesiae incitatus: *Talis, inquit, amicitia cum ad hunc nobis exitium^b provenerit, eadem facilitate contempnatur, qua et probatur.* Quod verbum 30 notatum prae ceteris, cum episcopo velut ad contumeliam speciale referretur ex persona dicentis, episcopus concepta occasione quasi iustae commotionis adversus abbatem et fratres furere et conqueri coepit; inferens non se sic meruisse injuriari, nec sibi amodo succensendum, si sic laesa eius amicitia ad eos exerceret inimicitias. Intellexit abbas libenter eum causas affectare, ut quod petebatur de castro deiciendo, quasi iuste exasperatus recusaret, et de 35 eo iam desperare coactus, secessit Franciam, utroque Lamberto comitatus. Et dum apud cellam Eberneicortis moraretur, exoratus ab Alberone abbatte sancti Vincentii Lambertum iuniorem illi habendum apud se permisit, nec multo post requisitus ab episcopo, cur se tam diu absentasset vel a loco suo vel ab eo, Theodericus praepositus praemonitus ad ea respondere, respondit abbatem apud se deliberasse ex toto iam recedere, nolle eum amodo loco 40 praesesse, cui non poterat prodesse, dolere se tam diu superesse, ut se vivente videret tot suos labores deperisse, castro quo firmaverat superexistente. Veritus episcopus cum divina offensa, tum etiam publicam de recessu tanti viri infamiam, edixit praeposito quantocius abbatem revocare, mandans ei se malle tot impensas, quas in castro frustra expenderat, perdere, quam Deum offendere, ipsumque sic ut recederet exasperare; pateretur tamen quandoque 45 hoc agendum cum tempore et ratione. Tandem revocatus abbas cum episcopo apud ipsum castrum occurrisset, et exceptus hilariter ab eo consedisset, conquerenti se nimis ab eo insequi et insectari respondit abbas, animo desideranti nichil satie festinari, ad hoc episcopo secretius spondente illi absolendum pro certo sibi effectum huius desiderii sui; nondum tamen id posse convenienter fieri, ne imputaretur eius levitati tam subita eversio tanti sui laboris. 50 Consolatus interim abbas tacuit, Deum propensius exorans, ut disponeret ei celarem proveniunt huius suaे expectationis.

46. (58.) Audivit interea dominus Petrus venerabilis prior ecclesiae sancti Remigii, notum sibi olim Lambertum iuniorem morari apud dominum Adalberonem Lauduni, qui assumpto Thiebaldo claustralii priore cum Humberto praecentore, suggessit abbatte Henrico, ut missa legatione ad 55

a) ita 2. viena 1 b) f. exitum.

Adalberonem, Lambertum sibi commodandum expeteret, et quia scolastico indigebat, scolas illi regendas committeret. Nec moratus abbas vir magnae aetatis et maxima honestatis, misso Heriberto succentore, dictavit ei animos Lamberti prius explorare, si concedente abbate Adalberone ad sanctum Remigium consentiret venire, et tunc demum ex eius consensu litteras suaue petitionis pro eo abbatii praesentaret. Lambertus de mandato consultus, respondit se suaue potestatis non esse; ex consensu vero Adalheronis paratum se quo mitteretur ire. Sic redditis deprecatoris pro Lamberto litteris, Adalbero quod petebatur exhorruit, asserens id se non praesumere, nisi ex Theoderici abbatis voluntate, qui illum sibi commiserat redditum ecclesiae suaue. Interim tamen dubius an petitionem tantae ecclesiae omnino refelleret, an depositum sibi Lambertum ad sua remitteret, ad rem tractandam inducias petuit, et diem ad se redeundi legato constituit. Coepit interea pertemptare Lambertum quid mallet, et hortari ut se excusando illi quod verebatur absolveret. Lambertus in priori sententia persistente, scilicet sui se arbitrii non esse, praeciperet ipse quod vellet, paratum se illi obedire; Adalbero exceptit ab eo conditionem, quod remandatus a Theoderico abbe sine excusatione ut suus ad eum rediret, et in eius placito se omnino reponeret, dimisitque eum ad praefixam diem legato sancti Remigii pro eo redeunte. Ille gratia Dei honeste deductus et amicabiliter exceptus, iussus est ecclesiae scolasticus haberi, nec multo post electus et constitutus unus ex septem cardinalibus majoris altarii. Dignitas huius ordinis firmata est privilegio Romano eidem ecclesiae a domino Leone papa, quando eam dedicavit²⁴, ut non archiepiscopo, non episcopo, non cuiilibet maiori vel minori personae liceat missas celebrare in ipso altari nisi archiepiscopo Remensi et cui abbas non quidem temere, sed consensu fratrum permisit. Septem vero cardinales ad hunc honorem assumpti publica electione praeminent in tota congregacione, et liberi a ceteris officiis, quibus vicissim deputantur alii, colummodo deserviunt praedictae altari, in festis diebus balthae utentes, et trium diaconorum totidemque subdiaconorum et a cholitorum processionem habentes.

47. (59.) Audit sunt omnia apud sanctum Hubertum quae evenerant de Lamberto, quem Theodericus abbas secum eductum Lauduni commiserat, quasi ad satisfaciendum episcopo, cui videbatur iniuriosus pro verbo superiorius incautius in eum prolato. Et indignantibus adversus eum quibusque, amarius vero Lambertus maiore, quod quasi illius imprevista simplicitate huismodi dampnum evenisset ecclesiae, ut^a emolumentis nutritus deserviret alienis utilitatibus, coepit secum deliberare, an depositum Adalberoni remandaret, an per se ipsum Lambertum requireret. Imminebat vero dedicatio ecclesiae Ebernensis, quae est in die sancti Martini, illoque abbas veniens mandavit Lambertus, ut sibi occurreret. Ille auditio mandato hora tertia, occurrit ei cum legatione ecclesiae sancti Remigii hora sexta. Laetus est abbas tam citu sibi occurrisse Lambertum, erubescensque quibusdam qui asserebant quasi rebellerum non esse venturum. Cui cum coram obiceret, non hoc ecclesiam matrem suam de eo meruisse, ut alienis commodis deserviens illam postponeret, respondit Lambertus, non id recte calaminiatores suos de se sentire, ubicunque esset, se filium suum eiusdem ecclesiae ex toto recognoscere, et ut ipse melius nosset, numquam se hacenus arbitrio suo vixisse nec amodo velle vivere, et si satis iam expertum adhuc experiri placeret, iuberet potestate quid se facere mallet. Ad haec abbas cum assidentes in admiratione circumspiceret, quod tam cito et rationabiliter redditia ratione orationum a se calaminias removisset, legatio sancti Remigii has illi litteras obtulit in eadem confessione: *Venerabili abbatи Theoderico frater H. et fidelis illi sancti Remigii congregatio illam quae est salus iustorum a Domino. Apud karitatem veram, quam credimus vestram, non nullum laborat ad optimendum quod petit fiducia fraterna. Sit ergo eius ipsius vestrae karitatis, ut fratrem Lambertum nobis cum gratia vestra remittatis. Sed neque vel vobis vel ecclesiae vestrae reputetur oneri, quod probatur honori, nec adscribatur dampno, si nutritus labore vestro convenit idoneus inesse apostoli Frangorum archimonastry, cum sapientium iudicio utile postponi debeat honesto. Vale.* Tunc demum abbas cum Lambertum sic sibi in omnibus obediens paratum perpendebat, tum etiam ne ecclesiam tantae dignitatis non exoratus offenderet, illum cum gratia sua remisit ad sanctum Remigium; ipse quoque ad suum reversus est monasterium.

48. (62.) Henricus episcopus imminentem dominici natalis sollemnitatem apud sanctum

^{a)} suis vel ipsius excidisse videtur.

²⁴⁾ a. 1049. Privilegium d. Oct. 5. edidit Marlot hist. Rem. II, 107.

25 Hubertum celebravit²⁵, ubi et in sequenti quadragesima ordinibus exactis, Leodium redit. Abbas vero iam diu suspensus de promissione qua episcopus deiciendum castrum condixerat illi, ut iam tandem experiret eventum rei, adgressus est illum Leodium prosequi. In quarta autem feria pascalis hebdomadae hora fere tertia veniens Ticletum, audivit a suis Serani²⁶ esse episcopum, ascensaque navi venit ad eum. Episcopus ad podium suum consistsens, de longe recognovit venientem; cui cum iam ripae adlamenti gratia salutationis inclamaret: *Sur-rexit Dominus vere, abbas ei respondit: Et appareat Henrico hodie.* Quem episcopus benigne exceptum introdixit in capellam quam satis eleganter ipse ibi considerat, neminem praeter Theodericum praepositorum admittens in causa. Qui sedens aliquamdiu cum vultu et vocem suppressisset, oculos lacrimis suffusos elevavit ad coelum, et conversus ad abbatem quasi in agonia constitutum: *Scio, inquit, quid quaeras, karissima pater, scio quid desideras, quidve in posterum verear ex malitia quam vides praesentis temporis, cuius ne michi apud Deum, ut multo tamen minaris, imputetur occasio, castrum quod deiciendum affectas, tuae hodie voluntati et potestati permitto, ipsunque montem cum comitatu et omnibus quae sunt eius ditios in perpetuum ecclesiae tuae possidendum legaliter contrado, meque totum tibi et filii tuis gratia huius vicissitudinis domino Deo commendandum specialiter committo.* Statim abbas lacrimatus prae gaudio, ad pedes eius procidit, quem episcopus et ipse genu flexo levans humiliiter hoc eum fecisse castigavit. Nec moratus abbas omnem eventum rei Lamberto maiori, quem ad castrum custodiendum reliquerat, scripto mandavit, et ut ad evertendam altitudinem sathanae quibus viribus posset accingeretur, per obedientiam indixit. In crastinum summo mane redditis sibi litteris, Lambertus ascenso equo circumquaque pervolavit, et publica exactione quoscumque potuit ad castrum quantocius convenire compulit, et ne quis praetenderet occasionem vel rumorandi vel excusandi, velut quadam anxietate animi insimulabat minaciter necessitatem instantem propellendi periculi, ex banno episcopi amissionem rerum suarum intempts singulis, nisi adessent tuendae munitioni et firmando aggeri. Commota igitur rusticorum, maxime vero carpentariorum multitudine hora nona Lambertus ad castrum redit, accinctusque in primis cum fratribus ibidem commorantibus, turrim ascendit, et nisi prius videret deiectum eius apicem, se omnino non gustaturum iuravit. Videres rusticos exemplo eius incitatos, quasi se ipsos vindicantes in publicum hostem totius provinciae certatum insurgere, ad summa turris convolantes tectum cum trabibus evolvere, parietes abruptis con pagibus dissolvere, moenia ipsa cum propugnaculis eversa funditus eruere, tot impensis tot que labores cum maximo collisionis fragore in brevi concidisse. Sequenti feria sexta abbas ab episcopo rediens, cum prospiciens turrim non videret unde videri solebat a longe, suspiciens in coelum, quantocius de equo descendit, terramque deosculatur^a; *Te Deum laudamus* devotissime decantavit. Et cum pervenisset ad castrum, ipsum iam nudum aggerem deiectae turris suspiceret, elevata contra eum manu: *Dissolvat te, inquit, virtus omnipotentis Dei, qui nutu suo muros Iherico corrue fecit.* Nec prius abstitit, quam duodecim libras denariorum pro conductis operariis ad eundem tumulum complanandum deputaret praeter eos qui tunc exacti convenerant ad castri destructionem.

49. (83.) Per idem tempus Richeldis comitissa Montensis rediens Roma, per fiscum suum Caviniacum transire disposuerat. Cuius transitum cum persensisset Arnulfus Chisniacensis, ut erat audacis malitiae, insecurus eam capere voluit. Quem Deo invante effugiens, ad ecclasiam beati Huberti divertit, et officiosissime ab abbe Theoderico excepta, per hebdomadam in loco repausans substitit. Interim fratrum religione perspecta diligenter, et multiplici obsequio sibi hilariter impenso delectata, Caviniacum, quod ut dictum est abbati deposuerat in vadum, obtulit ecclesiae funditus emendum. Quod cum abbatи omniisque congregationi placaret, communī consensu dies praefixa est emotio eius huius agendae, et hoc coram episcopo apud castrum Fossense. Procuratus est quoque illi comes Albertus ab abbe, qui eam reducens in sua constituit securitate. Abraso autem argento quod in ecclesia inveniri potuit, octoginta marchas secum deferens abbas Fossas venit, trecentis aliis per Lambertum maiorem et Theodericum praepositum procuratis, apud mercatores et clericos Leodienses vadibus

a) *malum deosculatus.*

25) Hanc ibi egit a. 1082, ordinationis suea a. 8. placentis, sed absque venatione. Mirae Opp. Dipl. et tunc allodium Braz per manum Godefridi ducis IV. 351: Martens Coll. I, 517. 26) *Tilleur* et eiudem ecclesiae advocati legali donatione sancto *Serainy*. R.

depositus. Conveniente ergo comitissa Richilde cum filio suo Balduino, renovata est coram episcopo et duce Godefrido conventio condicta de Caviniaco, cuius pretii summam cum episcopos contraxisset ad marchas trecentas, praeter septingentas quas olim abbas in vadum superposuerat ei, mater cum filio ipsum fiscum perpetuo habendum ecclesiae beati Petri et beati Huberti per cespitem et ramum eiusdem allodii legaliter in manus episcopi et abbatis, ducis quoque Godefridi ecclesiastici advocati contradidit, et publica audiencia sibi eum et quibusque heredibus suis uteque funditus abiuravit²⁸. Et cum in exsolvendo argento videret²⁹ episcopus viginti marchas deesse, duo candelabra sua eiusdem ponderis depositus comitissae, quae postea ex proprio redemit ductus amore ecclesiae. Facta autem et confirmata carta huius coemptionis in publica praesentia episcopi et ducis, et signata testibus idoneis, abbas laetus ad ecclesiam rediit, et vestituram legalem per manum ducis recipiens, super altare beati Petri Caviniacum totum cum familia et omnibus aquestibus et appendititis suis ut proprium suum aeternaliter ecclesiae retinendum sine ulla contradictione saxisit.

50. (64.) Postea remandatus abbas ab episcopo Hoium venit, ibique gratia dilectionis aliquamdiu ab eo retentus, cum regredi destinarerat, suggestus episcopo, apud ipsum oppidum ecclesiam beati Huberti duos molendinos habere; eius gratiae convenire, ut sedem tertii construendi monasterio concederet. Quod episcopus libenter concedens, evocatis ministris et iudicibus eiusdem oppidi, equum ascendit, et ad placitum abbatis optimam sedem molendini super Hoiolum confirmavit, quam legali dono ecclesiae in perpetuum possidentam confirmavit. Erat eo tempore Bosco archidiaconus abbas Hoiensis ecclesiae sanctae Mariae, Lambertus nepos eius publici juris provisor et iudex, Dodo dispensator episcopalis mensae.

51. (65.) Braz quoque et Gruisponti, quae olim ecclesiae perpetualter donaverat³⁰, Arsiae partem quae sui iuris erat, ex allodiis quae fuerant comitissae Richeldis addidit. Et ne quis eadem dona sua amodo vel immutaret vel removeret, aeterno anathemate dampnavit. Hanc partem Arsiae Cono de Hamerina tollit ecclesiae vi et iniuste.

52. (66.) Mater ecclesia beati Mononis martyris Nasaniae^a a Gualcaudo^b episcopo data fuerat cum omnibus quae ad eam pertinent ab antiquo ecclesiae beati Huberti in potestativa ditione. Eius clerici acceptis ab abbatte praebendis, tamen consensu et laude fratrum, conducto eis et soluto servitio debiti honoris, iam ex tunc detrectabant per insolentiam subesse iustitiae abbatis, nisi in clericalibus conciliis sub districione episcopali. Hanc quoque insolentiam petente abbatte episcopos, liberum constituens altare eiusdem ecclesiae, absolvit, et omnes exactiones et iusticias episcopales et archidiaconales, praesente ibi et secum condonante Bosone archidiacono, ecclesiae beati Petri et beati Huberti in perpetuum remisit, eamdemque remissionem legali facto auctorizavit. Quod autem pace beatae eius animae sanctaeque memoriae non quidem exprobando, sed condolendo dicatur, Theodericus et Lambertus eius simplicitati adeo dominabantur, ut omnino eis in omnibus se crederet, et quasi consulto Deo eosdem consultores audiret. His enim fidens provisoribus, tanto interius advigilabat liberius, quanto de externis dormiebat securius. Sed cum non multum distet in vito vel decipere vel decipi posse, in hoc damnosum nimis crimen miscuit gloriae suae, quod imprudenter patiebatur seduci eorum miserrima suggestione. Nam si quem vel gratia consanguinitatis vel acceptae mercedis vellent noviter casare^c, hoc de praebenda fratrum sine eorum consensu non dubitabant abbati persuadere, illeque eorum persuasioni non differebat obedire. Hoc modo amisit ecclesiastica utilitas ex antiquis possessionibus suis Vineias et Lesternicas, et ex acquisitis ab eodem abbatte noviter Salmodium in proximo et Tavers in Hasbanio.

53. (67.) Anno Domini 1086, ordinationis vero suae³²^d, Theodericus abbas, non solum¹⁰⁸⁷ senio sed et confectus ieuniis, orationibus et vigiliis, laboribus etiam et curis commissae sibi pastoritatis, ab ipsa licet pertenui virtute corporis circa mensem Iulium deficere coepit,

a) Vassanie 1. b) Guasco 1. c) t. e. *feoda ei attribuere*; cassare 1.

28) Cf. Gisleberti Chron. Hann. p. 37. 29) alterum anno 1082, sed Grupont demum anno 1087, v. supra pag. 591. cap. 43. 30) Haec inter se convenire videntur, sed pro anno 1087, stant Annales Laubienses et auctor vitae, qui anno aetatis 55 80. nondom completo eum obiisse refert, natum anno 1007. Nov. 11. Accedit charta de Gruisponte,

quae eo vivente data esse videtur. Contra Theodericus II nominatur in donatione Reginoldi sp. Mart. et Dur. I, 519. quae data est a. 1086. ind. 10; anno Philippi 26, Rainoldi 3. Sed Rainoldus anno 1091. ord. sua 7 numerabat (Gallia Chr. X, 31.). et ind. 10. convenient cum a. 1087.

108. unde et gratia paululum repausandi Piro illi secedere placuit; ubi dum se ingravescente sensim infirmitate praesentiret ad mortem urgeri, Theoderico praeposito sibi secum^a moranti relationem suam ad monasterium accelerandam indixit. Referendus vero litteras vel deprecatorias vel commonitorias, ut cuique conveniebat, scilicet Adalberoni Laudunensi abbatii, Guiredo praeposito Ebernensi, Lamberto priori sancti Remigii, Berengero abbati sancti Laurentii, ipsi etiam Henrico episcopo Leodiensi dispositis nuncius mittere festinavit, humiliter exposcens, ut sibi quantocum adessent et morituro ultimum vale facerent. Et cum ab ipsa cella transpositus in alteram ripam Mosae gratias ageret Deo, quasi iam propinquior cui aspirabat monasterio, occurrit illi Lambertus maior cum apparatu revectioni eius congruo. Cum vero in crastino circa horam nonam appropinquaret monasterio, divertit super Lumnam^b 10 fluvium in quodam circumiacentis silvae prato, ne quis fieret pro eo popularis planetus aut tumultatio. Sic evitata populari expectatione, in prima vigilia noctis dominicae^c exceptus est cum maximo fratribus moerore. Summo autem mane affuit illi episcopus cum Berengero abbe. Hii cum ad eum intraret, ille collectis viribus sedens in lecto gratias Deo egit, et imposita sibi stola fratres suos tam praesentes quam absentes absolvit divinaeque misericordiae commendavit, et sic demum ecclesiastico more se Deo reconciliandum episcopo humiliiter obtulit. Hiis omnibus hora fere tertia expletis, exinde studens silentio et divinae contemplationi in crastinum hora eadem ad Deum migravit. Cuius statim migratione vulgata, occurruunt certatim ad tanti viri exequias Godefridus Buloniensis, Albertus Namucensis, Arnulfus Chisniacensis, Cono Montisacuti^d, curialesque^e cum popularibus indifferenter ad mixti, quasi patrem patriae amississe conquerentes^f lamentatione communi. Per biduum vero advigilatus sollempni missarum celebratione et continua psalmorum decantatione, tanDEM sepultus est tertia die^g in cripta nova quam considerat in honorem beatae et gloriosae semper virginis Mariae. Cuius obsequium cum episcopus vix exploraret, lacrimis et gemitu vocem eius intercludente, incredibile videbitur posteris, in quantos planetus omnes se suscitataverint, quantisque clamoribus dolori in commune satisfacerent.

^{Aug. 25.} 54. (68.) Et tandem sepulto, episcopus obtulit fratribus eligendi abbatis optionem, protestatus inde nolle recedere, nisi eis loco defuncti ordinaret patrem. Convenit in unam sententiam et fratrum electio et curialium attestatio et popularis acclamatio, donandam eamdem abbatiam Theoderico praeposito; quod licet ille videretur reniti, seque fateretur non 30 convenire tantae assumptioni, adeo increvit semel emotus omnium favor^h, ut de re agenda nec ipsi refractare liceret episcopo. Iaque donata abbatia quassansⁱ caput, cum piae admiratione familiaribus suis enuntiaret, tanti favoris clamorem timere se in posterum alicuius sinistri portenti fore. Sed neque eius hanc enuntiationem eventus fecellit, et ut suo loco dicitur, per accessum temporis quod verebatur accidit. Theodericus vero recentem episcopum prosecutus, et ab eo ex more in abbatem consecratus, in Kalendis Septembbris exceptus est a fratribus laetanter illi procedentibus. Quia ergo, ut ait quidam^j, difficile imperium retinetur, nisi eisdem artibus quibus et paratur: ipse adhuc rudis curae pastoralis, utpote eotenus assuetus providentiae exteriori, recordatus tandem, quis fuerit quisve ex assumpto officio cogeretur iam fieri, nimurum invenit se nimis imparem impositi sibi oneris; et qui vi debatur prius quasi in plano firmiter stare, in praecipi iam pede positio coepit apud se graviter titubare. Impos ergo suimet, vestigia sui praedecessoris licet utcumque conaretur prosequi, nullo modo tamen praevaluit assequi, et laxato paulatim rigore discipline, quo ille maxime viguit ad gloriam, dum se plus iusto quibusque inclinaret quasi ad gratiam, in brevi devenit ad contemptum per familiaritatem nimiam. Volens denique amari ex benevolentia 45 a quibus debuissest timeri ex honoris reverentia, dum quibusque indifferenter et inconsolite promitteret speranda quae conferre non poterat, ipsos etiam veteres amicos suos sibi gratis inimicabat; maxima enim est pars beneficii, si cito negatur quod non dandum promittitur,

^{Sept. 1.} ^{Macrobius.} ^{Sat. II. 7.} a) secum 1. f. ibi secum. b) ita 2. c. qui 1. c) conquerentes 1. d) clamor superscri. vel favor 1. e) fort. 50
quassabit legendum est. f) i. dum p. 1.

31) Dominica erat Aug. 22. Teste auctore vitae mane venit et inde die quarta mortuus est, scil. Aug. 25; quamquam ibi in cod. Almensi legitur 9. Kal. Septembbris. Sed d. 8. Kal. Sept. tuenf Nocr. S. Maximini, Bouth. Prodr. p. 985. et Missale Stabul. ms. 32) Montaigne inter Leodium et Hoium. 33) Mos quippe antiquus fuit, ut abbatess non nisi tertia post obitum die sepulture tradeneretur, ut demonstravimus in lib. 5. de antiquis monachorum ritibus c. 12. n. 6. MART. 34) Salustius Catil. c. 2. 55

et amicus ita debet haberi, ut putetur inimicus posse fieri. Unde cum inter eum et sibi commissos suscitaretur frequens dissensio, ad hoc usque prorupit eorum mutua indignatio, ut privato germinante inter eos odio, succresceret in posterum publica ipsius ecclesiae maxima confusio. Sed de his interim intermittendum.

55. (69.) Episcopus autem circa locum ex veteri pia consuetudine sollicitus, cum audiret a quibusdam quae gerebantur inter abbatem et fratres, et audit a dissimilans nosse, eadem speraret corrigenda vel tempore vel ratione, idque minime proveniret, indignatus sibimet super tali ordinatione cum moerore gravi: *Ecce inquit, quod verebar accidit, ecce quam infelix exitus ex tam laetis initis.* Nec tamen abstitit, quin saepius locum reviseret, fratres corrigeret, res ecclesiae ne minuerentur attentius curaret, abbatem in quibus eum deprehendebat minus sufficeret suo consilio et auxilio sustentaret. Cuius ille vivaci sedulitate refectus, a suo illo quo gravabatur apud se defectu coepit constantior haberi in hiis quae curanda suscepit, et quae prius ut inexperta sub quadam lassitudine fastidiebat; unde ea quae erant ecclesiae non solum retinuit, sed et quaedam sua industria acquirere studuit.

56. (70.) Quidam nobilis Sigefridus cum uxore sua condixerunt sibi invisiere ecclesiam beati Huberti gratia orationis; qui ab abate honeste suscepti, ibidemque per triduum retenti, pro impensa sibi benevolentia inducti, allodium de Moroldiheis³⁵, quod erat eorum, ecclesiae obtulerunt, partim gratis donandum, partim ab eis emendum. Gavibus abbas se inventis opportunitatem huius acquisitionis, duodecim marcas argenti viro et uxori eius ante quam recederent appendit, et praedictam possessionem cum familia et omnibus eius appenditiae ecclesiae in perpetuum legaliter donatam optinuit.

57. (71.) Stephanus castellanus Montisacuti casatus erat ecclesiae, quantum ad filios et filias nullum habens heredem. Cuius hereditati cum nepotes illius inharent, abbas casamentum quod erat ecclesiae ab eodem Stephano redemit, et ante quinquennium mortis eius redditum sibi infirmorum usibus deputavit. Aedificavit praeterea hospitale domum ad susceptionem supervenientium peregrinorum et repausationem infirmorum pauperum, deputatis ibidem molendinis Caviniaci fisci ad usum illorum. Constituit etiam integrum praebendam communis fratrum elemosinae quotidie addendam ad remedium animarum huius congregacionis specialiter destinatam.

58. (72.) Decima totius Amberlensis fisci videlicet indominationis, erat sua^a ecclesiae, quae sita est in Ambra beati Petri apostoli, et hoc tempore Beregisi abbatis, dono Pipini qui erat maior domus Theoderici regis. Tempore autem Henrici imperatoris cognomento Pii, cui heredem non habenti Conrardus in regnum successit, Cunegondis comitissa, quae fuerat unica Gozelonis comitis dominatoris eiusdem fisci, Ottoni euidam Saxonico nupsit; inter quos honeste divortio eveniente, quod non est nostrum renumerare, omne patrimonium Cunegundis lege palatina devenit in manum imperatoris. Henricus autem imperator filius Conradi praedictum fiscum cum castro quod dicitur Rupes Seremannii duci Frederico mutuavit pro quibusdam eius possessionibus, quae in Saxonia opportuniiores erant sibi; sed et Cunegundis apud ecclesiam beati Petri vel Huberti reclusa, coram altari sancti Martini satis continenter ibi vivens post longam poenitentiam in Christo quievit, et sepulta est iuxta^b corpus patris sui Gozelonis. Quae adhuc superstes dum frequentaretur a duce Frederico gratia caritatis, eius suggestione idem dum praedictam decimam ecclesiae ex toto recognovit. Et quia erat vir veritatis et iustitiae, pro dampno quod intellexit loco evenisse de eadem decima per memoratas dominorum commutationes, tradidit legaliter beato Huberto perpetuo habendum Montem Pincionis³⁶ cum familia et omnibus appenditiis suis. Qui cum adhuc rudis antiquae et debitae consuetudinis cognosceret ex debito exsolvendas beato Huberto omnes primitias singularum ferarum annuae venationis totius silvae Arduennensis, tanta sollicitudine sue tempore solvere eas curavit, ut quadam vice cum venatoribus suis aprum monasterio deferentibus progressus, ipse net humeris propriis eiusdem apri caput nobis videntibus ecclesiae inferret et ante altare beati Petri gratia devotionis deponeret. Dux quoque Godefridus cognomento Barbatus quadam die cum ad hanc consuetudinem beato Huberto exsolvandam venatumisset, quinque cervos cepit cum uno lupo; ipsos quoque omnes cum coriis et capto lupo adhuc vivente transmisit nobis videntibus huic ecclesiae. Post mortem autem praedicti Frederici Ida uxor eius nupsit Alberto comiti Namucensi, iterumque praedicta decima coepit 1063.

55 a) *de o. propria.* b) *deest 1.*

35) *Marhes.* H. 36) *Pinsamont,* village entre Bastogne et St. Hubert. R.

subduci ecclesiae, agentibus inquis et fraudatoribus ministris, quasi fiducia immutatae dominationis. Ad hanc reclamandam abbas comitem ob uxorem eius expetit, et Lambertus maiores rerum ordinem rationabiliter renumerante illis, quod suum erat ecclesia utriusque assensu recuperavit perpetuo habendum.

59. (73.) Apud Cavinacum fiscum curialis familia habebatur, quae olim ecclesiae acquisita cum ceteris popularibus, dominium ecclesiae quasi novum detrectans, servire ei dedignabatur. Unde Balduinum comitem Montensem, filium Richeldis, abbas Lambertus maiores comitatus adiit, et ne insolentiam eorum adversus ecclesiam tueretur, ei rationabiliter suggestit. Comes relato consilio ad idam uxorem suam aliosque fideles suos qui interfuerant gestis de 37 Cavinaco superius memoratis³⁷, eorum testimonio iustum quidem causam abbatis recognovit; sed mandavit ei se velle honorari gratia eiusdem a se confirmanda recognitionis. Abbas illi decem miascas argenti conduxit, eumque secum Tuditinacum³⁸ castrum³⁹, quo tunc episcopus cum Godefrido duce morabatur adduxit. In eorum praesentia Balduinus praedictam 39 familiam curiale ecclesiae beati Huberti suam³⁹ esse recognovit, et a se respectum eorum omnino removit, omnesque qui videbantur esse huius contradictionis cum servis eorum et 15 ancillis, cum possessionibus eorum et allodiis, facto ibi publice privilegio ei confirmavit; cui etiam cum sigillo episcopi suum quoque imprimi fecit.

60. Episcopo autem inferente duci, satis utilem fore ecclesiae beati Huberti acquisitionem huius fisci, si quis etiam decimam eius acquirere posset, quae erat ecclesiae Prumiensis, consultu et hortatu eorum concepit Theodericus abbas hoc idem negotium exequendi, 20 Denique reversus, utrumque Lambertum Prumiam misit, et nichil eis vel dicendum vel agendum dictans, eventum rei pertemptandum commisit. Excepti honorabiliter a venerabili abbatate Wulfranno, et ab eo familiariter per hebdomadam retenti, adeo virum suis affectabant facetus, ut quibusque suorum postpositis, illorum specialiter frueretur colloquiis. Et Lambertus quidem maior, utpote qui ab adolescentia sua curia fuerat assuetus, cum delectaretur 25 confabulantem sibi abbatem palatinis salibus, iunior vero prout erat illi dicendi locus breviter defloratus veterum annalium subinferret eventus, illud vel saepius exigebat abbas referendum sibi quasi ad gratiam iocunditatem, quomodo Papirus Praetextatus puer, ne senatus consultum proderet, matrem suam eluserit. *Hic capitulum ingressus sub clamide patri talenter, indeque regres-*

sus, cum se querenti mari praesentasset, illa inter oscula interrogavit eum ubi tandem fuisset; quo respondente, ie cum 30 patre in senatu fuisse, materni argumentis coepit puer insistere, ut sibi referret quid secreti ibidem audisset. Puer per-

taeus querendis fatigatus, cum omnino deliberasset apud se capitoli secreta non prodere, advenient artificiosi, senatum

duas uxores unicae viro deceperisse, idque in commune, confirmandum crastina sessione quasi ad utilitatem rei publicae.

Femina impatens totus morae, cum trepidans domum agressa potenteriis Urbis matronas suscitasset, factas paene in

amentiam tal rumore, concenerunt in crastinum ante capitulum iam senatus consulente; ubi duis furor female concrama- 35

rent, ne sententiam sui hesterni decreti adversus eas senatus ingravaret, sed potius unicae feminae duas viros habendos

decerneret, requirebant patres quae esset illa mulierum intemperie. Pavabant enim et mirabantur non parva rei produc-

gum illam vereundi sexus impudican tamquam. Tunc puer Papirius curiam ingressus publicum metum demit, et referens

quomodo illi importuna mater institisset, et quid ipse matris insinuasset. Tunc senatores ingenium pueri exoscularentes, hono-

ris gratia Praetextatum cognominandum sanxerunt ob loquendi et locandi prudentiam in aetatem praetextatam, causam 40

quoque et ordinem rei. Sic derisa est impudencia female amoris et levitas, et Papirio Praetextato, ut erat puer, dignitas

adjudicata senatorii ordinis, atque pueris ex hinc a senatu exclusa. Hiis illatis ad placitum abbatis prosequen-

batur Lambertus que subsequuntur, prout interveniebat ei opportunitas ad gratiam audiuntis.

Cicer. Narrante, inquit, Platone inductus quidam Gygas in terram hiatum magnis embribus solubum, ibique offendit equum iacen-

tem aeneum. Causa aperte latribus cum invenerit hominem mortuum quedam, habentem in digito annulum aureum, 45

abstraxit et induit illum, siueque ad pastores regios se recepit, cum esset unus eorum. Qui cum predicti annulus pacem ad

palmarum convertens, ipse quoque omnes videns a nemine videtur, hucus miraculi solers factus, rege Lydorum intersecto

cum quibusdam suis principibus, uxore eius, regno est potius.

61. (74.) Illud quoque, inquit, memorabile apud philosophos habetur de Damnone et Pythia, duobus videlicet Pythagoreis, quorum alter a Dionysio Siciensi tyranno dampnatus sententia capitali, petit ab eo inductus domum suam disponendi. Tyrannus astutissimus, quod repurari non posse existimavit, sponsorem qui pro se feriretur, si moram faceret, ab eo requisivit. Ille ut fidem faceret redeundi, vadem mortis sua socium obtulit constanti animo pro se, si non revertetur, paratum mori. Ad dies intentiæ mortis proscriptus redit, cum socius iam decerneret pro socio libentissima morti. Ammiratus tyrannus amicitiam philosophis cariorem esse quam vitam, remissa sententia condicione mortis, ultrisque in amicitiam suam accedit, quippe quos in tali periculo veros amicos probauit. Idem vero tyrronus licet multis punisset iniuste, unum tamen laudatur omnino iuste punisse. Quidam enim aerarius perpendens cum detectari cruciatibus hominum, existimavit illi deserveire ad placitum, si furori eius admixtum aliquis nositatis tormentum. Fornavit ergo et fudit bovem aeneum, eumque tyrranno presentari quasi ciuisdam tuconditatis spectaculum. Qui requisitus ab eo, ad quos usus talem machinam excogitasse,

a) Rud. corr. manu aliis Tad. 1. b) vel supra vel aetate praetextata scribendum est. c) Narrationes sequentes ad fidem cod. T. damus.

37) c. 49. 38) Thuin. R. 39) i. e. propriam. Extant litterae huius recognitionis, datae Tuditinii anno 1058. H.

respondit artifex: illo intromittendos si quos cruciando destinaret, accensuque desubta rogo, mugilis illi quasi dovis per os chiamad machinas reddiduros. Ad haec tyranus: „Id ipsum, inquit, per te primum volo experiri, iustumque michi videatur, ut prior postulari quod alii preparaverit.“ — Deos quoque suos adeo tristis, ut probaret eos magis contemptu quam esse aletutus venerandos; nam ingressus tempium Iouis, amictum aureum: quo simulacrum eius velabatur tussi debrabi, et pro CIC. N.D.
5 eo lamenum reponi: cassulus aureum in hymen frigidum, in aestate onerosum. Aesculapius etiam auream barbam regi praecapit, dicens inconveniens esse filium barbam videri, cuius pater Apollo utpote quotidie renarcens habebar in libertate. Simulacrum quoque tenellas aureas pateras admittit, protestatus ab hominibus non debere despici, quod illis offerebatur a Ditis; aurum videlicet si malum esset; habere Deos non debet, si vero bonus, illis potius convenire qui illi uti scirent. Idem cum a quodam philosopho beatificaretur eo quod ad nutum eius ruppetere sibi tantae potestatis unus, eum ad con- CIC. Tuse.
10 vescendum eodem die invitavit, et praeter consuetudinem exquisitus diuinitus concivit, agendum instituit, in quo philosophus V, 21.
secum discubundus nudatum gladium tenus pro capite suspidi tussit. Philosophus videns gladium impudentem sibi exhorruit convivium, et imminentem sibi periculum huiusmodi, gratiam concessendi tyram qui se invitaverat omnino excusavit. Ad haec tyranus: „Talis, inquit, securitas est michi beatitudine, curia me esse falso praedicasti, cum vel rotas fortunae
modo summa convicia infinita, vel ipsa mors omnibus immensis nulli parere vellit.“ Legitur Alexander sacrificante pue- Val. Mat.
15 rum qui ei ignem accendebat, carbonem unum in brachio exceperisse, adiustaque corpore immobile permanuisse, nec dolorem III, 3. Ext. 1.
vel genitum signo aliquo vel moto prodidisse. Tanta fuit in pueru reverentia disciplinae, ut religio cinceret sensum naturae. Diogenes. Cynicus in dolo recumbebat, quod quasi ad habitandum sibi sufficiens praeiorum nomine honorabat. Egerat vero et Ib. IV, 3.
ut idem dolium cum sola vertex oritur, eiusque conversione vilabat refrigerandus solem in aestate, et eum calidius captabat Ext. 4. Cfr.
in hunc. Quem cum praeiorum Alexander Magnus praeior optimatum suorum estimationem inclinata maiestate regia revi- Tuse. Y, 32.
20 seret, addidit Diogeni in praeior suo capianti hymenam solem. Quo salutis officiosissime: „Interim, inquit Diogenes,
dum loquens ne obstes michi a sole, neque submovebas michi ministrans calorem, quem ipse non potes dare.“ Ad haec
Alexander se a philosopho parecipiens subridens, et conversus ad principem sibi obsequentes: „Vide, inquit, belum quae
totum mundum habet sub pedibus, quem nos tanto labore querimus.“ Cui cum regio munere vestes paene nudo proferret,
abiecit eas Diogenes, asserens natum cum divitiis, cui quod habet sufficit. Hic a barbaris ex libertate in servitutem venum
25 terat; quem cum emere vellet Xeniares Chorinus, et quid artifici nosset percutendarerat: „Novi, inquit Diogenes, hominibus
liberis imperare.“ Miratus Xeniares respondens eius, empnum emisit manu, filioque suos et tradens: „Accipe, inquit, libe- Macrob.
ratos meos quibus impera.“ — Idem⁴⁰ Alexander cum ad Brachmanas pertransiens eandem gentem longe ante didicisset et
adeo cohiberi naturali lege, ut publice philosophantes studio virtutum vita nescirent, et maxime impudicitiam et cupiditatem,
presentavil se solis reverenter Dydimi principi etiudem provinciae. Quem Dydimus regulariter excipiebat admodum, ut futura
30 die interesset auditoria cuusdatur inter duos vicinos iustitiae. Locato in crastinum iudicib, sedit cum Dydimo Alexander
cum frequenta populari, affuerunt et duo vicini, quorum causa erat eiusmodi. Alter alteri agrum venitatur, quem dum
35 empor excoleret, in eum thesaurum invenerat. Mox ad venditorem agri recurrens, horribatur ut thesaurum suum recuperet,
cum nichil sibi praeter agrum vendidisset. Venditor econtra cauabatur illum iam non sum esse thesaurum, quia vendito
agro eliminaverat a se etiam agri prouentum. Alexander miratus liberum totius cupiditatis contentionem: „Huiusmodi, in-
quit, nulla eset in regno meo agenda disceptatio, qui omne inventum publici iuris vindicaret violenter exactio.“ Ad haec
35 Dydimus interrogavit eum, ulrum rerum nostra communies ibidem proferret copias? Respondente Alexander: „Etiam copio-
sissimas, subtilitatem Dydimus: „Haec quidem dona creatoris licet attingat idem provenirent creaturis; sicut profecto homines
tandae iniustitiae et cupiditatis illa non suis modo debite meritis, sed in eadem terra subsistentibus vel voluntatibus vel bestis b.^a
62. Hannibal Carthaginis apud regem Antiochum profugus; faciliusque cauillatus sic ib. II, 2.
40 est. Ostendebat Antiochus in campo ingentes copias, quas bellum populo Romano factorius comparavera. Convertebat exercitum insignibus argenteis et aureis florentem, inducebatur currus cum felicibus et elephantibus, equos cum miris
frenis et epiphis, cum monitibus et phaleris. Rex tanto exercitu tamquam ornato clatus, Hannibalem compellens: „Pulasne,
inquit, eatis esse Romanis haec omnia?“ Tunc Poenus eludens ignaviam imbellis militum pretiumque armorum: „Plane,
ille inquit, eatis esse haec credo Romanis, eti sint avarissimi.“ Et hoc satie non solem lepide sed et acerbe dictum. Rex
45 de numero exercitus et de acquisitione quaesierat, ille respondit de preda. — In Caesarem quoque mordacias Cicero— ib. c. 3.
nis hoc modo denter strinxit. Nam post victoriam Caesaris interrogatus, cur in electione pars errasset, respondit: „Prae-
cinctura eius me decepit: locaus in Caesarem qui ita loga praecepsit, ut trahendo lacrimam incendendo rebuit molles
videtur.“ De quo Sylla prouidus dicit Pompeio, cavendum a puro illo. Idem Cicero cum apud Damasippum coenaret, ib. II, 3
et ille medocri vino opposito diceret: „Bibite Phalernum hoc, est enim annorum quadraginta.“ Bene, inquit ille, actalem
50 refert. Idem cum generum suum exiguae staturas hominem longo gladio accinctus vidisset: „Quis, inquit, generum meum
aliqua sit gladius?“ Sed neque fratris suo in mordacitas peperat. Erat et ipse parvae slabore; cuius imaginem cum
vidisset clypeatum ingentibus lineamentis usque ad pectus: „Frater, inquit, meus dimidius maior est quam totus.“ In con-
sultatu quoque Vaticini^b quem paucis diebus gessit, hoc modo risit: „Magnum, inquit, ostentatum accidit in anno Vaticini,
in quo nec bruma nec ver aetas nec autumnus fuit.“ — Auditio Caesar Augustus inter pueros quo Herodes a binatu ib. c. 4.
55 et infra iussiter occidere, suum quoque filium interisse, et dixit: „Mallem Herodis esse porcus quam filius.“ Idem Caesar
sublimis Actiacae Victoria revertebatur; occurrit et inter gratulantes quidam corvus tenens quem iustitiale dicere: „Ave
Caesar vitor imperator.“ Miratus Caesar officiosam avem, viginti milibus summis emul. Socius opificis, ad quem nichil
60 ex illa liberalitate pervererat, affirmavit Caesari, illum et alium habere, quem ut affere cogeretur rogavit; allatus corvus
verba quae didicitor expressit: „Ave vitor imperator Antonii.“ Nihil Caesar exasperatus sati duxit^c subter illum dini-
dere donationum cum contubernali. Satatus similiter a psalmo, emi sumus tuis. Idem miratus in pica, hanc quoque redi-
mit. Exemplum hoc pauperem eorum sollicitari, ut corvum instilueret ad patrem salutationem; qui impensa exhaustus,
saepè ad avem non respondentem dicere solebat: „Opera et impensa perit.“ Aliquando tamen corvus coepit dicere dicta-
lam salutationem. Hac audita transiit Augustus, respondens: „Salutatorum takum validi domi habebo.“ Superfuit corvo mem-
oria, ut et ita quibus dominum querentes solebat audire sublesceret: „Opera et impensa perit.“ Ad quod Caesar risit,
65 emique avem iussit, quanti nulla adhuc emerat. — Solebat descendentes a palatio Caesari aliquod honorificum epigramma

a) ita corripi; convolat 1^a. b) Postea in 1. sequitur caput nostrum 63, deinde c. 62. sine illo ordinis mutandi signo.
Quod quia aperte repugnat intentioni auctoris, censuimus nullandum. Auctor enim quacunque occasione sermonum Lamberti eiusdem generis in mente posse venerari, hoc loco in membranam conieciisse videatur, vel potius in secundo assculo postmodum supplicuisse; quam secundum librorum in 1. inscripto loco inserunt post c. 63. c) Hannibal 1^a. d) feri Macr.

70 e) Vaticanum 1^a. Valinii Macr. f) ostentum M. g) proverberat 1^a. b) dixit 1^a.

40) Hoc unde häuserit noscio, eti olim me ea legisse memini.

portigerat Graeculus; id cum frustra sepe fecisset, rarus cum idem facturum vidisset Augustus, breve sua manus in clariora exornavit Graecum epigramma, pergentique deinde ad se in obiam misit Graeculum. Illa legendu laudare et mirari tam vocis quam vultus; cumque Caesar accessisset ad sellam, Graeculus demissa manu in pauperem fundans paucos denarios protulit quos principi daret, dicens: „Non secundum factum tuum“, Auguste, quia et plus haberem, plus darem.“ Secundo omnium ritu, dispensatorem Caesarem vocauit, et secesserunt centus milia Graecorum numerari tuisse. — Veteranus quidam cum die in dicto sibi respondentis turis pericillarebatur, accessit in publico ad Caesarem, rogavisse ut sibi adesset. Illa adrogatum quem ex comitatu suo eligendum putaverat, sine mora dedit, commendavisse ei litigiosum. Exclamauit ingentis vox veteranus: „At non ego, Caesar, te perhicitante in Achico bello vicarum queas, sed pro te pugnare;“ detectaque impressas circumscriptiones, et erubuit Caesar, veniente in advocationem, ut qui verobat non tandem superbus sed etiam ingratu videbant; in maxima enim potentia minima debet esse licentia, quia quod apud minores reputatur pro negligentia, apud potentes habet pro superbia. — Laborium quendam asperna libertatis Romanum militem. Caece quinquevigesim milibus instaurauit si prodiret in scenam et ageret minos quos contra alios scriptum devotabat. Sed potestas non solum si invitit, sed etiam si supplicet, cogit; unde et Laborius a Cassare se coacum testatus sic respondit: „Necessitas cuius cursus transversi impetum vulnerunt, multi effugere, pauci poluerunt. Quem nulla ambitio, nulla unquam largito movere potuit in inventu de statu e. vii excellentie, mente dementi concita bis tristis annis actis sine nota hodie fortuna immoderata in bono aliquo 15 molo floris eucalypti nostra famae frangere, et satisfacere populo non me deicit. Ita me vetus annorum ut Aders serpens vires arboreas necat.“ In ipsa autem actione subinde qui poterat habitu velut flagri caesa proripionique eis similiis exclamabat super inducto sibi quodam iuvenc Syro nomine Publico: „Porro, Quirites, inquit, libertatem perdimus; et paulo post protesto dixi ante Caesarem discurrens adicebat: „Necessitate est multos timet quem nulli timet.“ Quo dicto universi oculi et ora ad sulum Caesarem converunt, notantes impotentiam eius hac dicacie latefalem. Caesar tamen furorem in publicum vertit favorem, palamini Publico et annulam aureum donans Laberio. Tunc Publius ad Laberium recedens item ait: „Quicum contendunt scriptor, hunc spectator subleve.“ Sed Laborius noto minu hor versus subiecti:

„Non possum primi esse omnes omni tempore.
Sumnum ad gradum cum claritatis veneris.
Consistes aegre, et citius quam descendendas decideris.
Cecidi ego, cadet qui sequitur, laus est publica.
Beneficium dando accipit qui digno deat.
Feras, non culpes, mutari quod non potest.
Cui plus licet quam par est, plus vult quam livet.
Comes facundus in via pro vehiculo est.
Frugalitas miseris est rumoris boni.
Heredis filius sub persona ricus est.
Honor fit laesa sapientia patientia.
Improbis
Neplenum accusat qui iterum nausfragium facit
Nimum altercando veritas amittitur.
Pars beneficii est quod petitur si cito neges.
Ita amicum habeas posse ut fieri inimicum hunc potes.
Veterem ferendo inauriam invites novam.
Nonquaque periculum sine periculo vincitur.
Nihil magis duci convenire quam de omnibus cogitare.“

63. (75.) Hiis et huiusmodi salibus abbas iam pronior ad gratiam factus, requisivit secretius, quae fuerit causa eorum ad se adventus. At illi aperuerunt quod habebant in mandatis consilium episcopi et ducis, expostulationem quoque ecclesiae beati Huberti pro mutuanda sibi ecclesia Caviniacensi. Requente vero abate, quam vicisstitudinem huius mutationis 45 conferrent, responderunt illi, ecclesiam videlicet Melsinensem⁴² cum uno manso terrae in confinio Vilantiae, quae pro situ positionis erat commodior ecclesiae Prumiensi⁴³, sicut et Caviniensis foret utilior ecclesiae beati Huberti. Quaestionis huius negotium cum retulisset abbas ad audiendum et consilium fratrum, communis eorum sententia decrevit quod quaerebatur concedendum. Ut ergo rei diffinitio legatio rata constaret, conducta est dies qua utriusque 50 ecclesiae abbates cum advocatis suis ad eam determinandam et confirmandam convenienter. Statuta die dux Godefridus cum Theoderico abbatे Prumiā venit, et evocatus ab abbatē 55 Wulfranno comes Bertoldus⁴⁴ adiutus; sive in publica praesentia, et communī consensu fratrum, multorum quoque regni optimatum cum praedictis principib⁹ collectorum, traducta et manuissa, sed et adstipulata est legaliter per manus abbatū et advocatorū conditio⁴⁵ inter utramque ecclesiam praedictae computacionis, anno 1083.

64. (76.) Rogerus Maceriensis, vivente adhuc domino Theoderico abbatē maiore, consensu filii sui Godefridi donaverat beato Huberto quicquid habebat in Chevugio pro habenda apud eum sepultura animaque suae consequendo remedio. Post quadriennium huius dona-

a) verbum hoc e Macrobi⁹ supplevi. b) nimis 1. c) proderet nesciam 1. d) numeros 1. e) ita 1. f) ad- 60
didi ex Macrobi⁹. g) quos sequuntur admodum corrupta sunt. h) supplevi e Macrobi⁹. i) Qui 2. k) non m. 1.
l) Heroclini 1. m) verum 1. n) an tradit⁹?

41) Graeca Macrobi⁹ non bene verit; ibi enim legitur: Νή την οὐρά τύχην. 42) Maissim. R. 43) V. Bontheim hist. Trev. I, 479. Sed in temporis designatione mendum latere oportet, nisi haec sub Theodero I acta fuisse dicas, quod probat a. 1083. lin. 55, 65 distat, Prumiensibus parebat; v. infra c. 99. 44) de cum Theodericus I anno demum 1087. mortuus sit. Ham, ad fl. Prumiā, advocatus eccl. Prumiensis;

tionis, Rogero iam defuncto et ut petierat ibidem sepulso, Rodulfus abbas Mosomensis⁴⁵ suggessit Reginoldo.^a Remorum pontifici, eumdem Rogerum praedictam elemosinam^b promissoe olim ecclesiae Mosomensi, eiusque convenire iustiae et honori, ut promissam attraheret abbatiæ sui juris. Credidit pontifex abbat, et quicquid in territorio Remensi suum erat ecclesiæ beati Huberti, ei violenter interdixit, nisi sibi recognosceret quod reclamabat ecclesia Mosomensis. Tali compulsus necessitate abbas ad archiepiscopum venit, assumptoque Lamberto priore ab ecclesiæ sancti Remigii, ab eo requisivit, cur sua beato Huberto sic interdixit. Reginoldus ut erat tenax coepit sententia, et maxime in quibus videbatur sibi super posse, tum etiam quia parum contra avaritiam consuluerat, in quibuscumque aliquod commo^c dum sperabat, huius disceptationis iudicium decrevit referendum ad concilium episcoporum quod in proximo praefixerat Suessionis civitatem agendum. Abbas ad concilium venit, deducens secum Godefridum filium praedicti Rogeri, paratum sibi disputatione legaliter elemosinam patris sui. Et cum inter cetera res quoque abbatis ventilaretur in concilio, haec inde sententia publice determinata est episcoporum iudicio. De altariis Remensis ecclesiæ quae^d acquisierat ecclesia beati Huberti, Remorum pontificem posse licenter implacitare abbatem; de fundis vero abbatiæ non ei quicquam^e respondendum, nisi in audiencia Leodiensis ecclesiæ, ad quam eadem abbatis pertineret, cum ex decreto canonum constet nemini licere in alienam messem manum mittere. Sic res abbatis absoluta est iudicio episcoporum. Bene autem conscius infensum sibi Reginoldum, eo quod unde^f sperabat nullum sibi proveniret^g commodum, adeo eum complacavit^h convenientibus exenii, ut altare de Bedols, firmatoⁱ 1087 privilegio et exclusa in perpetuum persona, optineret donatum ecclesiæ Pirensi^j.

65. (77.) Rogerus quoque Porcensem ipsum ante ipsum Porcense castrum^k trans flumen Axonam ecclesiam in honore beati Thietboldi aedicare cooperat, ibique deputatis quibusdam rerum suarum possessionibus, quae in privilegio eiusdem ecclesiæ renumerantur, coenobium alicuius magni nominis, ut erat magnanimus, extruere meditabatur. Sed a suis proditis, et in captione de honestatus, cum se non posse prosequi quod nimis distulerat vide-ret, taedio quoque nimio affectus de honestationis suae, filiam suam Sibillam Godefrido filio 1087. Alberti comitis Namucensis uxorem dedit, ipsumque Porcensem comitatum cum omnibus quae erant sui iuris, patri et filio maxime pretii summa ab eis accepta vendidit; quorum con-sensu unanimi et dono legali cellam praedictam beati Thietboldi Theodericus abbas ecclesiæ beati Huberti et beati Petri perpetuo habendam optimuit, suosque monachos ibi constituit, firmato inde publice privilegio in archivo pontificali ecclesiæ Remensis, recognoscente illud et signante archiepiscopo Reginoldo cum clericis beatae Mariae semper virginis^l.

66. (78.) Cellam etiam Cunensem^m, quæ est in honore beati Michaelis archangeli, cumⁿ 49 omnibus appenditiis suis, scilicet denominatis in privilegio eiusdem ecclesiæ, subiectis illi ecclesiis, decimis, familia, terris cultis et incultis, pratis, silvis, vineis, aquis, molendinis, piscaturis, furnis, legali Galteri et fratris eius Dodonis dono et uxoris eius Hawidis filiae Arnulfi comitis^o ecclesiæ beati Petri et beati Huberti perpetuo habendam acquisivit. Ubi consensu Engelberti Trevirensis archiepiscopi locatis monachis Robertum monachum optimae^p habitudinis, olim autem clericum maioris ecclesiæ Virdunensis, praepositum constituit; cuius industria eumdem locum possessionibus et aedificiis ampliavit.

67. (79.) Bosus abbas sancti Agerici, vir admodum optimæ religionis, morabatur lupiliae cum episcopo suo Theoderico Virdunensi^q. Ibi infirmatus, cum se praesentiret moriturum, et omnimodis precibus exigit a suis, ad sanctum Hubertum se referendum ibique sepieliendum. Prosequentibus autem quibusdam nobilioribus castri Hoiensis — fuerat enim inde bene natus, nepos videlicet Bosonis archidiaconi longe supra memorati — sepultus est in ecclesia hono-rifice ad dextram altaris beati protomartyris Stephani, deseruiente eius exequis qui tunc morabatur ibidem domo Henrico pontifice Leodiensi. Ex eius parentum iure hereditario provenerunt huic ecclesiæ duae mansiones viginti librarum in Hoiensi foro.

50 a) Reginoldi 1. b) abhinc duo folia desunt in 1. sed contulimus 1'. c) cuiquam 1'; on esse cuiquam? d) inde sp. n. a. provenire 1'. e) placavit e. xenia 1'.

45) a. 1087—1106. secundum Annales Mosom., SS. indict. 10, anno Philippi 28. Edidit Mabillon Ann. III. p. 162. 46) iam anno 1087, vide supra. Etsi Bened. V. 662. 49) Cons sur la Chièvre près de vix credi potest, haec intra tam breve temporis Longuyon. R. 50) Chisniacensis. 51) qui obiit 55 spatium evenisse. 47) Porcien. R. 48) a. 1087. a. 1088. Apr. 28.

68. (80.) Henricus episcopus ut erat vir tuenda virtutis, Obertum quemdam praepositi ecclesiae sanctae Crucis criminibus convictum de civitate decreverat omnimodo^a exturbandum. Ille vero proripiis se ad Berengerum abbatem sancti Laurentii venit, et apud eum tam diu latuit, donec eo suffragante in gratiam episcopi redit. Sed non multo post collectis rebus suis, Henricum regem adit, qui a Gregorio papa per decennium excommunicatus, qui^b bus poterat expeditionibus Romanam ecclesiam persecutus. Obsessa enim et capta Urbe Gregoriu^c papam fugaverat, eoque superstite Guibertum Ravennatem loco eius substituerat, qui et ipse iam diu excommunicatus sedem apostolicam temerarius invadere praesumpserat. Decedente autem Gregorio apud Beneventum, cardinales Romanae ecclesiae Odonem Hostiensem episcopum, civibus religiosioribus consentientibus, pro eo in sede apostolica substitutus^d runt^e, quem olim Remensem clericum et postea Cluniacensem monachum Urbanum papam censeri iudicaverunt. Sic sacerdotio et regno dissidente, licet generaliter in mundo sancta ecclesia periclitaretur, specialius tamen Henrico insidente vexabatur, dum pontifices postposita iustitia sibi faventes, vel Urbano subtraherent^f vel Guiberto attraherent^g. Sub tali dissentione ecclesiastica languente iustitia, praeter cetera virtutum dispendia, simoniaca haeresis passim invaluerat, dum modo quos excommunicabat Urbanus Guibertus absolveret, et Guiberti desertores Urbanus colligeret. Interea adhuc superstite Henrico pontifice, Obertus morabatur cum principe, et honoratum secum delatis muniberibus, prout poterat, amiebat obsequiis et favoribus aliquius honoris ab eo abstracthendi optentis.

^{1091.} 69. (81.) Anno autem Verbi incarnationis 1091, suae vero ordinationis 16. dominus Henricus hominem exuit in dampnum gloriae Leodiensis et maximo dispendo nostrae quam specialius colebat soliditudinis. Cuius vix audita Obertus morte, sine electione ecclesiastica de manu regis episcopatum extorsit, cum maximis pactis praemis, tamen etiam fidelitatem illi faciens interpositione iurisiurandis.

70. (82.) Contulerant se ad eundem principem duo quondam pseudoabbates, Guolbodo²⁵ sancti Laurentii et Leupo sancti Trudonis, quos convictos et excommunicatos, criminibus probatis, dominus Henricus ab episcopio Leodiensi expulerat^h. Hii audit a eius morte adducti in spem recuperandi honoris, et ipsi pacti sunt pecuniam principi. Obertus quoque restituitionem eorum ad gratiam eius iuravit, illos quoque secum Leodium deduxit. Dissimulavit tamen interim quae intenderet agere, donec consecratus Coloniae fidentior esset in maligni³⁰ tatis exercendaeⁱ. In eadem autem die reversoris sua mandavit Berengero abbatii, ut sine dilatione ab ecclesia sancti Laurentii discederet, et Guolbodoni abbatiam libere habendam relinquenter. Berengerus ne irrationabiliter culparetur abiecisse ecclesiam, quam legaliter suscepere regendam, in crastinum Oberto se praesentavit, causatus publice coram melioribus civitatibus, nimis iniuste se praegravari, sine iudicio iustitiam violenter opprimi, divinam quidem vel dispositionem vel permissionem placere sibi, velle tamen ab eis censeri, si sic mereretur tractari. Succlamentibus quibusque et hoc nimis iniuriosum esse, nec tale quid illum pati debere, respondit Obertus, id ipsum se bene recognoscere, sed praeceptum domini sui non esse praetereundum sibi, quod sive iustum, sive iniustum illi iuraverat exequendum. Ad haec Berengerus constantior: *Sine magno dolore, inquit, relinquitur, quod non cum magno amore possidetur.* Sic digrediens tulit secum baculum quem tenebat pastorealem, attestantibus quibusque, ipso quoque Oberto, hunc illi iuste convenire; et assumptis secum fratribus quos placuit sibi, secessit ad ecclesiam beati Huberti, quam plane recognoscebat matrem conversionis et professionis suae. Ibi gratanter exceptus, cum illatam non solum sibi iniuriam referret, sed etiam publicas exordinationes, quas Obertus temere exercebat, cum Theoderico⁴⁵ abate et fratribus conferret — scilicet quod de manu excommunicati sine legitima electione et pacta pecunia episcopatum arripuisse, quod se sic electo et Guolbodoni deposito iustitiam prodidisset, quod abbatiam Florinensem Gisleberto Hasterensi⁵⁴ praeposito et Bronensem cuidam Guiremundo sancti Iacobi monacho taxato publice pretio vendidisset, quod hactenus liberam et gloriosam sanctae Mariae sanctique Lamberti ecclesiam sic infecisset — tantam⁵⁰ adversus Obertum suscitavit eorum indignationem, ut communi consensu quasi excommunicato probabiliter non amodo communicandum censerent. Ad haec Berengerus timens eidem ecclesiae pro periculo temporis, ipsis etiam abbatis retractans simplicitatem insufficientem

^{a) omnino f. b) ita f.; subtraheret et attraheret ed. c) hinc f. pergit. d) deest f. e) iterum verbum deesse videtur.}

⁵³⁾ scil. post Victorem III. ⁵⁴⁾ Hasterie. R.

huic tantae defensioni, subiunxit neminem inquinari, nisi ex consensu mentis; se quidem violenter expulsum, et ideo alias sibi secedendum: ipsi cum pace loco suo persisterent, neque inimicias temere aliquas in se suscitarent, cum ad hoc nemo eos adhuc impelleret; caverent omnino ne inconsutius tale quid inciperent, quod quandoque eis incepisse poenitentem. Respondit abbas, se quoque sui et suorum esse sollicitum, malle se Oberum offendere quam Deum; si quis esset Domini, perseveraret ei vel in loco persistens vel de loco secum exiens. Firmata ergo communiter huiusmodi sententia, Theodericus assumpto secum Berengero cessit in Franciam, et cum Raginaldum Remorum pontificem de eventu rerum consulendum expeterent, illi privatum Ambianensem pontificem Iheruinum praemittens, mandavit venientibus ne se ei praesentarent, quia nullo modo vel in verbo vel in osculo eis communicaret, nisi culpam suam fatentes praemissus ad eos episcopus a Wibertina haeresi et Oberti communione absolveret. Illi per talenm invacionem cum iam certiores fieren sententiae suae, absoluti per Iheruinum, excepti sunt venerabiliter a Raginaldo pontifice; a quo consolati et confirmati, ut persisterent tuendae veritati, diverterunt ad cellam Eberneicortis. Hanc Theodericus Berengero accommodavit, ut ibidem remaneret cum suis, donec per accessum temporis expectaret finem rei, sique Cunensem cellam moraturus ibi expetiit. Interea Berengerus criminacionibus^a infamare, vitae et moribus eius derogare, tam male se ab eo tractatum continuo querizmonii deplorare, non eum ex pontificatu honoratum, sed pontificatum ex eo de honestatum declamare. Nec latuit Oberum haec illorum sententia, et suae publicae criminationis infamia, quam licet dissimulatam sua sibi etiam attestabatur conscientia. Decrevit igitur se vindicare, sed ne id videretur inconsulte fecisse, evocavit consulendos, quos sibi vel praemissi vel promissionibus efficerat fideliiores amicos. Convenerunt etiam quos ordinaverat et restituerat abbates, scilicet Guolbodo sancti Laurentii, Leupo sancti Trudonis, Gislebertus Florinensis, Guar mundus Broniensis, Theodericum abbatem condempnare parati, cum ipsi dampnabiles ex decreta canonum, nullam haberent auctoritatem iudicandi. Ne tamen soli viderentur praecipitasse sententiam alicuius temeritatis, habitu consilio cum archidiaconis, decreverunt legitimis evocationibus abbatem prosequendum, et nisi infra terminos earum se repraesentaret ad episcopale iudicium, illum iuste excommunicandum, aut omnino deponden dum. Interim Obertus furere, et in abbatem indignari, et unde illi tanta constantia contra Leodiensem episcopum demirari, eiciendos ex loco monachos et militibus suis abbatiam disperdiendam minari. Missi sunt ab eo ad monasterium Godiscalus abbas Hasteriensis et Guar mundus Broniensis, ut fratribus hoc periculum enuntiarent, et sic a sententia revellerent, et errori suo huius timoris impulsu inclinarent. Fratribus constanter persistentibus, et illis communicare vel in respondendo nolebilibus, populares quique audita huiusmodi comminatione abbatem et monachos querebantur insanire, in confusione abbatae novis et inauditis delirantibus ab episcopo Leodiensi dissentire, eos poenas huius dissensionis luituros, nec se amplius vel ecclesiae vel illis deservituros, nisi huius novitatis utrumque sopiretur contentio. Abbas tot infestationibus et questibus permotus, cum ab omnibus quasi fugitivus argueretur, decretit se obiciendum periculo, et praeter spem omnium venit Leodium, Dei confusus auxilio. Miratus advenisse, repraesentavit se auditorio adversariorum condicta die. Igitur personata quaestione in vice Oberti, culpatus est abbas Theodericus criminibus denominatis, videlicet papam Urbanum et Raginaldum Remorum pontificem in consiliis suis adhibuisse^b, imperatorem dominum suum et se eius episcopum suo instinctu excommunicasse, et per hoc excommunicatum eum probare, quod se suosque ab eius subtraheret communionem; itemque fratres suos ab ordinibus eius prohibuisse. Insuper Berengerum publicum paeconem suaue infamiae ad eius iniuriam retinuisse.

Abbas accepto loco consulendi sibi, cum advocasset quos noverat sanioris consilii, de criminibus obiectis bona conscientia pro se satisfacturus respondit, videlicet nec imperatorem nec episcopum excommunicandos quaevis modo, nec excommunicatos se velle probare. Fratres suos ab ordinibus eius se prohibuisse, quia ordinati sufficerent officiis ecclesiae. Berengerum abbatem post tantum praeiudicium et violentiam ad matrem suam ecclesiam con fugientem non se debuisse abicere, praesertim cum praecipiat apostolus necessitatibus sanctorum communicare. Iudicio eorum se paratum committere, si quid in his omnibus videtur alicui peccasse. Relatis per Henricum archidiaconum excusationibus singulis, cum obice-

55 a) Oberum excidisse suspiceri. b) addidit Martene hanc vocem, cum deat in codice.

Matth. 6. 37.

retur abbati quomodo fidem faceret dictis, habito iterum consilio, ad hoc usque ventilata est sententia huiusmodi iudicii, ut quia monachicus ordo erat vocations apostolicae, ex euangelica auctoritate sufficeret excusando abbatii. *Est* et *Non* dixisse, interdicente Domino omnino non iurare, et si quid abundantius esset hiis, a malo esse. Indignatus Obertus post tot sui ipsius contumelias, post tot sua animositas minas provenisse abbatii tam facilem evadendi viam, mandavit ei, gratiam episcopi Leodiensis semper esse necessariam abbatii sancti Huberti, elaboraret eam sibi ad praesens maximis exenitis acquirere, cum necdum quicquam servitii videtur fecisse. Ad haec abbas sibi bene conscient et longe alterius gloriae cupidus respondit, Leodiensi episcopo non defuturum servitium abbatiae; sub hac dissentione extenuatas res ecclesiae, nec sibi nec fratribus vel ad usum vivendae eas sufficere. Inde cum tandem post multas fatigaciones dimissus ad monasterium redisset, gravissimum a fratribus pertulit scandalum, existimatus illis communicasse, quibus ipsi salva fide destinaverant non communicandum. Sed cum certius probarent id eum non fecisse, decreverunt, ut assumptis de fratribus quos vellet, loco et tempori cederet, et meliora ornamenta ecclesiae secum evehernet perque remotores cellas transponeret, ne ea supervenientis Obertus violenter diriperet. Respondente abbate, nolle se communii periculi deesse, graviora esse mala quae singulariter timentur quam quae pariter perforantur, fratribus quoque subiungentibus, se magis illi timere quam sibi, qui ut privati episcopo nichil deherent, cessit tandem eorum consilio acquiescere, Lambertumque maiores et Wirodum pro defensione fidei se ultra ingerentes secum eduxit. Eiectis quoque secum melioribus ecclesiae ornamentiis ad cellam suam quae tutior erat, in Cunensi castro moraturus ibi secessit; et accepta fide cum obsidibus a Dodone predicti castri domino de ornamentiis reddendis ecclesiae, quicquid de se eveniret, non multo post assumptis hiis qui secum venerant, et Roberto ipsius cellae priore, Berengerum abbatem visitare voluit, et veniens urbem Remensem, illum apud sanctum Remigium invenit. Berengerus eum qui se gratia caritatis visitabat exhorruit quasi iam apostata factum, ne ab eo contaminaretur vitavit. Sic inter utrumque orta dissensione, indignabatur abbas si sine causa sibi permutatum, quem sperabat unanimem amicum. Discredebat se illi Berengerus credere, quem credebat excommunicatis communicasse, paratus etiam cum suis recedere, si cellam sibi praestitam ille vellet accedere. Sed intercurrente ratione cum probaret abbatem extimationis suae esse minime, regrati Eberneicortem discesserunt, ibique fratres graviter scandalizatos de praefata communionis calumpnia invenerunt. Quibus cum satisficeret, non sic rem se habere, vix duo eorum satisfactioni huic potuerunt attrahi, Lambertus scilicet et Heribrannus monachi sancti Laurentii, quibus adeo tunc erat exosum nomen Oberti, ut eo auditio, vel in colloquio communi, nullo modo se continerent a spute indignationis. Unus tamen eorum, videlicet Lambertus, non multo post victus cupiditate ambitionis, ordinatus est ab eodem Oberto abbas Florinensis, sed post annum recordatus, a loco eodem privatus recessit. Convenerant ad eamdem cellam tam ex nostris quam ex fratribus sancti Laurentii ad 25 monachos, qui tanta honestate se agebant tamque ordinata religione, ut Raginaldus Remorum pontifex et Heliandus praesul Laudunensis, afflati bonae opiniois eorum odore, certatim eis vitae necessaria subministrarent; abbas quoque Berengerus elaborabat eorum inter quos deveniebat, adeo se conformare moribus, ut in brevi fieret omnium karissimus, et comes Ebalus⁵⁴, communis aliorum tyrannus, haberetur illi mitis et humanus. Qui eodem tempore suggeste uxore sua Sibilla tertiam partem decimam Eberneicortis ecclesiae dedit, et pratum quod dicitur Regis legati auctoritate eidem loco habendum perpetuo confirmavit. Manasses etiam praepositus ecclesiae Remensis tanta eum collegerat affectione, ut saepius evocatum per biduum aut triduum secum manere compelleret, et ad abbatum sancti Remigii habendam post abbatem Henricum promovendum destinaret; quod et post archiepiscopum factus fecisset, nisi ille ad abbatiam suam revocatus Leodium redisset.

71. (83.) Interea Metensis ecclesia viduata Herimanno venerabili pontifice, elegit sibi episcopum ordinandum Burchardum praepositorum Treverensis ecclesiae⁵⁵. Qui sine consensu

⁵⁴ Roceiensis. ⁵⁵ Hunc binominem sibi oportet. Herimannus enim mortuus est 1090. Maii 4. Secundum Annales Metenses, SS. III, 158, Popo a. 1090. episcopus factus est. Hic a. 1094 annum episcopatus sui 5. numerabat, scilicet ab electione computatum. Gallia Chr. XIII, 736. Teste Hugone Flavin. sup. p. 473. 35. clericus Trevirensis fuit, ordinatus in prima hebdomada quadraginta die per archiep. Lugdunensem et epp. Matison. et Lingonensem cum abb. Divionensi. Bernoldus autem a. 1093. refert, episcopum catholicum post Herimanni mortem electum per Gebehardum Const. ordinatum esse Mart. 27. in media

Henrici regis in civitate suscepimus, cum a Treverensi pontifice benedici vitaret, eo quod ille Wiberto, ipse vero Urbano consentiret, evocavit ad se consecrandum Hugonem archiepiscopum Lugdunensium et legatum ecclesiae Romanae. Hugo ut erat devotus catholicae fidei, Mediomaticum intrepidus accessit, quinque comitatus episcopis, Constantiensi²⁹, Madasco-^{1093.}
5 nensi³⁰, Lingonensi, Tullensi, Virdunensi, Ieronta quoque abate Divionensi, qui olim audita desolatione ecclesiae nostrae, scripsit ei epistolam hanc consolationis suae: *Theoderico abbati de sancto Huberto, viro Dei gratia religione venerando, et toti congregationi sub eodem patre Deo militanti Ierunta Divonis abbas et sancti Benigni tota congregatio spiritum Moysi in Pharaonem et in omnes servos eius. Moyses verus Altissimi servus maluit veritatem profiteri et affici cum populo Dei tribulatione, quam mendacio consentiens, filius filiae Pharaonis appellari. Iohannes baptista, cuius dextera sanctissimum caput Salvatoris tangere meruit, sic propagnator et amicus veritatis extitit, ut potius eligeret carceris squalorem et capitis obtruncationem, quam in faciem iniqui regis siceret, et nefandis eius nuptiis legis frenis et iustitiae armaturam non obviaret. Iohannes euangelista de fonte Salvatoris ebrios et apud diligenter*

10 *omnes dilectione praecipuis, senilibus membris fomentum balnei noluit adhibere, quoniam inter balneantes haereticum Cherintum conspecti residere³¹, credens illi nichil esse publicum, qui per fidia sua se subtraxit a consortio christianorum, docensque nullam habendam communionem cum illis qui per haeresim sese praecdidunt a corpore Christi, quique per avaritiam fiunt sagittae diaboli, dentes in fauibus antichristi, subdola viperarum progenies, organa serpentis antiqui.*

15 *Cherintus in quo deterior Otberto³²? Cherintus sola fraude catholicae fidei nocuit, calliditate perfidiae suae quoscumque potuit ad consensum sui erroris attraxit. Otbertus pecuniam dedit ut fieret haereticus, ut fornax cupiditatis et avaritiae, templum totius religionis et veritatis obrueret, et omni spurcitiae infectus inquinatione, sancta sanctorum suis maledictionibus, si fas est dici, contaminaret. Ecco verus antichristi satelles, currus saithanae et fidelis auriga, Simonis*

20 *magi quedam similitudo vera, molitur destruere regnum Christi, dum sanctas matris ecclesiae statum persequi non desistit, et in corpus suum trahicere laborat, quos Christus cruce suo redemit et pascit et potat. Tanti capitum mortem exinanire cupit, ovesque tanto sudore Salvatoris inventas leoni qui semper animarum nostrarum sanguinem sitit, prodere non formidat, immo omnes in oblivionem veritatis et odium religionis secum praecipitare festinat. Ergo quia*

25 *nunc tempora periculosa quae praedixit apostolus instant, omnes quod professi sunt esse contendant. Si tuba saithanae graviter intonat, et temporalium bonorum minatur dispensia, carnis etiam quandoque moriturae admonet poenas, totum libenter Christi excipiat caritas, ut neque mors, neque vita, neque aliqua creatura terreat nos a defensione veritatis et zelo iustitiae, ut a gremio matris ecclesiae nequeamus avelli, et a semita Romanas exorbitare sedis. Quapropter*

30 *vos, o amici Dei et usque modo veritatis et sanctitatis amatores, locum vestrum, id est fidem catholicam, nolite deserere, in castra Domini lupos cum furore irruentes in quantum potestis exturbate, armati fide, et spe celestis gloriae corroborati, omne pro nomine Iesu improprium maximam dignitatem reputate, rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscipe, contumelias et corporum vestrorum cruciatus certissimum peccatorum vestrorum medicamen existimate.*

35 *Gloria et divitiae Christus sit in corde vestro. Bonum conscientiae vestrue testimonium sit vobis indeficiens consolatio; et si aliquantulum pro veritate sustinetis, fidelis est Deus qui non patietur vos temptari supra id quod potestis; sed veniens veniet et non tardabit, facietque proventum ut sustinere possitis. Si vero molas leonum quas Dominus in ira sua confringet timetis, ne vos devorent et simplicitatis vestrue cursum aliquo modo perturbent, sancti Benigni domus fugam*

40 *filiorum ecclesiae in Christi gratia benigne suscipiet, et paupertatum nostram voluntati vestrue non dicam dare, sed quasi vestrue³³ vobis reddere vel ministrare sumus parati. Quapropter, fratres karissimi, virilem animum in causa Dei tenete, et a veritate quae Christus est ne excidatis omnino solagite. Valete. In exitu Israel de Aegypto sanctificata est per Dominum vera confessio. Huic conventui praedictae benedictionis die statuta abbas Theodericus studuit interesse,*

45 *abbate Berengero, Lamberto, Wiredo, Roberto comitus, pro se suisque legatum ecclesiae Romanae interpellaturus. Cuius causam cum suggestoribus praedicto Ierunta abbe Divio-*

a) Madascensi 1. b) ita correxit. legio et i. f. a. cod. c) modo sic, modo Oberius 1. d) ita 1^o; nostra 1.

quadragesima. Haec inter se et cum nostro satis ordinatos esse quis credat? 56) Geberhardo, Mat. bene convenient. Popo sedem tenuit usque ad a. Landrico, Ling. Roberto, Tull. Pibone, Vird. Ri-
55 1103. Duos autem eiusdem partis episcopos simul chero. 57) Eusebii Bist. eccl. IV. 14.

nensi et Radulfo abbate Virdunensi⁵⁸ dominus Hugo Romanae ecclesiae legatus approbasset, et in conventu episcoporum relatam laudaret, eam auctoritate sua ex firmis firmioribus redidit, beatificans ecclesiam cuius erant tales filii, qui deficientibus aliis, persisterent catholicae et apostolicae fidei; et promittens eis auxilium Romanae ecclesiae et suae legationis, ne Oberto subessent vel communicarent omnino interdixit.

72. (86.) Otbertus amaricatus relatione gestorum, ut solebat exarsit in ira, et saepius complosis manibus, se ipsum arguebat, vel quia semel a se compulso abbatem non extorsisset licentiam nocendi partibus suis, exacta fide sibi in nullo dissentendi, vel quod se adhuc continuisset, non confundisse penitus ecclesiam sic sibi rebellem sancti Huberti, fratribus inde violenter expulsis. Nec diu conceptum furorem dissimulare potuit, collectaque manu militari¹⁶ ad monasterium venire dispositus, et hospitatus Nasaniae, nuncios adventus sui praemisit ad fratres, ut in crastinum ei honeste procederent, et ut decebat Leodiensem episcopum venientem susciperent; communatus vindicandum in eos, nisi solito accuratius et sollempniter id agerent. Praemissa apparitoribus et hanc extorquentibus minaciter gloriam, nemo respondit ad gratiam; sed ne conticuisse omnino nimia videretur indignatio, quassa tantum voce Gisle¹⁷ bertus prior dixit, se et fratres super his in commune consulturos, et pro re et tempore quid facere deberent se facturos. In crastinum de negotio tractantibus, licet quibusdam mutaret in occulto fidei tenerimae status, in hanc tamen sententiam discessit omnium melior consensus: legitimum abbatem eis praeesse, quamvis contingere eum tunc abesse, eorum communi assensu illum ab episcopo dissentire, sine conscientia eius non debere eos cuicunque maxime cum periculo fidei consentire; convenire Deo potius quam homini obedire. Erat autem sollempnitatis Iohannis apostoli, qua recolitur ante portam Latinam missus a Domitiano caesare in dolio ferventis olei. Posthabito igitur timore cum fratres ordinem suum exequentur, et suo tempore iam maior missa celebraretur, ecce superveniens Otbertus cum tumultu et ira patente intravit ecclesiam, et nulla reverentia praemissa orationis, cum furore in superiores cancellios se prorupit, manibusque injectus diacono euangelium legenti librum clausit, et coemptum officium ira dictante intermittendum minaciter edidit. Deinde totius morae impatiens, arrepta sacerdotali stola ambonem^a ascendit, et sine ulla retractatione abbatem absentem et eos qui secum exierant nominatione excommunicavit, causatus publice eum meliora ecclesiae ornamenta quasi sacrilegum subduxisse, vel quod magis eum gravabat, sibi quasi excommunicato non communicare. Obstupfactis circumstantibus in admiratione sic effrenatae immoderationis, cum ad ea quae videbant scandalizarentur singuli, tum vel maximo pudore affiebantur qui cum eo venerant nobiles laici et ut quique^b erant diligentiores illi servandae fidelitatis; a quo vix optinentes, ut quasi in consilio loqueretur eis, compositis suggestionibus elaborabant eum revocare sibi metipi, dicentes illum quidem iustissime irasci, sed esse iniuriosum ab ira sapientem supervinci, mirabile omnibus videri eum clausisse et sic excusuisse euangelium Dei, se nec velle, nec posse pati officium quod interdixerat amplius interrumpi; in tali negotio non temerarie, sed consulto opus esse, praesertim cum ei subasset potestas cuiuscumque vellet, convenientior tamen vindictae. Ad haec Otbertus erubuit praesumpsisse, quod iam sanior nollet fecisse, et publice confessus est, se tunc etiam maximam formidinem pertulisse, cum subito respexisset fratres consistentes in choro ordinate, et posthabito omni eius timore Deo soli reverenter deservire, miratus cum indignatione tot et tales ibidem se offendisse, cum sibi nuntiatum esset perpaucos in loco remansisse. Quibus statim satisfaciens, quod eos inquietasset inconsultus, ut coemptum officium exequerentur humiliter expetit, et ecclesiam exiit. Ea die copiis secum delatis prandentes plenissime refecit, non ut regnariaretur exasperatis, sed ut leniret exenias quos non concusserat terroribus intentatis. Praeterea per quosdam opportunos partis suae omnes blanditiis ambire, singulorum animos attempicare, firmiores circumvenire, infirmiores invenire, humilitatem et humanitatem erga eos attentius commendare, eorumque utilitatibus, si sinerent, se communem fore. Ita per suos attemptatis fratribus in crastinum semetipsum eis praesentavit Otbertus, et quamvis illi assurgere deditigantibus, indignationem tamen suam dissimulare doctus, quasi dolens pro eis, ut sese haberent coepit percontari, necessitates eorum ac si suas conqueri, paratum se in omnibus consulere illis: tantum sopia omni contentione consentirent sibi, malent eius experiri amicitiam quam iniicitiam; pensantes cuius esset periculi talem pessimum dare ecclesiam, et ecclesiasticam dissidentiam^c ambonem 1. b) ita 1. qui 1.

58) S. Vitoni.

^{1093.} ^{Ma 6.} Iohannis apostoli, qua recolitur ante portam Latinam missus a Domitiano caesare in dolio ferventis olei.

pare familiam. Subclamantibus hiis qui cum eo venerant, optime perorasse pontificem, omnes eorum aduersum se rationabiliter conclusisse, non expedire ei talem virum in sua culpa perdere, qui remiso auctoritatis pondere non erubescet humiliter exposcere, quod si vellet poterat violenter cogere: non iam multum aberat, quin, ut dicitur, gladio melle lito⁶⁰ defice⁶¹ ret iam paene prostrata in eis veritatis defensio, nisi subvenisset vel solo pudore paululum cunctata consilii ratio. Secedentes namque in partem fratres consulendi gratia, cum aliquamdiu dubitarent, an desisterent an persistenter in sententia, tandem placuit omnibus nichil agendum sine abbatis conscientia, quem nullo adhuc legitimi examinis iudicio videbant depositum, quemque sciebant nullius criminis obiectione iuste deponendum; inducias potius ab episcopo experenter, donec missa legatione abbatem super hiis convenienter, et si possent impetrata immunitate libere veniendi et recedendi secum illum deducerent. Quod cum difficulter optimissem, et tres ad abbatem fratres destinassent, inter agendum quidam Buloniensis^{*} gregarii satellitibus collectis apud Gruispontem, latentibus in silva insidiis vias obsederunt, et duodecim vehicula rapientes, quibus deducebatur episcopale servitium, donec ea dividarentur, in castro quo iuxta erat Mervolt concluserunt. Vulgante fama, quae ut suum est de minimis exaltat maxima, nunciatur Oberto, se cum suis ab inimicis circumventum, hac et illac latere in silvis cuneos hostium, talia neminem ausurum, nisi magnis viribus confusum. Coepit unusquisque pericula metu metiri, alius aliud ad fugam hortari, sive proxima nocte conductio locorum peritis, infecto negotio propter quod venerant, per occultos anfractus Obertus recessit. Qui vero missi fuerant ad vocandum abbatem, cum praesente Dodone ei rerum ordinem retulissent; consilio eiusdem Dodonis visum est abbati non se ingerendum temere iratae potestati, cedendum interdum fortunae et temporis, idque a nullo sapiente imputandum criminis, cum ipse Dominus pro persecutione de civitate in civitatem fugiendum praeceperit. Sic interim abbate cessante, cum audiretur Obertus a loco recessisse, iam secundum ipse abbas ad monasterium venire maturavit, et aliquandiu moratus cum fratribus, in sententiam quam tuebatur eos repositus, eorumque rebus pro tempore ordinatis, Deo illos committens recessit.

73. (87.) Per idem tempus ad augmentum episcopii quaerebat Obertus emere castrum Coviniacum⁶², quod erat comitis Balduini⁶³ hereditarium. Huius negotii executores elegit Arnulphum et Wigernum fratres Tudetiani castri⁶⁴ nobiliores, qui tanto sibi ad hoc videbantur opportuniiores, quanto praedicto comiti ex vicinitate privatiores. Qua functione exacta, cum viderentur Oberto satius deseruisse ad gratiam, suggesterunt illi, mercedem huius suae executionis non solum illi paratos remittere, sed et quantum placeret ei de suo addere; tantum daret abbatiam sancti Huberti cuidam fratri eorum Ingobrando, sancti Petri coenobii Lobiensis monacho. Quae res cum difficilis videretur Oberto, superstite adhuc abbate legitimo, licet sibi inobedienti et contrario, subintulit praesens ibi comes Arnulphus⁶⁵ nepos eorum, si quod pro hoc ipso impedimentum curaret, id sibi curandum relinqueret; felicem fore tali procuratore abbatiam, illam nepoti suo se committente non multo post in pristino statu reformandam. Obertus ergo cum aliquandiu fatigaretur tot promissionibus et suffragiis, tum vero impelleretur ira et odio Theoderici hoc modo eiciendi, licet reluctante conscientia ex iudicio rationis, consensit tamen operam dare tantae exordinationi. Mandavit denique Arnulpho Lobensi abbatii, ut ad se quantocius veniret; et monachum suum Ingobrandum secum deduceret. Deductum sibi liberum reddi iussit, eoque praesente ordinavit abbatem ecclesiae sancti Huberti, nulla praemissa fratrum regulari electione, nullo cognito in eo merito matutinatis et vitae. Dein missa legatione mandavit fratribus, se eorum et utilitatibus et honestati consuluisse, nobilem illis et satis humanum abbatem ordinasse, orare ut gratia sui amoris illum voluntarie susciperent^b, sibique cum eo venturo favore debito procederent. Turbati omnes tam subita rerum permutatione cum post communem admirationem ad se singuli redirent, tum denique postposita periculi necessitate coepit evidenter apparere, quid apud quemque hactenus viguerat virtutis amore, quicquid^c latuerat simulationis timore; gravabat viros virtutis inimicum humani generis adversum eos sic suum malignasse consilium, susci-

a) Buloniensis f. b) supradicti f. c) f. quidque.

59) Hieronymus ita dixisse, auctor est Erasmus in 14 Leodii, apud Chapeavill. II, 52. Sed haec Adagii Latinorum; iterum occurrit c. 89. 60) Cognitum acta sunt, nam Arnulfum abb. Lob. a. 1094. 55 cin. 61) Montensis. 62) Thain. Wigernus de mortuum esse, testantur Ann. Laubientes. 63) Chis- Tuden est inter testes exemptionis actae 1096. Jun. niacensis.

tabat censores extinti pudoris affectatae novitatis sic eis provenisse emolumenatum. Illis proponebat et aestimatione rerum vix erat vel cedendi locus, vel consulendi tempus. Alii ne celerius excessisse notarentur a communi sententia, sola reprimebantur verecundia, licet sit difficillima ad se celandum gaudiorum patientia. Tamen collecti in unum, cum quaererent in commune quomodo se praesenti necessitatibus compararent, licet quorundam cor a labii distaret, in hoc tamen omnes visi sunt consensisse, ut vel ad tempus in sententia persistentes consulerent aestimationi suae et famae, ut et qui deliberarent deficere, quasi coacti viderentur hoc fecisse.

74. (88.) Interea Otbertus illum suum ordinatum ducens advenit, habens secum Arnulphum Lobiensem abbatem itemque Arnulphum comitem pluresque episcopii nobiliores.¹⁰ Cumque se vix contineret a furore, indignatus neminem sibi ut mandaverat processisse, optimatum suorum suggestu hoc ipsum compulsus est dissimulare, ne videretur exasperare, quibus ignoti hominis personam veniebat ingerere. Evocatis igitur fratribus, indixit eis in unum convenire, se colloquendi gratia velle convenientibus intervenire.

75. (89.) Relicto interim Ingobrando, et assumptis secum quos affectandae rei noverat idoneos, ad fratres processit, eosque hilari vultu salutans consedit. Et praemissa quaestione quomodo se haberent, quem exitum tot malis suis sperarent, subiunxit paterna sollicitudine, quod suum erat, illis providisse, eorum desolationi patrem idoneum procurasse, eumque illis adduxisse. Illis ad hoc reticentibus et quasi ex habitu laesae erga se pietatis vultum in terra declinavit, ex his qui convenerant pro sua quisque potentia coepit tacentibus succencere:¹⁵ huiusmodi gestum summae feritatis et immoderatae dedignationis esse; extremae videri dementiae, sic illos velle episcopo Leodiensi obsistere; nimia apud eos patientia illum viluisse, qui tam diu insolentiam eorum sic impune pertulisset; fratribus econtra publice causantibus praeter legem se praegravari, satis superque iniustum et iniuriosum videri abbatem habentibus abbatem superinduci, et hoc ipsum nullius eorum esse cognitionis nulliusque legitimae electionis. Indignatus est Otbertus, se suosque concludi-tam evidenti ratione, iamque ordinationem suam irritam esse, nisi contradicentes violentia oppimeret, postposita omni canonica auctoritate. Et ne quid inexpertum relinquaret erga sibi obstantes, semel et iterum, licet retineretur ab eis, se pedibus eorum temptavit prosternere, ut vel tanta pontificalis dignitatis inclinatione vinceret, quos eotenus potestate probaverat omnino invincibilis. Igitur post multas contentiones, post varias verborum obiectiones et refectiones, exurgens de medio fratrum, cameram cessavit, et per abbatem Lobiensem itemque comitem Arnulphum mandavit eis, ut aut volentes placito suo gratauerit accederent, aut sua sibi relinquentes loco discederent. Tam crudeli sententia determinata, fratres petierunt inducias praepositos cellarum evocandi et cum eis in commune consulendi; sed eas-nullo modo nisi usque in crastinum potuerunt asse-³⁰ qui. Interea Arnulphus comes singulos, ut quemcumque noverat, pro nepote suo aggredi, eius causa consilium et auxilium suum ecclesiae polliceri, cum interim filius eius Otto ipsa eadem die Cavinacum fiscum pervadens, omnem eius praedam abducebat, et quosdam etiam interficiens, fidem paternae pollicitationis inficiebat. Nec iam supererat constantia diutius reniti, firmioribus tot concussionibus fatigatis, infirmioribus tot promissionibus inductis. Isti destinabant apud se huic exordinationi vel non communicandum, vel cum possent loco cedendum; illi oblati spe novandarum rerum affectabant aliquius functionis assequi commodum, vel permissa libertate prosequi voluntariae propriae vel otium vel negotium. Sic fratribus inter se dissidentibus, magis autem a se deficientibus, Ingobrandum Otbertus loco introduxit, ibi-³⁵ demque introductum relinquens, tardius sibi hactenus dissidentibus se praevaluuisse laetatus discessit.

76. (90.) Ingobrandus post tot anxietates insimulatae sibi contradictionis, tandem factus compos desiderii sui, ut erat rudis et nimiae simplicitatis, otio et licentia juvenili coepit resoli. securus, immo inscius procurandae praelationis. Piget meminisse, quomodo sub hiis casibus pulcherrimus ille flos maximi honoris et decoris huius loci decoloratus conciderit,⁵⁰ qua velocitate defluxerit tam diu elaboratus ille status decentissimae religionis et quae cis Renum eo tempore laudabatur singularis; quae quantae fuerit excellentiae, vix aut nullo modo posteritati futurae videbitur credibile, cum sit suum humani ingenii vel potius erroris, credere tardius quicquid virtutis inertiae eius putatur⁶⁴. Ingobrandus infracto rigore tenendae virtutis, nimiumque expers moderandae discretionis, contra morem maiorum quadam liberalitatis⁵⁵

^{64) cf. Salustii Cat. c. 3.}

specie ferociores religiosorum animos emollire, iuvenum vero et maxime adolescentium familiaritates affectare, postremo nec modestiae nec sumptui parcere, dum quosque quasi ad gratiam obnoxios fidosque sibi faceret⁶⁵, licet vero sit difficile, hoc modo attenuatis immo et paene elapsis ecclesiasticis reditibus; supervenit rei familiaris inopia, quae cum iam non sufficeret imprudentium tolerare negligentiam, impulit eos etiam negligere dampnum suum et infamiam. Nam distractis viginti quinque ex ornamentis ecclesiae que remanserant ibidem, abbatte Theoderico meliora quaque salvandi gratia efferente, cum necdum praevalerent sic effugere indigentiam, addiderunt etiam obpignorare aut vendere possessionum suarum molendinos et ecclesias. Praeterea cum rerum indigentia, quod erat gravius, passim premebantur vicinorum infamia, et quibus vigente religione fuerant gloriae et honori, ea languente erant iam ignominiae et oneri. Sub eisdem quoque diebus Berengerus erga ecclesiam quasi Otherto subiectam tantas exercuit inimicitias, ut conversionis et professionis propriae oblitus, suae etiam et suorum retentionis in persecutione ingratus, fieret loco inrecuperabiliter dampnosus. Nam cum illo suo more quasi ad fratres suos sustentandos quaestionarias circuiciones ageret, ad Idam uxorem Cononis comitis venit, eamque apud Montemacutum infirmatam invenit; quae praesentiens sibi mortem proximam, dum se apud beatum Hubertum quo pater eius Lambertus iacet deliberari sepeliendam, Berengerus omnino obstitit ne id fieret, utque ob subiectiōnē Otherti excommunicatos vitaret, Stabulensem sepulturā potius expeteret, ibidēmque elemosinam suam constitueret. Causantibus filiis eius Lamberto et Henrico, quomodo Stabulensis ecclesia videretur absolutior, cum ex dono subiaceret regi Henrico et ex cura pastorali Oberto, Berengeri sententia praevaluit, et redditum trium librarum quotannis ecclesiae beati Huberti in perpetuum abstulit. Theodericus quoque et sectatores eius per quoscumque poterant ecclesiasticas possessiones infestabant, dumne ad incendia et rapinas earum tyrannos hortarentur, obsequium se praestare Deo arbitrabantur. Unde et quidam accepta occasione circa locum tyrannidis exequendae, Ingobrandum impostorem et pessimum clamare, fautores eius fidei desertores et religionis proditores denotare, et ideo omne malum eis inferendum, nullumque bonum illorum amodo servandum, idque quod erat ecclesiae illis solis attribuendum, qui per cellas divertentes, malorum vitaverant contagium. Denique quicquid ex eorum rebus rapere poterant, impune rapiebant, adeo ut ex ipso monasterio agerent praedas publicas, quod nemo umquam eis temporis evenisse audierat vel viderat. Quicquid etiam suum ecclesiae erat in episcopio Remensi vel Laudunensi, item Menthensi et Vrdunensi sine respectu Oberti et illius sui Ingobrandi quieto iure deserviebat abbatii Theoderici sibique subiectis fratribus, interdicibus ducibus Godefrido et Theoderico suis hominibus, ne alcius prece vel pretio seducti iniuriam illis inferre molirentur. Guiredus quoque concessa sibi providentia Sulpeum et Nogarias cum Chevogio⁶⁶ procurabat, et hoc et tanta instantia, ut si quem ministerialium mercede Ingobrandi Mosomenses vel Bulonienses illuc deducere laborarent, ille eos vel astu praeveniret vel collectis viribus removeret. Ragnerus quoque Pirensis praepositus tanta sedulitate Macriensem transitum illis obstruxerat, ut nemo earum partium se illo ingerere auderet cuiuscumque negotii gratia. Robertus etiam Cunensis praepositus viribus Dodonis Calviacum, Flabotivillam et Gandrehengias⁶⁷ pervaserat, et fratribus qui illo plures convenerant eorum redditibus deserviebat. Hanc abbatiae divisionem cum Ingobrandus Oberto saepissime suggereret, Obertus vero hoc ipsum duci Godefrido quasi advocate ecclesiae quod talia patretur tristis ingereret: ille e diverso causabatur, id sibi iniuste eum succensere, ea quae sua erant ecclesiae, filiis eius nec debere nec posse quenquam prohibere, ipsi hoc potius imputandum esse, qui tantam in loco hactenus honesto suscitaverit confusionem, quique legitimō abbati superinduxerit illum suum tamē consultorem et provisorem. Sub tali huius ecclesiae confusione Lambertus minor, qui apud ecclesiam beati Remigii morabatur, propter temporis et rerum occasionem subiectam epistolam scripsit fratribus^b.

50) 77. (90.) Grassabatur tunc inter Obertum et Lovaniensem comitem⁶⁸ inexorable discidium, et ex eo inter utrosque medium gravissime opprimebatur episcopium, comite ipsam civitatem frequentibus assultibus impetente, Oberto quoque collecta expeditione debellare

a) laborare. b) Epistola desideratur in 1, sive librarii negligenter, sive quod in codice originario, plem 1. descripta, auctor eam supplerre proponeret, sed non suppleverat.

55) 65) ib. c. 14. 66) Soupy, Noyers, Chevogy. R. 67) Chaucenoy, Flabewille, Gandrehengies. R.
68) Henricum iuniorem ut videtur, cui 1095 successit Godefridus. De causa et terminatione litis v. Aegid. c. 14.

comitem destinante. Hac occasione condita die convenerant in civitate principes provinciae convocati, ut in tali discidio consulenter rebus ecclesiae. Cumque inter consulendum inferret Oberetus praedictum comitem iam se excommunicasse, sed illum nullo modo id curare, subintulit dux Godefridus arridens, dictum sibi ab eodem comite excommunicationem illius nullam apud se constare, nisi abbas Theodericus de sancto Huberto eam sibi auctorizaret, ut aut ab eo se absolvii reposceret, aut illi quasi ab eo excommunicato universalis ecclesia non communicaret. Ad haec Oberetus cum paene fureret, et nimis illoto sermone furori satisficeret, iuravit cum indignatione, malle se mori quam respectu talis tamque vilis personae se infamari vel despici, si quid usquam valeret ipse vel sui. Cumque ipsis quoque principibus iratus opponeret, in hoc eos fidelitati sanctae Mariae sanctique Lamberti deesse, quod sic 10 impune paterentur deprimi auctoritatem Leodiensis episcopi; nullo modo id illos decere pati si qua illis subesset cura sui honoris: commotus ad haec dux ipse in primis, Albertus quoque 15 comes Namucensis et Henricus Durboiensis⁶⁹, Cono etiam comes Montisacuti, sed et praefatus Arnulfus Chisiaciensis, ut erat diversus a se, cum genero suo Dodone Cunensi, responderunt, se quidem fideles sanctae Mariae sanctique Lamberti esse, sed in hoc nimis patienter 20 hanc ipsam fidelitatem hactenus dissimulasse, quia dissensionis huius causas neglexissent inquisisse. Consensu ergo unanimi cooperunt insistere, ut diem constitueret inter se et abbatem quaestions agendae, ita dumtaxat, ut quoscumque posset suae sententiae defensores impune abbas deduceret et reduceret, et in publica audiencia Leodiensis ecclesiae per liberam licentiam dicendi et audiendi ipsis praesentibus elimata veritas triumpharet. Obstupuit Ober- 25 tus, quasi cornuto ut dicitur syllogismo⁷⁰ interceptus, et cum nusquam posset declinare, tot virorum compressus auctoritate, quamvis aegre diem illis concessit quaestions agendae. Sed non poterat evinci, ut abbati permitteret venjendi et redeundi securitatem. Cumque cau- 30 sarentur omnes et hoc iniustum esse sibiique inhonestum, cum satis intelligeretur hac occasione audienciam se velle declinare, tandem promisit cum duce de his consulendum, et per illum quicquid videretur eis inde agendum, in proximo se determinaturum. Haec omnia cum Dodo rediens abbati referret, ille exhilaratus gratias egit, dispositioni divinae, sperans ex hoc pendulae dissensioni finem proventurum, et veritatis iudicium sub tot testibus ad victori- 35 am perducendum. Nec mora, abbati Berengero haec omnia per ordinem significavit, et ut in partibus suis veritatis defensores conduceret secum mandavit. Ipse vero assumptu secum Lamberto maiore et Roberto Cunenium priore, Mediomaticum, Tullum, Virdunum aggredi- 40 sus est peragrare, et propositam necessitatem tuendae fidei notis sibi fidelibus enuntians, quia non sua sed Christi res erat agenda, ne eius testimonio deessent instanter admonebat. Vide- 45 res per singulas urbes religiosas et potentes personas tantam pro iustitia persecutionem non secus quam qui patiebantur indolere, periculi sui securitate religiosae quondam et honestae Andaginensis ecclesiae causam tuendam excipere, neminem eorum alium quasi cunctando consulere; sed singulos ope suam certam abbati promittere. Denique Paulinus Meten- 50 sum archidiaconus, ut erat doctus suffragari eiusmodi defensionibus — consueverat enim longis et multis persecutionibus, quae illatae fuerant Herimanno pontifici, constanter decer- 55 tare tuendae fidei — *Et nos, inquit, iam diu fatigavit hic rerum eventus, nec ad hos quasi novos casus excipiendos cuiusquam incitatione indigemus. Et nos et nostra Christo debemus, dignitas huius criminis communis est in eum credentibus. Erit certe quoque iniuriosum, si quod debet esse voluntarium, aliqua mora interveniente videatur extortum, et quod verbis ostendamus, auxilio differamus. Huic negotio non convenient verba summo ore stillantia, sed ex intimo cordis fundo diligenter excerpenda. Nulla hic merces corrumpet linguis nostras, liberis officiis celebrabitur haec amicitia, et ipsa re et non ex commodo aestimabitur haec talis gratia.* Cui cum Lanzo abbas sancti Vincentii diceret, se quidem iturum prompte animo, sed quosdam famis periculo, quae tunc maxima erat⁷¹, retardandos: *Nostris, inquit Paulinus, stipendius ibimus singuli, quia non est perfectae caritatis, si quod est ezequendum gratis, ingratuo ad- 60 versus amicum auxilio prosequaris.* Eadem ad auxilium abbatis Tullensem et Virdunenses excitavit sententia, eadem ad procedendum animavit constantia; cumque per tot defensores causam suam agendam abbas aequa iam securus locasset, *Cunis reversus quomodo res sua*

a) f. indigitas.

69) *Durbuy.* Henricus filius erat Henrici, fratris Al- epist. 69, 2. 71) *Anno 1095 fames diu concepta
berti Namucensis; v. Ernst, Des Comtes de Durbuy incalescit. Ann. Leod.*

et de la Roche. *Leodii.* 1830, 8. 70) Hieron.

processisset abbatii Berengero apud Eberneicortem commorantii, et quos ipse procurasset sibi descripsi mandavit. Rescripsit ille, se procurante paratos ad conductam audientiam convenire, de Remensi quidem metropoli domum Manassem praepositum, postea factum archiepiscopum⁷², Rogerum defensorem ecclesiae et archidiaconum, Rodulfum cancellarium et post Manassem praepositum⁷³; Odalricum scolasticum ecclesiae Romanae satis notum et carum⁷⁴; de ecclesia beati Remigii Lambertum priorem et quos secum deducere vellet; de ecclesia Suessionensi Engelrannum^a archidiaconum, non multo post Lauduni episcopum ordinatum⁷⁵; de ecclesia Laudunensi Ebalam archidiaconum et Alberonem abbatem, et quos ipse quoque secum venire competeteret. Praeterea significavit ei per easdem litteras, Henrico et Lanzoni archidiaconis et quibus sibi visum fuerat rationabilioribus Leodiensis ecclesiae pro re et tempore se plurima scripsisse et transmisisse, in quibus arguebat eos mercede Baalaam seductos coram filiis Israhel scandalum posuisse, habentes modo Obertum pro pontifice, quem secum olim detestabantur iudicio contradictionis instissimae, et ut ipsa quaedam eius verba interponantur: *Si hoc, inquit, recte fecisti, hodie laetamini in Abimelech et ipse in vobis:*^{fidei. 9, 19}

Dominus autem laetabitur in operibus suis. Orunes has procurationes defensionis suae retulit abbas Dodoni-Cumensi, et ut secum ducem Godefridum commorantem Bulonii convenerit precibus optimuit, per se certius ab eo quaesiturus, quid cum Otherto tractasset de securitate agendi conventus. Respondit dux, iterum atque iterum se Otherto pro hoc interpellasse, illum vero variatis verbis certius inde responsum hactenus insimulasse^b; sed in crastinum se habuturum cum eo colloquium Vilantiae, secum eo usque Dodo veniret, illicque experiretur quid credendum de mandatis abbatii referret. Praesenserat autem Othertus, studiosissime abbatem rem suam procurasse, totque auditores adversum se et clericos suos suscitasse, ipsos quoque Leodienses maximam indignationem concepisse, quod personae aliarum urbiuum, quasi perspicatores superinducerentur eis ad disputandum; et diffidens parti sue si congregarentur ei ad iudicium, necessitatē imminentis audientiae destinavit se quoconque modo vitare: unde et duci ad se venienti hoc ipsum secretius intimavit. Dux vero ut hoc audivit, callide quod timebat Othertus adversus eum ingratavat, dicensque eamdem audientiam non solum per se avertendam^c, verum sua auctoritate et conductu roborandam, compulit sibi duplicari pecuniae promissionem primam; sicutque malignante impietate cum avaritia, oppressa est eliminandae veritatis experientia. Nam cum defensione ducis et conductu tantus tamque vulgatus conventus speraretur agendum Leodii imminentie natalitio apostolorum Petri et Pauli, ipsa eadem die cum comite Arnulfo se Remis futurum publice condixit, ut eius causam cum Rainaldo archiepiscopo ageret, eumque de Mosomensi castro quod incenderat et vastaverat⁷⁶ concordaret. Dodo intelligens Othertum et ducem cognitioni discernendae veritatis defecisse, eumdem defectum abbatii retulit, et meliora speranti maximi doloris vulnus adauxit. Neque enim tantum pro se dolebat, subducto sibi loco defensionis, quantum pro hiis quos emoverat tanta expectatio. Subinde quoque Berengerus abbas assumptu priore sancti Remigii, Piros usque processerat, quaesitus de certificanda securitate eorum quos et ipse venturos sollicitaverat. Ibidem paulisper cessanti missus ab abbatie Lambertus maior occurrit, et que astu Otherti et ducis spes eorum frustrata esset, nichil tate verenti nunciavit. Berengerus indignatus ex tam subita rerum eversione, statim dictante eadem sua indignatione scripsit maioribus Leodiensis ecclesiae, non recte eos famae suae et honori consuluisse, iudicio et iustitiae nimis impudenter in capite suo defecisse, infamiam huius defectus sui longe lateque tot auditoribus repulsi declarasse, et tamen a conducta audiencia sic frustratos, causas agendae defensionis et eliminandae veritatis nichilominus effecisse. Sciens quoque abbatem Theodericum affici gravissimo moerore, secundum animi sui teneritudinem hanc inter plurima illi scripsit consolationem: *Rerum quidem exitus prudentia metitur, sed alieno decepti errore rotam fortunae nos quoque aliquandiu revolvimus, et maximos labores frustra fatigati expendimus. Erit certe hoc aeterni iudicis vindicare, pro cuius fide maxime proposuimus inimicis eius displicere. Summopere vero curandum est vobis hoc citius*

a) Emolrannum 1. sed infra Engelrannum. b) non interponendum videtur, nisi interpretari malta dissimilando vietuisse. c) alterum non excidisse videtur.

72) Raginoldus mortuus est 12. Kal. Febr. 1096. praevaluuit. 74) 1097. legatione ad Urbanum II. Necr. Rem. ap. Varin, Archives admin. de la ville functus est. Marlot, hist. Rem. II, 214. 75) anno 55 de Reims. 73) Quo 14. Kak. Oct. 1106. mortuo 1096. Sigeberti Auct. Laudunense, Mon. SS. VI, 445. archiepiscopus electus est, et 1108. Gervasio adversario 76) anno 1092. Ann. Mosom.

eis quos vocasti, ut in locis suis cessent, significare. Ego quoque rediens id ipsum curabo maturare. Vale. Nec mora, ordinatis ab utroque legatis, ut cessante audiencia cessarent et evocati, Berengerus rediens Remnis quantocius duci occurrit, et quia pro tempore sibi videbatur potens persona, potius caute lenienda, quam mordaciter exasperanda, cum publice quereretur de ea quam patiebatur sancta ecclesia ab Otherto iniuriam, dicendi modum, quasi a defensori eius duci parcens, obliquabat. Cum enim Othertum accusaret, quod condicata veritatis defensionem male sibi conscius subterfugisset; ducem vero e diverso commendaret, quod eam cum ceteris principibus episcopii condicendam extorsisset, dux rubore perfusus, teste conscientia, arguebatur, qua se iudice nemo nocens absolvitur. Excepit verbum prudenterissimus vir Rainoldus archiepiscopus a Berengero privatum praemonitus, et causatus cur 10 vel ipse vel ceteri ecclesiistarum defensores sic paternerunt abbatias Leodiensis episcopii deprire, cum possent suu illum Othertum ad quod vellet etiam nolentem violenter attrahere, vel violentem liberaliter inclinare; eo usque ducem rationabiliter inductum affectavit, ut promitteret se revera iam allaboraturum ecclesiasticae defensioni et legitimorum abbatum restitutioni, quod et hoc modo divina disponente clementia processit. 15

⁷⁷ 78. (97.) Erat castrum inter Hoium et Leodium, quod Mons clarus⁷⁷ dicebatur, quodque infestissimum sibi navigantes per Mosam saepissime Otherto conquerebantur. Tot illorum querelas et iniurias cum ille diu indignaretur pati, collectis viribus obsidere castrum destinavit. Huic obsidioni disponendae ducem episcopii et principes evocaverat, iamque ordinata expeditione ante castrum constiterat, cum subito dux arrepto tempore Othertum in clamavit, 20 eique publice consilium suum et auxilium excusavit, nisi abbatias sancti Huberti sanctique Laurentii suo statu reponeret, et eas quas vendiderat, eiectis emptoribus, per condignas per-
⁷⁸ sonas gratis ibidem ordinatas disponeret⁷⁸. Quod, inquit, o commilitones, a Deo auxilium sperabimus, qui eius ecclesiis depereuntibus non solum defensionem non impendimus, sed et liberam vocem contradictionis subtrahimus. Scilicet hoc de nobis promeruit benignissima dispo- 25 sitio Creatoris, qui nos ministros sue publicae rei constituit, ut pro sua quiske persona nostrum illi negemus servitum, quos pro tuendo iure suo hoc nostro tempore elegit eius generale dominium. Plura dicere parantis abrupti verbum assensus principum, et inventi pariter in Othertum, praefixa duce conditionem de restaurandis ecclesiis et reponendis abbatis legitimis violenter exigere cooperunt. Convenenter autem ad eamdem expeditionem dispo- 30 nendam quidam ex archidiaconis et praepositis episcopii, qui raptam occasione per hanc invectionem publicam, quasi pro zelo tuenda iustitiae, privatas animositates adversus Othertum ingravabant, ut ex hoc sibi apud eum locarent in posterum timorem, cuius nisi ex aliquo modo inutilem vilipendebant amorem. Et cum illi constanter obiceretur quod omnino interdicit canonica auctoritas, scilicet taxato pretio abbatias vendidisse et ecclesiastica ministeria, quea pro animabus curandis gratis largiri debuisse: Othertus tali tamque insperata compressus exactione, licet intelligeret hoc non recte fecisse, conabatur tamen sibi praetendere non solum suae malignitatis velamen, sed et multorum paelatorum probatae haeresis defensionem, contestatus non se in benedictionibus suis gratiam Dei vendidisse, sed potius eas gratis contulisse; non autem sibi videri iniustum, si de possessionibus ecclesiasticis suum 40 exigere commodum, quas non habentibus distribuebat ad habendum. Haec pestis de Francia transfusa in Lotharingiam quam sit detestabilis, nostro tempore Petrus Damianus Alexandro papae huismodi invectione deplanxit*. Sed ut ad rei ordinem redeamus, Othertus praedicta principum exactione compressus, licet quasi obtuso collo cogeretur velle quod nolebat, de abbatum restitutione benigne tamen pro tempore respondit, et ex eorum sententia quicquid inde censerent, se facturum promisit. Decretum est statim ut remota omni dilatatione Wolbonem et Ingobrandum eiceret, et legitimos ablates locis suis reponeret. Ad hoc Othertus veritus ne sibi quandoque oneri foret, retractato cum prudentioribus consilio, de his iudicium agendum constituit, ut rationabiliter illis pro culpa sua convictis et eiectis, iam tunc excluderet sibi occasionem 50 quandoque removendae contentionis. Igitur praefixa die ad rem maturandam collectis abbatis et archidiaconis iudicium sedit, et ex comprobatione iniustae in eos factae exordinatio- nis, et incompositae eorum conversationis, uterque convictus loco quem invaserat decessit.

a) Ea in 1. 1^o. non extat; esti epistola I, 13. ed. Caietani.

77) Clermont, sur la rive droite de la Meuse, au-dessus d'Ingihoul. R. 78) Cf. Hist. S. Laur. supra 55 p. 279. obi videbis hec a. 1096. vel prius acta esse.

79. (98.) Scriptis extemplo Otbertus Berengerio, se illi regratiatum, et reiecto Wolbodone eius deliberasse monasterium placere sibi et primatibus suis ut fidenter redeat, et fratres qui ad eum configurant secum reducat. Abbaū vero Theoderico, licet idem suffragium idemque iudicium in causa fuerit, hoc scribere dissimulavit, tenacissimus erga eum conceptae indignationis; optime etiam conscius illum non communicaturum sibi. Praeterea cum illis suis fidelioribus abbatibus et archidiaconis secretius tractans, ut quia ad eius placitum licet iniuste illum excommunicandum olim iudicaverant, nullo modo suam patrarentur infirmari sententiam, nisi publica satisfactione eiusa requireret absolutionem et gratiam. Berengerus autem accepta legatione Otberti, primo quidem dubius haesit an coepetas defensioni 10 persisteret, an ecclesiae olim sibi commissae iamque omnino deficienti revertens consulere. Verebatur enim, accusante conscientia, publicae vituperationis infamiam, ne reconciliatus Otberto videretur a verae fidei perseverantibus apostata, qui eius hactenus tot probatis infectionibus praedicaverat apostasiam. Sed saepius retractans, non sine divino nutu provenisse hunc in rebus tam mutatum tamque insperatum eventum, assumens secum quosdam suorum, 15 properavit Leodium. Ibi occurserunt sibi extra civitatem archidiaconis officiosissime, cum se eisdem comitatus Otberto praesentaret, Otbertus ut sibi eum affectiosius attraheret, coram duce Godefrido itemque primoribus civitatis obtulit ei iustitiam de ea quam fecerat discendi iniuria. Quam licet aegre Berengerus visus est suscepisse, ea tamen ab eo illi imposita conditione, ut quicquid per Wolbodenem dispersum disperierat ecclesiae, suo statui refor- 20 maretur; illo annuente, sic deosculatus eum secum sedi recollocavit, multis non solum mirantibus sed etiam scandalizatis, quasi ex tam subita permutatione tanti viri, quem utique credebat nullo modo a priori sententia posse divelli; cum ille, ut sibi videbatur, coram Deo securus conscientiae sue et intentionis, non hoc ageret gratia alicuius ambitionis, sed ut subveniret ecclesiae perclitanti et fratribus ab ea dispersis.

25. 80. (99.) Hiis auditis abbas Theodericus, qui tunc morabatur Cunis, fratres suos ad consilium evocavit, et quid in tali negotio opus esset sibi agendum inquisivit. Lambertus maior, ut erat vir consilii, itemque Wredus Robertus et Rainerus responderunt consulenti, gratias agendas divinae dispositionis, quod praeter spem omnium eorum locum eis patefecerit ad ecclesiam suam revertendi; rediret quantocius sicuti et fecerat Berengerus, ne eo cunctante 30 eveniret aliquis sinister eventus; sua etiam ecclesiae referret ornamenta, que inde sustulerat salvandi gratia. Firmato ergo consilio decernitur tempus ad rem exequendam, et ex consensu Dodonis assumptis secum ornamenti media nocte castellum exit, sicutque in sequenti vespera Fredegorium⁷⁹ venit. Postera die dispositis per loca opportuna custodiis, primo ad 35 huc mane in quereto quod imminet monasterio descendit, praemissoque ad fratres Lamberto maiore, mandavit se eos revisere paterno affectu; subiungens, ut nullo modo se vere- rentur, si quid excessissent per tam varios rerum eventus. Ad haec quibusdam conscientia pudore silentibus, quibusdam vero timore Otberti ne facerent quod nolabant opponentibus, tandem meliorum optimuit consensus, ut, quod eos decebat, iustitiae et veritati et consulerent honestati, utque abbat pro Christo exilium passo gratauerent procederent, eumque pro suo 40 recognoscentes horfarent. His abbat relatis, procedentibus sibi fratribus humiliiter se praesentavit, et prosequentibus eum his qui secum exierant, quampluribus quoque qui auditio eius reditu convenerant, cum Dei laudibus ingressus est ecclesiam. Deinde renumeratis vel ostensis publice ornamentis quae retulerat, in conventu fratrum venit, et tam de communione Otberti quam de subiectione Ingobrandi culpam suam fatentibus poenitentiam indixit, 45 sieque absolutos deosculatus priori sententiae reformavit. De praedicto autem ecclesiae thesauro commiserat interposita fidei suae sponsione Rodulfo Vilantiensi, scilicet duas cappas et textum euangelicum auro et geminis insignitum, qui fuerat Karoli Magni imperatoris, et tria cornua eburnea ex elemosina Godefridi ducis cognomento Barbati. Haec omnia ut erat impudens neglector fidei et veritatis, irato sibi domino Vulframno Prumiensi abbati, ut ei 50 regriataretur, in dono obtulit. Miratus abbas, requisivit unde haec illi provenissent, cum evidenter textum recognosceret ex facta olim sibi processione. Tandem convictus est confiteri, immo mentiri, ea sibi vendita ex distracto thesauro sancti Huberti. Ad haec abbas caput quassans, et de dispersione tantae ecclesiae condolenter suspirans, duo quidem ex cornibus fratri suo Ultraiectensi episcopo⁸⁰ transmisit, cetera vero per Rodulfum beato Huberto

55 79) Freux, à une lieue et demie de St. Hubert. R. 80) Conrado.

caritatis gratia remisit. Quam tamen gratiam abbatis praedictus Rodulfus, quasi a se esset, duobus equis pro ea exactis ecclesiae impudenter vendidit, ex qua etiam iniquitate coram praedicto abbe convictus gratiam eius perdidit.

81. (100.) Iam triduum transierat, et ecce Berengerus abbas cum Henrico archidiacono veniebat, ut ex praecepto Otherti quasi vacante disponeret abbatiam. Audientes autem abbatem esse regressum et a fratribus receptum, in villam ecclesiae quae dicitur Burs^{a)} diverterunt. Cumque ad Othertum reversi renuntiarent regressum abbatis, ille iratus interdixit nichil pro eo faciendum ecclesiae ministris. Idem tamen interdictum eadem facilitate extenuatum est qua et prolatum, nec ministri ecclesiae vel abbatii vel fratribus pro hoc ministrale destiterunt. Othertus quoque ira parumper refrigerante, dissimulabat meminisse quod recognoscere se irrationabili praecepisse. Indignatio tamen eius erga abbatem pertinacius obfirmata, nec tempore nisi ratione sedari poterat. Unde adeunte se Lamberto maiore pro quibusdam negotiis ecclesiae, cum praedictum abbatem infrimatum audisset, ei quasi excommunicato, si moreretur, interdixit fratum sepulturam communem, nisi sibi ut episcopo suo satisficeret vel communicaret. Abbas tamen ex infirmitate convalluit, et malitia Otherti adversum se consummatae tanto securior quanto et certior, hanc epistolarem apogiam scrispsit ecclesiae Leodiensi, in qua se nec excommunicatum probavit, nec quemquam nisi culpa exigente posse excommunicari: *Cum nullum crimen anathematice dignum commiserim, iniuste me excommunicatum liberrime defendo, quia nec fur nec sacrilegus sum vel fui eius ecclesiae, quam Dei gratia rego, neque ecclesiam aliquibus suis rebus spoliavi, nec quicquam de fundis eius aut vendidi aut distraxi aut cuiquam quoad in me fuit usurpare permisi. Sed cum viderem res aliarum ecclesiarum a suis emporib; hoc est a Wolbodone, Leupone^{b)}, Gisleberto, Warimundo, male diripi, et in pretium simoniacae suae venalitatis pessime distracti, timens ne similiter ab aliquo pervasores res ecclesiae nostrae dilapidarentur, consilio Godefridi ducis aliorumque sapientium virorum, qui quod postea accidit verebantur, partem thesauri cui maxime timebam, egredientibus mecum de monasterio fratribus, viris fidelibus commisi, et non alias quam infra possessionem et fundum ecclesiae sancti Huberti cum ipsis fideliter usque ad unum quadrantem conservavi, meamque restitutionem operante Dei gratia, non ut sacrilegus, sed ut fidelis conservator, quod suum erat ecclesiae mecum restitui. Unde si quae iaculata est sententia excommunicationis, irritam eam censem praesentia testimonia sanctorum scripturarum, quae propugnant et defendunt. Hieronymus in commentariis super Mathaeum versus illum exponens: „Quocunque ligaveris super terram, erit ligatum et in coelis, et quocunque solveris super terram, erit solutum et in coelis.“ ita dicit: „Iustum locum presbiteri et episcopi non intelligentes, aliquid sibi de pharisaeorum assumunt supercilium, ut vel dampnent innocentes, vel solvere se noxiis arbitrentur, cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita queratur. Legimus in Levitico de leprosis ubi iubetur ut ostendant se sacerdotibus: „Et si lepram habuerint, tunc a sacerdote immundi fiant,“ non quod sacerdotes immundos faciant leprosos, sed quod habeant notitiam leprosi et non leprosi, et possint discernere, qui mundus vel qui immundus sit. Quomodo ergo leprosum ibi sacerdos mundum vel immundum discoperiendo facit, sic et hic aut ligat aut solvit episcopus vel presbiter, non eos qui insontes sunt et noxi, sed pro officio suo cum peccatorum auditor varietas, scit qui ligandus vel qui solvendus sit.“ Gregorius papa Januario Carallitano episcopo: „Inter querelas multiplices Isidorus vir clarissimus a fraternitate tua se excommunicatum conquesus est, quod cur factum fuerit, dum a clero tuo qui praesens erat voluisse addiscere, pro nulla alia causa nisi pro eo quod te iniuriaverat factum innocentia. Quae res nos vehementer affixit: quia si ita est, nichil te cogitare de coelestibus ostendis; sed terrenam te habere conversationem significas, dum pro vindicta propriæ iniuria, quod sacris regulis prohibetur, maledictionem anathematis invexisti. Unde de cetero esto circumspectus atque sollicitus, et talia cuiquam pro defensione iniuriae tuae inferre denouo non praesumas; nam si tale quid feceris, in te scias vindicandum.“ Item Gregorius in euangeliorum tractatibus: „Saepe pastores ecclesiae in ligandis et solvendis suae voluntatis motus, non autem causarum merita sequuntur; unde fit ut hac ligandi et solvendi potestate se privet, qui hanc pro suis voluntatibus, non pro subiectorum moribus exercet. Saepe fit ut erga proximum odio vel gratia moveatur pastor. Iudicare autem de subiectis digne nequeunt, qui in subditorum causis sua vel odia vel gratiam sequuntur. Causae ergo pensandae sunt, et tunc ligandi et solvendi potestas exercenda.“*

a) Leupodone 1. 1^o. b) clero 1. 1^o.

81) Bure. R.

82. (102.) Ea tempestate, hortante papa Urbano, una eademque intentio totius occidentis christianos exciverat populos, videlicet armatos Ierosolymam adire, et Medos et Persas qui eam invaserant debellare, terramque reprobmissionis sibi tenendam subiungare. Huic expeditioni non solum diversae aetatis populares, sed etiam ipsi provinciarum consenserant principes, et sponte posthabitis uxoribus et filiis, honoribus quoque et patrimonii aut omnino relictis aut pretio distractis, festinabant captare incerta pro certis. Cum hiis Godefridus dux ire disposerat, et causa parandi commeatus castrum Otberto venale exposuerat. Causa huius negotii exequendi Ida mater ducis eiusdem Bulonium venit, quae videns deperisse elemosinam patris sui maioris Godefredi, et monachos discessisse ab ecclesia beati Petri consensu filii sui Godefredi, qui remissis fratribus ad matrem ecclesiam beati Huberti, hortatu domini Henrici pontificis iterata donatione legali quicquid erat elemosinae praedicti avi sui in rebus mobilibus vel immobilibus beato Petro et beato Huberto tradiderat coram testibus idoneis, graviter tilit, et abbatem Theodericum ad se venire mandavit. A quo dum quaereret cum moerore, cur vel quomodo memoria patris sui loco illo defecisset, respondit abbas, id fratri suo et filio suo imputandum, qui subtractis redditibus ad nichil lassent locum, omnesque destructores eius nosset excommunicatos secundum Alexandri papae privilegium. At femina virtutis sollicita pro patre salvando itemque pro fratre et filio absolvendo, abbatem cum lacrimis adorsa est orare, ut curam ecclesiae beatii Petri resumeret, et depositis ibi fratribus, periculis eorum qui in Deum et patrem suum peccaverunt absolveret. Ad haec abbas cum negaret se posse quod cogebatur velle, mater filium suum impulit porrigit illi humiliter vadum satisfactionis, utque veniam excommunicationis obtineret, ecclesiam matrem de Saltiaco rivo⁸² cum capellis illi subiectis itemque capella sancti Iohannis et praebensis ibi deservientium clericorum omnibusque eiusdem capellae mobilibus et immobilibus; ita tamen ut decadentibus clericis qui erant tunc temporis, omnia sublaceant monachis, procurante abbatem capellanum⁸³, qui deseruit castro et populari parochiae, sicut avus suus Godefridus maior beato Petro donaverat legaliter, ipse quoque fratribus ibi reponendis publice recognosceret. Quod cum Godefridus in audience nobilium suorum sine ulla retractatione vel contradictione sollempniter fecisset, ipsa Ida comitissa matrem ecclesiam in Baseio⁸⁴ villa, quae propriâ ab antiquo sui patrimonii in Brachante erat, sita iuxta Nivigellam, ecclesiae beati Petri et beati Huberti tradidit habendam pro anima patris sui Godefredi Barbatu itemque fratrui sui Godefridi filiique sui ibidem praesentis, eamdemque donationem legali privilegio et legitimis testibus confirmari⁸⁵, fratres etiam in sui praesentia ab abate reponi optimis apud ecclesiam beati Petri.

83. (103.) Otbertus gloriae suae studens, praedictum castrum oblatum sibi concupivit, et mille quingentas argenti libras pro eo duci condixit⁸⁶. Ad has exsolvendas cum proscripsisset expoliandas congregations episcopii, tum demum hac occasione adversus ecclesiam beati Huberti maximas inimicitias exercuit. Nam ipsis exactoribus suis missis, tabulam altaris auro teatam disparavit, tres cruces aureas dispersis lapidibus effregit, quarum unam magnae quantitatis dominus abbas Theodericus prior noviter fecerat studio Lambertii maioris, quamque Henricus episcopus a nemine distrahitam sub anathemate interdixit. Ex huius rapinae reliquis praedictus Lambertus unam marcam et dimidiā auri collegit, et allodium de Felc, quod est prope Nasaniām, a Comone comite qui cum duce Iherosolimam ibat, praesente Bonove de Wahart et Walterio de Ambluz donatum ecclesiae comparavit. Nec multo ^{1096.}
^{Aug.} post dux Iherosolimam vadens, ludum unum christallinarum alearum nobis transmittens, multos secum nobiles et religiosos adduxit, quorum defensionis intuitu insectatio Otberti utcumque videbatur tolerabilis Theodorico abbatui. Quibus abeuntibus longo et gravi taedio affectus, cum se pensaret inparum preferendis tot rerum casibus, nemini quod conceperat edicens, quasi more solito ad tempus exiret, valedicens fratribus, ad sanctum Remigium Remis se contulit ibidem moraturus. Quod cum apud se destinasset, quia idem locus amplissimae dignitatis et maxima videtur honestatis, tunc magis hoc ideo affectavit, quia didicerat ibidem abbatem quendam ordinatum Robertum Majoris ecclesiae⁸⁶ monachum,

a) capellano f. 1^o.

82) Sansanruth. R. 83) Baiay. R. 84) Privilegiū, ubi etiam privilegii illius ab Alexandro II. gaudiis. 86) Marmoutier - les - Tours. Henricus concessi meminit, iam a. 1094. ind. 2. Bulonii datum abbas obierat 1095. Mart. 16. Robertus est auctor est, Miraei opp. dipl. I. 76. Itaque temporum ordo Passagii in Terram sanctam.

hic turbatus est. 85) Cf. Triumphum S. Lam-

1096. quem ex dicto Urbani papae expetierat Manasses archiepiscopus causa ibi artius augendae religionis. Quod quam longe alter evenerit, testatur Hugo episcopus Lugdunensis, legatus ecclesiae Romanae, super his ita scribens Urbano papae: *Reverendissimo patri ac domino suo Urbano papae Hugo Lugdunensis ecclesiae servus se ipsum per omnia. Litteras vel legationem cuiusdam monachi Maioris monasterii nomine Roberti ad vos iam venisse putamus, quem frater Manasses Remensis archiepiscopus, quod per se non valuit, ordinandum in abbatem sancti Remigii litterarum vestrarum auctoritate ab abbate suo⁸⁷ impetravit. Aduncti sunt etiam et quidam religiosi fratres, quarum freatus consilio et auxilio subditorum suorum Remensem monachorum animos informaret et ad sacrae religionis initiationem instrueret. Ipse autem, prout virorum bonorum relatione cognovimus, sproptero corum consilio qui si dati fuerant 10 ad auxilium augendae religionis, coepit adhaerere complicitibus levitatis et remissus relaxare distinctionem vitae regularis. Quia comperto Remensis archiepiscopus saepius cum per se perque alios religiosos viros, ut ergo ordinem suum et sibi subditos corrigendos studiosior esset, admonuit, nichilque profecit. Tandem frustratum se cognoscens de eo quem religiosum putaverat et in abbatem consecraverat, hoc ipsum abbati Maioris monasterii significavit, et ut eum 15 corriperet et emendaret obsecravit. Abbas vero directis a latere suo religionis personis, multo tamen eum increpavit, et ne tam negligenter vivens ecclesiam unde venerat dehonestaret, atten-
tius admonuit, et nisi se emendaret, ut inobedientem et professionis suae transgressorum se eis
communicatur intentavat. Quid multa? Die constituta se ad eum iturum et velut patri suo
obediturum promisi. Sed consiliarius suis pravis locutus, ire contempnit. Abbas autem sicut 20
minatus fuerat, eum consentiente episcopo excommunicavit. Ipso vero reclamante et anathematis eius vinculo se minime teneri dicente, quasi ab eius obedientia et professione absolutus
et Remensi ecclesiae ut sibi videbatur liber redditus, constituta est dies ab archiepiscopo, quo
iudicio episcoporum et abbatum lis illa terminaretur. Praefixa autem die convenientiis episcopis et abbatibus multisque aliis religiosis personis, ipso quoque abbe Maioris monasterii 25
et priore Cluniacensi, discussis utrinque rationibus et objectionibus, cum probari non posset,
quod praedictus monachus Robertus a primae professionis sue vinculo per abbatem suum
praesentialiter vel per litteras eius signatas esset absolutus ac sic liber archiepiscopo Remensi
concessus: iudicatum est, ipsum ab abbe suo excommunicatum esse, nec ab episcopo Remensi
retineri posse. Iudicio finito, saepedictus monachus minime adquievit, et ut pluribus videtur 30
quaerens occasionem vagandi, praegravari se dixit, et audientiam vestram reclamavit. Quem
cum archiepiscopus retinere vellet et abbati suo redere, propter reclamacionem vestram libe-
rum permisit ire. Qui illico ad nos veniens, rei gestae seriem nobis nuntiavit, et ex eius rela-
tione didicimus, iuste eum posse revocari ab abbe Maioris monasterii. Nuntiavit etiam nobis
pro huiusmodi negotio quosdam fratres Maioris monasterii ad nos venturos, et nobis offerenti-
bus ut pro sua commendatione vel restitutione, si fieri posset, eos expectaret, sustinere noluit,
et a nobis abscessit. Die autem tertio post eius abscessum dominus Hilgoldus quondam Sue-
sionensis episcopus⁸⁸ et frater Pontius noster quondam notus, Rodulfus quoque Remensis eccl-
iae praepositus ad nos venientes, rem gestam nobis per ordinem narraverunt, et ex parte Re-
mensis archiepiscopi litteras obtulerunt, obsecrantes ut nostro consilio alterum abbatem in 40
ecclesia beati Remigii sibi ordinare licet, ne detrimentum patetur, si diu rectore careret.
Quod quidem propter solam appellationem vestram facere noluimus, quamvis quod in tanto
convento et a tam discretis personis factum fuerat, iustum censeremus. Itaque cum non sit
nostrum sanitatis vestrae prudentiam docere, proideat vestra paternitas, qualiter praedicto
monacho, si praesentiam vestram adierit vel litteras vobis direxerit, respondeatis. Si enim 45
ecclesia beati Remigii venerit in potestate aliquius irreligiosi, et in temporalibus et in spiritualibus
minuetur, et cum periculo animarum cultus divinae religionis ibi ad nichilabitur.*

84. (105.) Hugo quoque Cluniacensis abbas de eodem negotio scripsit eidem papae Ur-
bano: *Amantissimo et reverendissimo patri, sanctae atque apostolicae sedis summo pontifici,
domino papae Urbano, frater Hugo Cluniacensis cum tota congregatio nostra continuas et 50
fidelissimas devotionis orationes et perpetuam pacem. Multi, o dymine pater, iustis ac necessa-
riis causis existentibus cupiunt dignam vestram adire praesentiam, sed impediantur variis*

⁸⁷⁾ Bernardo. Ceterum fere eadem Lambertus ep. hist. Rem. II, 221, et apud Ducangium s. v. Eman-
Atrebat. papae scripsit, Baluzii Misc. V, 304. Urba-
nus autem sententiam contra Robertum latam cas-
savit, v. epist. eius d. 1097. April. 14. in Marloti
⁸⁸⁾ tunc monachus Cluniacensis.

Sybel, Geschichte des ersten Kreuzzugs pag. 49. 55

*difficultatibus absidentibus. Unde et aliqui eorum saltem ad nos venient, quasi ad domesticos 1096.
vestros, si quo modo eis consulatur vel subveniatur illorum necessitatibus. Inter quos dominus
Manasses Remorum pontifex, vester humilis filius, noster quoque devotus amicus, quem et in
alia epistola vobis commendavimus, conquestus est nobis de Maiori monasterio in ecclesia beati
Remigii se quedam monachum abbatem ordinasse, et longe alter quam sperabat de eius irre-
ligione maximum loco dampnum provenisse. Petuit autem, ut interpellaremus inde vos; sed
quia dominus Hugo Lugdunensis archiepiscopus omnem ordinem rerum vobis significavit, sicut
audiivimus, reverentiae vestrae suggestimus, ut si ad vos venerit idem monachus, prudentiam
vestram nulla circumveniat calliditatibus, sed faciat ei secundum sapientiam quam a Deo
10 habet. Reverentissimam ac dilectissimam nobis paternitatem vestram dominus Christus sanam
et incolument nobis conservet et universae ecclesiae.*

85. (108.) Abbas autem Theodericus in festo sancti Aegidii, qui olim fuerat dies ordina- Sept. 1.
tionis eius, de monasterio egressus cum Remis moraretur, in sollempnitate sancti Remigii
15 sequenti venerunt ad eum Rainerus Pirensis, Robertus Cunensis, Wireduus quoque praeposi-
tus Eberneicortis, de intentione eius certius inquisituri. A quo cum didicissent, privatam
vitam se sponte elegisse, tot insectationes Otherii pati non posse, ecclesiam ob sui invidiam
destrui vitare, nolle amplius praesesse, quibus in tot periculis non sufficeret prôdasse. re-
sponderunt fratres hoc non sic temere agendum, sed consulendos abbates qui ad praedictum
convernerant festum. Decernitur igitur tempus ad rem. Et cum ad abbatem sancti Remigii
20 ceterosque ibi collectos ecclesiae consilium referrent, et illi causam abbatis Theoderici
veteri iam auditu notissimam ad respondendum ventilassent, ad hunc devenerunt finem, ut
quia privatus vivere vellet ne Otherbo subasset, caveret, ne unde se expediret alium impedi-
ret, neve praedicto Otherbo ingereret, quem noviter pro se consecrandum eligeret. Respon-
dit abbas, in hoc ipso sibi et fratribus suis consuluisse, et dominum Berengêrum abbatem
25 sancti Laurentii sibi successorem iam diu apud se destinasse, quia et monachus olim fuerit
ecclesiae, et a domino Henrico episcopo consecratus legitime, nulla indigeret Otherbo conse-
cratione. Laudatus abbas id optime providisse, consensu praedictorum vel praesentium fra-
trum ibi scriptit Berengero sub obtestatione professionis suae, quam fecerat ecclesiae, ut
illi in praesenti periculo succurreret, quodque volenti animo abbatiam sibi commissam relin-
queret; hac tamen omnino interposita conditione, quod quibuslibet aliis postpositis, ideo eum
30 successorem elegisset, ne consecratione Otherbo indigeret. Scriptit etiam fratribus in commune,
ut quem elegerat, ipsi quoque eligerent, sicutque per manus Raineri Pirensis et Roberti Cunen-
sis baculum pastoralem remisit ecclesiae; quem illi apud Piros ex consulti interim reliquer-
unt, ut quasi de incertis adhuc rebus paeveniret inter dissidentes certius consilium, et tanto
35 citius Berengeri eligerent auxilium, quanto ex Theoderico abbe gravaret eos desolationis
suae fastidium, maxime propter insectationem Otherbi, quae tanto immineret eis infestior,
quanto in desolatos effrenator.

86. (107.) Redditis vero litteris Theoderici in communis audientia, cum iners notaretur
vel eius spontanea privatio vel Berengeri eligenda praelatio, ut fit in novandis rebus, pro
40 sub quaque niti coepit ingenio; orta inter eos dissentione, Theodericum quidem commisso
sibi inordinate deseruisse, ad abbatiam vero regendam plures apud eos superesse, Berengero
suam illi sufficere posse, nullo modo se pati eum sibi paeesse. Indiffinito vero consilio in
tam vario dissensu, non multo post redditae sunt litterae Berengero, missae illi a Theode-
45 rico. In quibus cum se legisset electum, et sciret iam a fratribus repulsum, paululum subri-
dens: *Cato, inquit, Uticensis die qua passus est repulsam risit, et nocte qua moriturus est legit.*
Quae quidem repulsa licet altius quam quisquam ratus esset in cor eius descenderit⁸⁹, pro
tempore tamen quasi benigne respondit, satis consulte repulsores suos censuisse sua sibi
sufficere, unicuique in ecclesia sua militanti debitum honorem competere, scire se moribus
eorum non convenire; quaererent cui flos gloriae iam apud eos decidentis refloreret, et reli-
gio deficiens resurgeret. Audit interea Otherbus rerum seriem, et evocatis ad se de mona-
50 stero quos noverat meliores, mirari se dixit cur Berengerum repulissent, quem in ecclesiastis
utilitatibus virum tam valentem iam rapuisse debuissent. Eadem sententia de Beren-
gero apud clericos et laicos crebrescebat, et neminem rei et temporis utiliorem censebant.
Iam etiam fratres tot assertionibus convicti consenserant eius electioni, cum ille semel con-

55 89) e Sallustii Ing. c. 11. verba sumpsit.

cepta indignatione primae repulsionis, nullis precibus Otherti, nullis acclamationibus fratrum vel cleri evaluit procurationi oblatae attrahi. Tot igitur tempestatibus, tot dilationibus iam paene deficientis ecclesiae pertaesus Othertus, indixit fratribus, ut quem vellent de suis eligent eique consecrandum in abbatem praesentarent.

^{1099.} ^{April. 24.} 87. (109.) Inter has disceptationes Lambertus maior infirmatus ad mortem, Berengere⁵ rum de Leodio ad se reconciliandum mandavit, unctusque oleo quod sibi reposuerat ex consecratione Henrici pontificis, anno incarnati Verbi 1099, 8. Kalendas Maii obiit. Qui strenuus cooperator abbatis Theoderici maioris, in acquirendis praediis et ornamentis, in renovandis et ampliandis aedificiis, in vitreis et fabrefacturis, in ordinando fratrum victu et vestitu, et in quibuscumque poterat ecclesiae profectibus et utilitatibus, cum sub Theoderico juniorie¹⁰ assueta dignitate privatus, adolescentes sibi praeponi iustissime indignaretur, adeo coactus est¹⁵ desipere, ut post discessum eiusdem Theoderici scrinulum beati Huberti quod argento paraverat, ablato etiam capitio aureo mirifici operis, dispararet, cum exactoribus episcopis tres crucis aureas et tabulam altaris auream in coemptione Bullonensi deliberaret, Godefrido de Ham duo dorsalia cum dalmatica una et cappa commodaret, in ipsa quoque infirmitate²⁰ sua extrema Berengero partem auri et copiam lapidum pretiosorum a loco asportanda relinqueret. Et ne cui videatur de Lamberto haec talis mentio vel apud Deum poenalis criminatio vel apud homines iudicialis detractio, noverit eum acerbo et longo dolore, ut hoc faceret, provocatum, dum nimis inhoneste tractatus et despctus in ipsa senectute, tot labores iuventutis suas apud ingratos doleret evanuisse; quia et est miserrimum genus infelicitatis, felicem fuisse et de regno in servitium, immo contumelias decidere.

^{1097?} ^{Iun.} 88. (110.) In eodem vero anno⁹⁰ Kalendas Iunii Othertus castrum Mirvolt non longe situm a monasterio ad desolationem circumiacentis provinciae reformavit; quod optentu domini Theoderici maioris Henricus episcopus diecierat sub intermissione perpetui anathematis: ipsum quoque montem qui ab antiquo fuerat heiati Huberti ecclesiae, firmato privilegio²⁵ legaliter reddidit⁹¹, condita ibidem et dedicata ecclesia in honore heiati Michaelis, fratres secretius utpote in deserto Deo militaturos constituit. Provinciales autem ex timore desolationis quam verebantur non solum sibi, sed et posteris suis, conducta die convenerunt ad ecclesiam beati Huberti, expostulantes corpus eius cum lacrimis Otherto praesentari. si forte vel sic resipiceret ab intentione huius suae inceptionis. Coacti fratres non solum necessitate³⁰ communis, sed et propria quae magis praeponderabat, licet nimis inconsulte, utque fit in rerum tumultuaria perturbatione, nullis praemissis ieiuniis, nullis vigiliis, nullo apparatu huius executionis, assumto beati viri corpore, processerunt nudis pedibus et operto capite. Videres passim concurrentium turbas augeri^c, luctuque populari canentium letanias et psalmos deprimi. Audivit Othertus tanti pontificis auctoritate se insequiri, et ad horam furore³⁵ simulato, ascensoque equo cum suis et ipse venientibus obviam processit. Praetenta vero paulisper reverentia orationis, post aspersiōem aquae benedictae, inter thurificandum fustum ad hoc ipsum paratum arripuit, et de caesis fratrum capitibus sanguine fuso, per silvam palantes hic illucque dispersit. Super tantam tamque iniuriosam temeritatem demirantibus turbis iustitiam Altissimi, qui cum sit patiens redditor, secundum multitudinem irae⁴⁰ suae non querit, perlatum est corpus sancti ad ecclesiam beati Michaelis archangeli, ibidemque ad vigilatum a fratribus recollectis. In crastinum disponebat illud violenter auferendum Othertus, sed cum in tali praesumptione nemo sibi assentire suorum, iam sanioris animi resumens consilium, cum reverentia et honore ad suum retulit locum. Cuius evectio cum maximi fuisset ponderis, revectio vero levissimi, probavit eamdem evictionem sibi dispositi⁴⁵ cuisse et revectionem placuisse. Positum autem super altare beati Petri, et per octo dies nullo modo potuit loco suo reponi, quasi quamdam satisfactionem exigeret huius suae remotionis. Non multo post ea ipsa die anniversaria, qua beato Huberto praedictam fecit iniuriam, Othertus captus est a comite Henrico, et Durboium usque deductus incitato equo et satis feroci, durissime et inhoneste collitus vix mortem evasit; sed et quamdiu ex tunc superfuit, num⁵⁰ quam adversitatibus et dedecrosis oppressionibus caruit.

89. (111.) Et dum Othertus fratres iterum atque iterum de eligendo abbate compelleret, tunc demum illis praefixit diem, quo tales determinarentur dilationes. Electus tandem com.

a) deest 1. b) corpore 1? c) ita corr. Martene; angeri 1.

90) Hic error est, qui fortasse in anni numero latet, nam de Wirodi electione post haec facta adhuc⁵⁵ Urbanus papa (ob. 1099. Iul. 29.) sententiam tulit. 91) v. supra c. 48.

munis omnium consensu quidam Girardus, Leodium ducebatur; cum inter eundum de Otberto ¹⁰⁹⁷ coepit agi sermo a deducentibus, donum eius nullo modo legitimum fore, tam pro Henrici regis excommunicati subiectione, quam pro praefati castelli refectione quod restruebat, Henrici pontificis neglecto anathemate, tum etiam pro effuso propria manu eius monachorum immo sacerdotum sanguine. Huiusmodi disputatio dum attentius retractaretur inter Gislebertum decanum et Wredum Ebernensem praeposum, persuaserunt Gerardo interim cessandum, donec ipsi euntes Leodium super his abbatem consularent Berengerum. Gerardus, ut erat vir probus et nullius iniustae promotionis cupidus, simpliciter cessit illis suis consultoribus condicium rei negotium ultra exequentibus. Qui cum id penitus non curanti Berengero de reddendo super his consilio suggererent, eidem etiam Otberto quod de dono suo non legali verebantur ingererent; ille id sibi quasi ad iniuriam reputans ingestum, primis suis crastinum indixit publicum auditorium, et utrum injuriosam sibi tam diu abbatis sancti Huberti funditus annullaret, an ordinaret, edixit eis in commune consulendum. Succlamantibus cunctis potius ordinandam, iterum atque iterum ^a eius obtulit Berengero pro ¹⁵videntiam. Ille cum semel recusatam nullo modo admitteret curam, communem omnium accepit sententiam, ut destinaret pro aestimatione sua quam ad hoc exequendum utiliorem nosset personam. Qui paululum cunctatus in tali opposita sibi deliberatione, respondit pro tempore neminem utiliorem se nosse, quam ibi praesentem Wredum monachum eiusdem ecclesiae. Hortatus accedere Wredus, licet ut fit aliquamdiu reluctari videretur, tamen donec ²⁰nante Otberto abbatiam suscepit, sieque comitatus Berengero et Frederico praeposito, Andaginum venit. Fratribus autem electionem sic frustratam indignantibus, et venienti ut est mos procedere detrectantibus, intervenerunt mediatores Berengerus et Fredericus, suffragantes prout poterant ingenio et ratione, ne sic inconvenienter hactenus fratri, amodo vero patri dissentirent, et si eum hoc pati, illos tamen facere non deceret: consularent vel famae suae, ²⁵ne nimis inconsulte viderentur tale aliud egisse, experirentur prius utrum esset utilis et retinendus, an inutilis et rejiciendus. Tandem rationi ad horam cedentes, suppressa ad tempus contradictione, passi sunt illum adesse, sibique aequanimiter interesse, donec eadem contradicatio quandoque fieret iustior, si consecratus ab Otberto Romanae sententiae probaretur desertor, cuius antea fuerat acerrimus assertor. Gravabat autem adhuc ^bab introitu Ingobrandi praesentem ecclesiam maxima rerum inopia, quia dispensatores earum tractabant eas nimis prodige, nullo respectu fidelitatis, et paene ad numerum viginti librarum imminuti erant reditus ecclesiastici ab introitu domini Theoderici maioris, de praebenda fratrum sine consensu eorum datis immo et venditis noviter et iniuste beneficiis, et hoc, ut supradictum est, consilio et actu Lamberti maioris et Theoderici junioris. Et cum frequens querimonia ³⁵fratrum coram Wredo huiusmodi iniustitiam et dampnum deplangeret, ille caput quassans, complosis manibus cum indignatione talibus consultoribus et auctoribus poenalem vindictam ultioris imprecabatur divinae. Sed quam inexcusabilis est omnis qui iudicat, cum et ipse idem faciat! Quia enim, ut dicitur, voluntates regum ut sunt vehementes ita et mutabiles, non multo post Wredus praedictis noviter casatis diem ad se convenienti posuit, et contra ⁴⁰publicam fratrum contradictionem ad privatam eorum gratiam singulos recasavit, cum et ante legitimam consecrationem suis nullum legale donum posset ab eo fieri. Unde et magis ex hoc crebrescebat communis fratrum sententia, illum omnino vel pro nullo habendum vel reiciendum, cum Romanae auctoritatis privilegium, quo^c a Gregorio papa huic ecclesiae specialiter est decretum, huiusmodi praesumptorem potestatis honorisque sui dignitate cen-⁴⁵seat privandum, aut si quod verebatur manibus Oberti se submitteret consecrandum. Quod ille praesentiens Oberto consecrationem suam offerenti aliquandiu se subduxit, utque tutius vitaret pondus necessitatis de proximo imminentis, Franciam divertit, et apud Ebernensem cellam morari coepit. Obertus huius subdictionis satis conscient, attemptavit eum inducere tanto facilius quanto et suavius, ex suo conectans ingenio, ut sese res habebat, nolle illum facile iam carere semel degustati honoris experientia, cuius donum in accipiendo ^brecusa-⁵⁰verat de manu eius, quae sibi non videbatur prius legitima. Scripsit autem illi in hunc modum a Leodio: *Oberlus Dei gratia Leodiensium episcopus fratri Wredo abbati de sancto Huberto gratiam suam et veram dilectionem in Christo. De promotione tua qualiter canonice et secundum regulam sancti Benedicti fuerit facta, quomodo, inquam, humana gratia et terrena com-*

⁵⁵ a) deest 1. addidit Mart. b) non deesse videtur.

1097. *moditas et celera, quibus indigni homines indigne ad honores solent provehi, procul fuerunt a nobis, utpote qui tam carnalem quam spiritualem rei vestrae publicas reparationem per nos desiderabamus fieri, nulli notius est quam vobis, et eundem rectae intentionis oculum semper purum, semper apertum erga vos habere volens, quod in vobis bene cooptum fuit, melius perficere volui, et ad benedictionis gratiam in proximo vos perducere, Deo opitulante, disposui.* 5
Vos autem illo tempore imparatum, vos in quibusdam negotiis lacrimabiliter dixistis obligatum, et consilio et auxilio bonorum, praeceps autem concordia et unanimitate fratrum vestrorum ad tam sublimem gratiam esse proveniendum, diemque huius rei perficiendae elegistis et petistis,
et in ipsa sancti Andreae festivitate, me annuenti, statuistis. Sed quia tunc Leodii non fuimus, quippe honori et gracie domini imperatoris deservedivimus⁹², vos tunc Leodium non venisse ne- 10
quaquam negligentiae imputamus. Nunc autem praecepio vobis denuntiamus, et per veram obedientiam vos admonemus, ut remotis omnibus impedimentis 10. Kal. Februarii Leodii sitis in crastino hoc est in sequenti die dominica⁹³, ad percipiendam benedictionem paratus, vosque per Dux et per beatum Huberum omnimodis ammonitum esse volumus, ut interim nichil aliud, nisi quod ad meum honorem et ad ecclesiae vestrae spectet utilitatem, quaeratur a vobis 15 vel agatur. Valete. Sic Obertus, ut aiunt, gladio melle lito si quid constantiae in Wiredo supererat funditus extinxit, illeque praefixa sibi die Leodium venit. Quem dum Obertus argueret tam diu oblatae sibi benedictionis gratiam subterfugisse, ille ad horam quasi resumpta zelo veritatis attestandae, vel ut inde apud fratres excusabilius videretur de sua consecratione, hanc praetenderet, in publica audiencia subintulit libero ore, non sibi videri commodam eius benedictionem, quippe cum in obstinatione tam longa adversus sedem et auctoritatem apostolicam Henrico regi nitenti singulariter faveret, tum quia ex hoc ipso, si benedicetur ab eo, timebat fratrum suorum contradictionem, tum etiam quia in desolationem ecclesiae beati Huberti castrum Mirvolt refirmasset, quod ne a quoquam amplius fieret Henricus praedecessor eius interdixerat sub perpetuo anathemate: respondente Oberto non modo esse tempus 25 istius discussionis agendae, dissimulataque calide indignatione invectionis tam subitae, illam suam benedī onem iam quasi nolenti deliberabat subtrahere. Statimque bene conscientius eius animositatis ad rem inter utrumque componendam Berengerus subintulit, benedictionem non esse Oberti, sed Dei; cum econtra Dominus per Malachium dicat de sacerdotibus disloquentibus sibi: *Maledicam benedictionibus vestris, qui non posuistis super cor, ut gloriam nomini 30 meo detis.* Accepérat tunc temporis quidam monachus beati Laurentii Lambertus de manu 94 Oberti abbatiam Florinensem, qui, ut iam dictum est⁹⁴, non nisi cum sputo nominis eius poterat meminisse, quamdiu cum Berengerio morabatur apud cellam Eberensem. Huius cum Wirode consecrando constituta erat consecratio, quam tunc quidem gratia Wirodi Berengerus differendam optimuit, donec Stephanus sancti Iacobi abbas praemissus ad ecclesiam beati Huberti ex auctoritate pontificali hortaretur fratres consentire agendae benedictioni. Ille adveniens cum nullum quaestionis suae optineret effectum, inter agendum requisitus est a fratribus, ut secundum suimet intellectum super eiusdem rei negotium redderet eis liberum veritatis et iustitiae consilium. Miratus abbas sic se conclusum, cum quasi obtorto collo cogeretur dicere quod nolebat veritatis et iustitiae testimonium, respondit, se non venisse ut 40 deferret eis veritatis et iustitiae testimonium, sed ut voluntatis eorum eis qui se miserant referret assensum. Sicque inactus redit Leodium. Wirodus licet sollicitus fraternae contradictionis, magis autem curiosus quomodocumque retinendae paelationis, Lamberti praedicti consecrationi agendae ultro se consecrandus ingressit. Lambertus non multo post redargente se conscientia abbatiam Florinensem sponte deseruit. Wirodus assumpto secum iterum Frederico preposito Andaginum venit, diutissimeque sperata, sed negata processione ecclesiam introiit. Injuriam huius aversionis non solum sibi injuriosam, sed et Oberto ecclesiaeque Leodiensi, in publico fratrum conventu, praesente immo indignante Frederico conquestus, cum eo Leodium rediit, ibidem hoc ipsum conquesturus. Et quia tunc temporis iustitiam deprimebat potestas et rationem voluntas, quidam ex fratribus inferendam sibi violentiam 50 timuerunt, et ex eis decem simul in una die abeentes per cellas diverterunt. Hiis quasi exoneratus iam securior immo ferocior Wirodus redit, nimiumque ambitiosus propriae dominationis et omnino incredulus fraternae procuracionis, ecclesiasticas dispensationes sub solo provisore commisit laicis. Sic ergo ipse laboris impatiens et domi conquiescens, dum

92) qui tunc Mogontiae colloquium habuit, teste Ekkehardo. 93) hoc convenit a. 1098. 94) cap. 52, 55

non Dei sed sua querentibus magis quam fratribus dispensationes ecclesiasticas crederet, 1098 cooperunt nullo procurante sationes deperire, dominicales mansiones cum horreis ruere, assentientibus infidelibus ministris et eodem assensu se ipsos tuentibus, omnimodo advocati regnare super pauperes ecclesiae, legitimas consuetudines detortas ad placitum suum demutare, obsonia indebita exigere et leges voluntarias adversus ecclesiam ingratuare, constitutions suas exactis scabinorum violenter iudiciis in posterum firmare, deprecatorias violenter quaestiones exaggerare.

90. (114.) Interea indignabatur Theodericus suam de Berengero annullatam electionem, coepitque abbatiam suam repeterere, quam ea tantum remiserat conditione, ut ei talis succederet, qui non Oberti indigeret consecratione. Consilio ergo Manassis^a Remorum archiepiscopi et abbatum qui testes erant praefatae conditionis confirmatus, ex hoc ipso iustum querelam agendi scripto mandavit Wiro, se satie superque mirari, illum tam impudenter potuisse fieri monstrum tam diversae dissimilitudinis, ut a sententia cuius olim secum fuerat acerrimus assertor, tam cito excederit apostaticus desertor; ideoque nullam sibi debitam in ecclesiasticis dignitatibus praelationem, cum etiam pro mercede huius iniquitatis apostolicae sedis prodiderit auctoritatem: vel si eum ut minus scientem suo seduxit consilio, ut se abbatia pro Christi fide privato, fraudulenter eius succederet loco, in condictio a se ecclesiae Romanae iudicio ex hiis omnibus inter eos ageretur discussio. Scripsit autem ei hoc modo: *Frater T. ceterique fratres dispersionis ecclesiae beati Petri et beati Huberti W. nimis ambitioso et inconsiderate gloriam propriam quaerenti, et in hoc ipso contra Deum et apostolicam sedem faventibus sibi. Filius aeterni Patris semper coeternus et coaequalis ei in unitate Spiritus sancti. non rapinam arbitratus se aequalem Deo, semetipsum exinanivit, et assumpta forma servi sine conditione servi, oblatum sibi regnum fugiendo recusavit, et crucem sibi baualans ad mortem pro nobis ultro descendit, sequi viam humilitatis non arrogantiae constituit imitatoribus suis. Idem resurgens a mortuis in trina confessione dilectionis suae oves, quas sanguine suo redemerat, Petro commisit. Petrus cum data sibi potestate ligandi et solvendi eamdem auctoritatem et curam sedi Romanae reliquit. Constat ergo Christo repugnare, ecclesiasticae auctoritati et apostolicae sedi non obedire, et eos aeternae mortis diluvio involvi, qui extra arcum catholicae unitatis fuerint reperti. Ad hanc fidem tenendam dominus Berengerus cum suis vestra quoque industria doctior et ferventior ceteris, nos quasi simpliciores et tardiores informavit, ad eius defensionem etiam cum periculo vitae nostrae exemplum vestrum armavit. Quomodo ergo verbo Dei inimicus homo superseminavit xiania? Quomodo in agro cordis vestri germinavit spina et tribulus tantae inconstantiae et dissimilitudinis? Monstruose plane constat dissimilitudo et omnino detestabilis coram Deo, apud quem nulla est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio, ut quibus assertoribus firmata est sententia quam tenemus, eisdem desertoribus, quantum in ipsis est, infirmata pervertatur. Si enim post tot ventilata fidei christiana testimonia, ut et nos et vos seduceretis, contra Deum sensistis, omnino probamini haeretici, et ideo in ecclesia Pei secundum sacros canones nullius promotionis vel auctoritatis habendi estis, solumque vobis locum poenitentiae sciatis in hoc superesse, ut Iesum praeceptorem reclamatis a longe. Si autem gloriam Dei relinquentes et vestram constituere volentes, facti estis apostatici, nonne — siquidem de similibus idem est iudicium — effecti estis membra diaboli, ut in vobis iam operetur mysterium iniquitatis? Et ne videatur vobis nimis iniuriosa haec nostra sententia, verbo et exemplo vestro iam diu probata, consulte totius catholicae christianitatis ecclesias, consulte etiam vestras apud vos conscientias, utrum vos in his conatibus vestris coram Deo vel excusent vel absolvant. Et quomodo defecit vestra virtus et constantia, qui nobiscum per exterias regiones, ut videbamini, pro amore Christi passi mendicitates et exilia quasi cuiusdam martyrii palmas in conspectu hominum praefereratis? quomodo scandalizatur in vestram apostasiam in suis locis? Scandalizantur in vobis sedes Remensis, Laudunensis, Metensis, Virdunensis, Tullenensis, quae vobis praeconantibus dolebant omnino, sed adhuc dolent decolorationem quondam splendidissimae et religiosissimae ecclesiae Leodiensis, sed et nostrae Andaginensis. Sed et ille modernus eius sedis angelus, non bene nostri sollicitus, instinctu vestro scripsit Remensi nuper archiepiscopo, ut clauderet nobis aperta viscera suae caritatis, et prohiberet nos a finibus suis et constitutis apud se iustis possessionibus nostris. Neque certe satis fuit gloriae vestrae ecclesiasticas personas in nos communisse, quot utcumque fuerit tolerabile; sed et conductu praesentiae vestrae quamplures saecularium tyrannorum ad nos insectandum praemiis et promissio-*

^a ita scripsi pro Reginoldi; ita enim mortuus erat et Manassus iam c. 83 commemoratur.

1098. *nibus armatis, et contra sanctorum canonum decreta ad audientiam eorum nos violenter coegeritis. Quia in nos satis humaniores caritatem vestram, cum intelligerent, immo cum mirarentur nos^a a priori sententia veritatis dissentire, exhorruerunt inter nos tractare quod non erat eorum iudicare. Nobis autem audientiam vel Remensis vel Laudunensis ecclesiae reclamantibus, tandem Remis convenimus, ibique cum Manasse archiepiscopo Engelramnum Laudunensem episcopum pridie Roma regressum invenimus: in audiencia eorum dato nobis^b loco vos defendendi, nobis autem libenter concedentibus placito vestro cedere, nobisque^c subesse, si salva fide iudicaretur nobis id fieri posse. Scitis certe, quo iudicio uteque pontifice causam vestram concluserit, videlicet nullo modo competere vobis vel nomen vel officium abbatis, nisi Romana auctoritas id specialiter ratione vestrae adiudicaverit, aut legatione veraci, delatis inde signatis litteris, 10 vobis confirmaverit. Precamur ergo, monemus et obtestamur sub obtestatione et iudicio divini nominis per auctoritatem concessam beato Petro eiusque apostolicae sedi, ut iam tandem aliquando et vestro et nostro periculo consulatis, et ad discernendam causam vestram dissensionis, nobiscum audientiae Romane in venturo festo Simonis et Iudee vos praesentetis, nosque, ut iustum est, ex stipendiis ecclesiae matris nostras quae vobis abundant, vobiscum^b deducatis, vel 15 concedere dignemini unde ad eamdem audientiam statuta die possimus convenire vobis. Si vero etiam cum ceteris iniustitiis quas patimur a vobis, stipendum vestris nostrae ecclesiae, quod scitis nostrum sicuti et vestrum esse, infra reclamationem audientiae Romanae nobis substrahitis, credatis pro certo quantum in nobis est, nos non defuturos praefixa audientiae, etiamsi ad hoc esequendum nobis quicquam non suppetet, nisi ex mendicitate. Huiusmodi evocationem Wredus relectam sprevit et neglexit, noluitque credere quod indignabatur timere. Morabatur adhuc tunc temporis Lambertus Remi, et cum didicisset, referente Theoderico, incumbe ex apostolica reclamatione pondus tanti periculi Wredo et subiectis suis, pro fratribus graviter indoluit, eundemque Theodericum, ut erat teneberrimus in obiectis sibi controversiis, tam per se quam per quos poterat prudentiores, ut consilio et rationi adquiesceret, 25 utque ab hac communione cessaret, allicere studuit. Cui cum eo procurante suggesterent multi, ipse etiam Manasses archiepiscopus se inclinaret huic suggestioni, scilicet suae nullius esse utilitatis vel honestatis, ecclesiam tanti nominis, tantae quandam religionis, sic inconsulte per eum auctoritate apostolica deprimi; sicutque illum non sini designatum successorem, vel ut sibi videbatur invasorem suaे quandam praelationis acerius insequi, convenire ab aliquo 30 locum ne omnino destrueretur tueri, quando ipse detestaretur subiectiōnem Otherti: tandem Theodericus acquievit rationi et tempori, adeo ut palam promitteret, si Wredus sibi credere vellet, paratum se cum eo Roman ire, et sua procuratione apud apostolicum illi liberam abbatiām conclamare. Promissionem hanc laudantibus quam plurimis, gratia huius compositionis Lambertus Wredum expetiit, et ei predictam affectationem erga ecclesiam et eum 35 diligentiū, Theoderici quoque assensum, si illi credere vellet, nunciavit. Ad haec Wredus: *Non credam, inimico meo in aeternum, neque sine assensu episcopi mei ullo modo mihi est Roman eundum, cum praesto sim coram eo cum Theoderico subire iudicium.* Respondente Lamberto secundum priorem et veram suimet ipsius sententiam, quam cum Christi fidelibus olim tuebatur, Othertum esse nullum, utpote apostolicae sedis adversarium; adiecit ille: 40 nec esset pro suo habendum quem Leodiensis ecclesia qualecumque pateretur dici suum. Hiis auditis Theodericus tulit satis indigne Wredo se talia mandasse, praefatis quoque consultoribus suis improveravit satis iniuriose, et eos talia consulendo verba perdidisse, et se ut dicitur crudum laterem lavisse. Hinc inter utrosque ira et indignatio, hinc cum animarum periculo, cum etiam ecclesiasticarum possessionum dampno inter interiores et exteriores 45 fratres dissensio, adeo ut Castrenses^d, Pirenenses, Sanctienses^e et Cunenses Wredo subesse vel communicare detrectantes, Theodericum pro abbatे omnino retinerent. Quorum ille ut poterat sollicitus pendentes ex suo respectu revisebat frequentius, eisque cohabitans hortabatur, ut salva fidelitate matris ecclesiae beati Petri et beati Huberti locis suis in profiendo allaborarent singuli. Unde et Emmo praepositus Pirenensis, postea vero abbas coenobii Mori- 50 nensis^f, ecclesiam beatae Mariae et beati Sulpitii a domino Raginero^g cooptam perduxit ad praesentem summam; Castrenses, Cunenses et Sanctienses, prout quisque potuit, profecti in*

^a) ita 1. . . b) nobiscum 1. . . c) Raigero 1.

⁹⁵) i. e. S. Theobaldi in Porcino Castro, ut scriptum sive in Monte, ut videtur. Nullam praeter hanc est in privili. Innocentii II. l. l. ⁹⁶) Sancte en Emmonis mentionem inveni. ⁵⁵
Lorraine. H. ⁹⁷) i. e. S. Iohannis Tarvanensis

habitatione sua. Occasione quoque huins dissentionis, Dodo Cunensis Calvitiacum et Flabot-¹⁰⁹⁸ villam violenter intercepit, et redditus earum fratribus cellae suae deservire coegit. Wredus interea assentientibus sibi quasi ad gratiam fautoribus immo seductoribus suis, pro deliramento desipiens reputabat evocationem Romanae audienciae, quam Theodericus indixerat ei, quia ut exulem et pauperem nullo modo credebat posse exequi quae videbatur minari, cum non haberet subsidium perficiendi. Theodericus vero non immemor sui, amiebat precibus quos noverat viros virtutis, ut compaterentur sibi, et porrigerent manum caritatis ad exquendum negotium huius suea procurationis. Unde in brevi optimuit ut eorum largitione acquireret subsidium honeste Romanam eundi, assumptoque Heribrando, Urbanum papam apud Beneventum commorantem¹⁰⁹⁹ expetiit, eique huiusmodi compositionis clamorem humiliiter praesentavit: *Domino et universali papae Urbano filii ecclesiae beati Huberti pro defensione verae fidei eiusque legitimi apostolatus passi dispersionem in oculis Dei quod dicitur esse. Dormiente domino Iesu navis apostolica in medio maris iactabatur fluctibus; ipso quoque nunc dissimulante, peccatis exigentibus, sanctae ecclesiae unitas a schismaticis perturbatur, et amarissimis persecutionum tempestibus passim veritas et iustitia confunditur. Huius persecutionis procellam iam per septem annos sine refragacione passi, tandem ad consilium Romanae ecclesiae confugimus; quod quidem iam diu ideo distulimus, ne vobis essemus oneri, cum usq[ue] non fuerimus. Post decessum domini Henrici Leodianis legitimis episcopi, Oberthus quidam dono Henrici dicti regis, cum quo in expeditione contra Romanam ecclesiam morabatur, episcopatum invasit, et hoc sine canonica electione cleri et populi. Qui cum se fauorem et defensorem Guiberti heresiarchae publice iactaret, et quamplura quae non sunt nostrae accusationis, contra sacros canones ad confusionem ecclesiasticam temere exordinaret, causa timoris Dei et apostolatus vestri visum est nobis subiectio eius nos subtrahere, cuius violentiae non poteramus resistere. Eductis autem nobiscum quibusdam fratrum nostrorum, per cellas nostras divertimus, quas in Remensi et Laudunensi episcopio habebamus. Ibi interim per dominum Reginoldum Remorum episcopum, perque venerabilem Hugonem Lugdunensem primatorem et huius Romanae ecclesiae legatum, in sententia quam tenebanus confirmati, adeo provocavimus adversum nos iram Oliberti, ut publice quasi inobedientes sibi nos excommunicaret, et locato iudicio quorundam abbatum et archidiaconorum suorum officium abbatis omnino nobis interdicaret. Inde iuuenem quendam Lobiensis coenobii¹¹⁰⁰ sine regulari electione loco nostro substituit, eumque¹¹⁰¹ contradicentibus fratribus violenter ingressit. Cuius iuuenilibus ideoque incompositis moribus per biennium fere quo praeft dissipatis rebus ecclesiasticis, religio quoque quae in loco eodem gloriose vigebat deperit. Unde compulsa Oberthus a duce Godefrido aliisque provinciae principibus quos gravabat eiusdem loci dispersio, illum suum elecit ex eo. Sic nobis patente loco revertendi, cum rediremus ad fratres nostros, revocantibus eis, indignatus adversum nos Olibertus, cum audisset nos forte infirmari, sepulturam communem nobis, si moreremur, interdixit, ministris abbatiae ne nobis obdiren prohibuit, monachos eigere et pro eis clericos repovere, et possessiones ecclesiasticas militibus suis dividere, nisi recederemus, iuravit. Nos vero dantes locum irae, cum imminent ecclesiae nostrae periculum Lamberto Attribatensi episcopo et domino Rodulfo Virduniensi abbatu multisque aliis sani consili viris deploremus, ad hunc tandem finem devenimus, ut sponte nostra privati baculum pastoralem loco nostro fratribusque remitteremus, ne propter nos eis eveniret quod timebamus. Huic tamen nostrae privationi ex consilio predictorum virorum ea conditio est interposita et signatis litteris firmata: me eo pacto privari consensi, si communis consensus fratrum loco meo eligeret praecesse sibi quendam Berengerum abbatem sancti Laurentii, qui prius monachus nostri coenobii, eamdem sententiam quam tuebamur videbatur tueri. Hoc idem fieri censurimus, ut idem Berengerus a domino Henrico venerabilis pontifice consecratus in abbatem, iterandae consecrationis ab Oliberto vitaret necessitatem. Quod cum omnino facere nollet, et taedio huius dilationis Oberthus eligendum abbatem fratribus indicaret, et illi quendam suorum communiter eligerent, frater Wredus nosciscum olim causa tuendae fidei egressus de monasterio, et Olibti tunc accerrimus impugnator, predictae quoque electionis spontaneus assertor, eidem electo persuasit, ut interum domi cessaret, ne gradiam electionis suae dono excommunicati inficeret, ipseque ad Olibertum se confulit, et praeter conscientiam nostram et fratrum electionem de manu Olibti abbatiam invasit. Cognitionibus autem eius se invicem accusantibus, cum se aliquamdiu a suscipienda consecratione*

¹⁰⁹⁸ ibi fuit sub auctumnum a. 1098; v. Mon. SS. VII, 553. ¹⁰⁹⁹ Ingobrandum.

1098. *Oberti substraheret, et Obertus hoc ipsum intelligens eum ad consecrandum saepius evocaret, fratres communionem et subiectionem suam contradicerunt ei, si ab Oberto patetur consecrari. Praeter omnia autem quae supra diximus, gravabat ecclesiam castrum quoddam non longe ab ea situm, quod Henricus episcopus destruxerat, et ne quis illud restrueret, perpetuo anathema damnaverat. Hoc anathema postposito, ad oppressionem monasterii illud reformatum, et fratres corpus beati Huberti quasi ad optimandam misericordiam illo deferentes, usque ad sanguinis effusione propriam manu impotaverat. Haec omnia cum de Oberto Wredus nosset, rapto tamen semel honore privari timuit, et mutata sententia, quam nobiscum tenuerat, Dei gloriam contempsit, et suam quaequivit; sique consecratus ab Oberto, invitis fratribus pro patre se violenter ingessit. Hac indignatione fratres dispersi cum insequerentur ab eo, 10 quibusdam saecularibus conductis, confugerunt ad auxilium ecclesiae Remensis et Laudunensis. Eo quoque illos ibidem prosequente, cum in praesentia domini Manasse Remorum episcopi et Engelramni Lauduni, eorum episcopi rerum gestarum inter nos ratio fieret, ex decreto utriusque firmata est nobis sententia, adire nos Romanae sedis audientiam, et super hiis vestrum expectare iudicium et iustitiam. Venimus ergo huc multorum religiosorum impulsu consilio, quorum maxima expectatio ex nostro pendet spectaculo, ut vel ex nostra consolatione ad defensionem verae fidei et vestrae fidelitatis proficiant, vel, quod absit, ex nostra desolatione et defectione et ipsi deficiant. Consulite igitur vestrae iustitiae, vestrae famae vestraeque auctoritati, nec infidelium aut rebellium violentiam per impunitam crescere sinatis.*

91. (118) Recitata in praesentia Urbani papae huius clamoris pagina, et a Romanis saepius et diligentius ventilata, abbatem sic destitutum ob fidelitatem ecclesiae Romanae condoluerunt, et Wredum, nisi resipisceret et loco cederet, excommunicandum sine dilatatione decreverunt. Suffragante autem Rainero, qui Urbano in pontificatu successit, tunc quidem dilata est sententia haec excommunicationis, usque in diem inter utrosque praestitutas discussionis, si forte adveniente Wredo certior fieret agenda discussio. Illo domi remanente, 25 probatus est quasi conscientius culpea condictam sibi audientiam subterfugisse; ideo in sollempnitate omnium sanctorum excommunicatione a papa formata, et data coram se eiusdem excommunicationis epistola: *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, Ardennensis monasterii beati Huberti catholicis fratribus salutem et apostolicam benedictionem. Audivimus et auditum non dolere non possumus, quia Oberti pseudoepiscopi violentia venerabilis filius 30 noster Theodericus, vester abbas, pro catholicae fidei gratia de vestro sit monasterio expulsus, et Wredus pseudomonachus per eiusdem Oberti violentiam super capita vestra sit ingestus. Quod omnino nobis displicere sciatis. Unde vos litteris praesentibus salutantes, ut vestrae fidei constantiam conservatis horfamur, et licentiam indulgeo, ut si in monasterio vestro secundum regulam beati Benedicti et apostolicam veritatem vivere non valetis, ad quodcumque 35 religiosum volueritis monasterium secedatis. donec omnipotens Deus locum vestrum respiciat, et secundum beneficium suum in pristino statu reformet. Illum autem Wredum monasterii vestri invasorem cum suis omnibus subditis, quamdiu ab ipsis monasterii invasione non destiterit, a sancta Romana ecclesia excommunicatum esse, scriptis vobis praesentibus innotescimus. Dat.*

Nov. 1. 92. (120.) Misit etiam Urbanus papa Leodiensi ecclesiae pro Theoderico hanc epistolam: *Urbanus episcopus, servus servorum Dei, catholicis omnibus in clero Leodiensi et populo salutem et apostolicam benedictionem. Dolemus pro vobis graviter, filii in Christo dilectissimi, quia iam tanto tempore vestram ecclesiam errorum tenebrae contengunt, et a veritate sedis apostolicae alienant. Unde vos tamquam viscerum meorum filios paterna dilectione corripimus, ammonentes et obsecrantes, ut ad merae veritatis lumen mentium vestrarum oculos elevetis. Auferte malum ex vobis ipsis; lupum illum dico et furem, qui non ad salutem vestram per ostium introivit, sed aliunde ascendit, ut mactet et manducet et perdat. Aut igitur ecclesiae invasorem et occupatorem, Obertum dicimus, Henrici complices et Guiberti, ex vobis, si quo modo possibile, pellete; aut ei tamquam a sancta Romana ecclesia alieno et excommunicato obedientiam vestram 50 consortiumque vestrum subtrahite. Hoc ipsum de Wredo pseudoabbate praecepimus, qui per eiusdem pseudoepiscopi violentiam Ardennense monasterium beati Huberti occupavit. Si quis autem deinceps eis communicare praeumpsuerit, donec ecclesiarum quibus incubant oppressionem deserfa, Deo et sedi apostolicae satisfiant, sciat se eiusdem excommunicationis vinculo innotescimus. Vobis sane et ceteris omnibus notum sit, quia religioso abbatи Theoderico licentiam dedimus, ut a schismaticis conversos, qui ad ipsum configurerint, a vinculo excommunicationis ab-*

40

55

solvat. Datum . . . Quam epistolam cum rediens Theodericus ex edicto papae fratribus eccl^{ie} 1099.
 siæ beati Huberti publice redderet, Wiredo tunc forte absente, intellecto animarum suarum
 periculo communi, singuli in absentem scandalizari, pro se quisque subiectio[n]em et co[n]fessionem
 vereri; adeo ut dominica quæ dicitur in p[ro]l[ati]o[n]e pasca ab omnibus Apr. 3.
 5 paene videretur destitui. Ille tamen dissimulata recognitione superposita sibi obligationis,
 defensionem huius suæ obstinationis se ipso iudice conabatur tueri, contendens, se a nemine
 nisi ab episcopo suo posse excommunicari, seque paratum in praesentia eius respondere qui-
 busque calumpniatoribus suis. Huic cōpertis Obertus, licet ex decreto apostolicae sedis
 eadem calumpnia sibi esset communis, subridebat tamen secum occasione huius necessitatis
 10 a Wiredo tandem legitimus episcopus recognosci, a quo aliquamdiu quasi non legitimus vius
 est vitari; mandavitque fratribus interim parcere coepiae disceptationi, donec ipsem et veniens
 imponearet finem rei. Wiredus interea elaborabat adversantibus sibi præstabilis fieri, prout
 quemque novérat pro moribus suis posse complacari; sique paulatim apud temere tumultuantes
 animos et apostolica sententia viluit, et fervor tuendae veritatis refrigeruit. Hoc ad
 15 tempus impedimento sic dilato, non tamen omnimodi ablatio, Wiredus factus securior in
 maximum ecclesiae dampnum liberos et militares casatos coepit sibi affectare, quorum rece-
 ptis manibus inaniter iactaret suos esse. Causa huius vanitatis dedit Iohanni advocate Cavi-
 niacensem advocationem; qui occasione ille contraxit sibi totius Caviniaci utilitatem. Dedit
 20 Waltero de Ampliis allodium de Seriel¹, quod ab antiquo erat addictum et conscriptum præ-
 bendaæ fratrum cum tribus solidis. Dedit Bonovi de Wahart² molendinum ad lacum et
 cambiam de Gruispont. Reddidit Rodulfo Vilantiensi quasi suo parenti solidatas terrae, quas
 ipsem et legali iudicio reacquisierat ecclesiae; Lamberto de Ruvenia³ hereditatem eius, quae
 25 ascripta erat præbendæ fratrum, in casamentum vendidit. Vendidit Goderanno de Burs
 minutam decimam eiusdem villæ, et Duranno quicquid tenebat terræ. Huic casatis sibi novi-
 ter conductis de rebus ecclesiasticis, ecclesiae dolenti in perpetuum subductis subsidii, quasi
 fortior et gloriosior vellet videri, longe alter res ipsa processit, hoc ipsum disponente iustitia
 Omnipotens, qui in contrarium veritatem quicquid videt contra se inutiliter moriri. Nam quos
 30 sperabat in consilio et auxilio sibi fore usi, frequentius quasi ad dominum suum convenientes,
 cooperunt esse oneri; quosque in affluentibus conviviis praesentes audiebat laudatores, ex
 contemptu nimiae familiaritatis absentes habebat derisores. Contigit etiam, ut invidiam Ot-
 berti per quosdam eorum incurret, dum aliquando apud illum convivantes graviter indi-
 gnanti obicerent, abundantiore immo lautiorem esse mensam abbatis sancti Huberti mensa
 35 Leodiensis episcopi; et cum Wiredo referretur a quibusdam amicis, id sibi cavendum, illeque
 commotus promitteret tale quid amplius non admittendum, pravus tamen prævaluuit usus,
 nec fuit resistendi virtus, quin copta vanitas continuaretur.

93. (122.) Anno autem incarnati Verbi 1103 Bovo castellanus Mirvoldensis, qui videba- 1103.
 tur in talibus amicissimus mensae amicis, adversus ecclesiam et Wiredum insurrexit. Nam
 violenter pervasis quibusve redditibus silvae, qui catenæ erant ecclesiae, vastatio etiam sartis
 rusticorum, eo quod illa sine suo permisso fecissent, p[ro]scatores quoque ecclesiasticos ad Lum-
 40 niam transmissos missis apparitoribus cepit, et in castro custodias mancipavit. Huius iniuriae
 et incitatores et auctores cum Wiredo ex consulto fratrum excommunicare fecisset, — habet
 enim haec ecclesia ex auctoritate apostolicae sedis legitimam potestatem excommunicandi
 iniustos perversores sui cuiusque iuris, — Bovo quasi hanc inauditan temeritatem, prout acrius
 45 potuit, Oberto retulit, videlicet familiam episcopalem excommunicandam non esse, nisi vel
 prius ad illum praemiso clamore. Obertus cum maxima indignatione praefixa die exactio-
 nem huius suæ iniuriae Wiredo indixit, et ne interim de duobus ecclesiae aliodiis, scilicet
 Braz et Gruisponte, se ullo modo intromitteret interdixit. Wiredus assumpto Lamberto et
 Widone, cum privilegio legali interdictæ sibi ecclesiasticae possessionis ad conditam au-
 dientiam venit, omnesque potentiores urbis personas cum Oberto adversum se congregatas
 50 invenit. Locato iudicio, sederunt in parte abbates et archidiaconi, in parte Obertus et laici.
 Appellatus est Wiredus, quod familiam episcopalem, scilicet defensores sui castri, excommu-
 nicare præsumperit, sine respectu præmissi ad se clamoris. Respondit non se arbitratum
 esse eius familie temerarios desertores iustitiae, violentos impugnatores ecclesiae, violatores

a) *et Senel.*

55 1) castellano Mirwoldensi, v. infra c. 93. et Aegid. c. 1. 2) *Retogene. R.*

1103. pacis constituta³ et sua excommunicatione firmatae; nec se illos tales ut sibi imputabat temere excommunicasse, sed eius excommunicationem pro pace infracta confirmasse. Silentibus abbatibus et archidiaconis, et annuentibus eius rationabilis responsioni, ad favorem Oberti obstiterunt laici, iudicantes Wiredum ex hoc omnino culpabilem, et ideo ex hoc incurrisse offensam episcopalem. At Lambertus sedens cum archidiaconi: *Quomodo, inquit, hic⁴ hodie vult ecclesiasticae et vestrae dignitatis decus⁵, dum hoc iudicium quod rationabiliter erat censendum a vobis, tam irrationaliter iam praecepit laicis teneritas, nec nosse debant laici quid faciant clerci?* Continuo indignantibus archidiaconi adversus laicos contentio surrexit, veritusque Oberius eventum contentionis, sessionem instavit, evocatis solum ad consulum assessoribus ecclesiastici ordinis. Dicit quoque Wiredo, ut in maius palatum cum suis secederet, donec consulitius causam eius diffiniret. Inter consulendum cum diceret Oberius, Wiredum utpote sic sibi iniuriosum se velle deponere, allodia vero ecclesiae Braz et Grusipont castro Mirvold stipendiaria facere, restitu Berengerus constantissime, asserens nec Wiredum dignum depositione, nec convellendam Henrici pontificis legalem donationem, publico et signato privilegio confirmatam ecclesiae. Quibusdam iniuste Oberio faventibus, qui busdam Berengero iuste attestantibus, subintulit Obertus, praedictae donationis nullum privilegium esse, vel si esset, illud in praesenti velle videre; putabat enim non adesse. Uterque Henricus⁴, ut erant fideles ecclesiae, Wiredum adeunte privilegii quæstionem fecerunt, quod si haberetur, committeret ei Oberio deferendum. Exacta et accepta fide referendi commissum, Wiredus commisit utrisque privilegium; quod cum interposita conditione illud reddendi obtulissent Oberio, illeque acceptum vel ioco vel serio equaretur retinere, morose explicatum morosius coepit legere. At Berengerus alludens quasi iam caecutienti, et ideo in legendi tardanti, dari sibi legendum rogavit. Indignatus in eum Obertus, quasi illi non bene videbis videbatur, coepit legere citius, Berengero iterante ne gravaretur; hac ipsa nitens incitatione, ut in subscriptum anathema perlegendo incidet. Perlecto privilegio, cum novitate temporis attestarentur qui praesentes erant⁶, verum illud esse, se legitimæ donationi Henrici pontificis interfuisse, seque eam vidisse et audisse, evocato Wiredo privilegium publice probatum illi reddiderunt, dilato iudicio exactae excommunicationis ad festum sequens beati Lamberti. Quo dum abbates episcopi convenienter, et causa Wredi ventilata, illi pacem adjudicassent, eò quod excommunicationem episcopalem de infra p[ro]t[er]ea sua excommunicatione confirmasset: Obertus interim dissimilata indignatione, tunc quidem siluit, seque plurimum gravari privatioribus suis saepissime deplanxit. Unus eorum Bruno cum se iactaret quasi loci huius archidiaconus ipsam ecclesiam et Wiredum qualicumque occasione gravatum, hortatus est Obertus id attentus exequendum.
1104. (123.) Anno 1104 incarnati Verbi Bruno archidiaconus, collectis presbiteris quam pluri[bus] et congregatis milibus, ut in synodo ageret, magis autem ut ecclesiam vexaret, Andaginum venit, et Wiredo ut sibi et suis obsonium faceret mandav[it]. Wiredus audiens eum synodali causa venturum, omnino indebitum ei recusavit servitium, videlicet ex edicto beati papae Gregorii, qui nec ab episcopo nec a qualibet persona episcopali per procurationes omnino interdicit monasteria monachorum inquietari. Quod etiam Gualcandus prohibet privilegio suae auctoritatis; remandavit tamen, si caritatis gratia visneret locum, hospitalitatem se illi ut et aliis supervenientibus facturum, sin autem parochias suas sollicitaret, expectacionem suam non sibi, sed procuratoribus earum mandaret. Sic ille cum ira et indignatione reiechus, vix enim fuerat in monasterium gratia orationis admisso, in dominum Oberti tunc temporis presbiteri ad hospitandum divertit, et postera die in basilica beati Aegidii, quae prius ab antiquo con-
sisterat in honore beati Dionysii martyris, synodo exacta Bastoniam divertit. Ibi 6. Idus Ianuarii archidiaconatus sui clericos concilio indicto evocavit, et hoc maxime ad insidias et oppressionem ecclesiae beati Huberti. In castro autem quod Ambra dictum est ab antiquo, Andaginum vero monasterium cognominatum a beato Beregiso, mater ecclesia constituerat in honore beati Petri apostolorum principis ab initio ibi exortae christianitatis. In hac, ut longe praeditum est, Gualcandus episcopus Leodiensis, assensu Leonis Romani pontificis, consilio quoque Hildeboldi metropolitani Coloniensis, hortatu etiam Ludovici piissimi imperatoris
a) deest codicis; addidit Marteno.
3) per Henricum episcopum qui inde Pacificus di- ille frater Cononis de Monte acuto; v. infra c. 98.
ctus est. 4) archidiaconi eccl. Leodiensis, alter Hirsch de Sigebergo p. 178.
decanus simul, alter prepos. Fossensis, hic filius.

filii magni Karoli, constituerat ordinem monasticae religionis, quae secundum canoniam ¹¹⁰⁴ auctoritatem permanerat ex tunc per annos 325 positionis monachorum ^b libera totius in ^c quietudinis. Haec ut est proprium matris ecclesiae legitimum possidet baptisterium, habens dotis nomine subiecctionem 14 ecclesiarum, quarum libertas publico auctorizata privilegio, nullum episcopali vel archidiaconali exactio[n]i debet respectum. Quia vero his nostris tem-
poribus dissidente sacerdotio et regno, ecclesiastica passim languebat auctoritas, in agenda legali iustitia pro cuiusque persona loco rationis dominabatur voluntas. Unde et Bruno re-
putans apud se mutare posse leges et tempora, in praedicto suorum concilio quasi praeccor-
dialem sibi intulit querimoniam, videlicet Andaginensem ecclesiam nimis sibi invenisse iniu-
riosam, se passum in ea despicibilem repulsa[m], indeque velle quacumque occasione conce-
ptam expiere vindictam. Quia enim, utpote matris ecclesiae, sciebat se legitimam baptisterium
nullo modo posse detrahere, conabatur equidem oleum et christina sua dispensationis omnino
ei subducere, ecclesias et eius subiecctionis et defensionis banno superimposito hactenus libe-
ras violenter infringere, et huius sue voluntatis conatum eorum iudicio ira dictante praece-
pit censendum. Super h[uius] W[ire]dus a gubusdam fidelibus ecclesiae premonitus, adierat
idem concilium, ut removeret si quid adversus eam moliretur impedimentum. Qui consurgens
libera contradictione protestatus est, huiusmodi eorum non esse iudicium, nec eis convenire
super ecclesiam tantae auctoritatis et libertatis aliquid censendum. Huius quoque containinis
rescriptum inter patres suos in generali synodo appellabat respectandum. Indignatus Bruno
sic se legali protestatione et synodali appellatione praeventum, iudicio praesentis ibi concilii
vellet nolle concessit W[ire]do respectum. Non multo post Obertus legationem suam ad Ma-
nassem Remorum archiepiscopum direxit, et ut pro requirendo a se beneficio Buloniensi ad
colloquendum sibi conveniret, precibus optinuit. Ergo ab utrisque apud Duciacum ⁶ condicte ^d
die huius colloqui, Obertus affectans videri quis esset vel quid posset, abbates et archidiaconos
suis suos et quosque potenterios episcopii ex edicto assumpit, et archiepiscopo nichil tale
curanti satis pomposum occurrit. In feria autem secunda rogationum exacto eodem colloquio, ^{Ma. 24.}
praeter effectum frustratae quaestions, unusquisque ad diversorum quod sibi sperabat familiarius festinabat. Cogebat enim eos solito ferventior aestas. W[ire]dus secum reduxit Leo-
dienses abbates Berengerum et Stephanum, iamque sibi mitiorem Brunonem archidiaconum.
Aliquando enim moderatur tempore, quod ad tempus non potest moderari ratione. Que dum
abundanti liberalitate dominicanascensionem celebrassent coram praedictis abbatibus, vexa- ^{Ma. 25.}
tio quam infeyerat ecclesiae, Brunoni obiecta est. Abbates illum privatum convenientes et
lemiter increpantes, defensionem etiam auctoritatis apostolicae locum tuentem specialiter
firmato privilegio, ne quis inferat iniuriam, nisi honoris sui et potestatis interdicta dignitate,
satis renenti praferentes, tandem a sententia deduxerunt. Sic Bruno ratione convictus,
quicquid indebitae exactio[n]is, quicquid clamoris, quicquid aliquius insectationis vel infractio-
nis vel proprio conatu vel hortatu alterius aduersus ecclesiam fecerat vel facere intendebat,
iniuste se fecisse publice recognovit et poenituit, et ne quis ea amodo ageret bannali aucto-
riate interdixit, itemque interdicendum Alardo deario in conventu sacerdotum sua subie-
ctionis per obedientiam edixit. Alardus, in sequenti natalitic apostolorum Petri et Pauli ban-
nales crucis deducentibus presbyteris, cum exsolvisset oblationes debitae devotionis, in publico
eorum conventu adiudicato sibi consensu omnium, banno archidiaconali edictum de recognita
pace et libertate ecclesiae beati Huberti confirmavit, et ne quis idem bannum amplius infrin-
geret excommunicavit. ¹¹⁰⁵

45. 95 (125.) Anno incarnationi Verbi 1105. Richardus quidam cardinalis ecclesiae Romanae⁷, ^{1105.}
concilii indicis, agobat per Gallias apostolicas vices. Cui suffragante Roberto Virdunensi,
qui illi familiariter adhaerebat, in eisdem concilii declamavit Theodericus ordinem suaе pri-
vationis. Cuius causa dum ventillaretur, ex sententia fidelium decrevit idem cardinalis, nec
debere nec posse illum praelationis suaë dignitate privari, quam nimis inconsulte intermi-
ssi sisse videbatur ob defensionem veritatis et fidelitatem apostolicae sedis, sciretque W[ire]dus
Andaginensem abbatiam omnino interdictam sibi, aut pro certo excommunicatum cum omni-
bus fautoribus et subiectis suis. Hanc apostolicae auctoritatis sententiam Laurentius abbas
sancti Vittoni⁸ et Robertus monachus intercepserunt W[ire]do enunciandam. Cui cum ad col-
loquendum diem et locum constituerint, illeque non convenisset, per Adelonem praepositum

55 5) Error manifestus. 6) Dowey ad A. Corom. 7) ep. Albanensis. 8) Virdunensis.

1105. mandaverunt ei cardinalis decretum; Theodericus quoque litteris ad fratres destinatis, ingravavit eis eiusdem excommunicationis periculum. Sub his insectationibus suis Wredus Manassem Remorum pontificem adiit, et altare de Sulpio quod ecclesiae per annos 7 subtraxerat, reddendum sibi reclamavit. Manasses non solum quod subduxerat, sed etiam altare de Nogarias remota persona et facta publica et legali donatione consensi Gervasii archidiaconi 5 et totius cleri sui firmate et signato privilegio ecclesiae beati Huberti pro anniversario suo ex eius reditu sollempniter agendo perpetuo habendum tradidit.

96. (126.) Obertus interea nimis immoderatus dominacionis exercendae coepit Leodi civilia iura convellere, leges maiorum mutare, consuetudines annullare, utque liberius compimeret minores, differebat interim exasperare maiores, donis etiam et promissis ad consentiendum sibi contrahebat potentiores. Sed nec diu potuit se continere, quin quod ad tempus distulerat proderet, et in eadem oppressione fieret omnibus idem. Ecclesiarum denique et clericorum procuratores totius liberos forensis iuris violenter infringere temptavit: adeo ut custodiae manciparet domesticos Frederici praepositi ecclesiae beati Lamberti. Unde evolu-

1104. catus querimonia totius cleri Leodiensis, venit Aquisgranum palatum, donec Fredericus 15 metropolitanus Coloniensis^{a)} ibidemque audientiam canonicae discussionis publice habendam Oberto indixit. Advenit Obertus, advenit etiam cum abbatibus et archidiaconis multiplex Mart. 10. Leodiensium clerus. Erat 1104 annus incarnationis Verbi, feria quinta prime hebdomadae quadragesimae. Sub hisdem ferme diebus venerat Wredus Leodium^{b)} de quibusdam iniustis ecclesiae nostrae illatis curatus apud Obertum. Audiens autem tam frequens auditorium 20 Aquis convenisse, comitatus Lamberto, Adelone, ibidem maturavit adesse. Quem praeter spem advenisse mirati, processerunt in curia regali Henricus et Bruno archidiaconi, postque orationem palatio introductum commendaverunt Coloniensi pontifici. A quo hilariter exceptus et deosculatus, interrogatus quoque ad quid venisset, illeque graviter suspensus interim reticeret — iam enim ante praemonitus erat a Berengero, nullo modo sibi fore utili, si inter 25 adversitates suam quam erat gravior causam de Mirvolt adversus Obertum sic oppressum ingravaret — pontifex exsurgens Berengerum et Stephanum abbates seorsum evocavit, et ut sibi querimoniam cum dolore reticentis ex ordine exponerent, per obedientiam indixit. Berengerus optime conscius rei et peritus dicendi, quod iubebatur enarravit. Videlicet quomodo praedictum castrum, omni adjacenti provinciae infestum, ex edicto Henrici imperatoris viribus 30 totius Lotharingiae vix fuerat deiectum, quomodo ab episcopo Henrico restructum, herumque ab illo sub intermissione perpetui anathematis destructum, quomodo etiam nunc in exitium ecclesiae beati Huberti constaret refirmatum. Subiungente autem pontifice, cur inde abbas clamorem differret, respondit ille qui iustitiae diffideret. Kapuit pontifex cum indignatione verbum diffidentiae, iuravitque de agenda iustitia abbatem frustra diffidere, si vita sibi super- 35 esset cum prosperitate. Circa horam sextam collecto adversus Obertum clero Leodiensi, videres tumultuaria dissensione rationem confundi, sine vicissitudine dicendi et audiendi injurias quas ab Oberto pertulerant singulos conqueri, canonicas sententias adversus eum indiferenter conferri, donec pontifex Coloniensis eo secum introducto consedit. Tandem sedato tumultu, et data sententia ut unus diceret pro omnibus, ad hoc exequendum electus constitutus in medio 40 Henricus archidiaconus, qui dicere exortus: *Hie, inquit, clamor super dominum episcopum a nobis hodie agendum non est eius privatae vitae, cuius testis est Deus et iudeus solus, sed de iniustiis ecclesiasticis et nostris legibus et rebus publicis; videlicet quod abbatas taxato prelio viderit, quod ecclesiastica ministeria quae praesunt animarum curis et quaes, utpote dona Spiritus sancti, donanda et accipienda sunt gratis, pacta mercede distribuerit; quod in communi dampnum ecclesiarum omnium provincialium legitimas monetas totiens mutaverit vel minuerit, et quod est deterius corrumphi consenserit; quod libertatem publici iuris, leges a maioribus nostris hactenus habitas violenter infringere contendet; quod nobis et quibusque fidelibus sancti Lamberti ne hoc faceret suggerentibus, audire contempserit; quod tandem potentioribus episcopi exigentibus ut se corrigeret, corrigenda se fidem dederit, et datum irritam fecerit; quod 50 thesauros ecclesiarum quas expoliavit neclum cum possit restituere voluerit. Quia ergo sic se habet publica Leodiensis ecclesia, praeter privatas multorum querimonias, quas longum est proclamare, convenit auctoritatibus vestrae spiritum consilii et fortitudinis adesse, ut dictante iudicio reformetur iustitia, et absolutis filiorum suorum querimonis in pace eorum laetetur mater*

a) hic aliquid deesse vel corruptum esse videtur.

ecclesia. Ad haec archiepiscopus in concilio loquutus Oberto redit, breviterque concionatus ¹¹⁰⁴. super querimonia communi, Obertum rubore immo indignatione confusum de quibus culparatur publice increpavit. Nec prius abstitit, quam de quibus criminabatur cleri sui consilio et arbitrio corruganda condiceret, eiusdemque conditionis obsidem propriam fidem et auctoritatem episcopalem in manu archiepiscopi deponeret. Terminum quoque predictae conditionis a se agendo concilio Coloniae secunda dominica post pasca archiepiscopus praefixit; sicque iam vespera imminentia audientiam solvit.

97. (127.) Sequens pasca Henricus rex Leodii celebravit⁹. Ibi maximis obsoniis apud Apr. eum Obertus effectit, ne praefixum concilium Coloniae sinerit fieri, quia dissimulata conditione fidei conductae, correctionis pactae verebatur exactio. Si quid denique emendationis apud quosque potentiores videbatur inde effecisse, non hoc effecerat vel fidei vel virtutis executione, sed ut ad tempus suae consuleret infamiae. Sic ex regali impedimento deficiente concilio, nostra quoque frustrata est de promissione archiepiscopi expectatio. Nec multo post suscitavit Deus spiritum pessimum inter Henricum et filium eius. Henricus ^a papa Gregorio VII excommunicatus pro criminibus evidenter probatis anno incarnati Verbi 1076 in synodo Romana, extunc per triginta fere annos apostolicam sedem impugnabat, et quantum in se erat, omnes sibi consentientes a respectu et fidelitate eius periculo animarum eorum avertebat. Filio autem eius iam coronato, suggestum est ei a multis et maximis primoribus regni, ut ecclesiae Romanae, cuius erat pater suus tam longus impugnator, ipse fieret fidelis defensor, sicque praetenderetur^a sibi melioris causae defensionem patri repugnando. Suggestioni consensit iuvenis, laetus sibi licere ut obsisteret patri, aggregatisque quibusdam fautoribus suis transiit Renum, et Saxones vel quoscumque noverat a patre suo multoties prius iniuriantes ¹¹⁰⁵. secum illi rebellaturos emovit. Pater autem assumptio Leodii Oberto cum suis, collectis etiam quibus utcumque videbatur adhuc dominari, transito et ipse Reno per superiores regni fines itinere quindecim dierum prosecutus filium, sollicitabat provinciales ad bellum. Evocatis vero principibus regionum, cum eis praesentiliter indicaret decertationem adversus filium, responderunt illi, ad hoc compelli eos nec debere nec posse, quandoquidem omnes in commune eiusdem filii sacramento fidelitatis obligasset. Sed Henricus spe bellandi deceptus, immo quod imminebat ei deterius, medis hostibus quos putabat amicos interceptus, continuis et nocturnis itineribus Lotharingiam refugit, filio inseguente fugientem cum facibus et armis. Factusque est illi adeo infestus, ut in castrum Bechensem¹⁰ cis Renum fugientem concluderet, et exactis ab eo regalibus ipsum quoque regnum abjurare compelleret. Facta sunt haec ¹¹⁰⁶ Dec. 31. incarnati Verbi anno. Sic pater a filio tractatus, et vix de custodia eius elapsus, Coloniam venit, sibi sollempniter volentibus procedere non consensit, indeque ut privatus nudis pedibus ¹¹⁰⁶. 33 in asperrima hieme Aquisgrani palatum peraccessit. Obertus dolens haec evenisse illi, magis autem si filius praevaleret timens sibi, quasi gratia fidelitatis occurrit illi, secumque, ut erat vehementis animi, nimis temere nimisque imprudenter Leodium adduxit; quod se poenitere cum vellet non licuit. Nam praeter eius suorumque impensis gravabat eum permaxime provincialium principum ibidem convenientiam assiduitas, quos et ipse ultra convocabat ut subvenirent regi destituto, agens et donis et promissis ne confoederarentur filio. Filius interea cum factae sibi fidelitati ab Oberto ceterisque principibus consideret, et Leodii tunc pasca celebrandum destinaret, ipse residens Aquis trecentos fere optimatum suorum ad urbem praemisit, et hoc feria quinta maioris hebdomadae. Dux Henricus¹¹ a filio subductus cum ^{Mar. 22.} patre tunc Leodii morabatur. His hortatu Oberti in tempore conficiendi chrismatis, collectis 45 secum militaribus auxiliis, emotis etiam viribus eiusdem civitatis, cis pontem Visuensem¹² adventantibus occurrit, illisque paene interfectis et submersis, maximam cladem regno intulit, sibique et patriae inexorabiles inimicitias consivit.

98. (129.) Eodem anno Arnulfus comes Chisniacensis in hoc loco Kalendas Aprilis monachus factus, ^{16.} Kalendas Maii obiit. Ipse ante annos quadraginta cellam Pirensem, ut Apr. 16. 50 praedictum est¹³; beato Huberto legaliter in perpetuum habendam contulerat, tuncque moriturus pretium decem librarum dedit ecclesiae i elemosinam. Et quia filius eius Otto tunc cum Henrico Coloniae morabatur, nullumque donum hereditarii iuris facere poterat sine eius con-

a) *lege* praetenderet.

9) post pascha Leodium venit, secundum Ann. Hild. 10) Bockenheim. 11) Lotharingiae. 12) Vise, 55 ad Mosam, aliquanto supra Leodium. 13) cap. 15.

1106. sensu, per obsequentes fideles mandavit absentia, ut per fidem debitam patri pro anima sua
 Apr. 30. deliberaret decimam de Fescals et montem Floheri¹⁴. Pridie autem Kalendas Maii apud
 castrum Dolhem¹⁵ sub Leodio obiit comes Cono¹⁶, indeque se petente relatus, sepultus est
 Dinanum¹⁷ sibi diu loco electo. Qui ante decem annos iturus Hierosolymam cum duce Gode-
 frido, decem uncias nostri auri, ut praedictum est¹⁷, super felc accepérat. Ipsius quoque allo-
 dium totum cum partibus etiam quae erant sui iuris in Monz et Heis et Cella¹⁸ omnemque
 familiam ad eam pertinenter ubicumque esset, per manus fideiussorum, scilicet Boyonis W-
 et Bosonis, post decessum suum beato Huberto perpetuo habendum facta inde legali carta
 destinaverat. Post cuius exequias Lambertus filius eius eamdem elemosinam a fideiussoribus
 sibi redditam legaliter ecclesiae tradidit, praesentibus ibidem fratre suo H. archiacono pa-
 truoque suo H. ecclesiae beati Lamberli decano¹⁹, multorumque optimatum suorum legitimae
 dōnationis testimonio.

99. (130.) De Monz quidam miles Udo casatus erat, qui mediante Maio cum sciret fra-
 trem quemdam illo advenisse pro censu accipiendo, assumpto nepote suo Thiebaldo furibun-
 dus supervenit adhuc in mane quiescenti, et extracto gladio suo foedum satis facinus de mo-
 nacho perpetrasset, nisi Thieboldus obiecto cubito conatus ferientis sustinuisse. Sic fugato
 fratre censem rapuit; sed non hoc illi diu impune cessit. Nam reversus inde cum apud
 Rupem²⁰ comiti Henrico in prandio ministraret, quasi armis pedem exurendum iniecit cacabo
 carnium bullienti adhuc, et ex occasione eiusdem combustionis toto corpore tabefactus et
 reatum suum publice confessus

20

a) dīmā t.

14) *Feschaux et Flohimont. R.* 15) *Dalhem. R.* 16) *Montis acuti.* 17) *cap. 83.* 18) *Mont,*
Heyd, Salle. R. 19) *v. supra ad c. 93.* 20) *La Roche.* Henricus filius erat Alberti comitis Na-
 mucensis.

G E S T A EPISCOPORUM TULLENSIUM

E D E N T E

GEORGIO WATZ PROF. PUBL. KILONIENSI.

Tullensium episcoporum brevis historia usque ad a. 1107, quo Pibo episcopus obiit, producta quin uni eidemque debeatur scriptori non video cur dubitemus¹. Eadem namque narrandi ratio, idem dicendi genus ubique occurrit, et codices quos novimus omnes, si unum mancum excipias, hunc attingunt annum. Qui vero Adsoni, Widrico aliisque scriptoribus Tullensibus libri partem 10 tribuerunt, historiam ex illorum scriptis, ut post videbimus, interpolatam ante oculos habuerunt². — Gestorum auctor, qui saec. XII. incipiente vixisse videtur, procul dubio Tullensis sive monachus sive clericus, quae antea de rebus Tullensibus scripta erant, una brevi serie comprehendit et quantum potuit suppedit. Adsonis liberum de vita et miraculis sancti Mansueti³, vita sancti 15 April⁴, sancti Gerardi auctore Widrico⁵, sancti Brunonis auctore Wiberto⁶ partim exscripsit, partim lectores ad eas remisit; fortasse etiam vitam Udonis ante oculos habuit⁷, quam pro parte Gestis his inseruit. Praeterea ubique potissimum diplomata et chartas adhibuit, donationes et fundationes enotavit. Quibus ubi destitutus erat fontibus, traditionem quandam seculatus esse videtur. 20 Quo factum est, si priorum episcoporum historia satis sit incerta et erroribus gravibus foedata⁸, praesertim vero temporum ratio ita turbata, ut certum stabilitate ordinem sit difficillimum⁹. Ideo ne catalogos quidem antiquiores auctor habuisse videtur. Adso quidem iam „Gesta praecedentium Leucorum urbis antistitum“ assert¹⁰, quae tamen, sive fuerint per perdita, sive iisdem erroribus repleta, nostrum nihil fere docuerunt; certe de primis episcopis nonnisi Adsonis liberum sic indignum exscripsit¹¹. Postea quoque ubi res bene compertas habere potuit, brevitate studens multas easque graviores res praetermisit, ita ut

1) Cf. Martene Th. ad. p. 990. Hist. liter. IX. p. 390. Vörde c. 39: Quoniam gesta priscorum pontificum huius sedis, prout configit, scripta cognoscimus; videtur nobis incongruum, ut acta venerabilis Udonis — sub silenti sero occulentes ad vitam Brunonis aliquoramque respiciant. 2) Calmet I. Probb. p. 83. 3) c. 2. 3. 4) c. 8. 31. 5) c. 31. 34. 35 6) c. 38. 7) c. 39 sqq. Benoit enim quum Udonis assert vitam, cuius initium cum Gestis ad verbum convenit, addit, canonicum Tullensem eam scriptissime et his usum fuisse verbis, Domino itaque

Riquino huius sedis primicerio nos sollicitante, ut quedam acta Udonis exaremus. Quae verba in Gestis non existant, et quum Riquinus Pibone vivo primicerius esset, ante illa scripta sint oportet. 8) cf. Benoit pag. 207. Acta SS. Sept. I. pag. 620. 9) Calmet qua solet levitate has res tractavit, nihilominus auctor Vol. XIII. Galliae christianae illom ubique sequitur et ad verbum fere exscribit. 10) Acta SS. Sept. I. p. 644. 11) Neque, ut L. Limpenus putavit (Acta SS. Sept. I. p. 619. 620) haec vita Adsone est antiquior.

etiam Pibonis acta nonnisi breviter perstringat et quas cum Heinrico IV. imperatore habuit contentiones viz verbo tangat.

Sincera haec episcoporum Tullensium acta ex codice Camberonensi edidit Martene Thes. III. p. 991. Eundem, ut videtur,

1) Hagae Comitum Nro. 274. invenit Bethmannus noster atque cum editis contulit. Librum membr. in 4^o, saeculo XIII. nitide et satis accurate scriptum¹² huic editioni fundamento posui.

2) Codicem olim S. Mansueti Tullensis, quem Martene vidit, Calmet (I. Probb. p. 83—166) exprimi fecit, Nanceii in bibliotheca Viri Cl. Noel notarii publici asservatum in usus nostros converti. Codex membr. in 4^o s. XII. 10 scriptus, iam foliis 134 constat et textum multis locis auctum et interpolatum, praeterea integras S. Mansueti, Apri, Gerardi, Brunonis vitas habet insertas. Quo factum est, ut magis rerum Tullensium scriptorum collectionem quam Gestae exhibere videatur. Liber iam Martenii tempore in fine muditus in Brunonis vita, I. 12. deficit.¹³

3) Parisiis in bibliotheca regia inter Baluzii collectanea Armoire V paq. 5, Nr. 2. alterius codicis sancti Mansueti apographum asservatur, quod cum 2. in multis convenit, interdum vero solum veram lectionem servavit, neque vitas illas integras inseruit. Quorum loco alia partim ex iisdem vitis partim aliunde hausta addita sunt. Neque tamen hunc textum ubiorem, sed brevior rem codicis Hagensis genuinum auctoris esse opus persuasum habeo. Nam eodem modo eiusmodi historias auctas esse saepe vidimus; cur vero librarius haec omisisset, intelligi nequit. Accedit quod plerunque fontes satis notos in his additamentis exhibitos videmus, vitas sancti Gerardi, Brunonis, quas Ge- storum auctor se exscribere nolle diserte dicit. Ita fortasse etiam quae in Udonis historia addantur ex ipsius vita, Riquini iussu scripta, sunt inserta.

His subsidiis fulta editio nostra textum exhibet puriorem, quem adnotati- nibus necessariis illustrare conatus sum.

G. WAITZ.

INCIPIT CATALOGUS PONTIFICUM TULLENSIA A BEATO MANSUETO
ET DEINCEPS.

30

Licet sanctorum omnium virtutes et exempla merito semper sint recolenda et memo-
riae^a commendanda iuxta scripturam vocem: *Sapientiam sanctorum narrant omnes populi, et laudem eorum nuntiat ecclesia: illorum tamen crebrius nobis sunt gesta revolvenda, quorum reliquias possidemus.* Igitur quia de actis^b pontificum Leucorum^c, prout Dominus dederit, scribere ad memoriam posteriorum decernimus, ab ipso primo eiusdem civitatis patre ac praesule^d exordium sumamus.

13 2. Fuit^e idem venerandus pater, sicut relatu maiorum didicimus, nobili Scotorum^f genere^g orиundus; sed divina providente clementia, quae cuncta mirabiliter praordinat atque disponit, a suis finibus exul factus est, quatinus in regione superne colonus fieret, et illos qui a patria regni caelestis erant exiles, supernorum civium efficeret coheredēs. Nec mirum ergo, si dominus et Salvator omnium, qui omnes vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, tantum doctorem de remotis terrae partibus vocatum, ad seminanda verbi divini semina et illustranda caeca barbarorum corda destinavit; qui et^h per semet ipsum deⁱ su-

1^o) videlicet sancto Mansueto dignum est ut add. 2. 3.

a) ita 2. deest 1. b) merito 3. c) q) patrocinii Domino donata regimur vel quorum r. 2. 3. d) acta 1.
e) leucorum 2. f) fuit enim 2. 3. g) scotorum 2. h) deest 2. i) in 2. 3. k) etiam 2. l) de 2.
decent aruita 2.

12) Continet etiam Calixti papae librum de translatione S. Iacobi, Turpinum, Vitam Amelii et Amich.

13) Sequitur auctor vitam S. Mansueti ab Ailsonne fabulose conscriptam.

50

pernisi descendens sedi¹, genus humanum originali et actuali delicto astrictum visitare dignatus est. Tempore amque, quo beati Petri apostolorum principis praedicatione et apostolatu Romana fulgebat ecclesia, duce Christo illuc perductus est beatus Mansuetus², seque doctrinae apostolicae subdidit. A quo documentis fidei catholicae imbus, atque scientia divinorum eloquiorum pleniter institutus, ad praefatam urbem pontificali benedictione consecratus, velut lampas fulgida ad repellendas³ erroris tenebras directus est. Ubi quantum vitae sanctitate et praedicationis refulerit instantia, non sufficit sterilis⁴ enarrare lingua. Non solum enim ad superandam gentilium ferocitatem copiosa ewangelicas fidei claruit doctrina, sed etiam tanta virtutem meruit illustrari gratia, ut filio principis civitatis eiusdem suis 10 precibus suscitatum a morte restitueret incolarem vitae. Quo miraculo territus pater, devotee fidei Christi collum summisit, omnique errore diaboli⁵ excluso, cum filio et omni paganorum multitudine a sancto Mansueto baptismatis meruit purificari lavacro. Emundata igitur omni idolorum superstitione ac vana spuria⁶, edificavit ibi Domino templum in honore perpetuae Virginis genitricis eius⁷ sanctique prothomartyris Stephanii, aliasque circumquadra ecclesiis, ordinatis presbyteris et diaconibus, ubi glorificaretur ammirabilis Deus in sanctis suis usque in praesentem diem. Impossible vero⁸ est cuncta scribendo perstringere, quae tantus ac talis vir in corpore positus gessit; vel quanta docuit, quantamque credentium mutitudinem per ewangelium in Christo genuit, necnon qualiter in custodiendo grege dominico et⁹ sibi credito digne docendo ac sancte vivendo vigilavit. Sed hoc¹⁰ tantum brevitas 20 compendio ponimus, ne talis lucerna per indebitum silentium nostrum velut sub modo posita lateret, sed luceret omnibus qui in domo Dei sunt. Peracto enim¹¹ admiranda vita cursu, et ecclesia in Christo confirmata, reliquit ipse gloriatus Domini¹² sacerdos praesentis seculi naufragium, petens perpetuae quietis portum, coronatus a Christo in perpetuum. Sanctissimum namque corpus illius sepultum non longe a praedicta civitate, tenetur in ecclesia, quae ab ipso fundata dicitur et nomine beati apostoli Petri dedicata, quamvis et praesentia suarum reliquiarum decorat et innumerabilibus virtutibus illustrat¹³. Ubi quisque¹⁴ aliquid cum fide petitur accedit, procul dubio se impetrasse gratulatur. Cuius humili supplicatione flagitemus auxilium, ut suo patrocinio ac pastorali defensione nos in praesenti tueatur ab adversitatibus universis, et peracto istius vitas certamine, ad remunerationis bravium faciat 30 feliciter pervenire, miserante gratia Redemptoris nostri, qui talem suis oib¹⁵ praeposuit pastorem, quippe cum coaeterno¹⁶ Patre et Spiritu sancto aequalis Deitatis obtinet Trinitatem per infinita saeculorum¹⁷ saecula. Amen.¹⁸

3. Post excessum igitur praedicti sanctissimi pontificis et egregii doctoris quis ei in sede episcopali successerit, memoremus. Primus post eum dominus Amon cathedrae pontificalia a. 4087
35 adeptus est dignitatem¹⁹; qui cum eodem videlicet suo praedecessore beato Mansueto requiescit in ecclesia praefata sanctissimi apostolorum principis Petri²⁰. Quorum meritis, id est sancti Mansueti atque praelibati beati Amonis, plurimi cecitatis, leprae ac²¹ febris ceterorumque langorium egritudine detenti, redditunt sanitati. Ad quorum patrocinia multi reges et principes venire conseruerant, atque eorum locum ex proprio ditabant. Erat enim illuc confluens turba advenientium et innumera multitudo pauperum, quibus unde viverent erat a fidelibus constitutum; unde usque hodie dicitur: *Ad matriculam domini Mansueti et domini Amonis.*

4. Post quem adeptus est pontificatus honorem vir egregius nomine Alcha²². Qui proprii vocabuli usus privilegio, supra sibi commissum²³ gregem sollicito vigilavit studio. Alchos enim Eolice albus²⁴ dicitur Latiali²⁵ notamine²⁶, quia²⁷ ipse virtutum omnigenum decore dealbatus, verbis et exemplis oves sibi creditas duxit ad amoenum,²⁸

Pastor ovile bonus, qua vellere praevius albo,

Virginis agnus ovis grecque omnis candidus intrat²⁹.

5. Eo³⁰ ergo de terra³¹ calamitate³² exempto, Celainus factus est³³ episcopus. Qui summa

50 14) *Hoc loco 2. citam S. Mansueti ab Adsoni scriptare (Mon. SS. IV. p. 487.) inservit.*

a) b. m. derent 2. 3. b) repellendas 1. c) sterili 17. d) diabolico 2. 3. e) parvula 1. f) dei 2. 3. g) circumquaque 2. h) est vero 3. i) d. et derent 2. 3. k) base 17. l) omnia 2. 3. m) o. 4. 2. n) irradia 3. o) quiescas 3. p) omnibus 3. q) astene 1. 3. r) deest 2. s) pr. a. petri 2. 3. t) et 2. u) aliena 3. v) commissi 1. w) d. a. 3. x) latari 3. y) nomine 1. z) et 2. 3. * i) latra 3. e) terra 1. 2. 55 b) deest 1. o) deest 3.

14) Haec quoque ex Adsonis vita S. Mansueti lib. 1. ad finem hausta sunt.

celsitudine divinarum gratiarum exaltatus, terris emicuit caelestium virtutum operibus, et quia fidelis mente complexus est Dominum excelsum super omnes gentes, ideo ab ipso exaltatus est in cornu populi sui.

c. 470. 6. Quo vitae humis excessu facto cum Deo, Auspicius^b in predicta sede extitit ordinatus¹⁵, vir bonitate praedclarus, circa suos sollicita circumspectione dum vixit perspicax; Quocirca sempiternam a Christo remunerationem meruit, et consortium supernorum civium cum electis pastoribus est adeptus.

7. Jude sequens est Ursus, qui in tantum suorum sectatis est vestigia, quo credatur cum illis sempiterna perfirri gloria.^a

8. His^c ita transactis, largiflua omnipotentis Dei miseratione disponente ac locum ipsum 10 misericorditer respiciente, sanctissimus vir et ammirandae vitae confessor dominus Aper ad culmen eiusdem pontifici, sicut in libro vitae eius legitur, raptus fuisse dinoscitur potius quam electus. Qui primi praecessoris^d sui domini Mansueti imitatus exempla, non solum doctrinæ copia, sed et mirabilium virtutum effusit efficacia. Quod si quis nosse desiderat, librum vitae eius^e perlegat; et illic pleniter inveniet. Hic septem annis pontificali sede fun- 15 ctus est, eiusque sacratissimi corporis depositio 17. Kal. Octobris celebratur in eiusdem civitatis suburbio, in ecclesia quam ipse cepit construere a fundamento. Quique, ut in libris auctorialibus reperitur, temporibus Adriani crudelissimi imperatoris fuisse cognoscitur^f. Qui omnes totius orbis sub se iudices sue nomine vocari censuit. Cuius quarto anno beatus Aper episcopus ordinatus, undecimo hominem exit.^g

9. Omittentes ergo ea quae de eo iam ab aliis scripta novimus, successorum eius et gesta in quantum novimus et nomina inseramus. Successiv vero illi dominus Albinus^h episcopus vir egregius omnique bonitate conspicuus. Is desiderabile votum sui praecessoris adimplevit, et ecclesiam, quam cooperat sanctus Aper, sagaci studio peredificavit. Atque inibi fideles viros, sub apostolorum vietros exemplo, aggregans, apostolicum praeceptumⁱ de 25 18 eodem cenobio nactus est a summis pontificibus atque martyribus Stephano et Fabiano^j, ut in antiquissimis repperitur thomocartis.

10. Post quem Trisoricus cathedra^k episcopali est sublimatus. Ipse quoque non inferior superioribus, pro posse in divinae religionis fervore sibi creditas oves sagaciter pavit divini eloqui pabulo, et ad superna duxit atria imitabilium^l virtutum exemplo.

11. Deinde Dulcitus communi voluntate parique plebis clericus^m consilioⁿ episcopus est ordinatus.^o

12. Post hunc exitit Praemon^p. Hic divini iuvaminis auxilio praemunitus, contra spirituales nequias viriliter certando bellavit, atque subditorum mentes evincere Christi hostes studiose praemonuit. Qui scilicet praefati patres qua religione qualive modo in hac sede 35 vixerunt atque in Dei messe laboraverunt, plurimum restat a nobis praetermissum, quod pri- dem ab antiquioribus habetur neglectum.

13. Abtracto autem ab hac luce praescripto Praemone, Autmundus ordinatus est epi- scopus. Cuicunque affabili bonitate multi suo tempore diligenter, ac requirentes Deum, odio coepe- 40 runt habere saeculum. Inter quos fuerunt mirae sanctitatis viri Pihentius^q et Agentius nec-

1*) Sui namque nominis ferociam contra vitia imitatus, mansuetudinem virtutum liuidabilitatem est sequutus add. 2. 3.

2*) qui apud locum sepulcri illius habetur add. 2. 3.

3*) Hoc loco 2. vitam et miracula S. Apri invenit.

4*) Nec immerito, quia cum nominis dulcedine mellita affluat morum honestate, et velut apes 45 prudentissima in subiectorum cordibus piae religionis favos aggregabat add. 2. 3.

a) fidei 3. b) aspicie 3. corr. suspicere 2. d) 3. ante His add. quae infra: Qui omnes totius orbis — hominem exivit, e corr. tamen suo loco restituta. e) corr. predecessor 2. f) albaulius corr. rec. manu albinus 2. g) privilegium 2. h) cathedra 2. aspice. i) imitabilis 3. k) cleri ac plebis 3. l) consensu 2. m) episco- 50 pus add. 2. 3. n) pientius 2. 3. o) prudenterissimas corr. prudenterissime 2.

15) Exstat epistola eius metrica ad Arbogastem. *Albaulius* legimus, idem fortasse est qui in con- comitem, Duchesne I, pag. 844. 16) In vita Apr. apud Martenii Thes. III. p. 1030. Acta SS. Conc. ed. Harduin. II, 1449. Certe hic episcoporum Sept. V. pag. 87, legitur, sanctum Aprum ad Adria- ordo non magna meretur fidem. 18) Toto hic num, qui per id temporis in praefata urbe iudicis auctor aberrat coelo in nomine summorum Stephani 35 et Fabiani, qui longe ante Albinum vivebant. MART. falsissimae ansam dedisse, Martene putavit. 17) Si

non et^a sancta Columba et reliqui quam plurimi, qui cum praedicto domino Autundido obsecundantes Deo, in pace facti sunt. Is memoriam Christi confessoris Apri sollicita devotione excusat: cuius et coenobium in divina religione augmentavit, et in eius veneratione nonnulla scripta ac responsoria ad posterorum recordationem exaravit.

5. 14. Deinde pontificatus culmen adipisci meruit Eutulanus^b; cuius diebus locum quem c. 600. tenebat terrarum possessionibus coepit magnificare Dominus; inter quas Luciacus^c ibi est 19 adquisitus. Quo episcopali cathedra residente, quaedam Dei famula, atque in augmentandis ecclesiis Dei^d devota, nomine Praetoria, dedit ad praescriptam sedem sanctae Mariae Dei genitricis semper virginis et sancti prothomartyris Stephani, ecclesiam sancti Maximini 10 villamque Videlicacum^e et alienam villam eodem nomine nuncupatam, Buchuliacum quoque necnon et^f abbatiam sancti Pientii et alium locum, qui dicitur Ardino^g sive Titiliacum, et Brueriacum^h, sicut in eius cartaⁱ continetur^j.

15. Post dominum Eutulanum^k adeptus est culmen pontificalis honoris vir egregius et admirandae^l saticitatis, et non modicam curam dominici^m gregis gerens, omnibusque amabilis, regibus scilicet ac ducibus, quod postea rei probavit eventus et augmentatio sue sedis demonstrat attentius, dominus Teufridusⁿ. Qui inter plurima pietatis opera^o apud gloriosis- c. 630. simum regem Dagobertum, interventu venerandae genitricis ipsius^p Chimechildis reginae, 21 adquisivit ad locum, cui venerandus pontifex praeerat, villam nuncupatam Bladenau^q cum suis adiacentibus villis, videlicet Cotanicurtem ex integro, Montis^r et Montenonis, Gajacum^s, 20 Fredoni mansum. Adquisivit etiam praelibus praesul alias villas ad supradictam sedem, scilicet Bladenau^t, aspicientes super fluvium Arufiam sitas, Vennam scilicet cum ecclesia, Medulfi mansum, Gebeni villare et multa alia, sicut in cartis eius repperitur.^u

16. Quem in ordine pontificalis dignitatis est subsequutus Leudinus episcopus^v. Qui c. 660. vere lucerna Domini posita super candelabrum circumcirca resplenduit, finitimus ac longin- 25 quis per sanctae religionis exemplum.^w

17. Post quem Eborinus extitit episcopus^x. Qui iuxta Hieremiae vaticinium^y rubicundior c. 665. ebore antiquo, quamvis in pace positus martyri rubore caruerit per crux effusionein, tamen voto et desiderio martyri adeptus est sortem per sanctae fidei confessionem.^z

18*) et — repperit: *debet* 2. 3. *ubi haec adduntur*: et quicquid ad supradicta pertinere videtur loca. Studui etiam idem venerabilis antistes apud eundem regem adquirere alias villas super fluviū Mosae, Traveronem, Paterniacum^{aa}, Campaniacum^{bb}, Biliñiacum, Alonam, Honciliain- 31 montem, et quicquid in Savinaco et Lamnari^{cc} curte et Regnaco^{dd} pertinens ad fiscum re- 35 gale esse videtur. Dedit etiam praememoratus rex, interveniente eodem venerando anti- stite, fiscum ad praefatam Leuchorum sedem nominatum Noviantum^{ee}, in pago Bedinse super fluviolum Vidum cum palatio regio et ecclesiis ibidem constructis et omni apparatu ecclie- siastico. Suggestente utique ac inspirante Omnipotenti clementia, idem rex religious et lar- 40 gidae pietatis ad augmentum huius episcopatus pro devotione eiusdem antistitis, concessit et fiscum nuncupatum Viskerium^{ff} cum regi palatio et ecclesiis et omnibus ad ipsam fiscum adia- centibus. Adeptus est etiam idem venerabilis pontifex apud Sigibertum regem, filium scilicet 45 praefati religiosissimi regis Dagoberti, villas nuncupatas Longam campum, Vircilio^{gg}, et terram quantumcumque in Framariaca^{hh} habere videtur, Rufacoⁱⁱ (et Riboacum^{jj}) villam cum omni^{kk} integritate, et adiacentia eorum. Hae omnia sepe nominatus praesul apud plissimum regem Dagobertum^{ll} cum omni integritate et absque ulla diminutione Dei omnipotentissima miseratione favente meruit adquirere.

45. 29) Pennis etiam geminas caritatis ad caeli convexa sublimatus, mundi contempnsit Iudicra, datus divitiis caelestibus *add.* 2. 3.

a) *debet* 2. b) *edula* 3. c) *lucianus corr. lucius* 2. d) *Dei — Mariae debet* 2. 2. e) *debet* 3. f) *cartis* 3. g) *edula* 3. corr. *edula* 2. h) *ann.* 3. i) *gerens d. g. 1.* k) *testatorum* 3. l) *debet* 1. 2. m) *bladenau* 1. *bladenau* 2. ... o) *non add.* 3. p) *lamnacurte* 3. q) *reginaco* 3. r) *prenorutus* 2. s) *vircilio* 3. t) *framariac* 3. u) *et rivoacum recente manu add.* 2.

19) Lacey, ut Benoit dicit, quem in his nominibus explicandi secutus sum. 20) Villey (Villers)-Saint-Etienne, Villey-*Le-Sec*, Biqueley. 21) Andilli. 22) Bruleg. 23) Diploma Theodeberti regis, quo haec 55 confirmasse dicitur (Benoit p. 250), haud extrare videtur.

24) Dagoberti II. fuit mater. 25) Blendod. 25') Mont. et Montenoy. 26) Galiaud sur Gayaux? 27) Len- 29) Cartam Numeriani archiepiscopi Trevirensis, in quis Eborinus (Eboricus) episcopus nominatur, falsam 30) Pargney. 31) Sampigny sur Champagney. CALM. 32) connu aujourdhui sous le nom de Void. BENOIT. 33) VI- 34) Erufo.

18. Cui successit Ermenteus episcopus. Qui vere^a bonus, animarum pastor, nequam mercennarii carentis timore, armentum celestis regis pascens superni pabuli dulcedine, pro viribus eruit ab infernalium lorum incursione.³⁵

19. Et huic exiit succidus Magnardus^b episcopus^c. Hic magnus apud Deum virtutum meritis, magnus etiam in populis honorum actuum exemplis, ab Omnipotente est in terris^d magnificatus pontificali munere, et in caelis coronatus gloria et honore. Cuius venerabile corpus tumulatum est^e in cimiterio sancti Apri; iacet transpositum in sinistro latere iuxta altare sancti martyris Christofori.

c. 700. Post hunc Dodo factus est episcopus^f. Qui fidei indutus lorica, et sanctae spei tectus galea, caritatis etiam nuptiali ueste amictus, viriliter decertavit in huius mundi laboriosa^g pugna; ideoque victorius^h repedavit ad supernum regem in celesti receptus aula.

c. 710. 20. Deinde Garibaldu filius Volfaudiⁱ^j est a cunctis electus idoneus^k pontifici. Ipse dedit ecclesiae cui praeerat, de sua hereditate quicquid habebat. Acquisivit etiam multa alia, sicut in eius cartis habet^l. Huius etiam temporibus Deodatus vir summae sanctitatis, olim Neverensis episcopus, renuntians saeculo, in saltu Vosago locum conversandi a prae- 15 fato praeuale optimus.^m

c. 750? 21. Hunc subsecutus est Godo episcopus, vir venerandus, cuius temporibus, populo- rum urgente scelere, urbs Leucha est igne concremata; sed is præsul et emunitatem suae civitatis et recuperationem cartarum quas ignis consumperat suae ecclesiae apud Pipinum adquisivit regem. Is vita obiens, iussit se tumulari in ecclesia cuiusdam sui praedii nomine 20 Castellum; cuius sepulcrum usque hodie demonstratur ibidem.

22. Quia vita decadente, extitit dompas Bodoⁿ episcopus^o, cuius vita laudabilis per omnia memoria^p posterorum pergamet digna^q. Qui inter cetera bonitatis studia quae in- cessanter gerebat, edificavit monasterium in honore^r beatissimae Dei genitricis Mariae et beati Petri apostolorum principis, constitutus inibi Deo sacras feminas^s ad serviendum illi; quibus praeposuit filiam suam nomine Teutbergam^t, quod ad honorem nominis sui usque hodie Bodonis monasterium vocatur^u. Ipsumque locum cum omnibus, quae ibi adquirere potuit, ecclesiae cui praeerat in possessionem iure dereliquit; et exinde^v apostolicum privilegium a magno doctore Gregorio eiusque praecessore Agapito^w suscipere meruit. Dedit etiam in pago Oderensi eidem ecclesiae villas, quae vocantur Nasius^x et Nasitus^y; de 30 sua proprietatis^z rebus. Idemque contulit sancto Stephano locum Stivaium^{aa} sibi a suis

1*) Acquisivit — habetur *deest* 2. 3. *ubi haec adduntur*: in Trancolfi villam et in Arusiam^b, neronon et in Ribodi villam. Adquisivit etiam ad eandem quam regebat ecclesiam apud gloriosum regem Childebertum, interveniente Ermenechide regina eius uxore, abbatiunculam uanam in honore sancti Petri dicatam, quae est^c sita in alitu nomine Dervo^d, et villas quae cognomi- 35 nantur Magiaica villa^e et Bonieriacus, cum Copedenia^f super fluvium Saltom.

2*) Bodo. Qui relinquevit amorem seculi ad Christum conversus, religiosissimae vitae sectator et ecclesiastarum aliquae monasteriorum fuit fundator 2. 3.

3*) Ex pago enim Oderensi^g ortus, patre Bertoldo^h et matre Bertilde editus, moribus et con- versatione probatus, Tullensis meruit fieri episcopus *add.* 2. 3.

a) vero 1. b) magnalus 2. c) *deest* 2. d) labrioss 2. e) victorius 2? f) volfaldi 3. g) ad onus 3.

h) *deest* 2. 3? i) renunciat 3. k) *deicit* 3. l) h. beatissime dei 1. beatissimae virginis mariae 3. m) sancti 2.

n) *deest* 2. o) teubergam 1. teutbergam 2. tembergam 3. p) inde 3. q) nasyn 3. r) nasitus 3. s) pro-

prietatis 2. t) idem quoque 3. u) siuianum 1. v) orusgan 3. w) *deest* 3. x) berlaudo 3.

35) Ermenteum ab Adeodato presbiteram ordinatum esse et a rege Theoderico villam Ociacavillam, quam Hildramnus comes usurpaverat, recepisse, Benoit p. 271 ex nescio quo vitæ fragmento afferit.

36) Benoit p. 272 ex catalogo episcoporum haec afferit: *Magnaldus ad matriculam sancti Stephani addidit Geronim curtem in pago Sugentensi, itemque dedit res quasdam in pago Vabresensi, villam scilicet Corniacam.* 37) Ecclesiam Domini Martini consecrassæ et plurima bona adquisisse dicitur, Benoit 1. 1. 38) qui S. Michaelis monasterium fundavit. Cf. Chron. S. Michaelis SS. IV. p. 79 et Wolfoldi dipl. ap. Calmet I. p. 264. 39) Quod aperte falsum est. 40) Mabilionius hunc Bodonem eundem esse existimat cum Baudino (lege:

Leuduino) 3. Salabergae Laudunensis abbatissae 45

fratre, alio nomine Bodone appellato: cuius sententiam confirmare videtur huius operis auctor, dum eum a S. Mansueti cimiterio Laudunum translatum tradit: neque enim aliud huius translationis causa videtur, nisi quod Salabergae germanus existebat.

MART. Hoc tamen, nisi episcoporum ordinem valide perturbatum statuanus, esse nequit. 41) Bon-

moutier. 42) Fallitur hic auctor in nomine pontificum Romanorum Agapeti et Gregorii Magni, qui longe ante Bodonem defuncti erant. MART. 43) Le 55

grand et petit Nangois. BENOIT. Nas et Nangoy.

CALM. 44) Estival. 45) Montier-en-Der.

46) Mogneville. 47) Couvenghe. 48) Ornois in

Lotharingia.

parentibus derelictum, ubi monasterium in honore beati Petri apostoli construxit super fluvium Murt⁴⁹, et duodecim canonicos ibidem aggregavit. Eodem modo monasterium Offonis villa⁵⁰ in honore sancti Leodegarii iure perpetuo sibi ad servitium Dei concessum, suae iam dictae sedi tradidit. Post sanctorum ergo operum exercitia, consummato praesentis saeculi labore, sepultus est in cimiterio beati Mansueti pontificis. Unde postea translatus ad Ludunum urbem, mira ibi fidelium veneratur devotione. Cuius vitae dies ultima 3. Iduum Septembres fuit.

23. Iacob⁵¹ vero episcopus, qui post dominum Bodonem in cathedra resedit episcopali⁵², c. 750. adquisivit abbatiam sancti Deodati apud Pipinum piissimum regem⁵³. Cuius tempore⁵⁴ sanctus Hildulfus⁵⁵ archiepiscopus Trevirorum saeculi honore relicto⁵⁶, in salu Vosago cenobium construxit Medianum, praefati praesulius suffragante consensu et solatio. Idem vero Iacob Christi pontifex mortem subiens⁵⁷, requiescit in crypta⁵⁸ sancti Benigni martyris ecclesiae Divisionensis⁵⁹, habens⁶⁰ ad caput altare in honore sancti Mansueti confessoris.⁶¹

24. Post quem dominus Borno fuit episcopus, vir venerabilis atque adeo religiosus, ut c. 770. ab omnibus vir vocaretur apostolicus. Quo praesulante sedi Leucae⁶², eadem urbs demum igne conflagravit, peccatis exigentibus; sed ipse impetravit a Karolo rege restaurationem cartarum igne crematarum⁶³, atque ab eodem rege adquisivit abbatiam de Offonis villa. Obiit autem in pace 11. Kal. Aprilis.

25. Huius⁶⁴ successor extitit Wanucus⁶⁵ episcopus, erga ecclesiam Dei vir studiosissimus. c. 800. Hic tum in adornandis subiectorum moribus, tum in ornamenti ecclesiae construendis, eum semper habuit indefessam, et beato fine transiens, excessit a saeculo 6⁶⁶. Kal. Ianuarii. Sepultusque est in cimiterio sancti Apri.

26. Huic⁶⁷ Frotarius⁶⁸ vir sanctissimus, primum abbas cenobii⁶⁹ sancti pontificis Apri, post idoneus⁷⁰ episcopatus successit⁷¹. Quique praeformatum coenobium et divinae religionis⁷² augmento sublimavit, et rerum exteriorum supplemento non modice adornavit⁷³. Is adquisivit a Ludovico⁷⁴ et Lothario imperatoribus immunitatem comitatus et thelonie⁷⁵ et restitutio-
nem cartarum concrematarum et forestem cum banno quam Ermundies dicunt. Rexit autem ecclesiam eandem annis 35, ordinatus est 11. Kal. Aprilis, mundo est exemplus 11. Kal. Jun.

Corpus vero illius in cimiterio sancti Apri retinetur, infra claustrum, in introitu monasterii.⁷⁶
27. Deinde adeptus est praesulatum dominus Arnulfus pontifex, ortus ex pago Aureliensi⁷⁷, patre Alnaldo⁷⁸, matre vero Flammola, vir sanctae et magnae⁷⁹ religionis atque in doctrina verbi Dei studiosissimus, et quasi columnam immobilem fundamenta sanctae fortiter tenens immo fastigium sustentans ecclesiae, inter adversa fluctuantis⁸⁰ seculi discrimina nec prosperitatibus valuit extolliri nec adversitatibus a rectitudinis tramite deviare. Namque⁸¹ tempore quo is venerandus presul Tullensem regebat ecclesiam, fuit rex Lotharius, qui dicebatur iunior, qui permuta strenue gessit, quippe qui⁸² erat regio satus genere; sed antiqui hostis depravatus astutia, non recto calce finivit bene cepta. Accipiens namque uxorem nomine Zeutbergam⁸³ clarissimis, uti decebat, ortam natalibus, concubinam quandam nomine Waldradam ceco dilexit amore, adeo ut, quod nefas erat, ab eo coniuncta legitima videretur
40 derelicta. Quod multi qui tunc pontificali praediti⁸⁴ videbantur honore audientes, proh nefas! partim timore, partim iniusto amore, silentio ceperunt tegere. Quod ubi comperit iam praedictus⁸⁵ athleta fortis et pontifex⁸⁶ dominus Arnulfus, maluit pro Christi nomine temporalibus

a) canones 3. b) villa 3. c) paternus 2. d) in 2. quaedam vocabula avulsa sunt. e) lugdunum 3. f) aco
e corr. rec. manu 2. g) gloriissimum 2. h) hidulfus 1? i) posthabito 2. 3. k) morte obiens 2. obili 3.
45 l) scripta 1. m) habet 3. n) leuchae 2. 3. o) deno 3. p) concrematarum 3. q) Cuius 3. r) wanucus
corr. wanucus 2. wanucus 3. s) VII 3. t) A. confessoris 2. 3. u) Hinc 2. v) frotarius 2. frotarius 3.
w) decet 1. x) ad omnes 3. y) leudouino corr. rec. manu ludovico 2. z) sed postea translatum subtilis altero
a. crucis add. 1. Nunc vero quiescet transpositum retro altare sanctae crucis 3.) surclausensi 3. a) arnaldo 3.
b) sanctitate magnae r. D. conspicuus 2. 3. c) fluctuans 1. d) Nec 2. e) quia 2. 3. f) zeutbergam 1. test-
50 bergam 3. g) decet 1. h) prælibatus 2. 3. i) domini add. 2. 3.

49) la Meurthe. 50) Odenville-sur-la-Plaine postea destructione prope Badonviller situm fuisse videtur, fortasse ubi villa Fonviller erat; v. Calmet p. 455. 51) Leodegarie a. 678. mortuo fratre Salabergae monasterium dedicare vix poterat. 52) Subscripta concilio Compendiensi a. 756, Conc. ed. Harduin. III. p. 2008. et Attiliacensi a. 765, Mon. Leg. I. p. 30. 53) Iterum auctor valde tempora turbavit. Eadem vero iam in antiquiori Vita S. Hildulfi ap. Belhomme histor. Medianus monast. p. 56 leguntur. 54) Cf. chron. S. Benigni Division. ap. Dacheri ed. 2. II. p. 370. 55) cf. Ploboard. Hist. Rem. II. 18. 56) cf. Frotharii diplom. ap. Calmet I. 301. Gall. chr. XIII. 447.

atque caducis destitui bonis; et ad ultimum, si necesse foret, discrimen pati vita paeſentis, quam ut ab eo deficeret congrua rectitudi pastoris. Ideoque praedictum regem super hoc scelere persepe arguens, cum revocare nequiret, pastorali religavit sententia, donec resipisceret. Quapropter ab ipso rege suisque in malum fautoribus⁵⁷ venerabilis praesul suaque ecclesia abbatis prorsus ad tempus spoliata remansit. Sed Dei favente clementia, post excessum vitae regis insanii, tam per ipsum quamque per venerabilem Arnaldum⁵⁸ successorem ipsius atque nepotem, abbatis quibus fuerat spoliata⁵⁹ praefata ecclesia, aliquo honore partim est recuperata⁶⁰. Huius tempore subdiderunt se ecclesiae sancti Stephani ingenui homines quam plurimi ex Ingolini curte et Mauri villa. Sedit autem idem vir venerandus in sede praesulatus annis 25, recessit quoque ab hac valle⁶¹ lacrimarum 15. Kal. Decembris, sepultus que est⁶² iuxta corpus sancti Apri in crypta sancti Aniani⁶³ sanctorumque martyrum Cornelii et Cypriani; nunc autem est transpositus secus altare sancti Petri apostolorum principis.

872. 28. Post quem dominus Arnaldus episcopus, Deo favente, suscipiens ecclesiam⁶⁴, secutus avunculi sui praedicti pontificis vestigia, rexit eam pio moderamine annis 23. Qui⁶⁵ quamvis in cura gregis atque profectu ecclesiae sibi commissae non parvo studio elaboraret, praecipue tamen orationi intentus, et curae egenorum exitit larga manu⁶⁶ beneficis. Hic adquisivit ecclesias et 4 mansos Frabodi⁶⁷ curte, et a rege Karolo 7 mansos in⁶⁸ Oscado, et 6 mansos in Waldini villa et in Cretenau et in Rusb⁶⁹. Sepultus igitur habetur in praedicta crypta ad Sanctum Aprum, decedens ab huius saeculi⁷⁰ erumnis. Nonas Decembris, nunc vero iacet transpositus iuxta altare sancti primi apostolorum Petri.

29. Cuius post obitum irruperunt⁷¹ ecclesiam rapaces lupi, sicut in ovile a pastore relicto, quorum morsibus non minima afflita est laceratione, et cum adhuc vita sperari posset, peccatis impeditibus, tota civitas concrematione incendii funditus via est desolata; sed Domini immensa pietas, qui delinquentes perire non vult, si ad eum toto corde redierint, condolens ecclesiae suae dispendio, et considerans gregis⁷² sui detrimenta, ne velut errabundus relinqueretur in deserto, dominum Lugdelnum⁷³ magnae sagacitatis virum, eidem urbi in tristitia sedenti ieponere dignatus est pastorem. Qui quanta fortiter illic adversus tam fleibilem et lacrimosam vastationem egerit, ipsa eiusdem templi atque urbis restauratio patefecit. Non tantum enim ad pristinum decus secundum suum posse ecclesiam restituit, sed etiam ampliori et altiori fastigio eam sublimare honorifice studuit, necnon et decorum clericorum nobiliumque laicorum atque patrimonii terrenarum rerum, quantum valuit, ditavit. Adquisivit etiam abbatiolam sancti Pientii, quam⁷⁴ Pretoria Dei fidelissima dederat, et villam quae Vide-iacus dicitur, quam ad mensam canonorum tradidit⁷⁵, eo tenore ut diatim missa omnium fidelium defunctorum ad eius⁷⁶ memoriam celebraretur⁷⁷. Monetam etiam civitatis et teloneum cum-immunitate comitatus a rege Ludovino⁷⁸ impetrans, necnon et mercatum civitatis ecclesiae suea subdidit⁷⁹. Insuper⁸⁰ adquisivit a Everelmo regali medico in Isciaco⁸¹ mansos 4 et dimidium cum ecclesia, octo⁸² quoque mansos in Bella villa⁸³ et in Rauserias et in Melarido et in Merbachia⁸⁴ cum ecclesia. Nactus est quoque a rege Arnulfo ecclesiam de Gundulfi villa⁸⁵, et in pago Liuensi 20 mansos in villis quae dicuntur Wandra, Savia⁸⁶, Retines, et capellam de Arvia⁸⁷; et a rege Zendebaldo impetravit silvam ecclesiae sancti Stephani sitam in Gundulfi villa⁸⁸ liberam esse ab omni banno, et homines sancti Stephani esse liberos a custodia forestis eiusdem villae. Cuius sanitatem et opera felicia, si per omnia scriberemus, magnum libri textum efficeremus⁸⁹. Hic itaque decem annis pontificali regimine potitus, undecimo gravi brachii dolore est percussus. Quo ingravescente et penetrante vitalia, praesentem vitam mutavit alia, seque in civitate sepeliri mandavit, multis mirantibus, cum nullus hoc ante fecerit; qui iam pridem sepulturam suam apud monasterium sancti Apri in suburbio

a) factoribus 1. b) arnaldum 2. c) quibus — subdiderunt se in loco raso 2. d) privata 2. 31. e) coualle 2.
f) deest 1. g) amani 3. h) Et 2. 3. i) manus beneficis 1. k) fratbodi 3. l) moscedo 3. m) rusp 3.
n) post add. 2. vitce 3. o) in candem add. 2. 3. p) s. g. 2. 3. q) deest 3. r) ludelnum 3. s) imponere 3.
t) olim add. 3. u) celebretur 2. v) ludomino 2. w) tradidit 1. subdidit suse 3. x) In 1. y) octo — Nactus 50
in loco raso 2. z) mebachia 1. 2.) cumdui villa in 1. a) clavia 3. b) harvia 2. c) gundulvilla 3.
d) officerem 3.

57) cf. diploma Ludovici Balbi Bouq. IX. p. 398., ap. Bouquet IX. p. 378. Caroli Simplicis ibid. IX. Arnulf regis Bouq. IX. 366 sqq. 58) cf. Flod. p. 553. 61) Rauseries en Haye, Belleville, Meilhast. Rem. III. 21. 59) cf. eius chartam apud lery, Marbache. 55
Benoit p. LX. 60) Issey, cf. diploma Zwentiboldi

delegerat*. Huins beatae memoriae transitus, quo a mundo excessit, 3. Idus Septembris fuit, sepultusque est intra suae sedis ecclesiam ante altare sancti Martini.

30. Post eius excessum huius sedis cathedralm, nolentibus^b regni^c primatibus, dominus^d Drogo nobilissimus ortus natalibus, tum vi, tum ingenio, tum consensu civium occupavit; sed post communis omnium voto nobiliter rexerit. Ut enim superbia sanguinis, ita subtilitate singularis ingemii illinc rebus publicis, hinc spiritualibus negotiis insudabat. Quare^e omnibus ita se habilem praebuerat, ut cunctorum amorem veneracionemque difficile^f solubilem sibi asciceret. Hic de^g suo proprio contulit huc sedi villam Domini Martini cum ecclesia, eamque ad canonicorum stipem delegavit, et reimpetravit^h a Karolo rege Bedonis monasteriiⁱ abbatiam, diu suis antecessoribus ablataam. Atque ex praeccepto Ludowici regis abbaciā Pauliniacensem^k tenuit. Adquisivit etiam a Sigiberto quodam milite in Bertrici curte manus unum cum ecclesia, et medietatem ecclesiae Domni Apri^l, et terciam partem ecclesiae sancti Hylarii^m in Vermense, et farinarum unum cum piscatione, et quicquid in ea villa potuit habere; et a Karolo rege impetravit forestem regiam que dicitur Ermundiesⁿ. Eius tempore seva Danorum pestis, Hungarorum rabie iuncta, carceribus suae nativae habitacionis egressa, multarum regionum finibus devastatis, post cedem Germaniae Galliam Belgicam incendit. Quorum iunctio perterriti cenobitae sancti praeulus Apri, veneranda eius pignora in urbem deferunt, demumque ne a praefato pontifice vi retineretur furtim referunt, atque per longa annorum curcula abscondunt. Hic ergo divinae religioni insistent, 7 annis sacerdotio inflatus 5. Kal. Februarii rebus est humanis extutus, atque ante altare beati Petri apostoli infra civitatem est tumulatus.

31. Cui pastor^o et amor gregis dominus Gauzlinus successit, vir summe catholicus^p, atque monasticæ religionis cultor devotissimus. Qui Francorum nobili sanguine ortus, in palatio inter regni proceres est altus, atque mox futurus pontifex, super multos sui generis coetaneos eniit^q geminae scientiae dono. Omnia ergo votis pontificali infusa sublimatus, 16. Kal. Aprilis est, Christo favente, ordinatus, dulcedinemque suaे prosapiae benivolentia clementissimi cordis serenitateque adeo iocundi vultus et lenitate sermonis sedule superabat^r, totus in vigiliis, in elemosinis intentus. Qui ad cumulum bonorum storum, 14. ordinationis sua anno, natu Dei regulam sancti Benedicti huius regni habitatoribus omnibus ignoratam, diu quesitam, proculque inventam, sancti Apri instituit loco. Cenobium sanctae Dei genitricis Mariae Buxerii a fundamentis construxit, chorum ancillarum Dei inibi constituit, rebus et praediis ac ornamentis decoravit. Ob cuius facti meritum suo successori praeulus Gerardo est: a Deo praemonstratum eum martyri Apollinari in celesti gloria sociatum^s. Cuius gloriosi facti occasionem operae precium reor posteris tradere ad remembrancem^t.

32. Denique Hardradus^u praefati pontificis^v Gauzlini frater germanus, in militari studio vir quam maxime strenuus, in bonitate morum cunctis percarus, quadam vice super Murt fluvium venationis exercitatione insistebat^w. Contigit itaque, ut canes eius apnum ferocem insequerentur, quorum coactus latratis, mortem contiguum idem aper effugere nitebatur. Qui diu per quaeque avia discucurrit, tandemque in montem supra Buxeris villam situm fugitando pervenit. Quo pertingens, sub quadam spinosa arbore fixit gressum, moxque subsequens latrando gressus canum, divina virtute celere continuit gradum. Fera sub arbore stabat intrepida, via latrantum^x a longe subsistebat muta et stupida, nec ulla tenus audebat proximare ad spineti vicina^y. Praedictus miles equitando insequitur, rem insolitam sibi contingisse demiratur; equo desiliens, fructum ingreditur, altare dirutum cum circumviciinis edificis contemplatur. Ergo rem veneratus divinam, feramque sinens abire securam, ad propria eceli repetat, fratri suo pontifici acta et inventa nuntiat. Dominus autem praeulus certos^z muntios dirigens, et a maioris actatis senibus, quomodo se res habuerat exquires, didicit ab antiquo ecclesiam sanctae Dei genitricis inibi constructam, sed vetustate consumente^{aa} et incuria negligente desolatam. Astraruant etiam, noctu inibi quam sepe divina luminaria

50 a) delegaverat 3. b) volentibus corr. nolentibus 3. c) huius regni 3. d) Talem 1. e) difficultem 1. f) Iadem corr. Is de 2. Is de 3. g) Qui 2. h) paulinianensem 1. i) hilarii 3. k) hermannus 3. l) summe chat. 2. m) emicuit 3. n) speratus 3. o) deest 2. p) remorationem 3. q) Varderadus, N super V scripto 3. r) deest 2. ubi gaulini. s) existebat 1? t) discurrat 3. u) latrandum corr. latrantum 2. latrantum 3. v) vicinia 3. w) illuc add. 2. 3. x) consumptam 3.

55 62) v. diploma Bouquet IX. p. 515. 63) Domévre. 64) Haec ex S. Apri miraculis descripta sunt.

65) Ex vita Gerardi c. 17.

splendere, et loca proxima sua claritate perfundere. Quod pernoscens praeus venerabilis, permaxime letatur¹. Et quia mons praelibus ad Metense pertinebat episcopum, petuit² a Teoderico praelus³, qui et Sextus vocabatur, illum sibi dari per concambium⁴, conferens illi sancti Petri apostoli baculum venerabile⁵, quem beatus Mansuetus secum detulerat a Roma^a urbe. Adeo ifaque monte, ecclesiam restruxit⁶, ac super stipitem⁷ prafatae arboris altare in honore beatae Mariae stabilivit. Quoniam eiusdem Dei genitricis precibus imbi sanabantur infirmi diversis detenti languoribus, et vota vulgaris populi ibidem confluabant sepius, divina inspirante clementia dignum duxit, ne diutius⁸ careret culibus. Cepit vero cogitare, quatinus in eodem oratorio, si Deo donante inveniri possent, sanctimonialium virginum societas fieret. quae sub regula sancti Benedicti obsequis perpetuae Virginis deser-¹⁰ ret. Quod sane factum per divinam clementiam meruit proiectum. Nam Deo praordinante invenit quasdam sanctimoniales, velut oves errantes, sed tamen aeternae vitae pascua⁹ querentes, in Dei dilectione ferventes, et ad serviendum illi locum remotum desiderantes; quarum miseratione permotus, consultu domini abbatis Archemboldi, qui praeerat coenobio¹⁰ sancti Apri, ceterorumque¹¹ fidelium, iam dictam cellulam eis ad habitandum delegavit, pree-¹⁵ ficiens¹² eis Rothildam abbatissam, quae earum regeret vitam. Atque ut ibidem liberius possebant rebus vacare spiritualibus, providit illis, unde viverent de episcopi possessionibus, eccle-²⁰ siam videlicet in eadem villa Buxeria cum decimis et omnibus ad eam pertinentibus; nec non capellam Porcherae curtis cum omni decimatione. Tale ergo fertur habuisse exordium Buxeriense cenobium, quod Deo¹³ iuvante in dies sumit incrementum.²⁰

33. Venerandi autem huius pontificis¹⁴ temporibus adeo antiqua prodigia renovantur,
et dum tricesimo¹⁵ eius praelusatus¹⁶ anno, crucis apparuerunt in vestibus, quas Omnipotens, ut
in historia ecclesiastica legimus¹⁷, ad infidelium confutandam incredulitatem sinit apparet
mortalibus. Is adquisivit sedi, cui pontificabatur, alodium¹⁸ in Boiaco¹⁹ ab²⁰ Angelberto¹, et
a Fulmaro silvam in Briari valle. Quique a rege Ottone adeptus est abbatiam Medii mona-²⁵
sterii; ea lege ut Fredericus dux, dum adverget, advocationem retineret, ac pontifex preebendam
loci ordinaret, postque finem ducis tota abbatia ad episcopum perveniret. Teloneum
quoque civitatis et comitatum per preeceptum regis Heinrici²¹ optimuit²², abbatiamque Pauli-²⁵
niensem et Derversem²³ atque de Offonis villa solide posset. Idem²⁴ per concambium²⁵
dedit Archado²⁶ episcopo Linguonensi abbatiam de Varenne²⁷, et econtra Archadus²⁸ dedit²⁹
Tullensi episcopo²⁹ quicquid in Bosonis monte³⁰ et Ursacii villa et Seionz videbatur habere.
33 Adeptus est etiam a Rotgero³¹ comite Amboldi³² villam³³ in pago Ordonesi³⁴, et ab Eva
comitissa Angeriacam³⁵ villam cum capella, et Molisiacam³⁶, et villam quae dicitur Girinvic-³⁵
cinos³⁷, et Nordalli vadum³⁸, et partem in Bu huliac³⁹, et Radaldi villam⁴⁰, et Sionni villam,
et ecclesiam quae dicitur⁴¹ in villa Blasieus, et partem ecclesiae in Ramei⁴² villa, quae sicut⁴³
5 solidos; et ab Angelranno⁴³ duos mansos in villa quae dicitur Portus, et ab Hanone⁴⁴ ecclie-⁴⁰
siam de villa Bladini. Hic tempore Ottonis imperatoris probavit cum 12 ingenuis hominibus
contra abbatissam de Andelach, Bodonis monasterium esse subiectum ecclesiae sancti Ste-⁴⁵
phani, et ab eodem imperatore nactus est medietatem telonei de monte sancti Eliphii⁴⁵. Idem
impetravit ab Heinrico rege per adiutorium Ebahardi⁴⁶ comitis, quicquid ipse rex possidebat⁴⁷
in Gundulfi villa⁴⁸. Qui⁴⁹ felix vir in semel arrepto proposito boni operis iugiter omnibus
mirabilem extendens animositatem, post in Christi militia multiplices labores, quadrienni
962. langore⁵⁰, ut alter lob a Domino probatus, 44. sui episcopatus anno, 7. Idus Septembbris,
caelicas recessit ad sedes. Delatus ergo a clero et populo in Buxeriensi⁵¹ coenobio, dignissi-

10) et ecclesiam restruere consilium tractando meditatur add. 2. 3.

45

a) petit 3. b) concabium 2. c) a. p. 2. 3. d) venerabilem 3. e) rex 1. f) stipem 3. g) autem
add. 3. h) dininis add. 2. i) deess 1. 2. k) a. a. c. 2. 3. l) ceterorumque 2. m) proficiens rec. manus
corr. pref. 2. n) deess 3. o) do e corr. 2. p) autem gachlini 3. q) episcopatus 3. r) slotum 3. s) deess 1. 2.
t) angeberti 17. u) henrici 1. et infra. v) derversem 1. corr. derversem 2. w) Idem 2. 3. x) concabium 2.
y) achardo 3. z) terenensis 1. *) archardus 2. achardus 3. a) ecclesias 2. 3. b) rogero 1. c) ambodi 3. 50
d) ordenesi 3. e) angwiccam 3. f) valum corr. usnum 2. g) bucliacon 3. h) in villa quae dicitur 3.
i) ramei 2. ramey 3. k) angeliano 1. l) hanone 3. m) chardi 3. n) langore 1. semper. o) buxiensi 1.

66) Tunc temporis Adelbero sedit. 67) Ann. Hersfeld. 75) Girovoisin. 76) fortasse Rainville prope Son-
a. 958. Ann. Corb. a. 959. 68) Hist. eccl. tripart. loise-sur-le-Vair. CALM. 77) cf. diploma Otto-
lib. V. fin. ed. Paris. 1541. p. 412. 69) Bosc cive Boue. nis II. a. 974. ap. Benoit p. XIX. Est Mont 8. Elophe 55
70) v. diploma ap. Benoit p. XVIII. 71) Bauzemont. prope Soulosse. 78) Vid. dipl. ap. Benoit. p. XVIII.
72) Ambleville. 73) Ornois. 74) Aingerey. 79) Quae sequuntur ex Mirac. S. Apri sumpta sunt.

manū, sicut vivens iusserat, accepit sepulturam, inter choros virginum, quas illic plures numero vitae districtoris aggregaverat, longis seculis in Dei laudibus excolandam.^{1*}

34. Interea⁸⁰ domino Gauzlinio Tullensis sedis pontifice rebus humanis exemo, qui mon⁸⁰rum illustris sanctimonio, angelorum, ut credimus, in caelis est ascitus consortio, plebs Leucha graviter merebat tanti orbata pastoris solatio. Erat tunc temporis venerandus Bruno Aggripinae ecclesiae summus pontifex, qui in tota Germania sibiique finitimus partibus imperiales agebat vices, utpote Magni Ottonis augusti germanus frater. Ipse autem praeonomina¹⁰tus princeps tum forte aberat, quia fines Italicos causa urgente adierat. Moestus ergo Leuchorum populus, consilio viduatus pastoris, ad memoratum archipraesulem Brunonem legatos dirigit, desolationem sui humili suggestione intimat, utque sibi succurratur suppliciter expostulat, ne velut grec errabundus, pastore perditio, dispereat. Is vero clementis compas¹⁵sione animi eorum et lamentatione condolens, ipsamque urbem, Franciae regno confinem, Romane nuperrime adiunctam império perpendens, summa mentis angebatur sollicitudine, cogitans, quem eidem ecclesiae idoneum iuxta canonom scita petuisset, pontificem eligere, secundum divinae religionis cultum cum bonitate morum sapientiae sale conditum et in scientiae secularis studio exercitatum. Sed Deus, qui in bonis semper dispositionibus pio²⁰rum assistit effectibus, eius non permisit animum diutinis agitari curarum fluctibus, suoque inspiravit^b consilio, venerabilem Gerardum huic praeficiendum officio asciscere, quem constabat utili superni dono Conditoris in cunctis existere. Ea tempestate idem Dei famulus 25 cellariori obedientia impeditus, pro quadam non maximo excessu in levioris culpae nexi infra claustralria erat septa constitutus, ibique lacrimarum ac orationum holocausto sese immolabat attentius; quem ideo caelestis dispensatio hac parva permisit temptari afflictione, ut cunctis palam innotesceret hic vir eximius, cuius foret meriti ante oculos divinae contemplationis. Religiosus ergo pontifex Bruno ad sese primos cleri convocat, eis coepiscopi sui 30 domini Gauzlini transitum flebilem notificat, quemque illi successorem dignum subroget, familiariter consultat. Mox decanus divinae amator religionis, sani prudente consilii, eius consultibus haec reddidit; *Si, domine praeus, meo dignaris tantillo credere dicto, fratrem Gerar- dum huic gradui p[re]ceteris idoneum veridico^a assero testimonio, quem vera humilitate subiectum, promta obedientia clarum, longanimi patientia certissime attestor probatum.* Insuper 35 eius diutinam in poenitentia perseverantiam intimat, Deique notu ad sibi credendum mentem praeusulis non tarde inclinat. Tunc decanus praelibatus beatum Gerardum a claustru poeni-

35 1*) *Hoc loco 2. vitam S. Gerardi a Widrico scriptam invenit, in 3. vero hanc ex ipso excerpta legitur: Omnipotens autem Deus, qui gregem hereditatis filii sui, ne insidiis et praedae diripientis inimici pateat, pastorum benedictione consolatur, ecclesiam, rectoris solatio destitutam inter fluctus seculi iacturi sine remige nolens, visitavit, eique ut dominus praeus Gerardus praecesset, instituit. Qui antequam sciret vocare patrem et matrem, quadam praeagio designatus episcopus, scolis traditus, hinc clericatus honore in ecclesia sancti Petri apostolorum principis apud Coloniam donatus, ut nobilissimus nobiliter est educatus. Nec multo post augusti Ottonis auctoritate, agente quoque germano eius domino Brunone Coloniensi archipresule uno concordator, acclamatione electus, 4. Kal. Aprilis Leuchorum urbis sacrae sunt antistes. De cuius ammirandis operibus plura effari supersedemus, quia eius memorandarum virtutum liber penes nos retinetur. Hic adeptus est praecipuum . . . abbatiam usurpavit. c. 21. Widrici Praelibato autem Dei praeusuli sumnum fuit studium in constructione Dei ecclesiastarum, quae et decoravit exoptabili munere, plurimorum scilicet sanctorum pignoribus. Basilicam suae sedis a fundamentis reparavit, cum reliquis sibi annexis ecclesiis. Sanctae quoque Dei genitricis ecclesiam iuxta pontificalem cameram officinasque sui palati decenti honore construxit. Abbatiam sancti Mansueti primi huius sedis pontificis pene adnullatam in decentem statum restituit, eius a fundamentis coenobium restrinxit. Sancti quoque Gengulfi abbatiam ad meridianum introitum civitatis primus extrixit, ibidemque sanctimonialium coetum sub normali 40 vigore Deo servire constituit. Corpus beatissimi confessoris Christi Apri die absconsum eius meritis Dominus revelavit, ipsiusque sororis beatissimae virginis Aproniae corpus non modico precio a Trecassinenibus emit. Bis et aliis sanctorum laborum exercitii adornatus, plurimis etiam miraculorum signis in populis declaratus, 31. anno praeusulatus regimen servavit, et 8. Kal. Maii gloriose fine spiritum ecclisie reddidit. Cuius venerabile corpus in medio suae sedis choro honeste tumulatum plurimarum fulget prodigiis virtutum, si id exigat vera fides potentium. Haic extitit successor d. Stephanus . . .*

45 50 55

a) deest. b) inspirante 1? c) gauzelini 1? d) iuridico 1?

80) Integrum caput ex Widrici vita Gerardi c. 3. deseripit.

SS. T. VIII.

983. tentia rapit, ad domum propriam insperato adducit, balneatum vestibus nitida ex suo induit, mirantique, quid novi portenderet, eum fore episcopum praedicit. Sed vir Domini in humilitatis fundamento firmiter stabilitus, huic ordinationi cunctis obnivatur viribus, magisque elegit pristinum poenitentiae otium repetere, quam huius laboriosae paelationis praegravari pondere. Tamen plurimum reclamans, plurimum repugnans, coram iam dicto archipresule s deducitur, et sub iussione obedientiae pontificalem apicem suscipere compellitur. Dum ergo annus incarn. dom. 963. curaret, Leucham urbem adducitur, obviisque populorum turmis cum hymnisonis laudibus excipitur, ac, sicut mos exigebat, praesulari sede intronizatur. Itaque fit mira exultatio in commixto populo, omnes tripudiant pro pastore adepto, cunctorum terguntur lacrimae huius ingressu novo. Omnes sibi divino nutu datum adseverant, atque in eius ordinationis assensu plausibiliter insonant. O si quem gesta eius delectat audire, librum vitae et actuum eius, qui apud sepulcrum eius retinetur, perlegat, et illic pleniter invenerit.

994. 35. Huic¹⁰ ergo viam universae carnis ingresso, dominus Stephanus successor eius extitit, nobili Parisiensium stirpe editus, de Lineri villa⁸¹ antiqua propagine ortus. Qui in Metelaha⁸² cenobio 8. Kal. Iulii pontificali unguine consecratus, modico temporis spatio, anno¹⁵ scilicet et semis, regimine potitus, 4. Idus Martii vita excessit apud Bodonis monasterium, et iuxta beati apostolorum principis Petri altare est tumulatus apud Medianense coenobium⁸³.

36. Sed haec eadem Leucorum civitas suo rectore destituta, nequaquam diutius est, Deo disponente, pessumdi permissa. Nam votis utrisque fidelium ordinis, aspirante cle-²⁰ mentia divinae maiestatis, triumphatoris invicti, domini¹⁶ videlicet Ottonis tertii augusti, de-²¹ creto statuente, dominus Bertoldus⁸⁴ nobilissimus Alemannorum natalibus ortus, in sancta religione conspicuus, per Dei providentiam electus, in hac sede est 5. Idus Octobris pontifex ordinatus. Qui praedecessoris sui domini Gerardi mores et instituta pro posse imitatus, non valet explicari, quantae bonitatis et munificentiae operibus ad propriam decorandam sedem²² fuerit comprobatus. Nam diligenter clerum instituens, viros prudentes familiari¹⁷ dilectione pae ceteris amplectens, eorumque consilio in omnibus nitens, urbem rebus auxit, sapientia decoravit, provida dispensatione munivit. Quis autem queat ullo rationis affatu pandere, quam prudens et cautus fuerit in omni sua re disponenda, quae et quanta suae ecclesiae acquisierit ornamenta, quibus aedificis claustrum sui cleri adornaverit¹⁸, quibus emolumenta suam sedem amplificaverit? Verum pauca perstringamus de pluribus, cum singula percur-²³ rere sufficiat nullus. Hic adquisivit a Theoderico duce Askeim¹⁹ villam⁸⁵ et Alraidi²⁰ curtem et Monoldi villam, dans in concambium²¹ Vampelenam villam et reliquas quas dominus¹ Geraldus praesul a duce Beatrice pro Barro monte accepérat. Adeptus est ecclesiam de Sorciaco²² ab Hugo clero, et praedium Dominica via¹ dictum, et ecclesiam quae dicitur Castellum, et alodium Baddonviller²³ dictum, et ecclesiam et castellare de Pauniaco²⁴, et praedium de Pauniaca villa, et terciam partem silvae de Hasecio²⁵, praedium de Marceio²⁶, et partem Oderici in villis de Wasleio et de Longort et de Laio et de Orcadis. Idem impetravit²⁷ ab im-²⁸ peratore Heinrico²⁸ et bannum venationis super Mosam fluvium, a Segintensi²⁹ comitatu⁸⁶ usque Sorciacum²⁹. Ipse reimpetravit³⁰ ab eodem imperatore¹ reddi ecclesiae suae¹ villam in 40 Halsacio³¹ sitam⁸⁷ quae vocatur Berchem²⁹, et thelonium et districtum minae. Adquisivit etiam ab Emma comitissa praedium quod dicitur Fontiniacum, et a praefato imperatore quicquid in Caulei³² villa videbatur habere. Cenobium quoque in honore¹ sancti Salvatoris in saltu Vosago construxit, quod diversis ecclesiasticis ornamenti decentissime locupletavit, et stipem ex his quae adquisierat ad viginti monachorum coetum inibi delegavit. Ecclesiam beati³³ baptistae Iohannis, quae dicitur ad Fontes, necnon basilicam venerandi pontificis Vedasti

¹⁰) Huic extitit successor dominus Stephanus nobili Patrīensium 2. 3.

²¹) et mercatum et bannum in eadem villa Berkem add. 3.

a) metelacho 2. 3. b) annis 1. c) deest 1. d) familiaris 2. familiariori 3. e) ornaverit 3. f) askim 1; anchei 3. g) alraidi 3. h) concambium 2. i) beatus 3. k) sortiac 2. l) p. de Ninteu 3. m) de baddonviller d. cum 50 ecclesia 3. n) pauniaco 1. et infra pauniaca. o) saceio 1. p) deest 3. q) seguentis 3. r) sortiacum 1. 2. s) impetravit 3. t) impotere 2. u) deest 3. v) halstio 2. w) belchem 1. berken 3. x) taulei 3. y) deest 1. 2.

⁸¹) Luneville. ⁸²) in dioecesi Trevirensi. ⁸³) Cf. nondum editum invenerim, rem incertam reliquo. Chron. Median. mon. SS. IV. p. 91. ⁸⁴) Benoit ⁸⁵) Acreignes, Haracour, Manonville. ⁸⁶) Pagay. 55 ante Bertoldum Robertum quandam episcopum fuisse ⁸⁷) V. diploma ap. Benoit p. XXIV. ⁸⁸) Saintois electum monet p. 341, diplomate allato, quod cum ⁸⁹) cf. Chron. Median. monasterii SS. IV. p. 92.

intrâ suam sedem edificavit, cum ecclesia sanctae Genovefae^{a)} virginis. In saltu^{b)} Vosago re-¹⁰¹⁸ struxit Bodonis monasterium, necnon sancti Deodati cenobium. Valvas suae sedis miro poli-^{c)} vit decole, altare sumnum incomparabiliter exornavit auri ac gemmarum fulgore, innume-^{d)} rabilia vasorum^{e)} adquisivit genera pulcritudine et multitudine nullo precio taxanda^{f)}. Quique^{g)} ut apes prudentissima undecumque perquires, quomodo ecclesiae suea sedis posset prodeuse, pernoscensque^{h)}, qualiter nequam et detestabiles homines suo praedecessori dominoⁱ⁾ Gerardo fuissent iniurianti, eos usqueque ob vindictam sanctiae ecclesiae est persecutus^{j)}, ac ipsorum foveas, ubi velut crudeles ferae abscondebantur, funditus evertit; castrum scilicet de Reuvalt^{k)} et de Pauniaco, omnem quoque illorum odiosam progeniem ita adnullavit, ut nemini ex ipsis diutius pullulare possible sit. Hic ergo 22 annis pontificali honore potitus, non est facile narratu, quid utilitatis eius desiderabilis vita contulerit^{l)}, quid detrimenti eius praesenti seculo lugenda mors efficerit, quia ad ipsius enarrandos actus omnis lingua succumbit, maiusque dispendium praebuit eius obitus inconsolabiliter flebilis, quam, si fas est dici, profuisset illius vita omni mundo exceptabilis. Itaque 8. Kal. Septembri beato fine hominem exiens, ita suo 15 casu propriam sedem pessimum dedit, ut de eo ab omnibus possit veridice protestari: „Bertoldus cunctis succiduis sibi incomparabilis.“ Sepultus autem est in medio suae pontificalis ecclesiae, inconsolabilem relinquens fletum omni nostrae patriae.

37. Quem subsecutus est dominus Herimannus nobili Agrippinensis^{m)} genere prore-ⁿ⁾ tatus, litterarum studiis, ut decet nobilis, adprime eruditus. Qui 18. Kal. Ianuarii pontificali 20 sacratus unctione, in sibi^{o)} a Deo inuncto munere septenniali vixit tempore. Ipse corpus beati Amonis a coenobio gloriost^{p)} Mansueti transluit et^{q)} in ecclesia episcopalis sedis, ubi nunc honorifice veneratur, collocavit. [Is^{r)} quamquam nichil praediorum suae ecclesiae ad-^{s)} quisierit, praeventus brevitate temporis, tamen eam diversis pro posse suo^{t)} decoravit orna-^{u)} mentis. Nam sedi domus sancti Stephani contulit non minimam auri quantitatem, de quo 25 disponuerat fieri miri decoris calicem. Singulis etiam abbatis sua diocesos^{v)} argenteas ad-^{w)} tribuit coronas, amplias eas palliorum diversitate numerosa. Ipse perfecit castrum Rodor-^{x)} tei^{y)} a suo praedecessore inchoatum, Dominique Martini castellum a fundamentis construxit^{z)} firmum, custodiae circumvicinorum praediorum utilillum. Quique^{aa)} ecclesiam sibi a Deo comissa-^{bb)} missam ita sapienti gubernamine rexerit, ut integr^{cc)} pacem a cunctis circumvicinis huius 30 sedis adversariis habuerit; nec quisquam eius praecessorum^{dd)} ac successorum in tanta tran-^{ee)} quillitate hunc episcopatum^{ff)} gubernavit.] In qua^{gg)} etsi nichil proprio sudore adquisivit, tamen suppeditante^{hh)} Dei gratia nichil detrimenti de his quae possidebat pertulit. Ab hac ergo ter-ⁱⁱ⁾ rea mole exemptus Kal. Aprili apud sanctum Geronem est honorabiliter Coloniae tumula-¹⁰²⁶ tus, in cuius coenobio fuerat a puero sapientiae divinae et humanae lacte sapienter^{jj)} educatus^{kk)}.

35 1^{o)}) Segnatur in 2. vita Brunonis auctore Wiberto, in 3. vero hanc: Cui successit lux orbis venerabilis Bruno, postmodum Romanae sedis papa electus a Domino. De eius actibus hic multum dicere supersedemus, quoniam ea alibi ad plenum descripta esse novimus. Hoc tantum hic inserere placuit, quod abbatia Mediani monasterii ei sancti Deodati dono Chonradi gloriost¹⁰³⁰ imperatoris receperit, ac solide ip^o propria vestitura sancte Leuchorum sedi reliquit. Is etiam inter multa, quae suae contulit ecclesie, praebendam fratrum canonicorum sancti Stephani admodum ampliavit, reddendo ois Mumiri vallem cum ecclesia et cunctis appendicis, et Ranculii quoque villam et omnia cia appendicis, necnon ecclesiam de Lucaco pro memoria suea ordinationis, ut per manus decani clausuri suae sedis fieret exinde fratribus eâ die congrua refectio et centum pauperibus elemosyna largitio. Qui etiam ad apostolicam sedem proiectus, non immemor suea primitiva sedis, Tullensis videlicet ecclesiae, Romae in ea synodo, in qua sanctum Gerardum constituit nominari in sanctorum numero, fecit consecrationem domni abbatis Dervensis coenobii sancti martyris Berthari. Siquidem praefata abbatia Dervensis ab antiquo, scilicet a Garibaldo Leuchorum praesule, filio Voltadi, cuius temporibus fuit constructa eadem abbatia, fuerat hinc sedi subiecta dono et benedictione; sed comes Odo violenter eam tenerat et quandam eiudem loci fratrem Milonem nomine, accepto non modo prelio, eidem coenobio praefecserat, et ad sufficiandam subiectiōnem ecclesiae Leuchorum eum a Rogerio Cathalaunensi praesule ordinari coegerat. Dum ergo

a) genofras 2. a') astem add. 2. 3. b) inibi add. 2. 3. b') m. texanda 1. c) præn. 27. d) deest 1.
e) pros. 1. corr. pers. 2. f) . . . reuault 2. Mirovalt etiam Benoit p. 340. dicti. g) omnemque 3.
55 b) nobis c. 3. i) sibi succidius 3. k) agrrippinum 3. l) visibili 1. m) prænatis add. 2. 3. n) deest 1.
o) Is — gubernavit deus 3. — 2. alio atramento pergit. p) suo p. 2. q) diocesis 1? r) rodote 1. s) cocatenum erasum 2. t) predecessor ac successor 1. u) hunc ecclesiam 2. v) sede 3. w) d. e. 3. x) segregiter 2. 3.

50 90) Rorley.

1028. 38. Viam igitur universae carnis ingresso pontifice Herimanno, successit venerabilis Bruno, qui postea in Romana urbe apostolatus functus honore Leo nonus nomen accepit. Quapropter si aliquem fidelem audire delectat quae et quanta in episcopatu Leuchorum geserit, et quomodo in Romana urbe pontifex factus se habuerit, librum de vita et virtutibus, qui in ecclesia beati Apri habetur, perlegat, et illuc pleniter inveniet.⁵

39. Quoniam gesta priscorum^b pontificum huius sedis, prout contigit, scripta cognovimus, videtur nobis incongruum, ut acta venerabilis Udonis^c, qui fuit in hac sede successor^d, sanctissimae memoriae papae noni^e Leonis sub silenti sera occultemus^f; sed ad cognitionem sequentium recordationi tradamus servanda^g. Fuit hic ex nobilissima parentum^h stirpe ortus, ex utraque regali stemmate clarus. Pater eius dictus est comesⁱ Riquinus, ex Reuba-¹⁰ riorum regione ortus; mater vero eius, Mathildis nomine, ex Alemannia duxit genus. Ambo ab avitis parentibus, praediorum redditibus et divitiarum amplitudine praediti, divinae religio-^jnis calore fervidi, non multum flectentes animos ad disponendos honores huius seculi. Hunc itaque puerulum fere decennem Deo dicatum gloriose Leuchae sedis praesuli Brunoni tradi-^kderunt divinis litteris imbuendum, ac venerandae congregationi^l domus sancti Stephani canonice^m adnectendum. Qui sub domni Walteri, postea praedictae congregationis decani, doctrinae bonaeⁿ eruditus, ad sufficientiam instructus, omissis puerilibus, immo juvenilibus nugis, sollicite vacabat psalmis et orationibus. De sumptibus sibi a parentibus^o quamvis admodum satie ad mensuram decretis^p parce vivebat, et si qua sibi exinde resederant, indigen-²⁵tibus erogabat, ac cum columbina simplicitate prudentiae serpentis insistebat^q. Gloriosus ergo pontifex Bruno cernens eum in utilitate sanctae ecclesiae ita ad alta^r crescere, intimo laetabatur corde, atque cogitabat eum qualitercumque quolibet honore exaltare. Nam Gebi-³⁰zone primicerio humanis rebus exempto^r, istum promovit ad honorem eiusdem primiceriatus, quamvis tunc primum adhuc imberbis intraret adolescentiae gradus^s.

40. Virginitatem suam regi caelorum voverat, pro qua retinenda eius maiestatem inde-²⁵ fessis precibus exorabat^t. Huic Deo placite et sanctae voluntati nequam non defuit temp-³⁰ator, qui eum noctu et diu^u insistendo, a sancto nitebatur avellere proposito. Itaque secun-³⁵ dum humanam fragilitatem suum animum ad eius pravam^v suggestionem obsequandam inclinaverat; et nisi Dominus adiuvasset^w, paulo minus eius anima in inferno habitaverat. Nam divina paeventus gratia, in diutinum incidit languorem, nec hostis antiquus in eum malignam paevaluit adimplere suggestionem^x. Sed ut Deus omnipotens ostenderet, hanc se ei infirmitatem causa correctionis transmisso, in somnis per sanctum Iohannem euangé-

1049. 91 beatissimum papa Remia synodum ageret, idem Milo poenitidine motus, quod iniuste ordina-³⁵tionem suscepisset, publice coram domino apostolico satisfecit, donum abbatis reddidit. Clu-⁴⁰niciacum abiens in bona conversatione vitam duxit. Totius autem congregationis consensu⁴⁵ dominus Wandelgerus eius loco subrogatus^y, ad subrendam omnem occasionem petit a Cathalaunensi praesilio Rogerio benedictionem, qui inventis occasionibus distulit illius ordi-⁵⁰nationem. Iam dictus vero Wandelgerus Romae dominum apostolicum, qui adhuc Tullensem gerebat plebem, adiit, cunctam rem ordine pandit, consilium eius et solamen exoravit. Domous ergo pape archiepiscoporum consilio Helinardi Lingdunensis, Hugonis Besontiensis, Mainardi Senonensis et aliorum pontificum, qui synodo interferuerant, praedictum abbatem ordinavit, et ob memoriale facti eum suo pristino nomine Brunonem scilicet vocari instituit, ac quedam privilegia de rebus eiusdem abbatiae sua auctoritate roboravit.

Quoniam etc.

¹⁹⁾ Transcursis ergo puerilibus annis ac in bivio Pythagoricae y literae adolescentiae gradibus⁴⁵ ascensis dextrum calleum studiose recurrebat atque per arcam viam de virtute in virtutem ascendens diutius proficiebat add. 3.

²⁰⁾ Huiusmodi ergo promotus honore virtutum studiebat alios praecellere, castitatem super omnia amare, subiectos ad illam sollicite servandam studiose commonere, nec tamen quos videbat in hac re fragiles solebat ullo modo vilipendere add. 3.

³⁰⁾ Inter plurimas sanctorum memorias dilectissimi domini sancti Ioannis evangelistae nomen invocabat, ut ipso, qui erat virginis matris filius adoptivus, sibi ad eius gratiam promerendam esset tutor ac defensor propicius add. 3.

⁴⁰⁾ Itaque continua et pene annuali infirmitate detentus a cunctis sibi familiaribus iam ad mortem usque desperabatur de his funebribus exequiis a cunctis praesentibus tractabatur add. 3. 55

^{a)} 2 in vita Brunonis media deficit. ^{b)} priorum 3. ^{c)} udonis 3. ^{d)} deest 3. ^{e)} noni papae 3. ^{f)} occulta-⁵⁰mus 3. ^{g)} s. t. 3. ^{h)} progenie p. stirpe editus 3. ⁱ⁾ deest 3. ^{k)} congregationis 1? ^{l)} deest 3. ^{m)} doctrina impensa 3. ⁿ⁾ apparentibus 3. ^{o)} directis 3. ^{p)} altare 3. ^{q)} e. r. 3. ^{q')} interdu 3. ^{r)} deest 3. ^{s)} adiuvasset 3.

⁹¹⁾ cf. miracula S. Bercharii c. 12. Mabill. Act. II. p. 850: *Hic vir — schedula annotata.*

listam dignatur admonere, quatinus a perversa resipisceret voluntate. Cui et dixit⁹¹: *Scias te, frater, ideo tuka pati, quia volum quod Deo voveras infringere dispositus; sed si in promisso fideliter perseverare volueris, et desiderare sanitatem citius donaberis, et divina gratia in cunctis tuis actibus foveberis.* Quod^a cum^b in somnis haec^c se observaturum Deo annunte promisisset, erat ei simile quod quasi^d trea subscriptiones praeagatas futurorum sibi tradiceret, et in os ad comedendum imponeret, quarum memoriam semper in animo retinuit, nec ulli suorum familiarium, nisi in ultimo vitae fine, notificare voluit. Tamen earum seriem post dicemus, cum locus oportunus evenerit. Affirmabat autem huiusmodi visionem ea^e nocte sibi apparuisse, qua suo venerabilis patri domino praesuli Brunoni in somnis visum est, beatum Petrum apostolum^f cum prothomartyre Stephano se inflatum ad principale altare apud Wormaciā deducere honorifice, et ei quinque calices aureos ad praeagium rerum sequentium tradere^g.

41. Non multo post idem gloriosus Bruno apud predictam urbem Wormaciā ad apostolicā sedem est promotus, et istum de quo loquimur venerabilem Udonem Romam duxit,¹⁰⁴⁹ cum quibusdam suis familiaribus, quique in omnibus^h praeter ceteris servitio adhaesit, idcirco illum in maiori familiaritatis amicitia connexitⁱ. Biennio autem fere exacto^j, dominus apostolicus antiquam patriam primamque sedem revivere voluit, et interventu eiusdem Udonis congregationi fratrum sancti Stephani ecclesiam de Tranculfi villa et praedium de Mundri-¹⁰⁵⁰ valle restituit, et eisdem canonicis privilegium libertatis apostolica excommunicatione sub-^k nixum corroboravit¹⁰⁵¹. Demum dominus apostolicus cernens eum in sancta religione de virtute in virtutem proficere, dispositus eum, praecedente cleri plebisque electione, in huius sedis¹⁰⁵¹ praesulatus officio sibi subrogare, ac legatione ad Henricum tertium Romani imperii rectorem directa, illum sibi successorem substituere.

42. Adepto ergo honore pontificatus, ita coepit esse in cunctis agendis rebus strenuus, veluti fuisset a primaevō^l in his disponendis sagaciter institutus. Ventum erat Treverim¹⁵. Kalendas Septembres ad sacrae ordinationis benedictionem, ubi Deus ei clementer ostendit suea pietatis dispositionem. Nam, ut moris est, posito super humeros eius sanctorum euangeliorum libro, trium praedictarum praedictionum^m, quas in somnis viderat, exemplaria veridico recognovit oraculo. Siquidem primo loco a legente est recitatum divini eloqui exemplum:ⁿ *Nunquam legis in scripturis: „Lapidem quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli? A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris.“* Deinde secundum exemplum est dictum de prologo euangeliū Lucae euangelistae: *Serviens Domino sine crimen.* Tertium autem fuit in eodem euangelista de Zacharia et Elisabeth: *Incedentes in omnibus mandatis Domini sine querela.* Horum ergo verborum exemplaria sibi a Domino^o reminiscens dudum praemonstrata, veluti apes prudentissima dapes florū indefesse animo revolvebat. Quamlibet enim a quibusdam quasi pro nimia simplicitate reprobaretur, tamen incessanter satagebat, ut in divino servitio sine crimine ac sine querela secundum humanam possibilitatem ante Dei oculos inveniretur^p.

43. Studebat etiam mores sui praedecessoris^q domini Bertoldi^r in multiplicandis redditibus et ornamentis ecclesiae suea sedis pro posse imitari, atque hostes patriae non timebat pro defensione pauperum et ecclesiarum^s inimicos fieri. Adquisivit quoque ab Haimone comite ecclesiam quandam^t ad servitium fratrum congregationis sancti Stephani quam eis pro annuali die suaे ordinationis perpetualiter rememorando contradidit. In destruendo castello Vallicolor^u¹⁰⁴, in quo annullando suus antecessor venerabilis Bruno sine fine laboraverat, ita^v multimodo precatu et pretio per circumvicos compatriotas effectu^w, quod bis cum^x armis bellicis a fundamentis deiecit. Monasterium sancti Gengulfi iam diu pene dirutum, et etiam igne combustum in congruum reparavit statum, atque ornamentis ecclesiasticis et necessa-

¹⁰⁴⁹ v. Siquidem in apostolico habitu eidem sanctius Ioannes evangelista apparuit, cuius formam quasi solito sibi visam recognovit. Qui cum quare tamdiu in languore iaceret requisivit.
50 Ipsaque respondente se nescire, videbatur sibi sat amicibilis respondere.

⁹¹ a) Et 3. b) deest 1. c) se h. 3. d) deest 3. e) eadem 3. f) a. p. 3. g) quique ei p. e. in omni ser-
vicio sollicitus adh. 3. h) cyanexit 3. i) exactuo 1. k) primitio 1. l) superscriptionis 3. m) n. et
iustificationibus eum sine 3. n) deo 3. o) inveneret 3. p) p. sui 3. q) bertoldi 1. r) sibi add. 3.
s) de 3. t) vallicolorum 3. u) effectu 3. v) eum 1.

¹⁰⁵⁰ 92) V. Wiperti Vitam Brunonis II. 1. ¹⁰⁵¹ cf. diploma ap. Benoit p. CXXVI. ¹⁰⁴ Vaucouleur.

riis subsidii ac aedificiis ampliatum, fecit divino servitio et sanctae religioni locum aptum⁸⁵, ubi laudabiliter vigeat canonicali more superna servitus, et Christo annuentie vigebit in perpetuum, ut speramus. Praedium sancti Aniani cum suis appenditiis in suburbio suae civitatis situm ab Indensi abbatte regali auctoritate gloriosi Henrici tertii Romanorum imperatoris per commutationem accepit⁸⁶. Pro quo etiam quasdam res hereditario iure sibi a parentibus con-⁵
cessas legitime delegavit⁸⁷, ubi disposuerat aedificia monachorum usi apta divina suppeditante gratia construere, ac fratres sanctae religionis amore ferventes ad 24 ibidem congregare, et de propriis redditibus suaे hereditatis, quibus plurimum abundabat⁸⁸, ei congrue necessarios sumptus ordinare. Cuiusmodi autem fuerit rerum ibidem ab eo destinatarum dispositio, continet apostolicum privilegium Alexандri papae, quod in sancti prothomartyris Stephani 10
retinetur archarismo⁸⁹. Sed morte praeventus nequivit ad unguem suum perducere desiderium, quod cuicunque suo successori, cui Deus velle et posse dederit, reliquit perducere ad effectum.

44. Itaque urbs Leucha suo tempore multis adversitatibus⁹⁰ a circumvicinis⁹¹ compatriis et extraneis aggravata, non tantum doluit de laboribus, quos eo vivente est perpessa, quantum flevit, quod huiusmodi sagacitatis et fervoris erga utilitatem sue ecclesiae virum non 15
fuit diu possidere digna. Nam, ut iam diximus, castellum Vallicolor⁹², quod pene 40 annis⁹³ Leuchorum ecclesiam vehementer affixerat, se vivente destructum⁹⁴ dimisit, quamvis eodem quo praesentem vitam transiit fraude quorundam restructum fuerit; omnes inimicos suae sedis aut victos aut pacatos in suo fine habuit; quicquid ad pontificalem praebendam pertinebat, sicut antecessor suus Bertoldus praeus tenuerat, suo successori solide habendum reliquit.⁹⁵

1069. Ergo sicut superna fuit voluntas pridie Idus Iulii, 18. sue ordinationis anno, ab hac luce subtractus est⁹⁶, et in suae sedis ecclesia ante altare sancti Blasii est honorifice tumulatus.

45. Domno Udone⁹⁷ de medio facto, venerabilis Pibo ad eandem sedem mox successit⁹⁸ ordinandus. Qui parentibus non infimis, scilicet patre Thietmaro⁹⁹, matre vero Dudicha progenitus, de terra Saxonum oriundus exiit. Qui ab aetate primaeva litterarum disciplinae 25 traditus, sub magistro Annone postea futuro Agrippinensem¹⁰⁰ praesule, scolarum exercitium transigens¹⁰¹, divinae institutionis atque mundanae peritas adprime emicuit. Dein vero iam adolescentulus in Halvertetensi ecclesia efficitur¹⁰² canonicus, ubi omnem callem prudentiae cum modesta fortitudinis operatione inter coaequaevos ita praecucurrit¹⁰³, ut cuncta officia ipsius ecclesiae paulatim susciperet, laudabiliter perageret, quin etiam honores ecclesiae cunctos praeter pontificium adeo probilius disponeret, ut exinde sublatus in regali palatio primum capellanus, postmodum factus sit cancellarius. Ibi etiam quantum fuerit principibus regni satis apparuit.

1070. 46. Qui Omnipotentis occulta dispositione¹⁰⁴ conceditur antistes et ordinatur Tullensi ecclesiae. Cuius aedificium non solum imperfectum sed etiam ruinosum reperiens, non minimum condoluit¹⁰⁵, immo repedare cogitavit; quia, quod mentem eius dirius¹⁰⁶ angebat, sine intermissione ingemiscens, de consolatione¹⁰⁷ animarum sibi commissarum desperabat, quoniam qua populum doceret lingua¹⁰⁸ prorsus ignorabat. Sed divina virtus circa ipsum dignabatur gloriosum ostendere miraculum, cum iam sexagenarius parvo quidem tempore loquela¹⁰⁹ inaudita¹¹⁰ didicerit, qua plebem Christi satis intelligibiliter et a malis desistere et quaque bona perficere edocens, pervigili cura gubernare satageret. Porro quam infatigabilem in Dei famulatu se exhibuerit, in divini officii nocturnis horis¹¹¹ quam assiduus fuerit, in celebritate sacro-sancti mysterii, interius corde mactato, exterior quam sollemnis extiterit, in sacris ordinacionibus pontifici quam angelicus apparuerit, sicut nec de memoria qui viderunt labi, ita nec futuri mortalibus facile poterit innotesci. Hic nimirum in elemosinis fuerat misericordias¹¹² mus, in peregrinorum vel hospitum susceptione hilarissimus, vincitis et aegrotis visitator piissimus, in viduarum vel pupillorum defensione iustissimus, postremo in dilectione Dei et proximi perseverabat ferventissimus¹¹³. Sicque Dei gratia perfusus, quoscumque genere vel

104) Qui neo propiciis exaltatus nec adversis deiectus sed illatas sibi contumelias pro Christo patienter ferens, non solum notis et amicis verum etiam inimicis apparebat amabilis add. 3. 50

a) habitat 3. b) archarismo 1. c) adversantibus 1. d) o. et o. 3. e) vallicoloris 3. f) annos 3. g) destrandum 3. h) est 1. a. 3. i) leuchorum pontifice add. 3. k) s. m. 3. l) thiemaro 3. m) agrippinensis 1. n) transiens 1. o) dicit 1. p) praecurrit 3. q) dispensatione 3. r) cor doluit 1? s) dirius 3. t) consolatione 1. u) lingam 1. v) prius add. 3. w) aique diuinis add. 3.

95) V. dipl. Udonis ap. Benoit p. LXXIV. et Heinrici IV. regis a. 1065. ib. p. XXVIII. 96) V. diploma 55 ap. Benoit p. XXVIII. 97) V. chartam Udonis l. l. p. LXXIX. 98) scilicet Gallicam. P.

facultate tenuiores in clero considerabat, non tam verbis paternae consolationis, quam etiam rebus sustentabat¹⁸.

47. Civitatem cum suburbio ceterisque suis appenditiis, quae a diebus sui praedecessoris¹⁹ quasi deserta fuerant, quemadmodum locupletaverit, aedificia suo tempore constructa demonstrant. Quotiens enim episcopio^b bellum imminebat, quam pluribus^c mensae suae virtualibus distractis, ecclesiae pacem a tyrannis irruentibus circumquaque comparabat²⁰. Primo igitur aditu predictae sancti Stephani basilicae turrim cum gemellis campanaribus²¹, sub qua praeaul idem iuxta aram sanctae Mariæ Magdalene honorifice sepultus requiescit, a fundamentis construit, sed nec minus celsitudine eiusdem media tria altaria, medium quidem gloriosae Dei genitricis Mariae, dextrum vero apostolis omnibus, tertium a sinistris martyribus sanctis, sed et pigneribus multis reliquiarum impositis, devotus consecravit. Item laquearia eiusdem monasterii mystico opere fulgentia, picturam quoque dominicæ maiestatis imminentem altari præcipuo arte vel scemate decoravit preciosissimo. Coronam similiter argenteam aurea varietate micantem, quae speciosa amplitudine medio sinu dependet basilicae fabricare^d iussit. Sacrorum etiam vasorum numero calicem ex auro purissimo preciosissimis ornatum lapidibus adauxit. Item campanar extruens ligneum, summa tecti^e crepidine prominens, plumbeis operuit laminis; cancellum quoque simili curavit tegere metallo. Quis umquam^f tanti pontificis gesta possit rememorare^g per singula? Qui profecto quod legerat: *Ociositas inimica est animae*, semper mente^h retinens, aut in augmentandis ecclesiae ornamenti restruendisque sacris aedificiis insudandoⁱ, aut publicis ordinationibus universae parochiae^k sua sollicitando nunquam inventus est ociosus.

48. Sed quoniam nec minus nec blandiciis regiae potestatis a fide et obedientia sanctae Romanæ sedis venerabilis Pibo flecti nequivat, inter innumera tantæ persecutionis damna, quae sedulo perferebat, curtem Tullensis^l ecclesiae iuri debitam Bercheim^m nomine, honore quondam et frugalitate opinatissimam, quam per fideles regis diebus amiserat multis, ante vitae suae terminum ecclesiae restituit per quinquennium. Denique videns praedictus pastor imperialem persecutionem minimeⁿ minui, sed nonnullos episcoporum per omne^o Theutonicorum regnum adhaerentes regi de inobedientia Romanae sedis condemnari, non tamen^p de sui constantia ambigebat, immo instinctu divino propter peccatorum suorum poenitentiam^q locum dominicæ passionis adire cupiens, cum comite Conrado^r multisque regni principibus, ducente Deo, Hierosolymam pervenit, ubi quaeque sanctissima dominicæ^s conversationis 1085. loca non minus corpore quam corde contrito perlustrans, ante Domini monumentum pro reatum suorum venia lacrimarum uberrimis imbribus profusis, orationibus diutissimis incumbendo, pro animabus etiam sibi commissis Dominum exorabat. Inibi supplex episcopus sociis audientibus devotus, si quando Deus repatriare^t sibi concederet, illico monachus fieret. Constantiopolitana igitur urbe regrediens, a gloriissimo Graecorum imperatore, qui valde ipsum diligebat, non parvam dominicæ crucis portionem impetravit, quam cum sacris reliquiarum pigneribus dorsalibusque preciosissimis multisque^u alteriusmodi donariis ecclesiae suae^v devoutus contulit. Iussit ergo crux magnam ex auro purissimo gemmisque radianti- 1087. bus artificiose fabricari, in qua vitalia ligni margaritum cuncti opibus preciosius condigne imponeretur ad comportandum, utque superpositi tamen^w claritate lapidis oculis intuentum evidenter appareat, et fidelium cordibus compunctionem afferat pariter^x et salutem. Quid

¹⁸) ingenuos autem egregie nutriens opibus ecclesiae seu dignitatibus ditabat add. 2.

¹⁹) Super his autem quae memorando reteximus si quispiam incredulus haesitaverit, ad templum prothomartyris revolvat oculos mentis, nosque mendacil minime redarguet vel adulatio-

45 nia. add. 3.

^a) p. sui 3. ^b) episcopo 3. ^c) plurimum 3. ^d) fabricari 3. ^e) templi 3. ^f) inquam 3. ^g) rememorari 1? ^h) doceat 1. ⁱ) desiderante 3. ^j) barrochise 1. ^k) tullensis 1. ^l) berchelum 3. ^m) nequam 3. ⁿ) omen 3. ^o) tantum 1? ^p) ponituidinem 3. ^q) dominicæ — sibi commissis deusum 3. ^r) repatriari 1? ^s) m. quoque 3. ^u) doceat 1. ^v) tantum 3. ^w) p. a. 3.

²²) Benoit p. 398. hoc in a. 1091. collocavit et ex que ad secundas. Scendum est, quod ab antiquo quodam codice (Gistorum^y) haec refert: Fundavit iuvenes de ecclesia, etiam canonici, illa die conve- 55 nient, et in dicta turre stauit libabant et comedebant, et quilibet portionem aportabat ob reverentiam dicti festi et causa fraternitatis, et legebat unus in mensa. ²³) Luxemburgensi.

1087. plura? Deinde mundi relictis omnibus, iam consecratur monachus; quod tamen fiebat clanculo in Divisionensi coenobio.

49. Postquam autem plebs Tullensis tanto se orbatam patrono persensit, incomparabiliter lugens quod sanius potuit consilium caelitus sumpsit, summumque Romanae sedis pastorem per legatos adiens, desolationis suaे seriem et quod desiderabat patefecit, et eo usque s supplicationibus lacrimosis ante ipsum incubuit, donec piae petitioni ipsorum papa sanctissimus ignoscens, proprium pastorem, quem repetebant, vel sicut erat monachum reddi iuberet, quin immo apostolica auctoritate compelleret. Hac ergo gratia divinae miserationis suscepta, Omnipotenti apostolorumque principibus laudes non indebitas persolventes, Divisionense monasterium laeti adgrediuntur, reverentissimum Pibonem quasi redivivum cum gratiarum 10 actione recipiunt, et maiore admodum quam prima exultatione Leuchorum sedi solemniter reintronizato, a^m maximo usque ad minimum fidelis obedientia, quoad vixit, cleru^m cum populo pariter obsequuntur^b, et sicut vera religione monachus, ita sollicita dispensatione permanuit^c episcopus venerabilis Pibo dilectus^d et Deo et hominibus.

50. Nec illud silentio prætereundum^e censuimus, quod saepe dictus pater, quamdui 15 superestes foret, pro consecrationis suaē die, sed nec minus post vitae praesentis metam, pro depositionis annuali luce celebriter memoranda^f ecclesiam de Bue fratribus suis contulerit. Tribus similiter altariis in turra^g consecratis idem benignissimus pater de propriis redditibus, videlicet de thelonio, 30 solidos eo tenore concessit, quod^h singulis annis pro dedicatio- nis celebitate ex his 10 solidi fratribus deservirent, alios autem 20 solidos quilibet frater 20 haberet, qui inibi sedulo serviens, nocturnum lumen cum lineis velamentis altariis semper subministrat; et ad supradictum canonicorum servitum medietatem vini, quod dicebatur de taberna episcopi, cuius summa 40 modiis constat [non minus contradiditⁱ]. Aldum etiam in Geminoldi villa comparavit, quod sanctae Mariae Magdalena, penes cuius altare extremae resurrectionis diem præstolatur, ad luminaria sufficiens donavit^j. Qui tandem oves sibi^k 25 commissas, quas iam diuturna pace foverat, summo pastori^l commendans, anno ordinationis suaē 38, ab incarnatione Domini 1107. 8. Kal. Decembrii venerabilis Pibo maturus^m senio beato fine requievit in Christo.

^{1*}) His atque similibus exercitiis desudando vir felicis memorie ornavit tempora multa bono odore usque ad consummationem vitae. add. 3.

30

a) ad 1. b) obsecunctur 1. c) permixxit 1. d) d. episcopus et 17 ed. et doce^z 3. e) præsterendum 3.
f) rememoranda 3. g) tre 1. h) quo 3. i) desunt 1. k) olim sibi 3. l) p. Christo recommends 3.
m) maturo fessus 3.

INDEX RERUM

AUCTORE

ROGERO WILMANS PH. D.

Major numerus paginam, minor lineam cum quatuor sequentibus significat.

A.

- Abbas ep. Virdunens. 339. 30.
 Abbo abbas monast. Theolegiens. 218. 35.
 Abiate, *Abiate grasso* 109. 15.
 Abienus consul 313. 20.
 Abrunculus ep. Trop. 158. 25. conf.
 Aprunculus.
 Abundius pater Eleutheri papae 296. 35.
 Abundius pater Zepherini papae 296. 50.
 Achadeus mon. Flavii. 480. 20.
 Achardus a. Archabas ep. Lingon. 355.
 35. 55. 640. 30.
 Achardus invasor sedis Arcelatensis 422. 5.
 Achatus ep. 155. 30.
 Achatus ep. Constant. 318. 45. Acatus
 319. 20. 40.
 Achatus mag. milit. 320. 10.
 Achephalaorum heresis 324. 15.
 Acho archiep. Mediol. 104. 20.
 Adal-, Adel-, Adhel-, Al-,
 Adelberga c. Ava, abbat. S. Iohann.
 Vird. 391. 45.
 Adalbero, Adelbero, Albero.
 Adalbero archiep. Rem. 367. 35.
 Adalbero sive Albertus, filius
 comitis Petri, primicer. Mett., praep.
 S. Arnaulii et S. Ganguli Tul-
 lens, archid. Virdun. ep. Mett., ar-
 chiep. Trevir., legat. Rom. sedis
 126. 50. 188. 35. 200. 10. 236. 30.
 237. 10. 238. 1. 239. 10. 240. 1. 241.
 5. 10. 243. 20. 246. 10. 247. 1. 248.
 1. 249. 5. 250. 5. 251. 1. 252. 1.
 253. 10. 254. 5. 255. 1. 256. 5. 257.
 1. 258. 1. 259. 1.
 Adalbero ep. Laudonensis 365. 55.
 366. 1.
 Adalbero I. ep. Mett. 359. 10. 360.
 60. 361. 10. 362. 1. 511. 1. 640. 1.
 falso Teodericus vocatur; frater Fri-
 dericus dux.
 Adalbero II. fil. Beatrixis, ep. Virdun.
 (?) post Metten. 367. 25.
 Adalbero III. c. Sancti. ep. Metten.
 228. 25. 453. 5. 574. 65. 575. 1.
 Adalbero IV. ep. Mett. 392. 10.
 Adalbero, Albero V. ep. Mett. 237. 10.
 246. 15.
 Adalbero VI. com. Godefridi, ep. Vir-
 dun. 367. 25. 368. 25. 370. 15. 375.
 15.
 Albero II. ep. Virdun. 250. 5.
 Adalbero abb. Divion. 415. 25.
 Adalbero abb. S. Vincentii Laudon. 573.
 35. 590. 25. 592. 35. 593. 1. 596. 6.
 611. 6.
 Adalbero, Adelbero de Luccenburch
- praep. S. Paulini Trev. 171. 5. 172.
 15. 173. 30.
 Albero villicus Gemblac. 543. 45. 544.
 1. 546. 20. 552. 5.
 Adalbertus, Adelbertus, Al-
 bertus.
 Adalbertus cancellarius, archiep. Mo-
 gunt., legat. Roman. 193. 15. 196.
 18. 203. 40. 245. 10.
 Adalbertus II. iunior (num idem?) ar-
 chiep. Mogont. 232. 25.
 Adalbertus ep. Bazoenensis, Passau 361.
 35.
 Albertus de Cuch ep. Leod. 564. 45.
 Adalbertus abb. Flaviniac. 351. 5. 352.
 30. 502. 20.
